00109825

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 22 February, 2020

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ,
HERODIANI
HISTORIARVM LIBRI OCTO,

E RECENSIONE

HENRICI STEPHANI,

CVM 100825

VARIETATE LECTIONIS

TRIVM CODICVM MSS.,

NOVA BERGLERI VERSIONE,

NOTIS VARIORVM

ET

INDICIBVS VERBORVM AC RERVM,

CVRANTE

THEOPHILO GVILIELMO IRMISCH,

ART. MAG. LIPS. GYMNASII PLAVIANI RECTORE.

LIPSIAE,

SVMTIBVS E. B. SCHWICKERTI,

CIƆIƆCCLXXXIX.

00109825

VIRO SVMMO,

CHRISTOPHORO HIEREMIAE

ROSTIO,

A. M. LIPS. RECTORI GYMNASII BVDISSENSIS

LONGE CELEBERRIMO.

GRAECEQVE AC LATINE

DOCTISSIMO,

PRAECEPTORI QVONDAM SVO.

EDITOR.

Q-C-34-38

Νῦν μὲν δή ποτ', ἀκούω τηλοῦ, Ῥῶϛε, βοήσεις,
Ἔργον ϛεῤῥὰ σκότους δέσματα ῥῆξε μακροῦ!
Ῥῆξε, καὶ ἐς κόλπον τὸν σαυτοῦ σπέρξε, νεογνὸς
Ηὗτέ τις ἐξ ὠοῦ μητέρα ἐς ὄρνις ἐήν.
Δέξο, κρίνων, ὅν ἔφησθα πάλαι, μῶν γνήσιος εἰμί.
Τῶν γὰρ σῶν πάντως εὔχεται εἶναι ἀνήρ.

Tandem aliquando ergo, Roſti, clamare videris,
Arcta tenebrarum vincula rupit opus.
Rupit, ſubque Tuum gremium properavit, ut ovo
Excluſa ad matrem cortis avis iuvenis.
Prende, probans, quondam quem dixti, verus an is ſim
Namque Tui prorſus glorior eſſe gregis.

PRAEFATIO.

LECTORI GRAECARVM LITTERARVM STVDIOSO.

Praefaturus Tomo huic Herodiani primo, ex illis, quae olim in Commentariis Deſſavicis de inſtituto ac conſilio editionis meae pluribus dedi, excerpo tantum quaedam, additis aliis, ut cognoſcatur, quae in lucem prodit editio, quidque in ea egerimus, et denique, quo dirigi mentes ac iudicia horum, qui operam meam recenſere inſtituant aliisque annunciare, velimus.

Igitur, cum ab initio moliti eſſemus editionem ampliorem, quae contineret Notas non modo Virorum Doctorum editorumque priorum plenas et omnes, ſed etiam libellos quosdam ſingulares, loca noſtri ſcriptoris aliquot explicantes vel illuſtrantes: tamen, ſuadentibus tum virorum nonnullorum, doctrina celebrium, vocibus, tum bibliopolarum rationibus, tum iuvenum, Graecitatis amantium, commodis, ab eo conſilio, longiorique velut itinere, revocari nos ſivimus ita, ut, praeter plane reiectos libellos iſtos ſingulares, primo Excurſus ad loca quaedam aut breviores redderemus, aut prorſus dimitteremus, deinde ſaltem Notas Boecleri et Oxonienſis editionis partim omitteremus omnino, partim contractiores daremus, tandem, quae Scheidius, ſuo tempore Graece non indoctus, attuliſſet in Indice Boeclerianae editionis, parcius attingeremus, et modo quatenus ille aut disceſſiſſet a Politiano (quem plerumque ſequitur, etiam in locis difficilibus et male intellectis,) et Berglero, aut huic poſteriori ad vertendum dux fuiſſet aliquis, aut repugnaſſet Stephani coniecturis, aut habuiſſet aliquid ad loca Noſtri explicanda vel illuſtranda, raro denique, ubi in iis, quae non ſatis accurate ille dediſſet, nobis ad meliora praecipienda oblatam occaſionem putaremus.

Deinde a ſubſtrato textu Graeco, quem habet Henrici Stephani editio anni 1581 formaeque quaternae, non diſceſſi,

niſi interdum in ratione interpungendi, it. in parentheſis ſignis omittendis, vel in ſcripturae modo, velut in voculis iungendis πὲϱ, γὲ et τὲ, item in accentibus, aliisve rebus leviculis, vel denique, ubi in verbis ac lectione conſtituenda emendatio eſſet neceſſaria, certa atque perſpicua.

Cumque, praeter hanc Stephani editionem, adhibuiſſem veteres fere omnes, quae prodierant ante, quam ad edendum tractandumque ſcriptorem hunc accedebam, Aldinas binas, ſummi moduli unam, et alteram octonis editam, Baſileenſes quatuor, formulae cum octavae, tum duodecimae, porro Friderici Sylburgii illam, quae habetur in tertio Tomo Romanae hiſtoriae ſcriptorum minorum, ac, praeter Lovanienſem, quoque Ingolſtadienſes duas, item Lugdunenſem, tum Parei duplicem, Boecleri binas, Oxonienſes totidem, Patavinam et Edinburgenſem; de quibus omnibus alibi plura dicentur; nondum a me coëmta editione illa, quae Baſileae anno 1782 octonis prodiit: ex his, quas tenebam, editionibus appoſui in Varietate Lectionis non diverſitatem in diſtinguendo omnem, ſed modo praecipuam, et quae ſenſum faceret alium, ac de vitiis operarum etiam modo quaedam inſignia, et tandem, ſi quae lectiones ibi comparerent in vocabulis aliae.

Sed contigit praeterea, ut nanciſcerer ad textum Graecum conſtituendum et adiuvandum Codices manu ſcriptos tres. Primus eſt *Bavarus*, ex urbe Monachio miſſus Ratisbonam ad Martinum V. Cl., tum ibi, ſed nunc Lipſiae ad ſcholam Nicolai Rectorem, egregie prorſus de litteris merentem, qui, cum Stephani editione illa ſuperiori Codicem ſumma diligentia conferens, inde praebuit Excerpta pleniſſima. Alterius *Veneti* e bibliotheca St. Marci quoddam ſpecimen, publici iuris factum a Theupolo, deſcriptum mecum communicavit beatus Erneſti, theologus apud Lipſicos nuper eximius. Quod ſpecimen cum eſſet brevius: eius verior auctor Zanetti, bibliothecae iſti tum praefectus et vivus adhuc, a me adductus eſt mercede haud parva, ut abſolveret a ſe coeptam operam, atque Herodianum totum ad eandem Stephani editionem compararet, idque per operam benevolam Lochmanni, Profeſſo-

ris Coburgi Clariſſimi ac Doctiſſimi, cui hic propterea gratias iam praemitto, alias et acturus olim in Codicum noſtrorum hiſtoria. Poſtremo Varietatem Lectionum tertii Codicis *Vindobonenſis*, ab Illuſtri Locella collati ad editionem duodecimae formae, quae typis expreſſa eſt Halae Saxonum impenſis orphanotrophei anno 1759, publicavit Strothus, litteris nuper ereptus maturius, in bibliothecae philologicae volumine primo, ſed per pauciora adhuc, quam e Veneto data ſunt, Excerpta.

Horum librorum varietatem ac novitatem in locis quibusdam Graeci textus nolui ego quidem proponere et quaſi effundere nudam deſertamque, ſed maxime ſuper Codicibus tribus iudicium feci in Notis, probabiles per cauſas oſtendendo, unde lectio iſtorum orta, et plerumque nihil ab iis afferri aliud, quam gloſſas, quae, quanquam interdum blandientes ſpecie, ut Strothum adeo decipiant occupentque, tamen reiici debent, et interdum adeo ſunt manifeſtae, ut de manu librariorum operaque aliena dubitari prorſus nequeat, ac fides illorum Mss. et auctoritas inſigniter minuatur atque debilitetur. Quae quidem opera in explorandis inveſtigandisque Mss. noſtrorum lectionibus multum laboris et temporis abſumſit, et ſimul operis editionem tardavit progreſſusque citiores intractando ſcriptore atque abſolvendo inhibuit. Sed ita diſſerens, volui non tantum efficere, ut iuſtum de noſtris Codd. ſtatueretur ab aliis pretium, (quod et longius faciemus aliquando in ſingulari ſuper illis Mss. diſputatione,) ſed etiam illud conſequi, ut tirones haberent exemplum loci alicuius tuendi defendendique. Omnino ab huius ſaeculi more abimus, qui nimis eſt pronus ad corrigendum, et ad temere excipienda, quae Mss. ſuppeditant, legemque ſanximus nobis hanc praecipuam, ut locum adiuvaremus prius ac potius interpretando, quam emendando.

Ad quam verecundiam et modeſtiam interpretis ac critici editorisque cupimus tum reſpicere maxime hos, qui cenſores ſe editionis atque operae noſtrae conſtituant, tum iuventutem fingere et adſuefacere, ne, properantes iudicium, probent aut improbent lectiones novas vulgatasve ac veteres.

Etſi contra etiam vulgatam lectionem interdum removimus, ſuſcepta ſtatim in textum alia, quam praebebant vel Codices, vel coniecturae Commentatorum, facientes idem eadem cum diligentia et per cauſas idoneas, v. c. 1, 6, 19. ad vulgatum ἀρχόντων, interdum adeo contra Mss., ſi neceſſe erat; ad quam ipſam operam attentos volumus tum cenſores editionis huius, tum iuvenes, ut et hinc ſumant exemplum ac praecepta loci cuiusdam emendandi.

Sed fuit tamen etiam, ubi lectionem veterem relinqueremus intactam, nec ſtatim tolleremus, quia multiplex erat ac varia emendatio atque coniectura, dubiaque adeo et ambigua optio; quod tertium iidem cenſores ſpectabunt cum tironibus, ut momenta cauſasque in partem utramque perpendant, et ad iudicandum acuant ingenia.

Quibus Notis *criticis*, multo illis plurimis, (ubi et diligenter oſtendimus, quae vocales, ſyllabae, aut voces adeo totae, confuſae vel eſſent vel putarentur, et unde, facturi proinde olim peculiarem indicem in hanc partem criticam et confuſionem, ad exemplum v. c. Alberti in Gloſſar. N. T.) ſubinde accedere debuerunt *philologicae*, ad verba, ſingula formulasque dicendi valiturae, nec modo ad ſenſum ac notionem, ſed quoque ad univerſam Herodiani Graecitatem, quae quippe ducta eſt non minus ex aliis Graecis optimae notae atque aetatis, (nominatim Xenophonte, Demoſthene et Thucydide, quem in primis imitatur *Noſter*, conſervata etiam obſcuritate, praeſertim per orationes inſperſas,) quam e ſcriptoribus ſerioris temporis deterioriſque conditionis, atque adeo e Latinitate, et e forma Romanae civitatis, cuius res ſcribebat, quae fecit, ut vocabula quaedam, olim iam uſurpata, tamen notionem acciperent aliam, ut βασιλεὺς, ἀρχὴ, rel.

Atque haec quidem laboris noſtri pars, conſumta in inveſtiganda reperiendaque noſtri ſcriptoris Graecitate ſive privorum verborum, ſive iunctorum, unde hauſta eſſet, longe fuit et moleſtiſſima et in cauſa praecipua, ut in ſcriptore hoc tractando non citius longiusve progrederer, cum ſaepius Indices aliorum ſcriptorum inſpiciendi eſſent et conſulendi, at

ſaepius fruſtra tamen. Unde, quae Noſtro *peculiaria*, aut modo *ad analogiam* ſcripta, dixi per Notas, ſi quis forſan alibi meminerit atque inveniat, veniam is dare volet non incuriae noſtrae, ſed Indicum paupertati, gratiam idem a me initurus, ſi e ſuis copiis penuriam expleat meam, et, quod mihi non licuit, ſe doceat inveniſſe, in primis ex Ariſtophane. Cum enim ab initio uſus eſſem e bibliotheca Koerneri, Theologi quondam et Ephori Lipſiae Celeberrimi atque Doctiſſimi, editione Kuſteri: deinde repetito libro, non potui, ubi cuperem, Indicem hunc amplius conſulere.

Sed redeo ad laborem operamque indagandae Graecitatis Herodianae, quae utique videbatur neceſſaria. Nam in Demoſthene quidem, Xenophonte alioque veteris temporis auctore Graeco, editoribus raro incidit neceſſitas dubitandi inquirendique de bonitate orationis, ſed iam credimus ac ſcimus, verba et phraſes habere recte; quod ſecus eſt in Herodiano, quem in partibus imitatorem optimorum Graecorum agnoverunt Viri Docti, ſed nemo adhuc voluit ſubire moleſtiam hanc, ut in ſingulis locis et prope verbis inquireret, quid probum eſſet vetuſtumve, quidque minus, et unde ſingula fluerent, ceu fonte quodam, et in quo veluti fundo nata; quo in genere et videor vidiſſe quaedam ac reperiſſe, ab aliis nondum animadverſa atque deprehenſa; quae et ipſa notabunt et obſervabunt operae meae editionisque iudices atque animadverſores.

Quam inveſtigandi miſeriam mihi imponens ipſe, cum non parva temporis iactura, ubi inter quaerendum reperi de verbis, quoad vel notiones vel rectiones, quae nondum eſſent in Stephani Theſauro aut aliis in libris, ea non mihi ſoli ſervare volui, ſed ſimul in Notis attuli, grata fore arbitratus aliis, vel ad locupletandum Stephani Theſaurum, vel in uſus aliorum, novum poſtea Graeci ſermonis Lexicon parantium.

Quanquam per eandem quaerendi operam etiam licuit interdum deprehendere, Indices non tenere omnia loca, quae a nobis aliisve animadverſa eſſent atque laudata; unde tum catalogum dedimus et elenchum vocum, Lexicis ignotarum,

tum aliter non raro auximus Indices, nominatim Demoſthenis, qui maxime a nobis legendus fuit in uſum Noſtri, (etiam Suidas, ut locis apparebit ſuis.) Verum, ubi ſic diximus, addendum quid eſſe Indici alicui, id non fecimus reprehendendi cauſa, (quoniam in moleſta Indicis cuiusdam conficiendi opera, quaedam facile poſſunt elabi vel diligentiſſimo animadverſori, aut etiam omitti quaedam certo quo conſilio,) ſed potius ut accurationem noſtram approbaremus, et auctoribus Indicum, adhuc viventibus, vel aliis faciliorem ſuppeditaremus ſupplendi occaſionem; quod et maxime cupio valere, cum indicavi, me non reperiſſe quaedam apud Vigerum, quem Zeunii V. C. opera diligentiaque, quantumvis eximia, tamen non ita augeri ob cauſas aliquas potuiſſe ſcio, ut ipſe Vir Doctiſſimus volebat. Ita que ſatis, confido, liberavi me ab animo nocendi carpendique, et voluntate inimicitias cum aliis mihi conflandi atque contrahendi, libentiſſime ſuum cuique tribuens honorem, et in diligentiſſimis utiliſſimisque Indicibus facile principes agnoſcens illos Mori, Fiſcheri Lipſ. et Zeunii, V. V. Cl. Cl.

Interdum et philologicarum Notarum adhibitum eſt a me genus illud, quod pertinet ad *vertendi* artificium *ſeveritatem* que, ubi docemus, quae verſio in vocibus ſingulis aut phraſibus, in tropis conſervandis minusve, in totoque orationis habitu et ambitu, ſerie atque ordine periodi et membrorum, ſit vel liberior, vel diligentior propiorque Graeco textui, qualis interpretatio plerumque eſt Bergleri, (ſedulo illa a nobis diiudicata etiam ab aliis partibus, nec ſemper probata,) ut contra ſolutior et aberrans a via Politiani, quem tamen in iudicanda conſtituendaque lectione Graeca haud raro oportuit reſpici et in conſilium vocari, quoniam ille interdum eſt loco Codicis alicuius, et alium, praeter noſtros Codices, habuiſſe videtur, quanquam in partibus cum aliquo Codicum noſtrorum conſpirans atque conveniens. Unde et verſio eius, ut in Sylburgii editione eſt cum Stephani Memmiique animadverſionibus atque emendationibus, repeti debet recudique ad finem textus Graeci totiusque operis Herodiani, cum et alii per Notas eam ſubinde ſpectent atque caſtigent.

Utroque autem in Notarum genere hoc ſaepenumero dedimus canones ac regulas ad iudicandum, intelligendum et vertendum pertinentes, quibus tirones maxime utantur etiam in aliis locis atque ſcriptoribus, etiam Latinis, quorum ſermonem ſaepe comparare debuimus et reſpicere, propter tum Verſionem Bergleri, tum Noſtri ſcribendi genus, ad Latinam analogiam ſaepius delectum.

Sed quae Notae ad grammatiſticen ac vulgaris grammaticae regulas cauſasque pertinent, ut cum quaeritur de rectione certarum partium, v. c. de πλεῖςος et τὶς cum genitivo, it. verborum cum certo caſu aliquo, aut de ellipſibus et omiſſis vocabulis quibusdam, (quo in genere ſaepe licuit locupletari Lamberti Boſii librum, etiam Lindneri,) aut de ratione ac genere accentuum, (quos in noſtra editione retinuimus multis gravibusque de cauſis,) huius igitur generis Notae, quas liceat appellare *grammaticas*, deprehendentur in opere noſtro ſane etiam, cum pertineant ad iuſtam Graecitatis notitiam, et quae cauſas reddere queat v. gr. conſtructionis, tolerandae illae propter tirones a provectioribus, qui prudentes propterea nec offendentur, ubi ad latus aliorum Grammaticorum, qui eximie intelliguntur et vocantur, Batavorum, Anglorum, Germanorum, incedere videant Poſſelii Calligraphiam (ubi tamen reperi ſubinde, quibus careret Stephani Theſaurus ipſe,) et Syntaxin, (qui quidem libellus diu meruit, ut auctior ederetur,) ut nec, ſi videant, conferri a nobis Gesneri Theſaurum linguae Latinae ad vel Herodiani vel Bergleri Latinitatem, etiam eo conſilio, ut huius poſterioris appareat interpretandi diligentia et prudentia, qui plerumque delegerit Latina vocabula, quae a Gesnero proferuntur e Gloſſariis vetuſtis cum Graecis vocibus illis ipſis, a ſcriptore noſtro adhibitis; unde fides interpreti Berglero accedit. Sed ubi in Gesn. Theſauro ad Lat. Bergleri erant Graeca aut nulla aut alia: de eo tacuimus, vel, ſi monuimus, certa de cauſa id factum eſt, vel denique, ſi inter contrahendum et corrigendum remanſit quid, olim inde productum, cum elapſum eſſet tollendi propoſito, id deinde tamen in Corrigendis delevimus, ut p. 543. l. 21. ſq. p. 569. l. pen. 576. i. etc.

Quod vero per ſingulas fere voces comparavimus Stephani Theſaurum Graecae linguae, et praeterea ſubinde aliorum virorum, ut Hoogeveeni ad Vigerum, ut Schwarzii e Lexico Novi Teſt., interpretationes: cum res haec riſum debuerit olim irato cuidam per ephemerides Erfurtenſium litterarias cenſori; quanquam idem et alia noſtra ſtupuit potius, quam reprehendit, mentem noſtram rationemque ne aſſecutus quidem; fecimus id non temere, nec ut lectores obrueremus verſionibus, ac iuvenes in primis perturbaremus, incertosque redderemus et dubios. Nam, etſi purgare noluimus inſtitutum noſtrum exemplo illorum, qui ad Sacrum Codicem plurium Commentatorum ſententias atque interpretationes collegerunt; quia Herodianae res non ſunt tanti: tamen, cum ſemel noſceremus illas aliorum explicationes, noluimus iis tacendis incurrere in ſuſpicionem vel negligentiae vel ignorantiae, idque hoc magis, quod ſunt, qui cupiant cognoſcere, quomodo et alii loca intellexerint quaedam atque interpretati ſint; et ſaepenumero in variis exponendi loc ſententiis iudicium fecimus, ſubinde caſtigantes et rectiora docentes. Verum in conferendo Stephani nominatim Theſauro alia etiam cauſa fuit haec, quod ille interdum alias ibi lectiones, quam in editione ſua, ſequeretur, alias item interpretationes adhiberet, quam in Notis aut in margine ad Politiani Verſionem; qualia tranſire vel neſcire mihi religio fuit, libenter aliis concedenti ſuum morem ac ſenſum. Caeterum, cum ab initio laboris Herodiani e bibliotheca beati Longolii Rectoris Curiae Celeberrimi, editione huius Stephaniani Theſauri uſi eſſemus plena: poſt mortem iſtius debuimus contenti eſſe alia, Tomo primo imperfecta, et modo ad p. 1822 producta; deficientibus paginis usque ad 1867, ut aliquis ad calcem ibi notarat; nec adeo potuimus deinde iterum comparare, quae e prima illa quondam in noſtro Indice excerpſeramus; et ſi quid forte in Notis non tetigimus, quod aliquis ſua in editione theſauri illius reperiat: cauſam attulimus hic ne tribuat incuriae; ſicut Scotti Supplementa eiusdem Steph Theſ. plane non licuit comparari.

Notae vero *hiſtoricae* a nobis venerunt paucae, quoniam ab aliis res, in facto poſitae, quatenus Herodianus narrat aliter, quam Dio aut alii, iam fuerunt fere compoſitae. Tamen, ſi quid in eam partem noſſemus, attulimus, aliorumque monita adhibuimus, in primis illa e Notis ad Dionem Caſſium.

Sed hiſtoricam partem maxime iuvimus lumine iſto, quod petit a *chronologia*, addentes propterea in margine capitum narrationumque partibus ſingulis annos tum urbis Romanae, tum Chriſti nati, idque partim ex hiſtoria Anglorum, quam Illuſtris Heynius quarto volumine edidit, partim vero ex editione tum Herodiani Patavina, tum Reimariana Dionis, quoniam res, a Noſtro tractatae, non omnes ſimul in his laudatis libris reperiebantur, ſed quaedam neglectae ac ſilentio praeteritae, nominatim ab Anglis, ut ſubinde per Notas monui. In quo cum operae interdum non poſuiſſent veros numeros, ut in Commodo a cap. 8. inde ad c. 11.: errorem hunc, tardius a me animadverſum, in calce ſimul emendandum indicavi, coactus quidem per librorum hic penuriam contentus eſſe praeſentibus iſtis praeſidiis, ſed gratiam habiturus, ſi qui in hanc chronologicam rationem meliora ſubminiſtrent.

Similiter, quia cum Fabricius Reimarusque ad Dionem, tum Leisnerus et Strothus ad Herodianum ipſum *numos* ſubinde comparaverant, quibus vel confirmarentur vel illuſtrarentur res, a Noſtro commemoratae, horum ſecutus exemplum, adieci, quae ex hoc genere excerpſeram quondam (praeter aliquem librum, cuius titulus mihi periit in Adverſariis, ubi inde ſcripſeram numiſmatica, unde in Notis addidi: *neſcio, unde*,) ex Oiſelii theſauro ſelectorum numiſmatum antiquorum, item e ſimilibus operibus Spanhemii, Banduri ac Landi, e Begerique theſauro Brandenb., unde et gemmas laudavi quasdam, et id ipſum aut ſtatim in Notis ſub textu, aut in Addendis, ſi quid tardius cognitum eſſet. Sed in his olim excerpendis cum brevius verſatus eſſem, et deinde libros non amplius habuiſſem ipſos: univerſe tantum in Notis ſubinde dicere debui, v. c. hunc vel illum numum ap. Begerum referri ad certum aliquem Noſtri locum; quod per ſe ſane

non ſufficiens, tamen excuſabitur neceſſitate, et ſciendi avidos adiget ad libros ipſos inſpiciendos.

Cumque res, pertinentes ad *Romanas* maxime *Antiquitates* omnis generis, in Noſtri hiſtorico opere ſaepenumero attingerentur: etiam huic proſpexi parti ſic, ut Curiam profectus vicinam in urbem, ad Longolium, tum adhuc viventem, ſedensque ibi per dies aliquot, e Theſauro Graeviano exſignarem, quae ad intelligenda Noſtri loca quaedam aut viderentur prodeſſe, aut in collectis ibi virorum doctorum opuſculis monita eſſent atque ſuppeditata, hac eadem de cauſa diligenter conſulens et inſpiciens, quae ipſe domi habebam meae, alia opera, ut Lipſii, maxime e Tomo tertio.

Omnino ad recte intelligendum explicandumque Herodianum, quoniam id non procedebat ſine iuſta librorum copia et lectione multa, nec tempori peperci nec ſumtui, neceſſarios libros tum aliis ex urbibus conquirens, tum vero etiam coëmens in bibliothecam vel meam vel Gymnaſii urbici. Sed cum in hoc rei domeſticae contemtu quodam tamen et ratio habenda eſſet vitae reliquae meorumque: ſi quos alii libros non me tenere ac laudare videant, in primis Criticos et Philologicos recentiſſimi temporis, ab his facile veniam arbitror huius parſimoniae atque inopiae me impetraturum, et, ſi quid ignoratum praeteritumque moneant alii, libenter additurum, profiteor.

Pergo ad Notas aliorum, quae in editione noſtra conſpiciuntur, hoc fere deinceps ordine, 1) Stephani, ex margine aut calce, 2) Sylburgii, ex commentario aut indice, 3) Boecleri, 4) Oxonienſis editoris, 5) Leisneri, 6) Reiskii, 7) Strothi et 8) Gedikii, quibus ipſis interdum mea inſerui quaedam, uncis diſtincta, ubi neceſſe videretur, aut brevitatis cauſa. Ac Stephani quidem Sylburgiique ſumtae ſunt ex editionibus illorum, ſimiliterque Boecleri et Oxonienſium, quarum poſteriores, cum fere hauſtae eſſent e Boeclero, tanto magis potui omittere partim, ut et Boecleri has, quae vel Stephani Sylburgiive coniecturas repeterent ſine criſi ulla, (ob quam cauſam et multa Scheidiani Indicis oppreſſi,) vel argumenta tractarent, quae *politica* vocant, nec tamen ſcriptori

noſtro multum proſunt, vel denique pertinerent contra Stephanum in reprehenſa Politiani Verſione, tum maxime, ubi Boecleri refutatio erat inanis, Politiani autem apertus error. Sed Leisneri Notas tenui triplices, *quasdam* in Programmate ſuper Herodiano et Bergleriana Verſione, (quod propterea ſeparatim fuit praemittendum,) *quasdam* porro e peculiaribus Voluminibus in ſingulos noſtri hiſtorici libros, *quasdam* denique in editione Oxonienſi ſecunda, qua per vitam uſus erat Leisnerus, ad marginem aut aliis locis exſignatas, quarum e tertio genere partem interdum dedimus ſimul in Notis noſtris; etiam illas, quas Leisnerus allineret margini Berglerianae Verſionis, aut beatus Erneſti margini editionis, quam Parei nominamus ſecundam. Reiskii autem Notas habui ab Ipſo, dum vivebat, excerptas ab uxore Iſtius doctiſſima ex adverſariis mariti, qui et dono ſimul miſerat binas editiones Baſileenſes; unde in memoriam nomen Ipſius referunt in Varietate Lectionis. Strothi praeterea Notas ſum nactus duplices, paucas quidem e Chreſtomathia eius Graeca ad loca quaedam, e Noſtro excerpta, ſed omnes illas ex libellis, quos per occaſiones ſcholaſticas in Herodianum ſcriptos, dum in vivis erat, ipſe mecum communicavit, praeter Programma in librum octavum, quod demum poſt Strothi mortem accepi benevola opera Strauſſii, apud Ricobacenſes in vicinia noſtra nuper Sacrorum Antiſtitis Litteratiſſimi, cui gratias ex merito dicendas mors interveniens praeripuit. Gedikii denique, Viri Summi ac Berolini de re ſcholaſtica eximie meriti, ſunt et ipſae Notae duplicis generis, partim e Stoſchii V. C. Muſeo Critico Vol. 2. Faſc. 1. p. 216. ſqq., partim per litteras mihi benigniſſime traditae.

Bergleri autem Notae, quas ſeparatim hic commemorare teneor, etſi ſunt rarae, tamen commendantur tum linguae Graecae peritia inſigni, tum maxime facilitate ac veritate emendationum, ad quas ſaepe etiam ducit eiusdem Verſio tunc, ubi in Notis tacuit, nec Notae futurae ſignum punctorum trium (∴) intra Verſionem poſuit, quo poſito interdum, tamen morte praeventus eſt, quo minus ipſam ſubiiceret Notam, quam ſortem alii dolebunt nobiscum, qui, poſt Leisneri

coniecturas quasdam ad Berglerianam Verſionem, debuimus ſubinde ipſi divinare ac reperire, quid ille emendaret; ſicut et in quibusdam locis, ubi ſcriba Bergleri (qui ipſe modo aliquot paginas manu ſcripſerat ſua) omiſiſſet quaedam, coacti ſumus explere lacunas vel e Politiano, vel per interpretationem noſtram. Sed de hac Bergleri Verſione, poſt Leisneri quaedam in Programmate, tamen ſpicilegium nobis relictum erit, alibi proferendum.

Et hae quidem Notae ſub textu Graeco et Varietate Lectionis ponuntur, ſuper quibus iudicamus quidem ſimul in noſtris Notis ingenue, at, qua par eſt modeſtia atque lenitate, remota omni acerbitate et inhumanitate; quo ipſo exemplum praebere voluimus iuvenibus, ne, abrepti quorundam criticorum ira aeſtuque ad iudicia de ſententiis aliorum iniquiora ac duriora, apud viros honeſtos, prudentes lenesque incurrerent in iuſta odia, famam opinionemque de ſe malam, et damna fortunae futurae.

Erunt etiam in Notis noſtris interpoſita, quae ſuper certis ſcriptoris noſtri locis collecta miſerunt viri nonnulli, vel ad emendandum, vel ad intelligendum illuſtrandumque; quo nomine hic laudamus benevolentiam Mori, Theologi apud Lipſienſes egregii, ibidemque Beckii, Viri Clariſſimi, quem paulo poſt nominamus pluribus, item Zanetti quaedam et Kappii V. Cl., olim in Gymnaſio Curiae, nunc Baruthi ſacras profanasque litteras cum laude ſumma profitentis, qui per Excerpta e Bocharti Hierozoico aliisque libris bene de nobis meruit nec ſine gratia.

Sed aliae Notae ſequentur olim poſt textum, nec modo illae Voëti in librum Herodiani primum, quae et dudum ſeparatim prodierunt forma duodecima, verum etiam aliae, ut, quas benevole miſit Meſſerſchmidt, V. Cl., Rector ſcholae Vitebergenſis, litteratura univerſa perquam nobilitatus.

Quod in aliud tempus et Tomum ultimum differo cenſum iudiciumque editionum et Codicum: non id fit temere aut pigre, aut ſine exemplo, ſed duabus maxime de cauſis, primo, ut interea, dum finitur totum opus, impetrem editiones, quibus adhuc careo, 1) Iuntinam quidem anni 1517,

octonis excuſam, 2) Stephani illam eiusdem figurae, ſed anni 1568, quae habetur in iſtius Volumine 2 Romanorum hiſtoricorum, denique 3) Boecleri primam, anni 1644, itidem octonis vulgatam, non, quo ad textum Graecum conſtituendum iis magnopere opus ſit, ſed ut ne quid deeſſe mihi videatur ad cenſum faciendum, in quo ipſo ut recte verſari queam, accedit cauſa altera, cur nunc quidem dimittam hanc operam, ut e plane pertractatis Codicibus demum definiri poſſit colligique pretium iſtorum, quia Bavarus quidem una cum Veneto ſatis comparatus eſt mihi atque perſpectus, non item dum Vindobonenſis, ſerius hic ad me delatus, nunc que maxime in manibus et oculis mihi.

Reliquos operis Tomos, (quos duo tantum, praeter hunc, cogito forma hac octavo maiori, libenter facturus, ubi duobus modo defungi liceat,) quoad divina per ſuſtentatam animi corporisque alacritatem adiuverit benevolentia, deinceps dabo, quoad res a me pendet, ſine multo temporis intervallo, curatos illos quidem eadem cum diligentia, ſed tamen etiam ſimul conſervato brevitatis propoſito, quod hoc magis tenere potero, quia, poſt compoſitos profligatosque iam *quinque* libros, non ita ſingulis in verbis ac iunctis reliquorum librorum, fere redeuntibus, haerendum erit atque deſudandum.

Poſcit iam res et animus, ut hic quoque producam, qui profuerunt nobis in Herodiano opere variis rationibus, reliquos viros. In his primo loco ponendus eſt et collaudandus Leisneri beati, Graece quondam Latineque Doctiſſimi Viri, heres ac filius, hic Plaviae degens, inſpiciendis rebus acciſis cauſisque agendis vacans reip. cum eximia laude, ac litterarum veterum apprime intelligens, cuius quippe voluntate benigniſſima contigerunt nobis non modo Patris in Herodianum Notata, ſed etiam editiones aliquot cum libris aliis, in operam noſtram neceſſariis, cui ob haec omnia, quae beneficiorum non vulgarium loco reponimus, perpetui temporis mentem ſervabimus ad officia ſumma omnia devinctam.

Poſt hunc debeo gratias agoque plurimas duobus Viris Celeberrimis ac Doctiſſimis, Lipſicaeque cum urbis, tum academiae ornamentis ſplendidis, Martino quidem Rectori, quem ſaepe commemoro, ſed ſemper cum honore praecipuo, deinde Beckio, Graecarum litterarum Profeſſori intelligentiſſimo, ſed et mihi amiciſſimo inde a multis annis, quorum uterque operam quidem dedit, ut bibliopolae ſuſciperent ſumtus editionis futurae, ſed tantum Beckio contigit, ut redemtorem operis nanciſceretur, quem Suickertum, in ſuo genere iam celeberrimum atque egregium, hic ſtatim laudare non obliviſcar ob bene inſtitutum opus, quod nec a forma externa diſpliciturum eſt lectoribus et emtoribus, ſed et ſeſe approbaturum ita, quod in una plagula tot res accipiant, nec parſimoniam et paucitatem dolere cogantur ac queri, conſpicuam illam alias in charta quantumvis longa. In quo ſi qui ſint, qui ab elementorum brevitate formularumque typographicarum tenuitate oculorum aciei timeant: ii paulo iniquius redemtoris conſilium honeſtum contemnunt, aliorumque emtorum emolumentum maius, ac libri pretium vilius non cogitant, nec, alios etiam eſſe libros, quos emtos poſſideant, eadem ratione editos, cumque laude ac lucro divenditos, nec in hoc genere curari poſſe ac reſpici ſingulos quosque viros aut pueros, quibus providentes, ſpatiumque lucraturi, etiam contracta nomina propria virorum ac librorum, praemiſſo Indice compendiorum in ſcribendo, explicuimus. Caeterum, quoniam longinquitas locorum fecit, ut ipſe corrigere plagulas ſingulas ante, quam prela ſubirent ultima, ab initio nequire viderer: neceſſe fuit, ut ante calcem Gr. Tomi huius ſubiicerem *Corrigenda* et *Addenda*, quibus monerem lectores, ſi quid inter edendum non recte caderet. Quod tamen pertinet maxime ad *quinque* plagulas *primas*. Cum enim a ſexta inde corrigendi moleſtiam ſimul ipſe ſuſcepiſſem, poſt emendationem primam, Lipſiae inſtitutam, miſſis huc Plaviam plagulis: rariora deinde vitia ac pauca ſemper pro mole voluminis rerumque ſpiſſa copia, offendentur typographica; quo nomine etiam praedicanda hic Suickerti eius-

dem liberalitas, cum magnifice contemſerit ſumtus, faciendos illos in plagularum ſingularum miſſus; ut tamen ab hac integritate ac puritate cum redemtori accedat novus honor, tum editioni commendatio maior.

Sed redeo, unde paululum digreſſus ſum. Etenim praeterea laudandi ſunt hi etiam, qui iuverunt ſuppeditandis libris aliis. In quo genere ac beneficio reverenter habeo ac nomino tum Illum, qui praeeſt Splendidiſſimi Senatus Lipſici ornatiſſimae inſtructiſſimaeque bibliothecae, e qua Bergleri nova Herodiani Verſione, inde a Leisneri morte, utor, ſuo tempore reddenda recte, ſummisque cum gratiis, tum Hos, qui curant bibliothecam ſcholae cathedralis, quae Cizae floret, Viros genere, munere meritisque Eximios, unde, per officia benevola cum beati Strauſſii, ſupra memorati, tum Milckii, V. Cl., Rectoris ibi Doctiſſimi, in manibus eſt meis editio Herodiani Aldina maior cum Sylburgiana; quibus libris cum non ſine fructu et ipſe utar, et publica litteratorum commoda multum adiuventur: habebunt beneficii huius auctores, unde gratiſſimum a me expectent animum, et vero etiam ſe non poeniteat benevolentiae, ita magnifice declaratae.

Quo eodem in genere proferimus tres ſimul, Tromlerum cum Scheelio et Nackium, quorum duo priores, ambo oratores diſerti, ambo antiſtites ſacrorum graviſſimi, iſte apud Schneebergenſes, hic Camentii in Luſatis, ambo coniunctiſſimi mecum, iſte affinitatis, hic collegii quondam, nunc amicitiae vinculo, ſed tertius apud Oeſhicenſes in vicinia noſtra non tantum artis muſicae peritia interiore clarus, verum et rei litterariae, ac de ſchola ibi per longum tempus bene meritus, qui igitur usque ad hunc diem mutuo concedentes ſinguli ſingulos libros. Eutropii cum Graeca Metaphraſi et Zoſimi editionem Cellarianam primus, alter Henrici Stephani Theſaurum, ſed tertius Suiceri Theſaurum, tantam a me inierunt gratiam, ut huius benignitatis memoriam cum ipſo Eorum cultu atque amore per omnem vitam ſim conſervaturus.

Debeo praeterea et Ioglero, apud Luneburgenſes in Academia regia, quae Equitibus patet, doctori antea omnium litterarum copia inſtructiſſimo, et per totum orbem litterarium clariſſimo, debeo igitur et huic, cuius ſenectutem, etiam noſtro cum dolore, oculorum valetudo non ita mollem reddit, ut cupimus, debeo igitur huic quoque gratias hic palam, quod editionum Herodiani apparatum cumulatiſſime auxit, ut olim agnoſcetur, ubi in hunc locum fuerit ventum.

Caeterum, ut in tractando ſcriptore noſtro hunc maximum ducimus percepimusque fructum, quod Graecitatis tum ſitim (quam debemus diſciplinae divinae Roſtii, quem hic quoque in extrema praefatione tenemur appellare cum ſummo cultu) ſedavimus plene, tum notitiam quotidie auximus atque ampliavimus, etiam ad commodum noſtrae diſciplinae alumnorum, quibus in explicatione ſcriptorum priſcorum impertire licuit aliquid e Graecis litteris, ad Herodianum tractatis: ita ſine fiducia nimia ac vana praeſcimus ac pollicemur, fore, ut alii e labore noſtro capiant emolumentum aliquod atque incrementum cognitionis litterarum Graecarum

Qui ſi parva quaedam et tenuia inſperſiſſe videamur: reſpeximus ſane tirones, ſed et monſtrare voluimus, quid magiſtri ſubinde in tractandis ſcriptoribus animadvertere ac docere poſſint, cum nec ſine his minutis et levibus, quae videantur, quibus parari queat iuſta et ſubtilis linguarum notitia, aut conſtare interpretatio ſevera. Sed iſta minuta ſuperantur, ut ſpero, multitudine maiorum atque graviorum.

Ego vero ubi nactus fuero iudices rerum non ſolum idoneos et peritos, ſed quoque patientes laboris cogitandi que cum in locis, a me defenſis ac ſuſtentatis, tum in verbis et phraſibus ſubtilius expoſitis verſisque, tum vero etiam, ubi iudicium fit de diverſitate interpungendi per editiones atque Codices, aut in ordine ac ſerie orationis periodique demonſtranda: facile approbaturus videor cauſam meam,

nec tam formido culpam properationis, levitatis atque incuriae, (ad quae nec in aliis rebus factum me a natura ſciunt, qui me norunt,) quam praeſentio ſeveritatis, diligentiae ſubtilitatisque nimiae iudicium, totum crimen hoc, quod hodie eſt apud quosdam in accuratiore ſcriptoris editione atque expoſitione, habiturus verius pro laude, nec in maximo momento illas nonnullorum voces, qui animadverſionum Notarumque copia et prolixitate gravantur, nec reputant alia multo maioris molis opera, nec quam in libris aeſtimandis non ita quaeratur de magnitudine ac multitudine, ut de bonitate atque gravitate, idemque acquieturus in conſcientia tum recti conſilii, tum utilitatis redundaturae e labore ad eos, qui diſcendi fuerint cupidi, nec ad legendum acceſſerint occupati pravis opinionibus, tum fruiturus iſto ſaltem teſtimonio iudicum non corruptorum et cupidorum, qui fateantur agnoſcantque, opere in noſtro critices ac philologiae non tam adverſarium, quam codicem quendam, inveniri, et qui videant, laborem hunc noſtrum immenſum, tot annorum, tam ingratum, ſterilem inanemque, ut vix ſumtus in libros conquiſitos et coëmtos reddat, aut, ut quidam ſolebat dicere, ne *copiales* quidem, chartam, liquorem et calamos, ſi non ſit leniendus aliquo plauſu et compenſandus, nec tamen iniquitate partiumque ſtudio contaminari oportere atque deprimi.

Minorem Herodiani editionem, ſcholarumque uſibus magis accommodatam, cum Graeco textu novo e vel Codicibus noſtris aliisque, vel emendationibus, per Notas prolatis, parabo poſtea demum, ubi et aliorum, qui nunc intelligendi iudicandique laudem ac facultatem habent, collegero ſententias, libenter ad veriora et meliora obſecuturus atque ceſſurus, qui ſenſum hunc animumque videor vel eo prodidiſſe, quod ante textum Gr. Tomi huius non tantum errata operarum quam diligentiſſime notata dederim, ſed etiam ex iis, quae olim ſcripta eſſent, nonnulla magis perſpicue pleniusve, ut ad 1, 6, 12. ſuper καὶ γὰρ αὐτοὶ, item alia retractarim, ut ad 1, 13, 10. e. ſuper Verſ. v. λείπεσθαι e Diod.

Sic, quoniam ita fert mentis humanae ratio, ut interdum acutius videat et cogitet dilucidius, ſed per illud temporis ſpatium, quo plagulas ſingulas, huc miſſas, percurri oportuit, quanquam fere quinque horis in eas conſumtis, non tamen, propter denſitatem rerum ac multitudinem, omnia diutius potuerunt perpendi. Quam quidem profeſſionem ut aequi iudices nolent in crimen negligentiae convertere atque detorquere, ſic ego hic finiens neceſſariam duxi, ut aliis plane de animo conſtaret meo et pateret, mea me non ita diligere, ut iis pertinaciter contraque aliorum monita, ſi recta ſint, inhaeſurus ſim atque immoriturus, ſicut contra, qui operis noſtri futuri ſunt cenſores, ſimul reſpicient iſta *Addenda* et *Corrigenda*, ut ſuper ſingulis locis plena ſententia dicatur et integra. Scripſi Plaviae Variſcorum Iunio menſe A. C. N. CIƆIƆCCLXXXVIII.

INDEX
COMPENDIORVM SCRIBENDI,

quae adhibentur ad indicanda nomina tum editionum et Codicum Mſs. in Varietate Lectionis, tum in Notis librorum laudatorum, item ad exprimendos terminos technicos, ad grammaticam pertinentes.

ed. editio.
ed. l. editio laudata
edd. editiones.
A. 1. } Aldina editio, formae maximae (in fol.) et octavae.
A. 2. }
B. ſ. *Bs.* 1. } Baſilienſis editio
B. ſ. *Bs.* 2. }
B. ſ. *Bs.* 1. et 2. *L.* Baſil. edit. Leisneri
B. ſ. *Bs.* 1. et 2. *R.* Baſil. edit. Reiskii
Bc. 1. et 2. Boecleri edit.
Ed. Edinburgenſis edit.
In. ſ. *Ing.* Ingolſtadienſis edit. ſ. Ingolſtadienſes editiones
In. ſ. *Ing.* 1. et 2. Ingolſtadienſes editt.
Lo. ſ. *Lov.* Lovanienſis edit.
Lu. ſ. *Lug.* ſ. Lugd. Lugdunenſis edit.
Ox. ſ. *Oxon.* Oxonienſis edit. ſ. Oxonienſes editiones
Ox. 1. et 2. Oxonienſes editt.
Par. Parei editio
Par. 1. et 2. Parei editiones
Pat. Patavina editio
Sb. Sylburgii editio
Stp. Stephani editio

II.

Cod. Codex
Codd. Codices
Ms. manu ſcriptus liber
Mss. manu ſcripti libri
M. ſ. *Ms. Ba.* manu ſcr. Bavarus
M. ſ. *Ms. Ve.* manu ſcr. Venetus
M. ſ. *Ms. Vi.* manu ſcr. Vindobonenſis
M. ſ. *Ms. Bg.* manu ſcr. Bergleri Verſio
Excp. Excerpta e Mſs.
Exc. Excurſus
Loc. Locella
Mart. Martini
P. ſ. *Pol.* Politianus ſ. Politiani Verſio
P. ſ. *Pol.* ed. Antw. Politiani Verſio, edita Antwerpiae
V. ſ. *Vet. lex.* ſ. *Lex.* vetuſta Lexica.

III.

abl. ablativus
abſtr. abſtractum
acc. accentus ſ. accuſativus
act. activum ſ. active, ſ. activae formae
add. adde, addendus, addendum,
adi. adiectivum
adv. adverbium ſ. adverbialiter
analog. analogia
anteced. antecedens
antep. antepenultimus
ap. apud
art. ſ. *artic.* articulus
cf. confer ſ. conferatur
comm. communis
comp. comparativus gradus ſ. compoſitum
compoſſ. compoſita, plural.
concr. concretum
conf. ſ. *confuſ.* confuſio
coni. coniugatio, ſ. coniunctio, ſ. coniunctivus
conſequ. ſ. *conſq.* conſequens
dat. dativus
dem. ſ. *demonſtr.* demonſtrativum pronomen
dupl. duplex
e. ſ. *extr.* extremus

ellipt. acc. ellipticus accuſativus, oppreſſa praepoſitione κατὰ,
expl. ſ. *explic.* explicat ſ. explicatur ſ. explicatio
fem. femininum
f. ſ. *for.* ſ. *fort.* forte ſ. fortaſſis ſ. fine
gen. genitivus
gramm. grammaticus, grammatica
Gr. Graecus
  cum Gr. n. cum Graeco noſtro
  cum Gr. al. cum Graeco alio
  ſine Gr. ſine Graeco
Grr. Graeca
  cum Grr. al. cum Graecis aliis
  ſine Grr. ſine Graecis
h. ſ. *hiſt.* hiſtoria, ſ. hiſtoricus
h. hymnus
h. l. hoc loco, hunc locum
i. ſ. *in.* ſ. *init.* initio
impr. improprius ſ. improprie
ind. index
indd. indices
int. ſ. *intp.* interpretatur, ſ. interpretatio, ſ. interpres
intp. interpretes
l. ſ. *leg.* lege ſ. legendum, ſ. linea
lect. lectio
m. ſ. *marg.* margo
m. Ox. Margo editionis Ox.
m. P. Margo Politiani Verſionis
m. ſ. *med.* medius, medium
maſc. maſculinum
met. metaphora, ſ. metaphorice
n. ſ. *neutr.* neutrum
nom. nomen
nomin. ſ. *nominat.* nominativus
opp. opponitur ſ. oppoſitum
opt. optativus
p. ſ. *pag.* pagina
p. ſ. *pen.* penultima
p. pro
partic. particula
particip. participium
paſſ. paſſivum, ſ. paſſive
perſ. perſona ſ. perſonalis
plur. pluralis
poſ. poſitivus
poſter. poſterior
poſtr. poſtremus
pr. principio ſ. prior ſ. praecedens
prior. prioribus etc.
pron. pronomen
propr. proprium ſ. proprie
rec. recens
recipr. reciprocus
ſeq. ſ. *ſq.* ſequens, it. ſequitur
ſeqq. ſ. *ſqq.* ſequentes ſ. ſequentia
ſimpl. ſimplex
ſing. ſingularis
ſub. ſubaudi ſ. ſubintellige
ſubi. ſubiunctivus
ſubſt. ſubſtantivum
ſup. ſ. *ſuperl.* ſuperlativus
ſup. ſupinum
ſyn. ſ. *ſynon.* ſynonymum, ſ. ſynonymia, ſ. ſynonymicus
ſync. ſ. *ſyncop.* ſyncope
ſynecd. ſynecdoche ſ. ſynecdochice
v. verbum, it. vide ſ. videatur
v. ſ. *vs.* verſus ex poëta
v. l. vetus Lexicon ſ. vetera Lexica
v. L. ſ. *Var. L.* varia lectio ſ. varietas lectionis
v. N. vide Notam
Vern. Vernaculus,
Verſ. ſ. *Vs.* verſio
vet. vetus
vett. veteres
voc. ſ. *vocab.* vocabulum
vocabb. vocabula
Vol. ſ. *V.* volumen
vulg. vulgatum
vulg. lect. vulgata lectio
utr. uterque etc.

IV.

Abr. ad Aeſch. Abreſch. Animadv. ad Aeſchylum
Abr. Dl. T. ſ. *Dil. Th.* Abreſch. Dilucidatt. Thucydid.
Abr. L. Ar. Abreſch. Lectiones Ariſtaenet.
Adv. Adverſaria Gatakeri etc.
Ae. ſ. *Aeſch. Fi.* Fiſcheri Aeſchines Socrat.
Ael. V. h. Aeliani Var. hiſt.
Aeſ. Fa. Aeſopi Fab.
Aeſ. Fa. Hſ. Aeſopi Fab. Heuſingeri edit.
Aeſch. Or. Aeſchines orator, edit. Reisk.

Aeſch. Or. ep. S. ſ. *Samm.* Aeſchinis oratoris epiſtolae edit. Sammet.
Aeſch. Prom. ſ. *Pr. V.* Aeſchyli Prometheus vinctus
Aeſch. Th. ſ. *S. c. Th.* Aeſchyli Septem contra Thebas
Ai. Soph. Aiax Sophoclis
Al. ab Al. Alexander ab Alexandro
Alb. Gl. N. T. Alberti Gloſſar. Nov. Teſt.
Alc. Eur. Alceſtes Eurip.
Alc. ep. Alciphronis epiſtolae, ed. Bergler.
Almelov. Faſt. Almeloveen Faſtorum Rom. Conſularium libri duo, ed. Amſt.
Alſtorphius in diſſert. de lectis et lecticis veterum.
Amm. M. Ammianus Marcellinus, edit. Erneſti
Amm. ſ. *Ammon.* Ammonius de different. voc., edit. Valcken.
Anim. ſ. *An.* Animadverſiones
Ann. ſ. *Annot.* Annotationes
Ant. Gat. Antoninus edit. Gataker.
Ant. Gr. ſ. *Rom.* Antiquitates Graecae et Roman.
Ant. Ind. Rs. Antiphontis Index Reisk.
Apin. L. ſ. *Lex.* Apini Grammaticaliſches Lexicon
Ar. ſ. *Ariſt. Kuſt.* Ariſtophanes Kuſteri
Ariſt. L. Abr. Ariſtaenet. Lect. v. Abr.
Ariſtt. ſ. *Ariſtot.* Ariſtoteles.
Arn. An. Gr. D'Arnaud Animadv. Gr.
Auct. ſ. *A.* Auctarium Dilucidatt. Thucyd. Abreſch.
Auct. ſ. *A.* Auctor, ſ. Auctores
Aur. V. Aurelius Victor
B. ſ. *b. Ern.* beatus Erneſti
Bach. Xen. Bachii Xenoph.
Bandur. Banduri numismata imperatorum
Barn. Eur. Barneſii Euripides
Barth. Adv. Barthii Adverſaria
Baſ. L. Lexicon Gr., Baſileae editum, idque duplex, anno 1557, ſed plenius 1572.
Bauer. ſ. *Bau. Phil.* Baueri philologia Thucyd. Paul. etc.
Beck. Eur. H. Beckii Euripid. Hippol. etc.
Beger. ſ. *Beg.* theſaurus Brandenburg.
Berk. Berkelii editio Stephani Byzant.
Bg. Lat. Bergleri Latinum
Biſ. ad Ariſt. Biſetus Schol. Ariſtophan.
Boch. geogr. it. *hier.* Bocharti geographia et hierozoic. ed. Francof. 1675.
Boern. Boerneri diſſert. de Saturnalibus
Braun. de veſt. ſac. H. Braunius de veſtitu ſacerdot. Hebr.
Bud. C. Budaei Commentar. Graec. l. edit. 1556.
Buleng. Bulenger. de imperio Rom. it. de venatione circi.
Call. Calligraphia Poſſelii, it. Callimachus
Cam. Camerarius ad Sophocl. it. horae ſubceſivae etc.
Cap. ſ. *Capit.* Capitolinus in ſcriptoribus hiſtor. Auguſtae
Car. Stp. Dict. Caroli Stephani Dictionarium hiſtoricum, geogr., poëtic.
Carpz. Par. St. Carpzovii Paradoxon Stoicor.
Carpz. Hieron. Dial. Carpzovii D. Hieronymi duo dialogi ed. Altenb. 1772. 12.
Caſ. N. Caſauboni Notae
Caſ. Athen. ſ. *Ath.* Caſaub. Athenaeus
Caſ. Ex. Bar. Caſauboni Exercitatt. Baron.
Caſ. Dion. v. *Dion.*
Cell. n. o. a. Cellarii notitia orbis antiqui, edit. Schwarz.
Char. Chariton, v. D'Orv.
Chr. Gr. Chreſtomathia Graeca Gesneri, Harleſii, Strothi
Cl. Cic. Clavis Ciceron. Erneſti
Claud. Claudianus
Corn. N. Cornelius Nepos edit. Staveren
Corſ. diſſ. ag. Corſini diſſertatt. agoniſt.

Cort. Cortius ad Salluſt. it. ad Ciceron. epiſt.
Cup. Obſ. Cuperi Obſervatt. edit. Lipſienſ.
Cyr. Cyropaedia Xenoph. Mori et Zeunii
D'Arn. An. D'Arnaud Animadv. etc.
Dem. Ind. Demoſthenis Index Reisk.
Dem. ſ. *Demetr. Phal.* Demetrius Phalereus περὶ ἑρμηνείας in edit. Fiſcher. rhetor. ſelect.
Dev. Devarius, ed. Reusmann.
Di. Diana, ut *Call. h. Di.* Callim. hymn. in Dian.
Di. H. S. v. *Dion. H.*
Diatr. p. H. Valckenar. Diatribe poſt Hippolyt. Eurip.
Din. Ind. Dinarchi Index Reisk. Orator.
Diod. S. Diodorus Sicul. ed. Weſſeling.
Diog. L. Diogenes Laërtius ed. Menagii etc.
Dion. Caſ. Dionis Caſſii ed. Reimari
Dion. H. Dionyſius Halicarn.
Dion. H. Rs. Dionyſius Halicarn. ed. Reisk.
Dion. H. S. ſ. *Sb.* Dionyſius Halicarn. ed. Sylburg.
D'Orv. Ch. D'Orvill. Charit.
D'Orv. Van. Cr. D'Orvill. Vannus Critic.
Dreſ. ſ. *Drs. de V. med.* Dreſigii libellus de verbis mediis ed. Fiſcheri
Duk. Dukerus, ed. Thucyd. etc.
Ebert. phyſ. per epiſt. ſ. Eberti Naturlehre für die Jugend.
Epict. H. Epictetus Heynii
Ern. Call. ſ. *Hom.* Erneſti Callim. ſ. Homer.
Ern. In. Erneſti Initia ſolidioris doctrinae
Ern. L. Erneſti Lexicon Graec.
Eur. Euripides
Euſt. ad Hom. Euſtathius
Eutr. M. ſ. *Met.* Eutropii metaphraſis Graeca ed. Cellar.
Ev. F. v. *Fd.*
F. ſ. *Fa. Aeſ.* Fab. Aeſop.
Fabr. ad S. Emp. Fabricius ad Sext. Empir.
Fabr. ad Dion. C. Fabricius ad Dionem Caſſ.
Fabr. bibl. Ant. Fabricius bibliographia antiquaria ed. Schaffshauſen.
Fabr. bibl. Gr. Fabricius bibliotheca Graeca
Fd. Iſ. Ev. Findeiſen. Iſocratis Evagoras
Fi. ſ. *Fiſch.* Fiſcheri Platon. Palaeph. etc.
Fi. ſ. *Fiſch. ad Well.* Fiſcheri Animadverſ. ad Welleri grammat. Graec.
Fl. ſ. *Flacc.* Philo in Flaccum
Foeſ. O. ſ. *Oec.* Foeſii Oecon.
Full. Fulleri miſcellan.
Gat. ad A. ſ. *Ant.* Gataker. ad Antonin. ed. in fol.
Gat. Adv. M. P. Gataker. Adverſaria Miſc. Poſthum.
Gem. Pl. Gemiſtus Pletho ed. Reichard.
Geop. Geoponic. ed. Niclas.
G. ſ. *Gs.* Gesneri v. c. Th. Theſaurus Lat. Lingu. etc.
Gier. Gierig ad Ovid. Metam.
Gl. L. ſ. *Gr. L.* Gloſſar. Lat. ſ. Graeco-Lat.
Gloſſ. Ern. Erneſti de uſu Gloſſariorum
Gottl. Men. it. *Pl.* ſ. *ad Pl. Ph.* Gottleber Platon. Menexen. it. Phaedon.
Grab. ſ. *Graben. de Protect.* Grabeneri de nomine ac origine protectorum libellus ed. Dresdae 1751. 4.
Gr. Th. ſ. *Graev.* Graevii Theſaurus
Graev. L. H. Graevii Lection. Heſiod.
Graff. Diſſert. Graffii Diſſertatio de miſſilibus, edita Lipſ. 1734. 4.
Greg. de d. ſ. *dial.* Gregorius de dialectis, ed. Koenii
Grut. L. Gruteri Lampas
Gs. Chr. Gr. v. *Chr.*
Harl. Chr. P. Harleſii Chreſtom. poëtica
Harl. p. C. Harleſii ed. orat. Demoſth. pro Corona
Harp. Harpocratio
Hdb. v. *Hindb.*

Hel. Heliodori Aethiopica ed. Schmidii Lipſ.
Hell. Mor. Xenoph. Hellen. ed. Mori
Hemſt. Hemſterhus. v. *ad Lucian.*
Hen. ſ. *Henel.* Otium Vratislav.
Herm. Hermogenes περὶ ἰδεῶν ed. Sturmii
Herodi. Herodianus hiſtoricus
Herodi. Gr. Herodianus Grammaticus poſt Moerid.
Herodt. ſ. *Herdt.* Herodotus, ed. Weſſeling.
Heſ. ſ. *Heſd.* Heſiodus
Heſ. ſ. *Heſy.* Heſychius
Heum. Heumann. ad Plutarch. de puerorum educat.
Heuſ. v. *Hſ.*
Heyn. Heynii Epictet. etc.
Hindb. Hindenburg. ad Xenoph. Memor. Socr.
Hm. v. *Heum.*
Hoog. ad Vig. Hoogeveen ad Vigerum
Hoog. Op. Hoogeveen Doctrina particularum Gr. l. edit. Batava.
Hom. Homerus
Hor. T. ſ. *Turſ.* Horatius Turſellin.
Horr. M. Cr. Horrei Miſcell. Critic.
Hſ. Heuſingeri v. c. Fab. Aeſop. it. Plutarch de pueror. educ.
Hſth. v. *Hemſt.*
Hſy. Heſychius
Ian. L. ſ. *Lex.* Iani Philologiſches Lexicon.
Ienſ. L. L. Ienſii Lectiones Lucian.
Ind. M. Index Mori, v. c. Xen. Hell.
Iohnſ. Iohnſon. ed. Sophoclis
Ioſ. ſ. *Ioſeph.* Ioſephus ed. Havercamp.
Iſ. Gs. Iſagoge Geſneri in erudit. univerſ.
Iſ. ſ. *Iſocr.* Iſocratis orationes, edit. Wolf.
Iſ. Mor. ſ. *Iſ. Pan. Mor.* Iſocratis orat. paneg. ed. Mori
Iſ. Ev. Iſocratis Evagoras, v. *Fd.*
Iuſt. Ind. Iuſtini hiſtorici Index
K. Ariſt. v. *Kuſt.*
Klauſ. Dactyl. Klauſing Verſuch einer mytholog. Dactyliothek rel.
Koen. Koenius v. *Greg.*
Krb. Decr. Krebſii Decreta Roman. pro Iud. it. Athen. etc.
Krb. L. Krebſii Lexicon Nov. Teſt.
Krb. Pl. ſ. *Plut.* Plutarchus de audiendis poëtis.
Krg. ſ. *Krig.* Krigel Plutarch. de diſcrim. adul. et am.
Krt. ſ. *Kretſchm.* Kretſchmar Chreſtom. Gr., ubi et Iſocrat. orationes tres primae.
Kuſt. Ar. Kuſteri Ariſtophan.
Kuſt. ad Suid. Kuſteri
Kuſt. de V. med. Kuſteri libell. de Verb. med. ed. Fiſcher. it. Wollii
Kypk. Kypke Obſerv. in Nov. T.
L. Boſ. Ell. Lamb. Boſii Ellipſ. Gr.
L. Boſ. Obſ. Lamb. Boſii Obſerv. in Nov. T.
L. Grut. Lampas Gruteri
Land. Landi numismata ſelectiora
L. ſ. *Lex. Baſ.* Lexicon Graec. v. *Baſ.*
L. Ern. Lexicon Erneſti Graec.
L. myth. Schw. ſ. *Schwab.* Hederichs mythologiſches Lexicon, editum a Schwabe.
L. N. T. Lexicon ſ. Lexica Nov. Teſt., Schwarzii, Fiſcheri et Krebſii
Lampr. ſ. *Lamprid.* Lampridius, in ſcriptoribus hiſt. Aug.
Lat. Latine, it. Latinitas
Lat. Bg. cf. *Bg.*
Latt. Latina
Lect. Lectiones, v. c. Graevii Lection. Heſiod. etc.
Leisn. Leisnerus
Leisn. in m. Ox. Leisnerus in margine Oxonienſis edit.
Leisn. in Progr. Leisnerus in programmate de Herodiano
Lib. ep. Libanii epiſtolae
Lib. de V. med. Libelli de Verbis mediis Kuſteri et Dreſigii, ed. Fiſcher. et Wollii
Lindn. Lindner libellus Vernaculus de Ellipſibus Lat.
Loesn. Loesneri Obſ. ad Nov. Teſt. e Philone it. Ind. Callim.
Long. Longinus, ed. Mori

Luc. Evangel. Lucas in Nov. Teſt. it. Lucianus.
Luc. Rz. Lucianus ed. Reitzii
Lyc. ſ. *Lyco.* ſ. *Lycophr.* Lycophron
Lyc. Ind. Lycurgus Reisk. Orat. Index
Lyſ. Lyſias Orat. Reisk. it. Lyſiſtrat. Ariſtoph.
March. Gr. Marchica Grammatica Graeca, quae prodiit ſic inſcripta, Vollſtändigere Griech. Gramm., nach der Lehr-Ordnung der Lat. Markiſchen Gramm. rel. Berolin. 1730.
Markl. Markland ad Maximum Tyrium etc.
Mauſ. ad Plut. Mauſſacus ad Plutarch. de fluv.
M. Iſ. Mori Iſocrates.
M. S. ſ. *Mem. S.* Xenophontis Memorab. Socr.
Men. ad Diog. L. Menagius ad Diogen. Laërt.
Men. Vs. Menantis Verſio Herodiani Vernacula
Met. ſ. *Metaphr.* Metaphraſis
Met. ſ. *Metaphr. Eutr.* Eutropii Graeca, ed. Cellar.
Met. R. Metaphr. Ruaei ad Terent. ſ. Virgil. etc.
M. O., *M. O. A.*, *Miſc. O. A.* } Miſcellan. Obſervatt. Amſtelod.
Moer. Moeris Atticiſta ed. Pierſoni
Monteſ. Montefalconius (Montfaucon) antiquitates edit. Vernac.
Mor. Iſ. Mori Iſocr. Paneg.
Mor. Long. Mori Longinus
Mor. Xen. Mori Xenoph., ut Ἀναβ. ſ. Ἀνβ.
Munth. Munthe Obſervatt. ad Nov. Teſt. e Diod. Sic.
Muſ. Muſaei carmen de Leandro etc.
N. Nota
N. T. Novum Teſtam.
Neap. Neapolis in Notis ad Ovid.
N. ſ. *Nic. Full.* v. *Full.*
Nicol. Tract. de phyllob. Nicolai Tractatus de phyllobolia etc.
Nieup. Ant. Rom. Nieupoort ritus Rom. edit. 13. Berolin. 1767.
Niz. Nizolii Lexicon Ciceron.
Oiſel. Oiſelius in theſauro ſelectorum numismatum antiq. Amſtel. 1677.
On. ſ. *Onoſ.* Onoſander ed. Schwebelii
Or. Rs. Oratores Graeci Reisk.
Or. Eur. Oreſtes Euripidis
Orph. Orphei poëm. ed. Gesneri ſ. Hambergeri
Oud. Oudendorp. v. c. Iul. Caeſar.
Pal. ſ. *Palaeph. Fi.* cf. *Fi.*
Palm. Ex. Palmerii Exercitatt. in Graec. Auct.
Paul. L. Em. ſ. *Paul. Leop. Em.* Pauli Leopardi Emendationes apud Gruterum in Lampade
P. Fab. Petrus Faber ſemeſtrium libri
Per. ad Ael. Perizon. ad Aeliani Var. hiſt.
Per. de Pr. ſ. *Praet.* Perizon. de Praetorio
Peuceri Commentarius differentium ap. Gr. vocum rel.
Ph. ſ. *Phoen. Eur.* Phoeniſſae Eurip.
Ph. ſ. *Phaed.* Phaedo Platonis
Phil. Wernsd. Phila ed. Wernsdorfii
Phil. in Fl. ſ. *Flacc.* Philo in Flaccum
Phil. ſ. *Philol. Bau.* cf. *Bauer.*
Phoc. ſ. *Phocyl.* Phocylidis Carmina, edit. Schier.
Pierſ. Ver. Pierſoni Veriſimilia
Pl. ſ. *Plat.* Plato
Pl. Ap. S. Platonis Apolog. ed. Fiſcher.
Pl. Ph. Platonis Phaedo
Pl. Ar. Pluto Ariſtophan.
Plin. ep. ſ. *pan.* Plinii epiſt. ſ. panegyr.
Plin. h. n. Plinii hiſtor. natur.
Plut. Hſ. Plutarch. Heuſinger. de puer. educ.
Plut. Krb. Plutarch. Krebſii de audiend. poët.
Plut. Krg. Plutarch. Krigelii de diſcrim. adul. etc.
Plut. Wyttb. Plutarch. Wyttenbach. de ſera numinis vindicta
Pol. Xen. Z. Politica Xenoph. ed. Zeunii
Polb. Ind. Polybii Index ed. Erneſti

Polb. Rs. ad Polyb. Reiſkii Animadv.
Poll. Pollucis Onomaſticon
Poſſ. Call. Poſſelii Calligraphia
Poſſ. Synt. Poſſelii Syntaxis
Pric. Pricaeus ad Nov. Teſt. etc.
Progr. L. Programma Leisn. cf. *Leisn.*
Prol. Proluſio Fiſcher. etc.
R. ad Gem. Pl. Reichard ad Gemiſt. Pl. cf. *Gem.*
R. ſ. Rs. ſ. Reisk. (Reiskius) ad Polb. cf. *Polb.*
R. ſ. Rs. ſ. Reisk. (Reiskius) An. ad Gr. A. Animadv. ad Graec. Auctor.
R. ſ. Rs. ſ. Reisk. (Reiskius) Or. Oratores Gr.
R. Par. Ruaei paraphraſis Virgil. etc.
R. ſ. Rz. Reitzii Lucian.
Raph. Raphelii Annotationes philolog. in N. T.
Read. Reading. ed. Euſebii
rh. ſ. rhet. ſel rhetores ſelecti ed. Fiſcheri
Rhod. ſ. Rhodg. L. A. Rhodigini Lectiones Antiqu.
Ricciol. Riccioli proſodia reformata Lat.
Röv. Röver ed. Muſaei de Leandro etc.
Roſ. Ant. Roſini Antiq. Rom. ed. Trai. ad Rhen. 1701.
Rs. ſ. Rsm. Dev. Reusmanni Devarius
Rut. It. Rutilii Itinerarium
S. Aeſch. ep. v. *Samm.*
Sall. C. Salluſtii bellum Catil. et
Sall. Iug. Iug.
Salm. Salmaſius
Samm. Sammet ed. epiſtolarum Aeſchinis oratoris
Sb. Sylburg.
Sch. ſ. Sch. Ind. Scheidii Index Herodiani, it. pro Schol. ubi v.
Sch. Ms. v. *Schott.*
Schell. Scheller de ſtylo etc.
Schell. L. Scheller Lexic. Lat.
Schm. Schmid ed. Heliodori
Schol. Scholia ſ. Scholiaſtes
Schott. Ms. Schotti Codex Ms.
Schott. lib. Schotti Lipſienſis libellus ſingularis de vita et conſtitutionibus Pertinacis
Schurzfl. Schurzfleiſch ad Longinum
Schw. L. N. T. Schwarz Lex. ſ. Commentarii Nov. T.
Schw. On. ſ. ad On. Schwebelii Onoſander
Seb. Seber. v. *Theogn.*
Seld. Seldeni ſyntagm. de diis Syris.
Sil. Silius Italicus
Soph. Sophocles
Sp. ſ. Spanh. Spanhemius ad Callim. etc.
Sp. ſ. Spanh. de u. et pr. n. Spanhem. de uſu et praeſt. numism.
Spec. Specimen v. c. Annotat. Critic. D'Arnaud
Spec. Specimen *Strodt.* Strodtmanni ad Ammon.
Stp. Th. Henr. Stephani Theſaurus Gr. l.
Stp. ad m. P. Stephani margo ſ. marginalis verſio ad Politiani verſionem
Str. Strothus
Strodtm. Strodtmann ſpecimina ad Ammon.
Suic. Th. ſ. Suic. Suiceri Theſaurus
Suid. Suidas ed. Kuſteri.
Sy. Xen. v. *Xen.*
Sy. Poſſ. v. *Poſſ.*
Tac. Tacitus
Tac. an. Taciti annales
Tayl. Taylor.
Ter. Terentius
Tert. Tertullianus
T. L. Pl. Timaei Lex. Plat. ed. Ruhnk.
Th. Stp. ſ. G. v. *Stp. et Gs.*
Th. ſ. Thi. Xenoph. Thiemii ed.
Th. Vs. Xenoph. Thiemii Verſio
Th. M. ſ. Thom. M. Thomas Mag. ed. Bernardi
The. ſ. Theophr. Ch. Theophraſti characteres
The. Caſ. Theophraſti ed. Caſaub.
The. ſ. Theo. Fi. Theophraſti ed. Fiſch.
Th. ſ. Thuc. Thucydides ed. Duker.
Theogn. Theognidis carmen, ex edit. Seberi, cum Commentar. Gr. ſ. ſcholiis Gr. Camerarii

Tim. L. Pl. v. *T.*
Tittm. Tittmanni de veſtigiis Gnoſticor. rel.
Trill. O. Cr. Trilleri Obſerv. Critic.
Turn. Adv. Turnebi Adverſaria
Upt. ed. Uptoni edit. Dionyſ. Halicarn. rhetor. ſ. περὶ συνθεσ. ὀνομ.
V. med. v. *lib.*
Valck. Valckenaer.
Van. Cr. v. *D'Orv.*
Vern. Vernaculi Interpretes Herodiani
Vern. rec. Vernaculus recens Interpres Herodiani
Vern. vet. Vernaculus vetus Interpres Herodiani
Vig. Vigerus de idiotismis Gr. l. ed. Zeunii
Vop. Prob. Vopiſcus in Probo, inter ſcriptores hiſtoriae Auguſtae T. 2. edit. Lugd. Batav.
Voſſ. theol. gent. Voſſii theologia gentilis.
W. ed. Wolf. edit. v. *Iſ.*
W. de V. med. Wolle de verbis med.
Wernsd. Ph. v. *Phil.*
Weſſ. ſ. *Weſſel.* Weſſeling. Diod. S. etc.
Wſt. ſ. *Weſt.* Weſterhof. ad Terent.
Woll. de v. m. v. *W.*
Wyttb. Pl. v. *Plut.*
X. ſ. *Xen.* Xenoph.
X. ſ. *Xen. Bach. Z.* Xenoph. Bachii editio, a Zeun. repetita.
X. ſ. *Xen. Hdb.* vid.
X. ſ. *Xen. M. S.* Xenoph. Memor. Socr.
X. ſ. *Xen. Mor.* vid.
X. ſ. *Xen. Pol.* vid.
X. ſ. *Xen. Sy.* Xenoph. Sympoſ.
X. ſ. *Xen. Z.* Xenoph. Zeunii
X. ſ. *Xiph. S.* Xiphilinus, edit. Sylburgii
Z. *Vig.* / Z. *Ind.* / Z. *Xen.* } Zeunii
Zoſ. Zoſimus, ed. Cellarii

DE HERODIANO HERODIANIQVE VERSIONE BERGLERIANA PROLVSIO SCHOLASTICA ORATIVNCVLIS V IN SCHOLA THOMANA A. D. X. APRILIS A. C. CIƆIƆCCLXI RECITANDIS PRAEMISSA A IO. FRIDERICO LEISNERO.

Qui de rerum ſcriptoribus iudicare conantur, nunc eorum dicendi artem, nunc rerum, quae traduntur, varietatem et magnitudinem, nunc denique fidem ſcriptorum ipſam ſibi apud animum proponunt. Herodianum etiam ab illis magni fieri facile animadvertas, qui his omnibus ſimul praeſtantiam hiſtorici metiendam ducunt. Nam nec eloquentiae caret laudibus, et, quae fuerit romani imperii per ſexaginta annorum ſpatium fortuna, ſub multis peſſimis, paucis bonis, principibus exponit: teſtimoniis autem eius fidem auctoritatemque illi ipſi adiungunt, quos in credulitatis ne ſuſpicionem quidem vocare audeas. Quidni ei fidem adiungant, qui tradit viſa ſibi et audita, nonnulla item experiendo cognita, utpote in publicis officiis principalibusque verſato: cui quaedam verum tradendi neceſſitas fuit impoſita, utpote eo tempore ſuam hiſtoriam vulganti, quum ea, quae literis tradiderat, lectorum ſenſibus adhuc memoriaeque inhaererent: qui denique libertatis retinendae ita eſt amans, ut in laudando reprehendendoque nihil neque gratiae neque odio dandum putet. *Sileo reliqua*, quae ei fidi hiſtorici laudem facile adſtruant, mores hominis, genus orationis aequabiliter fere profluens, moderationem in recte ac ſecus factis vel laudandis vel vituperandis, diligentiam denique certa ab incertis diſtinguendi, cuius diligentiae expreſſa veſtigia paſſim apud eum extant. Quum ſe in publicis principalibusque miniſteriis verſatum dicit, magnopere vellem, indicaſſet, quali munere, utrum aulico an militari, et ſub quibus imperatoribus, fuerit functus; nam ſub omnibus ſuae aetatis functum, rebus tam frequenter tantoque opere commutatis, vix putem; ut, momentis in omnem partem penſitatis, iudicium coniiciendo ferri poſſit, plusne ſit ei fidei habendum, quum res domi, quam quum res foris, geſtas, quum res Commodi, aut Severi, quam quum aliorum, narrat. Interim, ſi quis tendat, ei minus fidendum in his eſſe, quae de Commodo tradit, quam quae de reliquis imperatoribus, eam ipſam ob cauſſam, quod ſe publicis muneribus admiſſum dicit, quum poſt diſceſſum Commodi minimum

XLVI annis vixerit, credibile autem non ſit, eum valde iuuenem admitti illis coepiſſe; ei haud gravatim aſſenſerim.

Diximus, eum ſexaginta annorum res geſtas perſequutum: in quo Herodianum et pro nobis eſſe, et contra nos, obſerves; pro nobis, quia ipſe in praefatione diſertis verbis de ſexaginta annis teſtatur, hiſtoriaque eius reapſe tot ſpatium annorum complectitur: contra nos, quia II, 15. §. 13. ſibi ait eſſe propoſitum, ſeptuaginta annorum res, ſub diverſis principibus geſtas, in unum corpus redactas, literarum mandare monumentis. Quid ergo eſt? An pugnare ſecum ſibique ipſi contrarium Herodianum dicemus? Diceremus forte, niſi intelligeremus, poſſe utique fieri, ut propoſitum alicui ſit, ſeptuaginta annorum hiſtoriam contexere, poſtea autem eveniat aliquid, quod mutare cogat propoſitum, imponatque ſcriptori neceſſitatem abrumpendi orationem etiam ante, quam pervenire, quo tendebat, poſſet. Forte nec eorum coniectura aberrat a vero, qui dixerint, alteri Herodiani loco eſſe medicam manum admovendam, et pro ἑβδομήκοντα ſubſtituendum ἑξήκοντα. Quando enim haec vocabula non literis, ſed arithmeticorum ſignis, exprimuntur, facile poſſe alterum cum altero, qua demendo aliquid, qua addendo, permutari. Quas autem res temporis tam longi prodiderit, ſub finem libri ſecundi indicat: quo loco tacitum ſe praeteriturum negat, ſi quid modo mentione dignum memoriaque videatur. Quum dico, eum res mentione dignas prodidiſſe, nolim veterum hiſtoricorum diligentiam ad huius aetatis ſcriptorum quorundam normam exigi, quorum diligentia ſaepius ſane nimia eſt, quippe quibus religio eſt, omittere principum, quorum res narrant, coniuges liberosque peraeque omnes, etſi dici de illis nihil poſſit, quod poſteritatis interſit diſcere. Ad hanc diligentiam, ſi modo diligentia nominanda eſt, profecto non accedit Herodianus, qui tibi neutiquam ſatisfecerit, Commodi fratres cunctos cunctasque ſorores cognoſcere cupienti. Duas Septimii Severi filias ne nominat quidem. Tacet de Iulia Paula, Elagabali, de Salluſtia Barbia Orbiana, Alexandri Severi uxore, de aliis compluribus. Non tamen tegit ſilentio eas imperatorum uxores, quae vel aliquod momentum in bene aut male adminiſtranda rep. facerent, vel quae non poſſent omitti, quin ſimul omitteretur aliquid, unde intelligas, quibus ex cauſſis res fuerint ortae, quibus conſiliis geſtae, quibus auxiliis adiutae, quo denique ordine a primis initiis ad finem progreſſae. Quum enim Herodiani hiſtoria habeat τὸ πραγματικὸν, hoc eſt, quum proſpere et ſecus facta cum cauſis copulet, non potuit non earum mulierum iniicere mentionem, propter quarum vel virtutes vel vitia res romana nunc labi coepit, nunc ſurgere. Lucillam itaque Fadillamque, duas Commodi ſorores, nominat. Altera enim ſeditioſis molitionibus fratris ſaevitiam exaſperavit: altera patefacto Cleandri ſcelere eundem periculo liberavit. Ne de Marcia quidem, Commodi concubina, loqui ſuperſedet, cuius conſiliis clandeſtinis inſidiisque cognitis cognoſcere liceat, quid tyranno tandem exitium attulerit. De Iulia, praeterquam quod alia nonnulla, etiam hoc tradit, quod lectorem doceat, quidnam Severum ad ſpem imperii erexerit, quid Caracallae Getaeque conſilia de dividundo imperio diſturbarit. In rebus denique Maeſae, Soaemidisque et Mammaeae, multus eſt, quia in vita Elagabali et Alexandri nec pauca, nec parui momenti, occurrunt, quorum cauſſas non potes ignorare, ut primum mulierculárum iſtarum ortum, ingenium, vitamque et mores cognoviſti.

Sunt alia, eaque graviora, quae nonnulli omiſſa ab Herodiano inique ferunt. Quo pertinet famoſa illa conſtitutio de civitate cum omnibus orbis romani ingenuis communicanda; item conſtitutio de hereditatium decima, loco viceſimae, pendenda. Pertinent eodem aliqui et iuris ſcientia et munerum amplitudine celebres viri, Herennius Modeſtinus, praeceptor Maximini iunioris: Iulius Paulus, Severi et Caracallae conſiliarius, et poſtea ſub Alexandro praefectus praetorio: Ulpianus ſub Septimio Severo ſcriniorum magiſter, ſub Alexandro praefectus praetorio: praecipue vero Aemilius Papinianus, libellorum magiſter ſub Severo, poſt praefectus praetorio, tutorque relictus Caracallae et Getae, ſed crudeliter interfectus a Caracalla, quum rogatus, ut in ſenatu fraternae caedis excuſationem ſuſciperet, libere magnoque animo reſpondiſſet, non tam facile parricidium excuſari poſſe, quam fieri: novumque parricidium committi ab eo, qui accuſaret innocenter occiſum. Tanti viri ut ne mentio quidem fieret, qui factum eſſe dicemus? Caedes eius publice facta non potuit non unicuique innoteſcere. Caedes iſta immanitatem tyranni prodit. Atque hanc demonſtrare Herodiano propoſitum erat. An hoc ſilentium invidiae et malignitati hiſtorici tribuemus, ſequuti Balduinum et Everh. Ottonem in Papiniano p. 611.

Malignitatis in Papinianum non poſſe accuſari Herodianum videmus, quin ſimul eiusdem in plures alios, quos aeque ac Papinianum omiſit, accuſetur. Si plane nobis cognitum eſſet, quonam in genere vitae, quonam munere in publico, verſatus Herodianus fuerit, id forſan facilitatis aliquid nobis adferret, ſimul ad eum excuſandum, ſimul ad cauſſas harum omiſſionum detegendas. Nunc earum ut gratiam ei faciamus, ideo inclinat animus, quia eum hoc conſilio ad conſcribendam hiſtoriam acceſſiſſe videmus, ut principum romanorum res geſtas, non ut vitam fataque doctorum virorum, recenſeret: ut res geſtas ipſas non ſingulas religioſe et ſcrupuloſa quadam diligentia explanaret, ſed ut praecipuarum delectum faceret, hasque ipſas nunc uberius et fuſius explicaret, nunc breviter ſtrictimque attingeret. Crudelitatem, quam in Papiniano Caracalla exercuit, videri queat utique tetigiſſe, quando interemtos ſcribit fuiſſe, ſenatorii ordinis quicunque aut nobilitate aut opibus excellerent, et quidem minima quaque de cauſſa, vel plane nulla, IV, 6. 5. Quum dicit ſenatorii ordinis viros interemtos, forte non excludendum duxit praefectum praetorio, huiusque ſimiles, etſi me non fugit, praefectis praetorio ſenatoriam dignitatem ab Alexandro Severo demum additam fuiſſe, teſte Lampridio in Alexandro C. XXI.

Iam neſcio, an etiam his occurrere curem, qui ab Herodiano multa praetermiſſa aegre ferunt, a Commodo, ab Elagabalo, a Caracalla flagitioſe, impure, inceſteque facta, cuius generis non pauca apud Suetonium, Hiſtoriaeque Auguſtae ſcriptores, leguntur. Nam quibus pudor et virtus cordi eſt, hi ſibi magis placere Herodiani dictitabunt verecundum ſilentium, quam aliorum ſcriptorum impudentem loquacitatem. Temperant ſibi boni hiſtorici ab exponendis hiſtoriis, quae peccare doceant, ſatis gnari, magiſtram vitae eſſe oportere hiſtoriam, non corruptricem. Sunt eadem mente, qua fuiſſe Demoſthenes videtur, qui impudicas Philippi ſaltationes deſcribere non ſuſtinet. Olynth. II. p. 7. Quid Demoſthenem dico? Sentiunt idem, quod Apoſtolus, qui

inſtinctu divino afflatuque concitatus talia flagitia ne nominanda quidem decernit.

An ſtatuemus, boni hiſtorici eſſe, ſpurce obſceneque factis non modo cogitando immorari, verum etiam ſtilo perſequi et narrare ea, quae nemini obiici ne ab inimico quidem poſſint verecundo? Quis igitur non laudandum potius Herodianum, quam vituperandum, ducat, quod talia aut prorſus praetermittit, aut, ſi praetermittere non poteſt, brevitatem adhibet, et verba occultandae turpitudini apta: vt, quum fuiſſe narrat, qui praetereuntem Iulianum maledictis inſectarentur, et *turpes ei ambiguasque voluptates* exprobrarent. II, 7. Inceſtum Iuliae cum Caracalla concubitum aut ignoravit, aut non credidit, aut, ſi credidit, non eſſe ſuae verecundiae exiſtimavit, tam nefandum facinus ad memoriam poſteritatemque prodere. Non eſt religioni narrare hoc facinus Aelio Lampridio in Antonino Caracalla c. X., non Aurelio Victori de Caeſaribus c. XXXI., non Euſebio denique et Eutropio. Quibus aliqui ut fidem derogent, obſervant, ab hiſce ſcriptoribus omnibus male ac perperam Iuliam dici Caracallae novercam, quum fuerit mater. Quo ipſo mihi Caracallae ſcelus non tam refellere videntur et coarguere, quam augere. Quis neſcit, rebus vere factis culpa narrantium ſubinde admiſceri quaedam a vero aliena? Aliis hic placuit argumento uti inficiali, ducto illo a ſcriptorum eiusdem aetatis ſilentio, ac praeſertim Herodiani. Quo loco non repetam id, quod iam dixi, nempe non id conſilii Herodiano fuiſſe in tradenda ſui temporis hiſtoria, ut multum in recenſendis principum impuris flagitiis verſaretur: illud unum urgeo, non videri Herodianum inceſtum iſtum prorſus omiſiſſe, ſed leviter tranſiiſſe tantummodo et perſtrinxiſſe. Quanta dicacitas in Caracallam fuerit Alexandrinorum, nunc ei fraternam caedem, nunc ineptum Achillis Alexandrique imitandi ſtudium, exprobrantium, nunc matrem eius Iocaſtam appellantium, Herodianus IV, 9. narrat. Cur quaeſo Alexandrini Iuliam Iocaſtam appellarunt? Iocaſta, inquis, duo filios in concordiam reducere non potuit Eteoclem et Polynicen. Aeque infelix Iulia in reconciliando Caracalla cum Geta. Concedo, dicacibus et ſcommatum ſtudioſis ſatis eſſe ad comparandam Iuliam cum Iocaſta potuiſſe, quod neutra conglutinare filiorum concordiam potuerit: ſed unumquemque tamen mihi etiam hoc daturum confido, Alexandrinorum dicterium multo acrius et ad exaſperandum animum ſuapte natura ſaevum multo accommodatius fuiſſe, ſi Iulia non modo ob fruſtra tentatam filiorum reconciliationem, verum ob inceſtos etiam amores Iocaſta appellata exiſtimaretur. Hanc Iocaſtam, ut norunt omnes, Oedipus filius duxit uxorem. Si hoc ſenſu Iuliam Iocaſtam dictam ſumis, tum vero intelliges, cur hoc dicterium usque adeo pupugerit tyrannum, eiusque iras ſtimulaverit, ut convocatam in campum univerſam Alexandrinorum iuventutem, exercituque circumdatam, ex improviſo, horribili ſtrage contrucidaret. Nam aſperae facetiae, ubi multum ex vero traxere, acrem ſui memoriam relinquunt, ut ait Tacitus A. XV, 68. Cui Herodianus conſentit ipſe IV, 9. 4.

Interim licet iſta, licet iſtis ſimilia multa, ab Herodiano omiſſa concedamus, neminem tamen fore credimus, qui iure queri poſſit, ab eius hiſtoria eam abeſſe iucunditatem, quae a rerum dicendarum copia, varietate et novitate, naſci ſolet. Quot quaeſo oppida, quot regiones, quot itinera deſcribit? Quot quamque diverſas imperiorum ſucceſſiones

memorat, quam varios caſus eventusque bellorum cum civilium, tum externorum, quot gentes excitas ſedibus ſuis, quot mala publica tam romanorum, quam barbarorum, quot denique vitas principum et tyrannorum, adeo novas et inauditas, ut exempla iis ſimilia, aliis temporibus vel nulla, vel certe pauca, reperiantur. Quam prudens eſt in obſervanda imperii romani forma, huius temporis fere propria, eaque democratiae militari, quam monarchiae, ſimiliore: quam accuratus in patefaciendis democratiae huiusce militaris initiis et progreſſu, item in malis inde natis, et in remediis modo proſpere, modo parum proſpere, adhibitis? Et quum in gratiam graecorum ſuorum potiſſimum romanorum imperatorum hiſtoriam ſcribat, quam apte interdum ab inſtituto ſuo digreditur, deſcribendisque romanorum ritibus et moribus, qui exteris poterant eſſe incogniti, mentem cogitationemque intendit?

Quam autem dicendi artem tot rebus geſtis tamque variis adhibuerit, intelligere licebit, ſi conſideres, quanta verborum locutionumque varietate res natura ſua ſaepe ſimillimas diſtinxerit. Verba ei facienda ſunt ſemel iterumque de peſtilentia, de fame, de vi aeſtus et vehementia frigoris: multo vero frequentius de ſeditionibus, de bellis, de urbibus obſeſſis, de malis denique purpuratorum, quibus principes regendos ſe permittunt, artibus. Id quod quoties ei faciendum eſt, tam vario verborum ornatu idemtidem orationem ſuam expolit, tam diverſos, eosque ſuaves, graeci ſermonis colores ei illinit, ut, res tot ſimiles tam diverſis modis variari poſſe, utique mirere. Sive igitur rerum ipſarum varietate ſive verborum delectere, non poterit te non Herodiani lectio perfundere voluptate. Nihil dico de tropis et figuris, commode ab eo uſurpatis, nihil de virtute illa orationis, qua res verbis tanquam coloribus ita depinguntur, ut ſubiectae lectorum oculis videantur. Mitto ſermonis puritatem Atticam, a qua raro recedit: mitto periodorum concinnitatem, verborum ordinem, iuncturam et numerum, ſententiarum gravitatem, et reliqua denique omnia, quae hoc habere creduntur, ut hiſtoriae aliquid ſuavitatis concilient. Haec omnia, inquam, mitto. Libet paucula duntaxat acute graviterque, ſine ullo tamen fuco, dicta attingere. Cui non ſuave eſt legere, Aquileienſes omni genere machinarum a Maximino oppugnatos tam fortiter reſtitiſſe, ut videretur tandem στρατὸς δοκῶν πολιορκεῖν αὐτὸς πολιορκεῖσθαι VIII, 5, 13. hoc eſt, ut obſidio videretur in obſidentes verſa. Quum I, 4, 20. luctum ex obitu Marci Antonini narrat, omnes ait nuntium de imperatoris morte multis lacrimis excepiſſe, eumque omnes velut una voce, alios parentem probum, alios bonum imperatorem, quosdam fortiſſimum ducem, nonnullos etiam continentem moderatumque principem vocitaſſe. Poſt addit, neque ſane quemquam falſum habitum fuiſſe. Dubites iſta legens, an ulli unquam principum oratio funebris habita fuerit, aut haberi poſſit, cum mortuo honorificentior, tum ad gratam memoriae eius benevolentiaeque conſervationem, ſimulque ad imitationem commendandam, aptior. Quam gravis eſt vox Pompeiani I, 6, 14. Ἐκεῖ τε Ῥώμη, ὅπου βασιλεύς. Ecce tibi paucula verba, ſed aptiſſima ad magnam illam mutationem indicandam, quam imperium romanum ab eo tempore ſubiit, quum libertas expirare coepit, poteſtasque populi et ſenatus circumſcribi, totaque res ab unius voluntate principis pendere. Olim Roma fuerat, ubi romanus populus, ubi Martius campus, ubi equeſter ordo, ubi roſtra, ovilia, ſenatus, curia. Nunc incredibili

rerum converſione facta haec omnia ibi ſunt, ubi imperator eſt, etſi ſit ad ripas Iſtri, etſi ſit apud barbaras gentes, longo locorum intervallo ab urbe remotas, quarum nec nomen paullo ante auditum fuerat, nec fama Romam pervenerat. Camilli apud Liv. V, 54. opinio fuerat, virtutem Romanorum tranſire alio poſſe, Fortunam certe urbis Romae transferri non poſſe. Haec Fortuna nec tempore Camilli Veios, nec Caeſaris Troiam, aut Alexandriam, traduci videbatur poſſe: nunc in unum imperatorem traducta putatur. Quam verum ergo eſt, omnino remp. romanam omnemque eius auctoritatem ab Auguſti dominatu intercidiſſe, et in quandam regni formam tranſiiſſe, imperatoresque romanos tanta poteſtate romanum imperium rexiſſe, quanta reges ſolent, quibus infinita nullisque limitibus circumſcripta poteſtas eſt, quacunque tandem ratione hanc tantam poteſtatem in ſe traduxerint, ſive libertate labefactata per vim, ſive per legem regiam, quam nonnulli comminiſcuntur, ſive denique per poteſtates populares ſenatoriasque ſubinde ſumtas, et per temporum vices repetitas. Ut vis, ut gravitas, vocis a Pompeiano uſurpatae melius ſentiatur, age, comparemus eam cum ſimilibus, quae aliorum ex ore exierunt, vocibus, quaeque in magna ſimilitudine diſſimilitudinis aliquid habere reperientur. Apud Alciphronem II, 4. Glycera ad Menandrum ſcribit, *ibi Athenas eſſe, ubi Menander eſt.* Habes vocem amicae amicum impenſe colentis, eiusque eruditionem elegantiamque admirantis! Martial. X, 20. ad Manium: Si tibi mens eadem, ſi noſtri mutua cura eſt, In quocunque loco Roma duobus erit. Habes vocem hominis in concordia et fide ſinceri amici ſibi placentis, et in ea omnia ponentis! Brutus ad Ciceron. ep. XVI. *mihi eſſe iudicabo Romam*, inquit, *ubicunque liberum eſſe licebit.* Habes vocem amantis remp. et libertatem! Hoc loco denique Pompeianus ad Commodum Romae deſiderio captum, *ibi Roma*, inquit, *ubi imperator.* En tibi vocem unius dominatui omnia ſubiicientis! Similiter dicta leguntur apud Cic. Phil. II, 44. apud Vellei. II, 62. apud Lucan. V, 27. denique apud Martial. XII, 21. Videor mihi hoc conſecutus, ut facile pateat, ut quisque rectiſſime iudicat, ita libentiſſime Photio ſubſcripturum, qui Herodianum ſcribit ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀρεταῖς οὐ πολλῶν εἶναι δεύτερον.

Tam excellenti hiſtorico non contigit interpres latinus, qui more plerorumque eorum, qui graecos ſcriptores interpretati ſunt, verbis inhaereret, nec ab auctoris veſtigiis iuſto liberius recederet. Quum enim duo ſint interpretationum ſeu verſionum genera, quorum in altero qui ſe exercent, hi ita verbum verbo reddere curant, ut, quantum linguarum diverſitas patitur, pene verborum verſuumque ordinem ac numerum obſervent; qui alterum tentant, hi ſententiam alio ſermone liberius exponunt, et nunc quaedam mutando, nunc quaedam addendo, copioſiusque et dilucidius, quae dicta ab aliis ſunt, explicando, evagantur. Iam ſi conſideres, utri generi ſit verſio Herodiani annumeranda, quam Angeli Politiani induſtriae debemus: eam certe non eſſe primi generis reperias: Sitne generis ſecundi, pene dubites. Politianus enim etſi ſe Herodianum in latinum ſermonem vertendum ſuſcepiſſe dicit, ſeduloque curaſſe, ut omnia ex fide reſponderent; tamen fugiendo omnem peregrinitatem, fugiendo graeculas figuras, vocumque moroſitatem, et quaſi anxietatem, ut ipſe loquitur, conſectandoque latinae dictionis caſtitatem, perſpicuitatem et munditiem, effecit, ut in-

terpretatio eius paraphraſis dici vix queat, nedum metaphraſis poſſit. Certe IO. HENR. BOECLERVS, vir doctiſſimus, tertium verſionum genus maluit ſeu excogitare, ſeu confingere et comminiſci, idque Politiano ſingulare et proprium dicere, quam Herodiani interpretationem latinam inter translationes vel primi vel ſecundi generis referre. Nec difficile dictu eſt, cur Boeclerus ita ſenſerit. Vidit nempe, unam Politiano curam fuiſſe, ſi latina elegantia poſſet etiam in verſione cum graeca Herodiani venuſtate certare, atque, ut hic ſuccederet conatus, multa utique mutaſſe, nunc graeciſmos in latiniſmos convertendo, nunc verba pro ſubſtantivis, ſubſtantiva pro verbis, nunc alias orationis partes pro aliis ponendo, nunc prius dicta poſteriore, poſterius dicta priore, loco collocando, nunc denique unam periodum in plures diſſolvendo, plures vice verſa in unam conflando. Sed quum has mutationes, hisque ſimiles, facere per paraphraſeos leges interpreti liceat, praeſertim ei, qui elegantiae ſermonis illius, in quem aliquid transfert, velit conſulere, modo ſenſum argumentumque auctoris, quem transferendum ſuſcipit, exprimat; per nos licebit etiam latinam Herodiani interpretationem, quam Politiani ingenium peperit, paraphraſeos numero ac loco habere. Politianus ſcilicet voluit in utroque interpretandi genere, quid poſſet, experiri. Itaque in Epicteti Enchiridio, in duobus Idylliis Moſchi, in hymno Callimachi, qui inſcribitur lavacrum Palladis, addo in Theophraſti characteribus ethicis illud vertendi genus tentavit, quod ad verbum omnia exprimit: in Herodiano autem interpretando a graeco fere longius recedit, elegantiae et latinitatis potiſſimum ſtudioſus.

Iam utra vertendi ratio maxime ſit probanda, facile intelliget, qui conſiderabit, triplicem eſſe eorum, qui ad legendos graecos accedunt, differentiam: alios eſſe graece doctiſſimos, hisque nulla verſione opus eſſe: alios graecarum literarum quidem expertes eſſe, ſed magis de rebus graeco ſermone traditis, quam de ſermone ipſo, laborare, hosque utracunque verſione poſſe eſſe contentos: alios denique eo ſpectare, ut, quae ſit ſingulorum verborum ſingularumque partium orationis vis et poteſtas, quae ſermonis graeci indoles, cognoſcant, hisque eas demum verſiones maxime prodeſſe, in quibus, ut docet Petr. Nannius ad Hor. A. P. 133. et *indoles* ſit, et *fides*, et *religio*: *indoles*, hoc eſt, tropi, figurae, adfectus moresque expreſſi: *fides*, quae reddat ſententiae ſententiam, nihilque nec addat, nec demat: denique *religio*, quae circa verba verbis reddenda verſetur. Quam religionem quum ab interprete requiro, nolim quisquam exiſtimet, mihi probari *ſervile illud, et interlineari ſimile, interpretandi genus, quod facilius ad pueros corrumpendos, quam ad ſublevandos iuvandosque, pertinere* iudicat, decus illud Germaniae, I. M. GESNERVS in Epiſtola ad IO. FRED. REITZIVM Luciani operibus praemiſſa. Eſt enim linguarum tanta diſſimilitudo, ut in quolibet nonnulla occurrant, quae ad verbum vix liceat exprimere, niſi obſcuram, invenuſtam, putidamque reddere orationem velis. Qui ita ad verbum graecos auctores interpretes latini exprimunt, ut hoc vitium caveant, eos doctiſſimorum virorum iudicio maxime video probari. Probat hoc interpretandi genus is, quem modo laudavi, Gesnerus l. c.: probat P. BVRMANNVS ſecundus, qui, praeterquam quod nomen magni illius P. BVRMANNI habet, etiam ingenium illius virtutemque nobis reddit, in praefatione lectu digniſſima ad Ariſtophanis Comoedias:

probat denique STEPH. BERGLERVS in praefatione ad Homeri Iliad. pag. 11. ſqq., qui etſi illud genus, uti uſu facilius, ita factu operoſius, facto periculo, deprehendit, ut ipſemet fatetur: tamen et in Alciphronis epiſtolis vertendis, et in Comoediis Ariſtophanis, in emendandis verſionibus Homeri, et in aliis feliciter tentavit. Tentavit vero idem in Herodiano interpretando, cuius novam verſionem, veſtigiis auctoris preſſo pede propius inſiſtentem, magisque ſtudioſae iuventuti, quam maturioribus ingeniis, accommodatam ſe ſuſcepiſſe et abſolviſſe, dum Lipſiae ageret, ſcribit Berglerus in epiſtola ad Fabricium edita a Reimaro poſt vitam Fabricii pag. 222. ſq. Quorundam doctorum virorum favor quo magis reſpondet ingenio Bergleri et meritis, tanto eorum maior eſt dolor, verſionem iſtam prelum non ſubiiſſe. FRID. OTTO MENKENIVS, in vita Politiani p. 158. eam diu latitaſſe in b. parentis ſui bibliotheca ſcribit, ſeque neſcire, an in dignas ſatis tanto munere manus pervenerit, optandumque eſſe commodi publici cauſſa, ut cum nova, ſi quis eam meditetur, Herodiani editione lucem aliquando videat publicam. Quae eadem repetit in praefatione ad Ariſtophanem P. BVRMANNVS ſecundus. Tantum ſui fecit expectationem illa interpretatio Bergleriana! Hic nihil attinet dicere, me aut illam ipſam verſionem Bergleri, quae fuerat in bibliotheca Menkeniana, aut certe exemplum illius et ἀντίγραφον ante annos fere triginta vidiſſe in quadam viri docti Lipſienſis bibliotheca, aliquanto poſt apud Dreſigium V. C., qui Herodianum ſe aliquando edendum ſuſcepturum mihi affirmabat. Illud ſilere non debeo, mihi tandem tam felici eſſe licuiſſe, ut copia huius verſionis daretur. Communicavit eam mecum ex Bibliotheca Ampliſſimi ſenatus Lipſienſis Vir Illuſtris, IO. IAC. MASCOVIVS, quem ſemper aliquid agere, ſemper aliquid meditari, quod publice proſit, quod rem literariam iuvet, qua adhortando, qua conſilium impertiendo, qua denique conatus aliorum re atque opera iuvando, neque ab hoc bene de literis merendi ſtudio vel negotiorum multitudine, vel valetudinis infirmitate, avocari, teſtes ſunt ii omnes, quibus adire eum, perfruique eius ſermone, pleno comitatis et doctrinae, contingit.

In quas manus iſta verſio ex bibliotheca Menkenii pervenerit, non ſatis ſcio: ſed ut nunc in tanto munere indignas perveniſſe videatur, non committam. Si indignae manus ſunt eius, qui eam abſcondit, nec publicam rem facit, mihi propoſitum eſt, eam orbi literato diutius non invidere: ſin vero eius, qui pretium quantum ei ſtatuendum ſit, non intelligit, ego cavebo, ne, quae Berglerianae interpretationis dotes ſint, ignorare videar.

Mihi eam examinanti tria potiſſimum oblata ſunt, quae commendabilem eam faciant. Prima commendatio proficiſcitur ab ea interpretandi religione, quae verbum verbo reddere, quantum ſermonis indoles patitur, curat. Qua religione Berglerus effecit, ut ex hac interpretatione graecae conſtructionis ratio, et ſingularum vocum vis multo facilius et melius etiam a tirone cognoſci poſſit, quam ex illa Politiani. Altera commendatio ei accedit a fide, quae ſententiam ſententiae reddit, nec tribuit verbis alienas a loco ſignificationes, nec omittit quicquam, nec addit. Supereſt tertia commendatio, quam habitura eſt haec interpretatio a conatu ſtudioque emendandi textum graecum et quidem iis in locis, quorum corruptio eſt indubitata. Berglerus quidem lectorem interpretationis ſuae vix quater aut quinquies admonet,

ſe aliquid in textu graeco mutaſſe, aut mutandum putaſſe; ex ipſa tamen interpretatione non aegre colligas, eum quam ſaepiſſime mendas de textu exemiſſe, et quam plurimis locis manum medicam ante admoviſſe, quam ad ea interpretanda accederet. Nunc per ſingula eundo, exemplis in medium allatis, fidem his laudibus faciamus, quas in Berglerianam interpretationem contulimus.

Diximus Bergleri verſionem hoc habere, ut, quae ſit graecae conſtructionis ratio, et ſingularum vocum poteſtas, planius declaret. Ex innumeris exemplis, quae huic rei documento ſint, pauca deligamus.

1. Libro I. c. II. §. 9. Πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς, ἔθνη βάρβαρα, κατοικοῦντας etc. Politianus vertit: *adverſus barbaras nationes ſeptentrioni ſubiectas.* . Recte ſine dubio. Berglerus vero: *adverſus eos, qui ſeptentrionales terrae partes incolunt, barbaros.* Aeque recte, ſed ad rationem conſtructionis pervidendam accommodatius. Patet ex hac interpretatione, τοὺς τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς ſc. μέρη κατοικοῦντας vocari per ἐπεξήγησιν, ἔθνη βάρβαρα. Tanaquil Faber ſi ita conſideraſſet hunc locum, temperaſſet ſibi haud dubie, quin emendaret, legeretque: ἀρκτῷα ἤθη βαρβάρους, ut ἤθη ſint *ſedes* et *patrii lares.* Mutat quidem Faber paullo poſt mentem, negatque vocem ἔθνη mutandam, quia graece dicatur populus aliquis habitare gentem. Sed vereor, ut vel hac explicatione ſibi quisquam ſatisfactum putet. Nam apud Herodianum non dicuntur barbarae gentes habitari: dicuntur ſeptentrionales terrae partes habitari, iique, a quibus habitentur, eſſe barbari. Nec locus Arriani ex initio l. IV. Ἀναβ. quicquam viro docto prodeſt, ſi recte capiatur. Sed id quidem nunc non agimus.

2. Ὑπηρετούσης ἐξουσίας I, 4, 13. Politian. *in maxima licentia*: Bergler. *ſubſerviente licentia.* Quid ſit ὑπηρετεῖν, Politianus non docet: docet Berglerus. Licentia dicitur eleganter ſubſervire ſeu obſecundare cupiditatibus, id eſt, hoc praeſtare, ut explere cupiditates poſſis.

3. Παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι I, 5, 3. Politian. *Edictum itaque omnibus, ut in campum de more adeſſent frequentes.* Berglerus: *denuntiatumque eſt, ut adeſſent in campum ipſos excipere ſolitum.* Etiam hunc locum emendandum Faber cenſuit, et pro αὐτοὺς legendum αὐτὴν, quaſi intelligeretur ἐπίδοσις. Fabri hanc emendationem probat editor Oxonienſis. Mihi plane improbatur. Verſio Bergleri, cur ſit improbanda, clare oſtendit.

4. Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα etc. I, 5, 5. *Communem eſſe mihi vobiscum huius moerorem calamitatis* etc. Bergler. *Communem eſſe mihi vobiscum ſuper praeſentibus malis dolorem.* Fac tironem aeſtuare, non intelligentem, quid ſibi velint verba ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν: aeſtum hunc non explicabit verſio Politiani. Καταλαμβάνειν hic eſt ἔρχεσθαι vel παραγίνεσθαι. Sic Herodian. I, 12, 16. I, 15, 5. Ergo ἡ ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδὼν eſt moeror ex eo, quod accidit, moeror ex praeſentibus malis, ut recte Berglerus.

5. Ὡς ἐπὶ πολὺ κειμένων τῶν πτωμάτων, δι' αὐτὸ τοῦτο, ἐπὶ σχολῆς πάντας ἀριθμῆσαι, καὶ μηδὲν ἰδεῖν περιττὸν ἀκόντιον I, 15, 13. Politian. *ita ſuo ordine iacentibus corporibus, ut numerari facillime ſingula poſſent, nullo ſcilicet ſupervacuo incidente telo.* Bergler. *ita ut, diu iacentibus cadaveribus eo fine, per otium omnes ea numerarent, nec ul-*

lum viderent ſuperfluum iaculum. Ex qua interpretatione licet intelligere, quid ſit ἐπὶ πολὺ, quid δι' αὐτὸ τοῦτο, quid ἐπὶ σχολῆς.

6. Νέου μὲν γὰρ ἔτους τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἡμέρας. I, 16, 2. Politian. *Id futurum erat anno ineunte.* Bergler. *Novi autem anni ſecunda die erat deſiturus.* Hinc facile intelligas, quid ſit τῆς ἐπιούσης ἡμέρας.

7. Ἀρχαί τε ἐπώνυμοι I, 16, 7. Politian. *Summi magiſtratus.* Stephanus mavult *eponymi magiſtratus*, addita explicatione: ſunt autem eponymi magiſtratus conſules. Sed utroque melius Berglerus: *magiſtratus, quorum nominibus annus ſignatus.* Sunt enim eponymi magiſtratus generatim ii, a quibus anni numerantur, et in faſtis notantur, hoc eſt, apud Athenienſes princeps archon, apud Romanos conſules ordinarii. v. Weſſeling. Obſ. II, 25. p. 255.

8. Τοιαύτης εὐμοιρίας καὶ εὐταξίας κατεχούσης τὸν βίον II, 5, 1. *Quum in hac morum vitaeque modeſtia ageret.* Ita Politianus. Sed Berglerus: *Tali autem felicitate temporis ac decore tenente vitam humanam*, id eſt, quum genus humanum, quum homines tunc viventes hac felicitate, hac morum probitate, uterentur. Politianus dubium te relinquit, quorſum τὸ βίον ſit referendum, utrum ad Pertinacem, an ad homines Pertinacis aetate viventes. Elegantiam graecae locutionis explicat Caſaubonus ad Athenaeum XV, 5. Latini eodem ſenſu ponunt vitam humanam. v. Hemſterhuſ. ad Lucian. Dial. pag. 70. ſq.

Propter haec, et his ſimilia longe plurima, non auſim Politianum accuſare, quaſi Herodianum non intellexerit. Liberiorem tantum interpretem egiſſe in his interpretandis dixerim, et a verbis paullo longius diſceſſiſſe. Nunc veniamus ad ea, quae recte interpretatur Berglerus: ſecus, ut videtur, Politianus: cuius generis iam multa notavit in Politiano H. STEPHANVS, ut notum eſt, adverſarium propterea nactus Boeclerum, aliosque, qui Politiani patrocinium ſuſciperent. Ea cuncta iam non repetam. Quaedam ſive obſervata a Stephano, ſive non obſervata, proponam, in quibus interpretandis utrum Politianus an Berglerus fuerit felicior, graece docti lectoris iudicio relinquam. Oſtendam tripliciter Politianum videri peccaſſe, nunc alienas a loco ſignificationes graecis vocabulis tribuendo, nunc aliquid omittendo, nunc denique aliquid de ſuo addendo. Ut ab ultimo incipiam, conſideremus locum ex IV, 4, 7. Γέτας μὲν δὴ τρωθεὶς καιρίως προσχέας τὸ αἷμα τοῖς τῆς μητρὸς στήθεσι, μετήλλαξε τὸν βίον. Polit. *Quare irrupto fratris cubiculo nihil eum tale expectantem ſupra matris pectus multo undantem ſanguine ſaevus obtruncat.* In quo loco interpretando aliquid de ſuo addidiſſe Politianum nemo negabit, et quidem ea verba *irrupto fratris cubiculo.* Nihil hic de latinitate vocabuli *irruptus* dico: illud unum moneo, condonandum hoc additamentum videri Politiano poſſe, ſi caedes illa, quam hiſtoricus deſcribit, in fratris cubiculo facta eſſet. Nunc quum Dio 77, pag. 1289. reclamet, qui diſerte Getam in matris cubiculo necatum prodit, quis erit tam facilis, ut hoc contra fidem hiſtoriae additum Politiano remittendum putet. v. Fabric. ad locum Dionis. Rectius itaque Berglerus: *Ac Geta quidem vulneratus letaliter, effuſo ſanguine ad matris pectus deceſſit e vita.* Sed in hac culpa raro eſſe Politianus videtur, frequentius in illa, qua aliquid omittitur.

1. Ἀφειδῶς a Politiano I, 8, 17. non vertitur, a Berglero autem *citra delectum.* Proprie: ita ut nemini parceret.

2. Γυμνωθὲν ὤφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα I, 14, 7. Berglerus: *detectum apparuit Palladium.* Illud γυμνωθὲν non expreſſit Politianus.

3. Οὐκ ἀναμείνας ὁ Ἀρτάβανος ὑπήντετο αὐτῷ IV, 11, 4. Politianus verba οὐκ ἀναμείνας non vertit. Berglerus: *Haud ſe continens Artabanus occurrit ei.* vel: nec mora: Artabanus obviam ei proceſſit.

4. Ἵνα δὴ μὴ πάντα τὸν ϛρατὸν σκύλῃ IV, 13, 8. Quae verba Berglerus recte vertit: *ne ſcilicet totum exercitum vexaret.* Politianus plane non vertit, cui vis verbi videtur incognita fuiſſe. Nam aut plane non vertit, ut h. l., aut male vertit, ut VII, 3, 10. ubi illud cum verbo σκυλᾶν vel συλᾶν videtur confundere, ut Stephanus in praefatione ad Herodianum monet. Non tamen ſilentio praetermiſerim, ipſum Salmaſium de M. V. c. 17. p. 788. verbo σκύλλειν notionem verbi σκυλᾶν, hoc eſt, raptandi ſpoliandique tribuere.

5. Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ κρείττονος ὑπέρτεροι ἐδόκουν γεγεννῆσθαι οἱ βάρβαροι VI, 6, 11. Politianus: *Nam quamvis bello ſuperiores fuiſſe barbari viderentur.* Illud ἐκ τοῦ κρείττονος aut vertere neglexit, aut ad comparativi vim augendam pertinere putavit: quomodo Scheidius accepit, vertendo *potiore ex parte,* vel *longe.* Rectius Berglerus: *quamvis enim divinitus ſuperiores viderentur fuiſſe barbari.* Τὸ κρεῖττον eſt Numen, Fortuna et eius vis. Κρείττονες ſunt Dii. v. Aelian. V. H. III, 1. Adde Brodaeum Miſcell. V, 30. Dorville ad Chariton. pag. 265.

Ac de his ſatis: ſequitur, ut etiam exempla adferam, quae documento ſint, ſenſum verborum ſaepenumero rectius a Berglero, quam a Politiano, eſſe expreſſum.

1. Φέρων τέ με πολλάκις νήπιον ὄντα ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείριζε πίϛεσι I, 5, 9. Politianus: *quin infantem me ſaepe in ulnis geſtans vobis dabat in manus, quaſique veſtrae commendabat fidei.* Ecce tibi νήπιον, qui ſe meminerit, a patre aliorum fidei commendatum, immo qui ſe meminerit, a patre in ulnis geſtatum! Numquid igitur in poſterum ridebimus, ſi quis narret aliquem, qui ſe in gremio matris ſedentem mammam illius appetiſſe meminerit? Sed ut concedamus, interdum pueros iam grandiuſculos, ac fere βούπαιδας a patribus in ulnis geſtari, τὸ φέρειν hic non videtur idem eſſe, quod *in ulnis geſtare.* Cautior hic Berglerus, qui vertit: *tradensque me ſaepe infantem adhuc veſtrae commendavit fidei.* Quid ſi dicerem, participium hoc φέρων adnecti etiam hic, ut ſaepe alias, ornatus magis quam ſignificationis cauſſa, verbo, quod commendandi poteſtatem habet, eique promtae voluntatis, adde etiam conſuetudinis, vim addere, ut docent Hemſterhuſ. ad Lucian. I, 349. et Dorville ad Chariton. p. 520.?

2. Τὴν προϋπάρχουσαν φήμην I, 14, 12. Politianus vertit: *famam rerum.* Rectius Berglerus: *praecedens omen.* Φήμη hic non eſt fama, ſed omen et praeſagium. Dicitur quidem plerumque φήμη de omine ex verbis, ſed et de omine ex rebus.

3. Περὶ τῆς συνεδρίας χαλεπῶς ἀπωδύρετο I, 8, 10. Politianus: *graviſſime de accepta iniuria conqueſta.* Nimis generaliter. Berglerus: *de ſtatione graviter conqueſta.* Quo loco monet, *illud* συνεδρίας *fruſtra ſolicitari a Stephano: ceteros non recte intelligere.* Scilicet Berglerus hoc vocabulum capere videtur de ſtationibus, quae in urbe fere unicuique generi hominum certae et ſolennes erant, quaeque loca publica erant, in quae, quibus vacabat, convenire ſolebant vel

confabulandi vel deſidendi cauſſa temporisque fallendi. De quibus Briſſon. Select. Antiq. II, 2. et Torrent. ad Sueton. Ner. 37. De qua tamen explicatione mihi pronuntiandum videtur: amplius.

4. Ποιεῖται τὴν ἔξοδον I, 9, 22. Politianus: *ad reditum ſe comparat.* Berglerus: *profectionem inſtituit.* Recte. Vt ποιεῖσθαι λόγους eſt *loqui*, ποιεῖσθαι ἁρπαγὴν *rapere*, ποιεῖσθαι ὁδοιπορίαν *iter facere*, quae locutiones omnes apud Herodianum ſunt obviae: ita ποιεῖσθαι ἔξοδον eſt *exire* ſc. provincia.

5. Ἡμεῖς δὲ, τὸ σὸν γένος ὅσον οὐδέπω ἀπολλούμεθα I, 13, 3. Politianus: *nos autem ſanguis tuus propemodum occidimus.* Berglerus melius: *nos autem ſanguis tuus iam iam peribimus.* Sic vertendum docet Bergler. ad Alciphr. III, 30. I, 10. et Dorvillius ad Chariton. p. 658.

6. Τὰ δὲ χρήματα μὴ μελλήσειν, ἀλλ' οἴκοθεν ἤδη μεταπέμψεσθαι II, 6, 16. Politianus; *neque in dando moram futuram: nam domi eam pecuniam aſſervari.* Bergler. *nec moram in pecunia futuram: ſed domo eam afferri curaturum.* An hic lapſum Politianum dicam, non ſatis ſcio: at lapſus eſt ſine dubio in interpretando verbo μεταπέμπεσθαι c. VII. §. 10. τούς τε τῶν στρατιωτῶν ἐξέχοντας οἴκαδε μεταπεμπόμενος, ubi Polit.: *milites, qui plurimum haberent auctoritatis, diverſos alium alio tempore domum dimittebat.* Nam μεταπέμπεσθαι non *eſt domum dimittere*, ſed *domum arceſſere.* Recte Berglerus: *ex militibus eminentiores domum arceſſens.*

7. Αὐτῷ δὲ ἄλλως ἑστῶτι II, 9, 7. *proximeque adſtanti*: vertit Politianus, quaſi ἄλλως eſſet *proxime.* Berglerus: *ſibi autem ſic forte adſtanti.*

8. De Elagabalo, quum duxiſſet Veſtalem, V, 6, 3. ait Herodianus: Ἐπιστείλας τῇ συγκλήτῳ καὶ παραμυθησάμενος ἀσέβημά τε καὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον φήσας, ἀνθρώπινόν τι πεπονθέναι πάθος· ἔρωτι γὰρ τῆς κόρης ἑαλωκέναι. Politianus: *ita moeſtum tanto flagitio ac piaculo ſenatum per epiſtolam conſolatus, humanum eſſe id peccatum: captum ſe illius eſſe amore.* Berglerus: *ac per epiſtolam ſignificans ſenatui excuſavit hanc impietatem, et delictum tam magnum dictitans, humanum quiddam ſe eſſe paſſum: amore enim puellae captum.* Παραμυθεῖσθαι ἀσέβημα non eſt *conſolari aliquem moeſtum aliquo flagitio*, ut putavit Politianus, ſed *excuſare impietatem*, ut Berglerus, hoc eſt, *verbis elevare impietatem, delictique magnitudinem lenitate orationis mollire.* Sacrilegus nempe imperator hic fecit, quod Ariſtoph. Plut. 159. vocat ὀνόμασι περιπέττειν τὴν μοχθηρίαν, de quo more improborum Gronovius de P. V. III, 14. pag. 230. Ita παραμυθήσασθαι ponitur Ariſtoph. Veſp. 115. Hinc παραμυθία eſt figura orationis, molliens, quod aſperius dici poteſt, de qua rhetores. Sic explicat παραμυθήσασθαι χρησμὸν apud Xenoph. Epheſ. pag. 9. vir doctus in Obſ. Miſcell. Vol. III. p. 413.

9. Ἐπιστὰς δὲ αὐτῷ τὰς ἐσθῆτας τῶν μηρῶν καθέλκοντι ἀπεστραμμένῳ, παίει ξιφιδίῳ IV, 13, 11. Politianus: *accurrit illico, averſumque et ſubligacula ſibi deducentem pugione traiicit.* Berglerus: *Superveniensque ipſi veſtes a femoribus detrahenti, averſum ferit gladio.* Lege Caſaubonum ad Sueton. Aug. 87. et intelliges, utra interpretatio ſit praeferenda.

10. Καὶ οὓς μὲν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέπεμψε, τινὰς δὲ ἐπὶ προφάσει διοικήσεως ἀπεσείσατο VII, 1, 7. Politianus: *partim Romam dimiſit, partim administrationem rerum cauſſatus, officio privavit.* Berglerus: *partim*

Romam ablegavit, partim ſub praetextu rerum adminiſtrandarum a ſe dimovit. Rectius. Nam ἀπεσείσατο eſt *a ſe dimovit*, quomodo vertendum etiam eſt IV, 5, 13. ubi Politianus vertere ſuperſedit.

11. Εἰς ὕπνον τε καθελκόμενος ὑπὸ καμάτων πάσχειν οἰηθεὶς, ἀνεπαύσατο I, 17, 20. Politianus: *atque in ſomnum prolapſus, quum id ex labore accidiſſe opinaretur, quieti ſe tradidit.* Haec interpretatio Commodum et dormientem facit, et non dormientem. Dicit enim Commodum in ſomnum prolapſum feciſſe id, quod eſt vigilantis, hoc eſt, iudicaſſe et opinatum eſſe. Melius Berglerus: *Somnoque gravatus ex laſſitudine id ſibi accidere ratus, requievit*, id eſt, quum urgeretur ſomno, ex laſſitudine etc.

Venio ad ea, quae Berglero ſimul rectae interpretationis, ſimul emendationis, laudem adſerant. Is quidem quater, aut quinquies ad ſummum, admonuit lectorem, ſuam eſſe nunc hic, nunc illic, notabilem in graecis emendationem: quomodo tamen, quae corrupta in graecis ſunt, emendanda putaret, nunquam admonuit. Interim eius verſio ſic comparata eſt, ut facile ex ea coniicias, quomodo locus aliquis ex ſententia Bergleri ſit emendandus.

1. Τὴν δὲ τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς Ἰταλίας ἔθει I, 16, 5. Politian. *Dein vero initium anni more ſuo concelebrant.* Haec explicatio ſatis declarat, Politianum legiſſe ἔθει. At quum apud Herodianum ſtatim ſequatur: διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ ἵδρυται τὸ ἄγαλμα; quomodo quaeſo te expedies, ubi quaeſitum a te fuerit, quorſum referendum ſit illud αὐτοῦ; Expedire te nullo negotio poteris, ubi pro ἔθει legas Θεῷ. Ita legit Berglerus. Vertit enim: *anni autem initium ſacrum agitant Italiae Deo.* Et hanc emendationem ego quidem veriſſimam putem.

2. Πείθειν τε ἐπεχείρει, μὴ ἐνθουσιασμένως, καὶ τότε ἐν σώφρονι καὶ σεμνῷ σχήματι etc. II, 5, 8. Politianus magis, quae ſcribere potuiſſet auctor, quam quae revera ſcripſit, in interpretatione exprimit: *a foediſſimo illo tumultu abſterret, non attonitus periculo, ſed habitum oris gravem moderatumque retinens.* Berglerus ita; *et perſuadere inceptabat, ne furerent, manens tunc etiam in modeſto et honeſto ſtatu.* Quid multa! Apparet, Berglerum ita putaſſe hunc locum emendandum: μὴ ἐνθουσιάσαι, μένων καὶ τότε etc.

3. Τὰ μὲν οὖν πολλὰ εἰς τὸ ἐνθὲν αὐτὸς συγγράψας ἐν τῷ καθ' αὑτὸν βίῳ II, 9, 5. Politian. *Quorum pleraque ipſe in libris de vita ſua conſcripſit.* Politianus illa verba εἰς τὸ ἐνθὲν non exprimit. Et quis exprimat tam vitiata? Berglerus ita: *pleraque quidem per hiſtoriam tradita ipſe conſcripſit in ſua vita.* Legit ergo ἱστορηθέντα pro εἰς τὸ ἐνθέν.

4. Εἰ δὲ τήν τε Ἰλλυρικὴν δύναμιν ἅμα χειροτονήσασαν μάθοιεν, τό τε ἡμέτερον ὄνομα πύθοιεν II, 10, 16. Polit. *Quodſi ab Illyrico exercitu ducem creatum cognoverint, ſimulque noſtrum nomen inaudierint.* Bergler. *Sed ſi Illyricam manum nos elegiſſe cognoverint, noſtrumque nomen audierint.* Legit Politianus ἡγεμόνα: Berglerus ἡμᾶς pro ἅμα.

5. Τούς τε ἐλέφαντας πάντας, οὓς εἰς πομπὴν ὑπηρετῶν ἐπὶ νώτων φέρειν ἐπειρᾶτο παιδεύειν II, 11, 18. Polit. *Si quidem elephantos quoque, quos ad pompam inſtitutos habebat, inſuefacere conabatur ſeſſorem pati.* Habes ſententiam, cui graeca non reſpondent. Sed ea corrupta ſunt. Emendat Berglerus: τούς τε ἐλέφαντας πάντας, τοὺς εἰς πομ-

πὴν, πύργους ἐπὶ νώτων φέρειν ἐπειρᾶτο παιδεύειν. Vertit enim: *elephantoſque omnes pompae inſervientes turres in dorſo ferre conabatur docere.* Placet ſibi in hac emendatione. Addit enim: *inſignis hic mea in graecis emendatio.*

6. Πᾶν ὤφθη III, 10, 11. Berglerus vertit: *et patefacta eſt munitio.* Legit ergo: καὶ ἀνεῴχθη ſcil. τὸ ἔρυμα. Monet etiam hic: neceſſaria et notabilis hic mea emendatio in graecis.

7. Ἅπασι γὰρ ἤθελε τοὺς παῖδας τῆς ἐν Ῥώμῃ διαίτης χρηστῆς ἀπολαύειν III, 13, 3. Politianus illud ἅπασι pro παντάπασι accipit. Berglerus autem legit: ἀπάσης. Vertit: *omnem enim volebat liberos in urbe vitae honeſtatem guſtare.*

Atque haec ſunt exempla emendationum, quae Bergleri ingenio videntur deberi. Ab eodem quam plurima alia Herodiani ita transferuntur, ut appareat, eum modo probare et ſequi emendationes Stephani, Sylburgii, Fabri, aliorum; modo non probare, nec ſequi. Ut hoc utar, locum II, 11, 16. καὶ τοῦτο μετὰ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας παρασχούσης τῆς φύσεως Ἰταλιώταις, ἔρυμα ἄῤῥηκτόν τε καὶ αὐτῶν προβεβλῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀρκτῴας θαλάσσης ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν βλέπουσαν διῆκον, ita vertit Berglerus: *id etiam cum cetera felicitate indulgente natura Italis, ut munimentum inexpugnabile ipſis obiectum ſit a ſeptentrionali mari ad id, quod meridiem ſpectat.* Ex qua interpretatione quid aliud patet, niſi a Berglero probari Kuhnii coniecturam ad Aelian. V. H. IX, 16. qui verborum ordinem male turbatum ita reſtituendum putat: αὐτῶν προβεβλῆσθαι ἄῤῥηκτόν τε καὶ ἀπὸ κ. τ. λ..

Hactenus de dotibus verſionis Berglerianae. Satis ſcio, ſi quis, quale pretium ſit rei ſtatuendum, videt, eum et bona, quae rei inſint, noſſe, et mala. Itaque animus erat quaedam de iſta verſione addere, quae a reprehenſione negligentiae minime abfutura eſſe cogitando praeſentio. Ut alias maculas praeteream, quas parum cavisse Bergleriana cura et diligentia videatur, haec verſio multo plura, quae ſunt in graeco, omittit, quam ut ei ultimam limam addidiſſe auctor videri queat. Sed de ea re alio tempore erit dicendi locus.

Corrigenda et Addenda

per ſingulas plagulas deinceps a nobis propoſita, ut eſſet tum quaerendi voluntas maior, tum occaſio inveniendi facilior, quam in aliorum ſerie continua.

A. p. 2. l. 2. lege al., — l. 34. N. 26. Bud. — p. 4. l. 42. Hoog. l. l. — Z. l. l. — l. ult. Stp. l. l. ſed l. pen. m. P. — p. 5. l. 21. *ἀριθμοῦμενος* — l. 24. v. v. — p. 6. l. 7. poſt *ſubſt.* fac uncum (ap. — p. 7. l. 2. adde comma poſt *ὡς*, et poſt *καὶ* 2. numerum novae §. — l. 22. leg. (in m. P.) — p. 8. l. 25. pro *τῶν* leg. *αὐτῶν* — l. 39. N. 11. minutum numerum undecimum — p. 10. l. 28. Sb. 1, 1. l. 27. — ſed l. 30. leg. l. l. 234, — p. 11. l. 14. C. i. e Thuc. — p. 13. l. 30. adde comma poſt *rel.*, — l. 37. *ἢ* — l. 43. fac lineolas binas alienorum verborum poſt *habet* „*μετ'* — et ib. pro *ab* leg. ap. — p. 14. l. 39. fac punctum poſt *ἐν.* — p. 15. l. 2. leg. cum iota ſubſcripto *ὀλίγῳ* — l. 13. leg. modo p. 61. m., cf. — p. 16. l. 36. adde comma poſt Verſ., — l. 38. leg. Iſocr. Ev. Latinis litteris — l. 39. Vern. Men.

B. p. 17. l. 26. ſq. leg. cum lineolis iterum „pro — melius" — l. 27. leg. l. 31. — l. 29. poſt *Luc.* adde ib. — l. 30. lege ſic cum commatibus: Lat., pro mutari, infra, — p. 18. l. 11. minutis elementis *principatum* — l. 38. *ad* ſ. alia — p. 20. l. 7. cum lineolis illis poſt *πον.*" — l. 24. in *τ.* 3, — p. 22. l. 24. fac punctum poſt *lectio.* — l. 44. pro *ita* leg. iſta — l. 45. dele comma poſt *φθορ.* — p. 24. l. 4. leg. *μήδ'* cum accentu — l. 21. cum lineolis poſt Sch." — l. 25. ambigitur — p. 25. l. 31. poſt *quibus* adde: vertiſſem, — p. 26. l. 2. *ἡ* Pω- 8. tranſlato numero §. novae in hunc verſum e priori — l. 38. pro *ut* leg. et — p. 28. l. ult. inverte uncum poſt 23.) — p. 30. l. 40. leg. vero — p. 31. l. 4. leg. *δ'* v 11. cum numero — l. 30. una voce *ὥσπερ* — l. 39. Lat. Bg. — p. 32. l. 9. Schol. Thuc. — l. 27. cum lineolis *horum*"

C. p. 33. l. 14. comma pone poſt *utramque*, — l. 18. Iſocr. Ev. — l. 19. poſt Cyr. Z. adde: it. Iſ. Ev. v. *γεγν.* et *ἀπὸ*, ubi add. 13. p. 37. i., pro quo mox l. 14. per variationem *ἐξ* - *γεν.* — l. 33. poſt *feminis* adde haec: Caeterum Oiſel. p. 342. Nr. „Nummus Fauſtinae cum Inſcr. *Temp.* Felic. *Fauſtina* cum liberis ſuis. — Herodi. l. 1. in princip. *τῷ βασ. λ.* *imperatori* Marco *filiae* quidem *complures*, duo *vero mares nati ſunt.*" — p. 34. l. 6. poſt *parentheſis* adde per uncos: a (*Βηρ.* — *αὐτῷ*) — p. 35. l. 3. leg. e more Ms. Ba. brevi littera: *κόμοδον* — l. 10. poſt *exarantium* adde: Apud Beger. p. 679. in numis Commodi duo ſunt cum Gr. nomine per unum *μ*, et quoque cum Lat. per duplex *m.* — l. 11. leg. Bg. e P. — l. 29. ſq. bis uncos ſic appones „*ἀλλ. ἐπ.* — *μεγάλης*" — l. 38. pro *At* leg. Ac — p. 36. l. 37. modo comma ſit poſt *πάσης*, — l. 40. pro *μετ'* leg. *μεγ* — p. 37. l. 5. leg. uſu — p. 38. l. 22. leg. longo elemento p. I. i. e. pro Iud. — l. 24. pro *eius* repone Atteius — p. 39. l. 14. merum comma fiat poſt *τ. ὑ.*, — l. 35. poſt *noſtrum* inſere haec: *γενομένην*, ſi cum *ἐχ.* regas, aut — l. 42. poſt *formulis* dele punctum — p. 40. l. 2. leg. 158. — l. 28. adde lineolas „puellae — l. 34. leg. duxerim — p. 42. l. 12. leg. Rz. ad — l. 29. poſtilla — et mox In ſubſt. *γ.* — p. 43. l. 4. leg. Ms. Bg. et ed. B. — l. 6. pro *ὠ.* leg. *ἰδ.* — l. 21. pro 88. leg. 18. — l. 32. praeceptoribus — l. 44. dele comma poſt Bg. — p. 44. l. 43. leg. *ſuperaret* — p. 45. l. 18. aliis litteris *ſed* — p. 48. l. 4. fac puncta in apice poſt *λόγοις·* et *γνώσεσι·*

D. p. 49. l. 5. leg. maximo elemento *Facere* — l. 25. comma poſt *oratione*, — l. 41. Dev. una voce. — p. 50. l. 41. pro lineolis duabus unum comma poſt *ἐνεγκοῦσα*, — et ſic quoque p. 51. l. 17. poſt *formarent*, — p. 45. l. 14. pro *act.* leg. acc. — l. 18. aliquid — 55. l. 5. pro *ſic* leg. ſit — l. 10. R. Or. — l. 14. poſt *verbi* add. privi — l. 39. poſt 36. fac lineolas duas" — l. 48. leg. 490. — et mox in abl. *eâdem* — p. 56. l. 1. fac punctum in apice poſt *συγγέγραπται·* —

l. 23. dele comma poſt συγγ. — l. 40. leg. Hdb. — p. 57. l. 9. poſt *ſimile* adde pron. — l. 46. leg. 7. p. — p. 58. l. 7. λαμβάνειν· cogita ει ſupra εν ſcriptum — l. 27. ἐν Π. — l. 31. De v. δ. i. e. διατριβ. — l. 33. Ind. v. Παίων — l. 43. in fine N. add. „et Hom. Ἰλ. β′, 848. — p. 59. l. 9. ut P. videtur — p. 60. l. 10. ἔχειν l. 1. — l. ult. 10, 4. — p. 61. l. 11. G. Th. — l. 40. τὸ μειρ. de mare — p. 62. l. 5. nimiam. — et mox fac punctum poſt *feſellit*. — l. 19. leg. 502. — l. ult. v. *diſc*. — p. 63. l. 8. leg. Th. 1. — l. 10. maiuſculis numeris V. II. i. e. Volum. ſecundo — l. 13. pro *quod* leg. quoad — l. 25. χρηστὸν καὶ πιστὸν ἦθος — l. 28. fac comma poſt b. m., — l. 29. leg. ſine Vs. — l. 44. Amm. M. — l. 46. fac punctum poſt *labi*. — p. 64. l. 1. ἡδονὰς — l. 7. τὰ — l. 17. pro *de* leg. ac — l. 25. dele punctum poſt δὴ — l. 38. poſt ὥσπερ, adde καθάπερ, —

E. p. 65. l. 2. leg. Bs. 2. — l. 38. leg. 86. v. 17. — l. pen. pone lineolas poſt *multiſcius*“ it. p. 66. l. 37. poſt Bg.„ — p. 67. l. 45. fac comma tantum poſt *mutari*, it. p. 68. l. 24. poſt *magna*, — l. 26. leg. ſolenne — p. 69. l. 5. leg. pro numero 13. litteram Lat. B. — l. 16. maiuſculis numeris II, 16. — l. 28. poſt ζητοῦντες add. captantes — l. 38. dele punctum poſt αὐτὸν — l. 40. leg. cum iota βίᾳ — l. 44. cum v. ἑταιρ. — p. 70. l. 12. leg. l. 1. -- l. 33. Ἑ. ν. litteram Gr. *ni* -- l. antep. fac punctum poſt ἀδ. -- p. 71. l. 12. fac commata poſt οἰκεῖον, et mox poſt γνήσιος, it. l. 39. poſt *eigene*, -- p. 72. l. 13. προεληλύθασιν -- p. 73. l. 4. N. §. i. -- l. 16. pro numero 13. leg. iterum litteram B. — l. 45. Lat. in -- p. 74. l. 6. dele comma poſt *intelligit* — l. antep. leg. *albo* -- p. 75. l. 8. leg. litteram ſibilantem Lat. maximam (S. 428, -- l. 17. poſt Stp. Th. adde: Lat. Bg., ap. G. Th. „ -- p. 76. l. 34. maiuſculis litteris V. L. -- l. 42. ὑπόγυιος -- l. ult. δεῖ -- p. 77. l. 33. facto commate poſt μητρῷος, adde ſic: cuius parentheſin recte deſeruit Bg., quia nec in pr. Ἀντ. nec in ſq. Δομετ. praedicata per uncos ſeparata ſunt, et hic pro iſtis particip. modo variatur per ſyn. pron. relat. et verbum finiti temporis. — p. 78. l. 4. B. 1. R. -- l. 18. fige uncum (accentu -- p. 97. l. 14. τοιαῦτα -- l. 19. add. uncos poſt *effingo*“ -- l. 27. G. Th. -- p. 80. pen. leg. fuit, quam §.

F. p. 83. l. 30. lege per uncos (et hinc Bg.) — p. 85. l. 24. in fin. N. add. haec: Caeterum hinc Suic. Th. v. νεότης Nr. 2. „iuventus res eſt contemtui expoſita. Herodi. ὑπ. — ἀ. metuebat, *ne* aetatem *eius* contemnentes, *inſidias ei ſtruerent*. — p. 90. l. ult. pro *tum* leg. tunc — p. 95. l. 31. poſt *ſubſt*. add. haec: cf. Suid. et in plur. τὰ ἀνθρ. Loesn. Obſ. Dem. Aeſch. ep. S. Xen. Pol. Z. et Luc.

G. p. 98. l. 23. τὶ — l. 44. punctum poſt ἀμ. — p. 99. l. 31. Noſtri ἀμ. — l. 38. v. Lat. — p. 100. l. 9. cognatio: quibus — l. 44. transpone verſus duos ſic: aeque late patentia *merken* ſ. *erkennen*; non me reperiente Gr. cum inf., niſi ap. Poſſ. Synt. p. 201. i. ſemel — l. ult. cf. Cl. — p. 103. l. 17. valet, ut — p. 112. l. 44. poſt *pen.*, adde: et Phil. de opif. m. p. 2. F. i. προσεδεῖτο χρόνων μήκους, temporis *ſpatio*,

I. p. 135. l. 21. poſt *notione* lege ſic: cf. de act. phyſice Rs. Or. V. 8. And. Dem. Dion. H. S. T. 2. Luc. ubi et 1, 507. i. cum adv. ὀπίσω αὖθις, quae et ipſa pro ſimpl. faciant, dum huc ſine Vs. ſpectatur ad Thom. M. p. 52. N. 6. cf. in rem — p. 137. l. 35. in fine N. adde: Caeterum huc forte refertur ap. Beg. 2. 682. Commodi numus primus, *fides exercitus*, ubi imperator ſtans in ſuggeſtu, ante quem tres milites. — p. 139. l. 30. tranſpone voces ſic: atque adeo poſt ſubſt. neutr. pronomen maſc. — p. 142. l. 20. pone merum comma poſt *conſtructus*,

K. p. 149. l. pen. ſq. §. — p. 151. l. 34. Commodus aut Marcus eſſe — p. 159. l. pen. leg. ſic: (ſic plane, pro recto nomine in N. pr. Bc. Nicetas

Choniates, quem et ad Lampr. T. 1. p. 692. laudat Caſ. N. 4. cf. Salm. ib. ad T. 2. p. 303. N. 2. p. 325. N. 3.) Hiſt.

L. p. 161. l. 14. pone comma poſt *vicinitatem*, it. p. 164. l. 7. poſt *reddens*, — p. 170. l. 35. et cap. — p. 176. l. 2. πεπειραμένων."

M. p. 178. l. 39. pron. Ind. Ael. — p. 180. l. 10. Herodot. l. 1. — l. 33. τοσοῦτον — p. 182. l. 14. praeter quod, ap. Kypk. tantum — p. 184. l. 24. *aſſecla* — p. 189. l. 6. repetendum —

N. p. 203. l. 34. pro unco fac modo comma poſt 420., — p. 206. l. 15. leg. ſic deinceps: ut de Bg. ratione eſt Lat. *etiam* ſimpliciter, h. e. praeter te, ſimul ipſi, i. nos, quo tendunt — l. 18. leg. ſic: ad Bg. modum praeterea eſſe poteſt. *etiam* ipſi *adeo*, ſ. *etiam* nos *adeo*, noſtrum *auch* wir *ſogar*, dum αὐτὸς — p. 207. l. 22. Hſ. cf. Thuc. — l. 25. it. Heſ.

O. p. 209. l. 15. aliunde, ex analogia tantum a Noſtro conflatam, cf. Rs. Or. V. 8. And. ἐ. πλ. χρόνον. — l. ult. cum unco *privant*) — p. 217. l. 31. addidit — p. 218. l. 42. ταμιεῖον — p. 220. l. 26. ἀρχοθνων —

P. p. 225. l. 40. merum comma poſt *ſolitudine*, — p. 226. l. 36. Zoſ. ubi eſt cum praep. — p. 232. l. 25. fit — l. ult. in fine N. adde: Caeterum ap. Beg. 2, 682. ad numos Commodi 3 - 7. cum tropaeo de Germanis haec reperi, huc pertinentia. „Commodus Germanos ſe deviciſſe iactat, quod patrem ad bellum Germ. comitatus, eoque mortuo triumphans Romam regreſſus eſſet. Etiam haec in ſpeciem. Conſtat enim, Pacem a Germanis eum pecunia redemiſſe." — p. 233. l. 41. poſt διαγγ.) adde haec: Per hoc caput 7. ſervavi ex Anglis ap. Heyn. H. 4, 1012. m. et e N. Leisn. ad p. 262. in ſummis paginis numeros annorum, quanquam Chronologia edit. Pat. rebus, hoc cap. narratis, praefixit A. V. C. 934. CHR. N. 181. — p. 236. l. ult. ita verba fecit, — p. 238. l. 39. pro *retinet et* leg. retinuit —

Q. p. 245. l. 16. debebant voces aliis litteris alterne ſic expreſſae eſſe: *nam* genus *quidem*, ſ. quoad *genus* quidem, *quod* ei *erat* a *patre* ſ. *a* parte *patris* — l. 46. ap. Vig. etiam, praeter L. Boſ. l. l. — p. 247. l. 9. in fine N. adde: De Fauſtina numi ſunt ap. Beg. 2, 669. ubi illa cum ſceptro, ut βασίλισσα, et animam eius aquila fert in coelum, tum p. 675. ubi cum liberis, de quibus et ib. agitur e Noſtro et Lamprid. — p. 248. l. 33. adde comma poſt *carentibus*, — p. 250. l. ult. inf. θεᾶσθαι — p. 252. l. 8. pone ſemicolon poſt *fuit*; — p. 253. l. 4. merum ſit comma poſt *paucos*, — l. 45. dat. ſ. abl. — p. 256. l. 27. *Flavos*

R. p. 257. l. 10. punctum poſt dat. perſ. — l. ult. alia — p. 260. l. 15. in fine N. adde: Caeterum neſcio, an huc pertineat ap. Beg. 2, 679. tertium numisma Commodi caput radiatum, inſcript. *Imp.* Commod. *Aug.*, in altera parte templum, inſcript. *Sec. Aug.*, cum praeterea olim haec quoque adſcripſerim „p. 680. propter ſanitatem recuperatam inſidiasque vitatas" quae referantur quoque ad 1, 10, 16. e. — p. 265. Ab hac pag. usque ad p. 328. per totum c. 8. numeri annorum in ſumma pag. debebant eſſe A. V. C. 938. CHR. N. 185. — p. 265. l. 44. τιμ. — p. 267. l. 19. συμβούλοις — p. 268. l. p. ἂν — p. 270. l. 10. punctum ſit poſt προστατεῖν. —

S. p. 273. l. 40. poſt 200. i. adde 347. et l. 42. poſt 71. m. adde 162. et l. 44. poſt Aeſch. adde: it. Barn. Eur. — p. 277. l. 12. leg. Stp. Th. ad v. σχολ. — p. 285. l. 35. fine — p. 286. l. 11. in fine N. adde: Huius Lucillae plures numi ſunt ap. Beg. 2, 678.

T. p. 290. l. 33. merum comma fiat poſt *inſignia*, — p. 295. l. 36. poſt *reperi* adde haec per uncos: (ſed modo Criſpinae huius numos ap. Beg. 2, 683. ſed, neſcio, unde „Criſpina Auguſta") — p. 299. l. 25. poſt *ſyn.* adde: ap. Ioſeph. 2, 280. m. ὑπόπειραν αὐτῶν τῆς γν. λαβεῖν, it.

V. p. 308. l. 43. ὑφ' -- l. ult. ὑπὸ -- p. 310. l. 1. recte -- p. 311. l. 13. inverte uncum ſic: Mor.) -- p. 313. l. 37. poſt *fine N.* adde" it. Call. Sb. et Thuc. ſed nominatim cum dat. perſ. de perſ., extra notionem tamen hoſtilem, Fab. Ae. 66, 1. (ubi et cum adv. 83, 2.) et alio ſenſu Abr. l. l. p. 350. i. it. Geop. it. Orph. ἐλϑ. ἐπ' λ. ut cum eodem dat. de re tropice Poſſ. Call. ſed ſimul ſequente inf. Dion. H. l. l. et Dem.

X. p. 322. l. 42. perſ., melius -- p. 323. l. 36. poſt 6. e., adde haec per uncos: („κωλύσας καὶ ταπεινώσας τὰς ἐνίων ὑπεροχὰς — Xiph. aptius κολούσας —. Sic ap. Herodi. —") -- p. 328. Ab hac pag. usque ad p. 379. per totum c. 9. annorum numeri in paginis ſummis ſunto A. V. C. 939. CHR. N. 168. -- p. 334. l. 39. adde uncum poſt *Eum.* (18.

Aa. p. 369. l. 35. leg. γ', 374. -- p. 372. l. 2. τὶ -- p. 376. l. 21. ὅμως -- p. 380. usque ad 464 per duo capp. 10. et 11. fiant anni A. V. C. 940. CHR. N. 187. -- p. 381. l. 39. leg. coll. -- p. 384. l. 1. fiat punctum in apice poſt ἐλήστευεν·

Bb. p. 386. l. 22. ſq. leg. ſic tantum: Herodi." quod tantum hic facit P., quocum Bg. -- p. 398. l. 6. ut -- l. 21. in v. σ.

Cc. p. 402. l. 8. ſubiecto -- l. 42. leg. ſine uncis minutis πομπὴ -- p. 404. l. 20. in fine N. adde: Caeterum neſcio, an Noſter innuat ſimul illa πομπεῖα, vaſa ſacra, in pompis oſtendi et circumferri ſolita, ut phialas, malluvia, turibula, de quibus v. ad Moer. p. 332. et Thom. M. p. 729. — p. 405. l. 35. Tum, e conſtr. -- p. 406. l. 32. redditam -- l. ult. adde poſt *Bg.* haec: cf. Phil. de opif. m. p. 1. B. μυϑικοῖς πλάσμασι τὴν ἀληϑ. ἐπικρύψαντες -- p. 407. l. 13. dat. ſ. abl. -- p. 410. l. 18. fac punctum poſt ἑαυτ. — p. 413. l. 44. leg. 761, -- l. 46. leg. 884.

Dd. p. 418. l. 29. in fine N. adde: De re cf. e numo ſupra ad 1, 7, 9. e. αἰγλ. cui adiungo e Beg. 2, 679. ubi eſt ſecundus numus Αυρηλ. Κομοδος, in poſtica επι στρα (ἐπὶ στρατηγίας) πων περγ — „Secundum numiſma Pergami percuſſum eſt, ſub Praetore Pollione; (unde pro illo antea πων legerim πολ.) Aeſculapius, (qui eſt in poſtica) notiſſimum Pergamenorum numen, procul dubio pro ſalute Commodi vigilat." -- p. 429. l. 6. facit -- p. 426. l. 3. Πεσην. -- p. 419. l. 18. leg. 1, 825.

Ee. p. 433. l. 43. in N. -- l. 46. fac punctum poſt *Suicer.* -- p. 435. l. 27. a deo -- p. 436. l. ult. προσερῶ -- p. 448. l. 46. in fine N. adde: cf. Fi Pal. 48, 2. ἦδον ϑείᾳ δυν.

Ff. p. 451. l. 43. conſtruatur -- p. 455. l. 34. cum privo v. ſolenni — p. 459. l. 21. ſed iſtos gen. cum Bg. -- p. 461. l. 3. dele comma poſt Πεσσινουντίας -- p. 463. l. 28. in fine N. adde: cf. Dion. H. S. T. 1, 56, 15. καὶ περὶ μὲν τῶν Τρωϊκῶν ἱερῶν τοσαῦτα εἰρήσϑω, *et* de *ſacris* (quidem) Troianis *haec* dicta *ſufficiant* -- l. 42. uti —

Gg. p. 470. l. 5. dele *cf.* ſecundum -- p. 475. l. 3. pone comma merum poſt *repertam*, -- p. 477. l. 10. idem dele poſt *Sch.* -- p. 479. l. 39. facto commate poſt *diverſis*, adde per uncos: (cf. Gier. ad Ovid. Met. 10, 567.) unde —

Hh. p. 484. l. ult. comma pone poſt *particip.*, -- p. 492. l. 1. fac punctum in apice poſt ἐπιϑυμίαν·

Ii. p. 500. l. 21. peroſi -- l. 37. ἀκρατήτῳ -- p. 501. l. pen. ſumtum — p. 503. l. 32. poſt *pendente*; adde „quanquam reperi poſtea diſerte cum dat. rei ſ. loci tantum ap. Sb. Ind. e *Zoſ.* 6, 13, 3.

Kk. p. 520. l. 46. ſq. leg. ſic: Stp. Th. in v. act. 3, 1613. B. εἰς φ. τρέπειν, ſed in paſſ. 1615. —

Ll. p. 529. l. 4. adde uncum ante (quae -- l. 19. leg. minutis litteris 11, 50. ſ. XI, 50. -- p. 534. l. 2. ὅ, τι -- p. 542. l. 32. poſt *L. Boſ. Ell.*, adde

haec: non item p. 140. e. ad ſyn. *παραδιδ.* dum Krb. Obſ. p. 65. m. et in L. N. T. Nr. 6. id ait eſſe „*tradere* ad ſupplicium“ cum plena haec repererim, in N. T. 2. Cor. 4, 11. *εἰς θάνατον παραδιδ.* ib. ap. Sb. Ind. ex Eutr. Met. 1, 16, 3. *τοὺς δέκα τιμωρίᾳ παραδιδόντες*, et ap. Dion. H. S. T. 1. 473, 38. *θεράποντα ἴδιον ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου* (quod eſt in N. T. illud Luc. 24, 20. *παρέδωκαν αὐτὸν εἰς κρῖμα θανάτου*, noſtratium *Todesſtrafe*) *παραδιδοὺς τοῖς ὁμοδούλοις ἄγειν*, ſervum *conſervis* tradiderat *ducendum* ad *ſupplicium*, quo de loco ob inf. adiunctum cf. infra ad 5, 8, 17., hic illi noſtro Gr. reſpondente -- p. 543. l. 1. intra Gr. et Lat. textum adde numerum §. ſeptimum 7. -- l. 21. dele haec: *al.* Grr. in v. *mox* et -- l. 22. facto commate poſt *caedes*,“ adde ſic: dum hic ſcribitur ad analog. in *αἰτ.* cum gen. rei, cf. L. N. T. cum Kypk. T. 2. Plut. Krg. Ael. V. h. Xen. Mem. S. Thuc. Rs. Or. V. 6. et Dem. cui add. 297, 2. 314, 24. 298, 21. 27. pro quo l. 23. *αἰτίαν*, 97, 14. etc. Iſ. Pan. Mor. p. 17. i. 19. i. 21. e.

Mm. p. 552. l. 40. Facto commate poſt *reperta*, adde: ſed ap. Thuc. p. 107. e. pro textus *ξυνῄεσαν*, *conveniebant*, V. L. *ξυνίεσαν*, unde coniicias, modo vocales iſtas confundi, ut infra. -- p. 554. l. 38. Retracto, quod in uncis poſui (capto), cum nulla ſit ibi Var. L. nec *ληφθ.* ſed vulg. ib. a tropo ex ſtadio, proprie *relictus* a tergo, deinde in univerſum ſuperatus ſ. victus, ut ib. in certamine de cantu, i. q. *ἀπολειπ.* ſupra ap. Noſtr. 1, 2, 4. e. -- p. 558. l. 45. in fine N. adde: cf. ſyn. plenum cum opp. ap. Theogn. v. 201. *αὐτίκα μὲν* — *ἐς δὲ τελευτὴν λ.*

Nn. p. 563. l. 19. in fine N. adde: et noſtra Gr. ſic prorſus ap. Geop. 10, 4, 7. ſi *ita* dicere *liceat*, per liberam Vs. et cum V. L. *εἴπῃ* -- p. 568. l. ult. poſt *ne*, adde: (cf. N. T. Gal. 4, 11. ubi talem acc. aliter expediunt Eraſm. rel. et L. Krb. v. *φοβ.*) p. 569. l. pen. ſic leg.: cauſa“ ferente G. Th. in Bg.“— p. 571. l. 12. Gs. Chr. -- p. 576. l. 12. leg. ſic: propoſitum; nihil tenente G. Th., quam 1095, -- l. 39. poſt 48. adde: et per plur. ap. Phil. de opif. m. p. 26. E. i. *τὴν τῶν σωμάτων ἡδ.* corporum *volupt.*

Oo. p. 581. l. 13. leg. ſic: mitigare; cum v. *habere* tenente G. Th. nec Bg. nec St. -- p. 582. l. 45. poſt *loco*, adde: cf. ap. Phil. de opif. m. p. 1. C. e. *ἀξίως ἀν.* *laudare*, it. Exc. e. ad 1, 4, 17. e. ut quoque —

Pp. p. 596. l. pen. poſt *ponuntur*, adde per uncos: (cf. Xen. Cyr. et infra 5, 6, 20.

Qq. p. 623. l. 6. facto commate poſt *ratione*, adde: cf. inf. *κελ.* cum alio inf. per intervallum ap. Herdt. p. 44. i. -- l. 24. pro *uti* leg. ut —

Rr. p. 637. l. 23. dele comma poſt *denunciavit* —

Ss. p. 652. l. 11. commate facto poſt *copiam*, adde: ſed illud fortaſſis, ſi priora *Ἰνδ. καὶ Αἰθ.* intelligas de Aſia et oriente et orientalibus Aethiopibus, ut tres Noſter poſuerit terrarum regiones plagasque, e ſolenni diviſione limitum Rom. imperii, qua de v. 2, 2, 19. ad *τοὺς ἐπὶ τοῖς ὄρ. λ.* -- p. 654. l. 12. poſt *legendum*, adde per uncos (et ſic ſtatim profert Z. ad Xen. *Ἀνβ.* 1, 5, 2. in N. ubi in textu quoque *στρουθοὶ αἱ μεγάλαι* -- *καὶ δορκάδες*, ut ib. 5, 3, 19. copulantur *δορκάδες καὶ ἔλαφοι* alio ordine, quam ſupra ap. Noſtr. §. 6.)

Tt. p. 667. l. 10. adde comma poſt ſyn., -- rurſus id dele p. 670. l. 31. poſt Lat.

Uu. p. 674. l. 5. primo leg. *εἰώθασι* ſed deinde *εἰώθασι* -- p. 675. l. pen. leg. cf. -- 117. -- p. 676. l. 38. cum artic., *ἡ* -- p. 679. l. 14. in fine N. adde: In rem forte pertinet huc ap. Beg. 3, 60. Obſ. et Coniect. in Num. quaedam „Ianus in Italiam veniens navi.“ -- p. 680. l. 41. *übergetragen* -- p. 682. l. 44. Lat. „ante ſ. -- p. 685. l. 38. poſt *Luc.* adde: et ap. Beg. 2, 526. in nummo Iani caput duplex, dextrorſum et ſiniſtrorſum ſe vertente facie,

ir. 3, 81. Iani caput ἡμιτομ. ſed ap. Land. p. 1. et 3. ad Ianus bifrons diſerte citatur Herodi.

Xx. p. 689. l. 31. fiat punctum poſt *praetexta.* -- p. 690. l. 33. fac comma poſt *incommodum*, -- p. 692. l. antep. leg. cf. Sp. ad Call. Iov. v. 32. et Cup. -- p. 694. l. 36. leg. poſt *copula*, per uncos: (cf. Cic. Or. p. S. R. Am. c. 10. quam -- *qua* -- in *qua* --) -- p. 702. l. 1. pone comma poſt ἀπειρῶντο, -- p. 703. l. ult. ſol.

Yy. p. 705. l. 20. *ſcriptos* -- p. 706. l. 21. adde comma poſt *Iulianus*, — p. 712. l. 17. idem comma deletum poſt *notationem* pone poſt *notionem*, — p. 713. l. 40. in fine N. adde: Sed hic Ms. δὲ forſan etiam in alienum venit locum, cum, in marg. ſtans, pertinuiſſet ad pr. δῇ, quae duo variant ſaepe -- p. 715. l. 19. poſt *Call.* adde: ubi et v. Loesn. cum -- p. 718. l. 13. facto commate poſt *iterum*, adde: cf. 1, 4, 8. 1, 8, 11. etc., quia iam praecedit fut. in μελλ. τεθν., quanquam alibi aor. pro fut. valet, cf. 1, 6, 15. etc., et occurrit ſimul cum fut., cf. ib. §. 21. etc.

Zz. p. 721. l. 4. poſt *rel.* adde: v. N. -- p. 722. l. 36. poſt N. 55. adde: cum Ind. v. οὐ, ad -- p. 724. l. 15. in fronte leg. ἔτι -- p. 727. l. 29. loco *pronominis* leg. participii --

Aaa. p. 738. l. 15. ἔχεσθαι -- p. 741. l. pen. ſq. enim *vero* -- ſit, et noſtr. -- p. 742. l. 12. ſemicolon fac poſt ſubſt.; -- l. 27. divide ſic potius red- iens -- p. 746. l. 9. Ind. Hom. Ἰλ. --

Bbb. p. 754. l. 45. v. c. de ſono --

Ddd. p. 791. l. 29. pauperem -- p. 797. l. 31. poſt *confunduntur*, adde „cf. ad Herdt. p. 324. N. 94.

Eee. p. 803. l. 31. poſt *itidem* add. „in γνωμ. variet -- p. 804. l. 36. leg. 14., plane -- p. 805. l. 12. τούτων ἤ -- p. 809. l. 18. poſt 1, 1, 9. add. „et Kühn. Spicil. p. 67. m.

Fff. p. 818. l. 29. ἀποπνέων -- p. 819. l. ult. Σικελιώταις ſine Iota ſubſcr. -- p. 822. l. 6. πάροιθε -- p. 826. l. 36. poſt *Verſprechungen* adde „(cf. Corn. N. 1, 7, 1. ſq. nonnullas *vi* expugnavit, -- cum *oratione* reconciliare non poſſet,) -- p. 831. l. ult. poſt αἰσθ. adde „it. 3, 9, 14. -- p. 832. l. 34. leg. 2, 10, 16. -- l. 43. in fine poſt οἷς εὐδ. adde „ſ. ἐφ' οἷς εὐδ.

Ggg. p. 833. l. 8. poſt χρόνῳ, adde „cf. 3, 6, 8. -- p. 834. l. 15. leg. 2, 10, 3. -- p. 837. l. 44. turbatio, (unde -- p. 841. l. 45, poſt 770. add. „it. Graev. L. Heſ. p. 5. vs. 19. e.

Hhh. p. 864. l. ult. *que* --

Kkk. p. 884. l. 42. poſt περιβ., adde: cauſa -- p. 887. l. 39. Eſchenbach. -- p. 895. l. 40. leg. 1263, 26. 49. p. ſq. l. 13. -- ib. l. 41. adde uncum poſt pendeat,)

Lll. p. 900. l. 5. σιωπᾷν -- p. 902. in N. ad v. 258. ſuggerit -- p. 904. vs. 26. media -- p. 907. l. 2. Senatusconſulto -- ib. l. 18. Iulianus -- p. 908. l. 8. dele uncum ante (*quorum* --

b Praef. p. XVII. l. 14. octava — p. XXIII. l. 12. Baſileenſis — p. XXVI. l. 3. et 5. Fabricii bibl. — p. XXVII. l. 4. Hemſterhus. v. gr. ad Luc. — ib. columm. 2. l. 13. Kuſteri Notae — p. XXIX. col. 2. *Spec. Strodt.* Specimen Str.

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱςοριῶν [a] βιβλία ὀκτώ. Βιβλίον πρῶτον.

Προοίμιον [b].

Οἱ πλεῖςοι τῶν περὶ συγκομιδὴν ἱςορίας ἀσχοληθέντων,

Herodiani de imperio poſt Marcum Liber primus.

Prooemium.

Plerique eorum, qui circa compoſitionem hiſtoriae occu-

a) Ms. Ba. Ἡρωδιανοῦ ἱςοριῶν πρώτη, ſed A. cum B. 1. Ἡρ. τ. μ. M. βασιλείας, β. πρ., at B. 2. Par. Ox. Pat. Ed. Ἡρ. τ. μ. M. βασ. ἱςοριῶν β. πρ., ſed, ut dedimus, Stp. Lu. In. Bc., verum Sb. incluſum uncis „[ἱςοριῶν]“ v. N. b) Vox haec non comparet in A. B. 1. et Bc., ſed in Mss. etiam, cum Excp. taceant. Latina quidem abſuit in Bc. et Pol. ed. Antw., it. Ms. Bg., ubi tamen adiecimus.

ἱςοριῶν) Incluſum *ἱς*. cum Petrina edit. (B. 2.) agnoſcit etiam Stephanea: ſed ab Ald. et Walder. (B. 1.) genitivus ille abeſt, et rectius, meo quidem iudicio, ut *βασιλείας* hic ſit i. q. *βασιλικῆς ἱςορίας*, hiſtoriae *auguſtae*. Caeterum inſcriptionis formam, et Gr. et Lat., probant, quae auctor paulo poſt de ſe ſcribit. *Sylb.* Aldus tam in principio, quam in fine ſingulorum librorum ita titulum concepit, Ἡρ. τ. μ. M. βασ. β. πρ., quem alii ſecuti ſunt: alii addiderunt Ἡρ. τ. μ. M. βασ. ἱςορ., praeeunte ipſo Aldo in operis titulo. Ipſe Herodi. in praef. (§. 4.) *ἐγὼ δ' ἱςορίαν ἤθροισα ἐς συγγραφὴν* et 2, 15, 12. *ἐμοὶ δὲ σκοπὸς ὑπάρχει, ἐτῶν ἑβδομήκοντα πράξεις πολλῶν βασιλέων συνάξαντι γράψαι.* Unde vix colligas, quem titulum ipſe auctor ſuo libro praemiſerit. Photius citat Ἡρωδιανοῦ ἱςορικοὺς λόγους. Similem varietatem in titulo operis obſervat Iac. Gronov. ap. Arrian. in praef. init. et Hudſonus ap. Thuc. *Leisn.* (Operis totius in fronte paginae primae titulus eſt A. 1. Lov. et Par. Ἡρ. τ. μ. M. βασ. ἱς. β. ὀκτώ, ſed Ἡρ. ἱς. βιβλ. ή in rel. edd., praeter Pat., quae habet in prima pag. Ἡρ. ἱςορικοὶ λόγοι ὀκτώ, e Phot., (cuius inſcriptione utitur quoque Fabric. bibl. Gr. L. 5. c. 38. V. 9. p. 406. n. 99., ut Bg. partim eſt e Pol.) ſed pag. ſq. inſuper Ἡρ. τ. μ. M. βασ. ἱς. β. ὀκτώ. Quid ipſe dederit Noſter, ſane non liquet, cum et Ms. variet, ubi deſit ſubſt. ἡ βίβλος, cf. L. Boſ. Ell. p. 48., et omnino conſtet, paucos librorum titulos auctoribus deberi, ſed librariis atque grammaticis pleroſque. A. 2. quidem brevitas proxime accedit ad Ms. Sed Sb. videtur reſpexiſſe ad 1, 2, 10. *ἃ δὲ μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν - εἶδον*, λ., cui addas ex 2, 1, 1. *ὡς ἐν τῷ πρώτῳ συντάγματι τῆς ἱςορίας δεδήλωται*, λ. Quod vero idem Sb. expoſuit de gen. *βασ.*, id cum incertum eſt, an tituli auctor, quisquis eſſet, ſic intellexerit, tum uſus loquendi non videtur ferre, per quem *βασ.* potius eſt h. l. aut modus imperii adminiſtrati, aut imperatores, per abſtractum pro concreto. *Irm.*) Prooemium Herodiani conferri et cum aliorum hiſtoricorum exordiis poteſt, et cum exordio Fl. Ioſephi. In eodem quaedam deſumta ex Thucydideo prooemio, quaedam etiam cum Salluſtiano aliqua ex parte congruunt. Taxari autem videntur cum alii, tum Herodotus, Theopompus, Timaeus, de quibus tamen multa hic agere, non eſt noſtri inſtituti, qui tantum genuinae lectionis curam nunc

ἐνίων τὲ [c], *πάλαι γεγονότων*, pati fuere, quorundamque

c) Mss. tres ἔργων τε, v. N., et in Ms. Ba. τε hic ſine accentu, ſed deinceps cum eodem, ut nos ſolemus, et hic quoque habent A. al. 1. non illae tamen conſtanter.

ſuſcepimus. *Sylb.* L. 1. c. 1. continet prooemium, in quo de hiſtoricae veritatis turbamentis agit, ſuumque conſilium exponit, et argumentum commendat, more ſcilicet plerisque hiſtoriarum ſcriptoribus recepto, cf. Tac. 1. A. 1. et 1 H. 1. praeſertim Ioſeph. prooem. in Ant. Iud. it. Dion. H. 1., qui recte obſervat (ib. init.) τοὺς εἰωθότας ἀποδίδοσθαι τοῖς προοιμίοις τῶν ἱϛοριῶν λόγους, *rationes, in prooemiis hiſtoriarum reddi ſolitas*, pertinere partim ad argumenti, partim ad ſcriptoris commendationem, Thuc. 1. Procop. prooem., ubi eleganter ait, πρέπειν, ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιΐαν, ξυγγραφῇ (δ᾽) ἀλήθειαν, *rhetoricae* (immo *oratoriae*) *quidem gravitatem, poëticae fictionem, at hiſtoriae ſ. hiſtoriarum ſcriptioni veritatem convenire*, Niceph. Greg. I. 1., ubi concio Andronici ſuper hoc argumento, Cantacuzen. init. tertii. *Boecl.*

Loca ſcriptorum illorum, quos habuimus, cum Livii aliorumque, ſub textu ſtatim adiecimus.

οἱ πλεῖϛοι τῶν) Pro libero P. reddit Bg. adi., ſecus ac 1, 6, 24., hic e marg. Stp., qui aliunde in Th. ſeverius per *plurimi*, cf. L. N. T., G. Th. „*plerique*, οἱ πλ.“ et L. Ern. „πλεῖϛοι, *plurimi*, Philox. *plerique*“ ſed Sch. πλ. „αὐτῶν, *plerique* ipſorum“ innuens rectionem cum gen., repetitam a Poſſ. Synt. p. 45. Nr. 4. e vi partitivorum, ſed ab aliis e ſuperlativo aut ellipſi praep. ἀπὸ ſ. ἐκ, cf. L. Boſ. p. 493. i., tacens p. 472. e., it. de ſupplemento ſubſt. ἄνθρωποι ſ. ἄνδρες.

συγκομιδὴν) Sic paulo poſt (§. 4.) ἱϛορίαν ἤθροισα ἐς συγγραφήν. *Steph.* σ. ἱϛ. dicit, quam dicunt eadem metaphora συναγωγὴν ἱϛ. alii, σύνταξιν ἱϛορικὴν Dion. H. Proprie σ. rerum phyſica, v. g. collectio frugum et meſſis, ut v. συγκομίζειν Xen. M. S. 2, 9, 4. v. Waſſ. ad Thuc. 3, 15. (e.) *Leisn.*

Dion. locus eſt ed. Sb. T. 2. 126, 20., cuius et alius T. 1. 41, 12, ἀναγραφὴ ἱϛορική, ſine tropo, per quem non amplius notaram Noſtri ſubſt., obvium phyſice etiam infra, cf. Suid., ubi reſpicitur Thuc. I, 1., Dion. H. T. 1. 255, 8. Zoſ. 1, 18, 6. Ind. Geop., Weſſ. ad Diod. S. T. 1. p. 12. N. Bud. C., ubi et noſter locus ſine Verſ., ſub „σ. *collectio*“ unde Stp. Th. ſub „σ. ἱϛοριῶν, rerum *geſtarum* in *unum* volumen *collectio*“ prae quo breuius reddit Bg., ut prae P. fidelius, quanquam non ſevere per tropum alium, pro Stp. et Sch. „hiſtoriae *collect.*“ ſed cavens fortaſſis noſtra *Sammlung* et *Zuſammentragung*, aliter fere dicta, quam *Verfertigung* et *Abfaſſung*, quae reſpexerit, aut etiam ſenſum universe. Caeterum in L. N. T. Krb. p. 633. i. v. συγκομίζ., cum ſubſt. σ. in re funebri ex Herodi. profertur, error eſt forte in nomine, pro Herodoto, e compendio *Herod.*, cum ap. Noſtrum non ſit eo ſenſu, ut nihil in Ind. Herodt.

ἀσχοληθέντων) Bg., ut v. conſtructionem referret totam, dedit Lat. cum pr. *circa*, (ignorata a G. Th., cf. tamen Ind. Am. Marc. Ern.) praeeunte Stp. Th. 3, 1185. A. m. 1208. e. aliunde, cf. Ind. Luc. Diod. S. et Abr. L. Ar. p. 163. c. (ap. Dem. ſine Ind. ſyn. phraſis 143, p. Θηβαίων ἀσχόλων γενομένων, ubi mox opp. ἀμελούντων,) verbo eiusdem ſenſus ordiente Diod. S. τοῖς τὰς κοινὰς ἱϛορίας πραγματευσαμένοις, quod ib. 1, 4. i. cum περὶ quoque, ſed Ioſ. Ant. Iud. prooem. i. τοῖς τὰς ἱϛορίας συγγράφειν

μνήμην ἀνανεώσασθαι σπουδασάντων, παιδείας κλέος αἰ- | olim geſtorum, memoriam renovare ſtuduere, dum eruditio-

βουλομένοις, quae ſunt Noſtri extra tropum, ut mox ſequitur hic ſyn. *σπουδάζειν*. Sch. „*ἀσχ*. *occupatorum* hiſtoriis *ſcribendis*.“

ἐνίων) Theupolus p. 187. teſtatur in Cod. Ms. bibl. D. Marci legi *ἔργων*. Quae lectio non diſplicet. Herodi. in hac ipſa praef. §. 4. (e.) *ἔργων γενομένων* et 7, 7, 8. *ἔργα πολέμου ἐγίνετο*. Si *ἐνίων* vera eſt lectio: loquitur de hiſtoricis, qui non omnia narrare, eſſe ſuum ducunt, ſed ea tantum, quae ſunt alicuius momenti, cf. Luc. T. 2. p. 8. l. 25. it. p. 35. l. 44. *Leisn.* Num *ἔργων*? *Reisk.* In edd. male legitur *ἐνίων*. Nam ſi Herodianus dicere voluiſſet, *nonnullarum rerum memoriam renovare*: ſcripſiſſet ſane *τινῶν*, quod magis aptum fuiſſet. Immo alias plane non utitur voce *ἔνιοι*. Quare ſine omni dubio Codicis Ven. lectio *ἔργων* pro vera iudicanda atque in textum recipienda eſt. Ita quoque Pol. legiſſe videtur. Accedit, quod ipſe Herodi. paulo inferius dicit, ſe ſcripſiſſe *ἱστορίαν μεγάλων ἔργων ὑπὸ νεαρᾷ μνήμῃ γεγονότων*, quod ad haec verba referri videtur. *Stroth.*

Ut a poſtremo incipiam, quo et uſus eſt Leisn., ſed ille ſervans *γενομένων*, nec iſtos gen. copulans cum *ἱστορ*. ſuperiori, quo de ibi: hoc argumentum, a parallelo, qui videatur, loco ductum, me non movet, cum elegantes ſcriptores ſoleant orationem commutare. Quaeritur, an lectio vulg. ſit vitioſa quoad vel ſententiam, vel ipſum vocabulum. Ac ſenſum non incommodum Leisn. demonſtravit. Sed vox *ἐνίων* dupliciter reprehenſa eſt, primo, quod potius eſſe deberet *τινῶν*, cui tamen Noſtri vox eſt ſyn., ut Schol. Dem. *ἐνίους* explicat per *τινὰς* V. 10. p. 19. ad 29, 17. et Xen. ſibi ſubſtituit utr. Mem. S. 1, 4, 1. (cf. Suid. Heſ. cum N., Ind. Xen. Cyr. et Diod. S. 1, 17. l. 18. p. ſq. l. 62. 74.) deinde quod non amplius ap. Noſtrum reperiretur, propter qualia *ἅπαξ λεγόμενα* vero nemo tentarit ſcriptorem; ſicut dubitatio a P. hic non eſt firma ſatis, cum eius conſenſus non ſit manifeſtus in liberiore Verſ. Tum etſi *ἐνίων* et *ἔργων* ſunt ſimilia valde per litteras maiuſculas, quibus Codd. fere ſcripti, ut facilis fuerit lapſus: tamen noſtrorum Mss. fides eſt ſuſpecta, et Gloſſator aliquis, quem iſti Codd. experti ſunt, vel ex ipſo illo Noſtri altero loco, vel per ſe potuit ad *ἐνίων* ſupplere *ἔργων* in marg., unde in textum veniret, remota lectione vetuſta, ut aliquoties deinde habebimus. Quare, quanquam ad partes Strothi et ad corrigendum inclinant quoque Ephemerides, niſi et alii Codd. acceſſerint, iique minus ſuſpecti, nondum moverim lectionem antiquam, cum eandem et alii editores tolerarint, et ipſe Bg. aperte expreſſerit ſine ulla per Notam dubitatione; ſicut Stp. ad marg. P. in *et* rerum *quarundam*, olim *geſtarum*, quoque *ἔργων* refert, ſed haud dubie modo ad ſenſum, cum in Notis tacuerit, in Th. v. *γιν*. non afferens Bg. Lat., quo de cf. ad §. 10. e.

μνήμην ἀν.) Formulam non aliunde habui, ut Stp. Th. 2, 1031. C. ad aliam Gr. profert modo e Quintil. Lat. Bg., quam G. Th. ignorat, ſed ut noſtrates quoque uſurpent, quae, tropo remoto, hic eſt, res veteres iterum memorare et narrare in memoriamque reducere aliis, qui iam tenent, aut narrando facere, ut ignari adhuc easdem cognoſcant et in memoriam accipiant, quod utr. forte reſpicitur §. 4., ducente Bg. e P., it. in v. *σπ*., ubi quoque Stp. Th. aliunde per Bg. Lat., ap. G. Th. cum Gr. n.

διον μνώμενοι [d], ὅπως μὴ [e], nis gloriam aeternam ambiunt,

d) μνομ. A. 2. ſolenni vitio. e) Ms. Ve. ὡς ἂν ſed Vi. ὡς ἂν μὴ ſic ſine diſtinctione quadam ſimul in utr. Excp., verum Ba. ὡς ἂν, μὴ σιωπήσαντες λαθ., cum pravo commate poſt ἂν, ut infra iterum, ſed in edd. poſt σιωπ. comma tantum, v. c. A., ut poſt μὴ ſimul Stp. et al., v. N.

παιδείας) Tenet Stp. Th. in v. μν. ſola Noſtri loca alia, quibus aliquem e Plut. addens Bud. C., hinc vertit „*gloriae* et *famae* eruditionis *cupidi*“ ſoluto tropo, quem retinuit Bg. ſeverius, ubi G. Th. „cupere, expetere“ non vero cum Bg. ſubſt., ut in ſyn. tantum *laudem - appetere*, et praeterea *affectare* famam *eruditionis* e Quintil., quo Pol. et Noſter reſpexerit; cum Bg. reſtituente etiam Sch. adi. (per Lat. aliud *ſempiternus*, ap. G. Th. tamen etiam cum Gr. n.) a P. omiſſum, quod et alii proſaici uſurpant, cf. Ind. Thuc. Dem. Xen. Z. Bach. et Cyr., Fiſch. Aeſch. Diod. S. et Luc. Ad ſententiam, praeter Ioſeph. ad §. 3., pertinet Iuſtin. praef. i. *quum* multi - *res Romanas* in *hiſtoriam* contuliſſent: *ſive* aemulatione *gloriae* rel., et Polb. Exc. Leg. prooem. T. 2. p. 512. i., repetita illa T. 3. p. 1. in argumento de virt. et vit., παιδείας ἐρασταὶ γεγονότες, σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο, - τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι.

ὅπως) Recte diſtinguitur poſt μὴ, quia fertur ad λαθ., non ad σιωπ. *Steph.* Recte eſſe videtur in edd., male contra in Cod. ὡς ἂν λ. niſi forte legendum ſit ὡς οὐκ ἂν, aut certe ὡς ἂν μὴ, unde facile enaſci potuit lectio recepta. *Stroth.* Cod. Vind. ὡς ἂν μὴ λ. Sic etiam legendum conieceram in Specim. I. Anim. in Herodi. *Idem.*

Prima res de diſtinctione ſic habet, ut perſpicuitatis cauſa ſtent commata poſt μ. et σιωπ., quae omiſerunt editores quidam, nolentes ſolitarium particip. ſic dirimere, quod tamen rurſus alii fecere, quia reſolvi particip. per particulam poſſet, ut cum Stp. ad m. P. fecit Bg.; unde exiſtit enunciatio quaedam ſingularis, quam vulgo commate ſeiungimus ab utroque latere. Sed altera res Cod. Ve. eſt e brevitate excerpentis, qui ὡς ἂν retulit ad unum ὅπως, omiſſo μὴ, quod Martini quidem diligentia dudum, ſed nunc etiam Locellae ſimul praebuit. Iam, cum ὅπως μὴ eadem ſint ad ſenſum, pertinente ἂν modo ad verbum adiunctum: quaeritur, utra lectio ex altera nata ſit et quare. Heſ. quidem haec 2, 1598. i. ὥς κεν, ὅπως ἂν, et mox ὥς κεν τὶς, ὅπως ἄν τις, videantur favere Strotho, qui e Mss. ὡς ἂν μὴ putat oriri potuiſſe ὅπ. μ. vulg. Ac per litterarum affinitatem poſſis ſtatuere in partem utr.: at equidem exiſtimo, Gloſſatorem offenſum eſſe lectione vulg., quod ὅπ. hic ſtaret aut ſine ἂν, aut cum optat., id que aor. Et ὅπ. μὴ cum opt. non tenent quidem Hoog. in Op. p. 853. e. ſqq. et Z. ad Vig. p. 423. b. c. Nr. 9., ſed tamen Bud. C. 1339, 15. ſqq. et Stp. Th. 3, 656. E. De ὅπ. vero ſine μὴ cum opt. v. Hoog. 1. 1. p. 836. m. Nr. 7. et Z. l. 1. p. 422. b. m. Nr. c), qui uterque ne affert quidem illud Mss. ὧν ἂν μὴ, quod tamen cum coniunctivo habet Bud. l. l. 1336, 28. ſqq. et hinc Stp. Th. 4, 803. G. e. Si vero Gloſſator in mente habuit ὅπως cum fut., quaſi praeterea nullum ei adderetur aliud tempus: lapſus eſt, v. Vig. p. 421., ut ὅπ. μὴ cum aor., maxime ſecundo, ſuſtentavit Dawes. M. Crit. p. 228. m. Forte et minus ambiguum ὡς viſum Gloſſatori, quam ὅπ., quod cum μὴ per unum *ne*, non duplex Lat. *ut ne* ſ. *ut non*, Bg. reddit e Stp. m. p., pro μὴ ſimplici, ſecundum libertatem quorundam, ut Bud. et Stp. l. 1.,

σιωπήσαντες, λάθοιεν [f], εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον ἀριθμούμενοι, τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς

ne, ſi tacuiſſent, laterent promiſcuae multitudini annumerandi, veritatis in enarrationi-

f) Hic nullibi comma fuit, v. N.

non item Hoog., cuius ſeveritatem et nos probamus, et partim Sch. in ἐπ. „μὴ, *qua* ratione *non*, (quod ambiguum et obſcurum Ms. Gloſſator vitare voluerit,) ſ. *ut non*, ſ. *ne*, (cf. Ind. Xen. Z. Cyr., ſed in) σιωπ. ſi *ſiluiſſent*, ſ. nihil ſcripſiſſent" quam in notionem nihil ap. Th. Stp., et Gs. in Lat. Bg., ſed in Sch. (utrinque cum Gr. n.) „*ſilent*-Muſae *Varronis*, i. nihil ſcribit, nihil edit Varro" cf. Ind. Iuſt. „tacere *de* aliqua *re*, pro nihil ſcribere" ut et hic Noſtri ſit peculiare quid et Lat., niſi huc trahas Luc. 2, 51. l. 92. σιωπήσας αὐτὰ λ., tacendo *illa*, bene ſic per gerund., quo hic adhibito et cogitato in Gr., non opus ſit iſtis commatibus.

λάθοιεν) Si λαθ. cum ἀρ. non iungas: intelligendum erit, *ne*, *ſi* tacuiſſent, *laterent*, i. e. ignobiles et obſcuri eſſent, *quippe* qui *in* vulgo *numerarentur*, i. aliqui e vulgo haberentur. Alioqui dictum erit λαθ. ἀρ., ut infra Commodo quidam dicit, λήσεις ἀπολόμενος. Sed (ibi) ἀπολούμενος male in aliis ed. legitur. *Steph.* In Graeco ambiguitas quaedam eſt. Ego accipio, ut λάθε βιώσας. *Bergl.* i. e. ita vive, ut incognitus, ut in obſcuro maneas. Ergo λάθε ἀριθμόν τινος εἰς τ. π. ὁμ. ita *te* ſine *annumerari* vulgo, ut incognitus *maneas*. Hoc ergo dicit auctor, *ne*, ſi *vitam* ſilentio *tranſegiſſent*, (Sall. b. C. I, 1. ubi Cort. ed. *tranſire*, quae utr. formula par eſt privis Noſtri et Latt. antea v. V., et de ſtylo et ſcriptis accipi licet, ſed et latius, atque adeo de actionibus et vita, cf. ib. Cort.) *fama* ſua *in* magna *hominum* turba *in* obſcuro *maneret*, (Liv. praef. i.) Ambiguitatem in Gr. eſſe, Bg. monet, quia λαθ. ἀρ. poteſt accipi, ut λήσεις ἀπολομ. infra 1, 9, 10. *te* nec *opinantem* exitium *opprimet*. Sed ſic Herodi. non videtur id accipi voluiſſe. Caeterum ὁ πολὺς ὅμιλος ſunt *vulgus ignobile*, φορτικώτατοι homines, abiecti et ſordidi, i. q. alias πολλοὶ ſ. οἱ πολλοὶ, e. g. Luc. in Nigr. c. 4. (1, 42. l. 47.) Diod. S. 1, 21. (1, 24. l. 77.) Zoſ. 1, 5. e. *Leisn.*

Ap. Zoſ. l. l. nihil reperi, ſed v. ad Noſtrum 4, 2, 15. e., ut ad comparandum, praeter illa loca, ad N. Leisn. a nobis indicata, quoque Cic. p. S. Roſc. A. c. 32. i. *verum ego forſitan*, propter *multitudinem* patronorum, in grege *annumerer*, ad quae Hottom. „ut ſim unus e multis" cf. ib. Menard. et Exc. ad h. l., quem reddimus: *ut ne*, ſi *tacuiſſent*, laterent, *et* in *magna* turba *numerarentur*, tacente Sb. Ind. cum P., non item Sch. „λ. eſſent *absque* nominis *celebritate*, εἰς-*inter* numerum, πολ. promiſcuam *turbam*, ἀρ. qui *cum* vulgo *cenſentur*" in extr. partim e Stp. ad m. P.

τῆς μ. ἀλ.) Ipſe tamen Herodi. huius vitii, quod reprehendit, reus eſſe videtur. Nam affingit Commodo orationem, quae melior eſt, quam ut ab eo eſſe poſſit. *Leisn.*

De orationibus, quas alibi conſiderabimus forte, hic non agitur, ſed de veritate in narrando, ἐν ταῖς ἀφηγ., quae Noſter prudenter adiicit, ſ. de fide hiſtorica, cuius in Noſtro patrocinium ipſe Leisn. in Progr. ſuſcepit. Similes quidem aliorum querelas deinde audiemus; non tenente Stp. Th. ſubſt. ἀλ. cum pr. ἐν, ut nec G. Th., at Niz., ubi et, ut in

ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησαν, οὐχ ἥκιϛα g) δὲ ἐπεμελήθησαν | bus ſecuri, non in minimis habuerunt curam dictionis et di-

g) In Ms. Ba. poſt ὠλ. eſt colon, et οὐχ ἥκ. non ſeparatim ſcripta. *Mart.* De poſteriori v. N., ſed in edd. poſt ὠλ. punctum in B. 1. cum B. 2. R.

Luc. Ind. L. N. T. et G. Th., eſt cum gen., quae formula noſtrae par eſt, ut praep. cum ſubſt. faciat periphraſin gen., ac ſevere poſſit ſtatui ellipſis particip. v. ſubſt., ἀληθ. τῆς οὔσης ἐν ταῖς ἀφ., quod ſubſt. ap. Stp. Th. ſine auctore) reperimus tantum ap. Luc. cum gen. (τῶν - πραχθέντων ἀφ., *eorum, quae* geſta ſunt, *enarratio*, cum Bg., ap. G. Th. cum ἐξήγησις, ſed per ſimpl. Lat., ut Stp., etiam L. Ern.) et ap. Hermog. π. ἰδ. ed. Sturm. p. 158. e. bis, p. 160. i. ſemel et p. 196. e. ter, ubi diſerte, ut hic, ἐν ταῖς ἀφ., opprimente P. hanc partem, non item Sch. „*narrationibus* hiſtoricis" cf. in notionem, ignoratam a Stp. et L. Ern., quae phyſica nominetur, pro ductu, adminiſtratione, exſecutione, it. imperio, ap. Ioſeph. T. 1. p. 254. m. et T. 2. p. 79. ſ. 4. e., ubi et ſimiliter ἀφήγημα T. 2. p. 514. pen., ad quam notionem venire Stp. potuit per haec Th. 1, 1425. F. e. „ἀφηγοῦμαι, pro (ſimpl.) ἡγοῦμαι, duco, ſum dux."

ὠλιγώρησαν) Mutatam a Bg. textus Gr. formam hactenus, ut, relativis μὲν et δὲ ſublatis, v. ὠλ. tranſiret in adi., quaſi pro particip. poſitum, excuſabit forte indoles Lat. ſermonis, cui iſtarum μὲν et δὲ frequentatio non eſt ita familiaris, ac Noſtro cum Gr. aliis, iisque optimis, ſeverius agente *Stp.* in m. P. at notationem in v. ὀλ. premente forſan Bg., cf. Suid. 2, 678. m. (ex Harpocr. p. 261. e.) ὀλιγωρεῖν, - τὸ ὀλίγην ὥραν ἔχειν, ἤτοι φροντίδα, et paulo ante ὀλιγωρήσας, ἀμελήσας, qui *neglexit*, unde mox Noſter opponit ἐπεμελ., cf. Ind. Dem., cui add. 41, 3. 133, 16. et 23., pro quo l. 18. duo alia ſyn., et phraſis par ὀλιγώρως ἔχειν 106, 11. 149, 24., non nota Ind., ſed ex parte Stp. Th. 4, 797. A. e., qui deinde D. v. noſtrum non profert e N. T., cf. Lexx. it. Alb. Gl. N. T. p. 123. et ad Heſ.

οὐχ ἥκ.) In Ms. erat fortaſſe οὐχήκιϛα ſic ſimul, e more librariorum quorundam, omnis generis partes orationis copulantium, cf. Praef. ad Thuc. ed. Duk. ad p. 303. ſqq. D'Orv. Ch. p. 49. Weſſ. ad Herodt. 6, 33. i. Fiſch. ad Well. p. 39. et Stp. Th. 2, 1529. C. e., in quo genere Cod. Ba. non conſtans eſt; ad negantes particulas prope accedente Bg., e Stp. m. P. fere, pro ſeverioribus *non minimum* et *non minime*, quae deinde etiam pro contrario et aiente *maxime* valent, cf. G. Th. et Stp. Suid. 2, 744. m. et 50. m., ubi οὐχ ἥκ., ἀντὶ τοῦ πάνυ, μάλιϛα, *maxime*, malim ſic interiecto commate, ſine quo tamen relinquuntur et ap. Moer. p. 182. cf. 281. Tim. L. p. 95. 145. cum N., Heſ. 2, 811. m. 824. i. Schol. Thuc. Schw. ad Onoſ. p. 65. N. 2. Ind. Z. Xen. Cyr. et Mem. S., ſed ſine Ind. ap. Dem. v. c. 18, 3. 311, 8. 602, 22. 765, 21., et Sch. ſine οὐχ „adv. ſuperl. *minime*, nequaquam" tacens tamen cum Stp. Th. cauſam, unde ſit adv., quale ſit neutr. plur. adi., aſſumta pr. κατὰ, ubi deinde etiam ellipſis eſt ſubſt. μέρη, unde: *non* ſecundum *minimas partes*, et liberius: *non* ex *minima parte*, i. maxima ex p., maxime; ſilentibus L. Boſ. et G. Th. cum Lindn. de Lat. illo *non minimum*, ubi ſuppleveris ſimiliter *ſecundum* ſ. *ad*, et *fruſtum* ſ. *negotium*.

δὲ ἐπεμ.) Negligit Herodi. apoſtrophum, ut 7, 1, 21. (δὲ ἦν) et 7, 11, 6. (ἀνὴρ ἀπὸ ὑπ.) qua de neglectione v. ad Luc. 1, 719. *Leisn.*

φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας [h]), ſertae elocutionis, ſic freti, ut ſi θαῤῥοῦντες, ὡς [i] εἴ τι καὶ [k] quid etiam fabuloſum dicant,

h) Hic punctum in Stp. al. et Bc., quarum poſtr. inde novus numerus §. eſt, adhuc mihi ſervatus, ſed olim tollendus, cum in ſerie eadem ſit melius comma, ſumtum nobis ex A., pro colo al. i) Noſtrum hic comma, quod deinde facimus ſine monito, ut et dividimus τὶ a pr. voce, repertum vicinius εἴτι in Stp. et al. k) In B. 1. καὶ deeſt. Male. καὶ h. l. valet *etiam*, ut 1, 3, 6. (m.) et centies. *Leisn.* in m. A, 2. et adhuc ſemel in Vol. aliquo, cum mihi καὶ ubique repertum ſit.

Ibi N. 19. diſputatur de apoſtropho in praepoſitionibus, qualia, ut in Noſtri illo poſtr. loco, ſunt alia in noſtro Ind. v. ἀπὸ, ſed ib., ut et in v. δὲ, alia in contrariam partem, it. in rel. praepp., de quibus cf. ad Thuc. p. 169. N. 15. 668. a. m. ad p. 143., qua ipſa pag. v. N. 61. it. p. 21. N. 17. et Fiſch. ad Well. p. 40. m., variante in utr. genere deinceps Noſtro, et Dem. ipſo, e quo obſervata quaedam habemus in eandem inconſtantiam, non hic proferenda, ubi Bg. illud *in minimis*, (ignoratum G. Th.) ſed adiutum abl. ſubſt. *partibus* ſ. *rebus* ſ. *negotiis*, efficiat totius ſenſum hunc, curam orationis non pro re minima ac levi reputarunt, ſed pro maxima aliqua, i. orationem maxime curarunt, ſpectarunt, tractarunt, pro quibus ſevere daturus eram, *ſed* non minimum *curarunt* rel., nobis: *aber* nicht *wenig*, ſ. *vorzüglich* geſorgt *für* rel.

φράσεως) Stp. εὐφ. *vocalitatem* vertit (in m. p.) quomodo ipſe Fabius τὴν εὐφ. expreſſit 1, 5, 4. Per *vocalitatem* autem intellige eam verborum virtutem, quae efficit, vt verba bene ſonent. Quo circa εὐφ. non male dixeris orationem numeroſam, verbaque lecta, et ipſa ſonoritate ſua ad aures demulcendas apta, non vero *ſonitum* ipſum, quem talia verba, rite pronunciata, excitare poſſunt, ut Creſollius accepit in Theatr. vet. Rhet. 3, 27. p. m. 353. ſq. *Leisn.*

Idem Stp. Th. 4, 303. G. e. modo ſic in εὐφ. „Herodi. de numeroſa oratione uſurpavit" ſine loco haud dubie huc reſpiciens, ubi Sch. „*vocum* in ſcribendo *ſuavis compoſitionis*" nobis reddentibus utr. φρ. τ. κ. εὐφ. *dictionem* et *bonum ſonum*, ſ. amoenitatem ſoni, *Ausdruck* und *Wohlklang*, vel libere et per hendiad. *elocutionem ſonoram*, ſuavem, pulcram, ſ. dicendi et orationis ſuavitatem, v. Exc., nec monentibus amplius nobis, Bg. reddere τὲ ante καὶ (vel vicinum, vel remotius) aut minus, ut h. l.

θαῤῥοῦντες) Bg., praeter libere additum adv. modi, particip. reddit melius, quam P., et prorſus, ut ſuaſerat Stp. Th. 1, 1505. C., ad m. P. non bene diſſolvens periodum Noſtri, ubi particip. reſolvas per particulam cauſalem: *dum*, quia, *confidebant*, certo credebant, perſuaſum ſibi *habebant*; Noſtro ponente, quod Stp. ignorat, v. θαῤῥ., ſequente ὡς, peculiari quidem ratione, ſed per analogiam tamen, quia verba ex affectuum claſſe, inprimis ſyn. πιστεύειν et πεποιθέναι, hanc particulam, pro ὅτι, patiuntur, quo reſpexit Sch. per Lat. *quod*, faciens cum P. partim in „λεγ. *proderent* quid *falſi*" in quo v. referas huc Stp. Th. 2, 613. A. m. „λέγω, cum acc. rei aptius interdum reddi commemoro et narro" cum hic ſermo ſit de hiſtoricis, de quibus, quanquam G. Th. tacente, dicitur et Lat. Bg., cf. Ind. Corn. N. et Sall. Cat. 8, 5., qui locus prope claſſicus, ubi mox pro eo *narrare*. Caeterum peccat Bg. in conſecu-

μυθῶδες λέγοιεν, τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρπώ-	iucunditate quidem ex auſculta-tione hominum ipſi fruantur,

tione temporum in λεγ. et ſqq., per praeſ., pro impf., poſt perf., quo coepit, negligens in hanc partem et poſtea.

τὸ μ. ἡδὺ) Sch. cum P. „neutr. pro ſubſt.“ quod genus, Noſtro familiare, non amplius inde proferimus, notum illud etiam Stp. Th., ſed ſine auctore, quem praeterea habeo Luc., v. Ind.

τῆς ἀκροάσ.) Solebant in coetu hominum recitare, quae ſcripſiſſent. *Bergl.* Id probat exemplum Noniani ap. Plin. ep. 1, 13, (3.) De hiſtoricorum recitationibus v. Foerſter. Anim. ad Polb. p. 63. Ἀκρόασις eſt *auditio*, audiendi actio. Videtur hic tamen poni non tam pro eo, quod auditur, quam pro eo, quod audiri poteſt, pro eo, quod legitur, recitatur, narratur, pro recitatione et narratione; et τὸ ἡδ. τ. ἀ. - καρπ. eſt *ſuavitate* narrationis *fruantur*, h. e. laudem propter ſuavitatem orationis conſequantur. *Leisn.*

Sic et Sch. „ἀκρ. *recitationis* ſ. *narrationis* (hoc e P.) quae auditur“ quorum prius Lat. etiam Stp. Th. 1, 295. G. e. tenet aliunde cum L. Ern., quo et Bg. in N. ſpectat, me quidem reddente hunc locum: *voluptate* aurium *fruantur*, vel libere *delectationem* audientium *obtineant*, ſ. aures, auditores, oblectent; quia hic ἀκρ. videtur dici Lat. *auditus*, audiendi ſenſus atque inſtrumentum, ſ. auris et aures in plur., ut ap. Thuc., quem Noſter aemulatur, 1, 21. ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει, ἢ ἀληθέστερον, ut *auditorum* aures *capiant*, immo *iucundiora* auditu, *quam vera*, ſ. iucundius auribus, quam vere, it. 1, 22. ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες τῶν (quod pron. Noſter omittebat ante) ἀτερπέστερον φανεῖται, *verum mea ſcripta, quia nullae in iis extant fabulae*, lectoribus *fortaſſe minus iucunda videbuntur*, immo *igitur* ad *aures quidem* ſ. *auribus forſan* illorum *inopia* fabuloſi *iniucundior* videbitur, *erit*, ſ. mea ſcripta, cum nihil fabuloſi habeant, fortaſſis iniucundiora *videbuntur*, ſ. *erunt*; quem locum poſtr. bis laudat Dion. H. ed. Sb. 2, 25, 7. et 139, 38., et ipſe vocab. hoc ſic uſurpans 8, 30. 10, 33. 45. 20, 16. 25, 28., cui ſubſtituit alibi τὴν ἀκοὴν, aut τὰς ἀκοὰς, v. c. 14, 11. 23, 16. it. τοὺς ἀκούοντας 190, 3. 175, 23. 28. it. τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων 129, 36. et τὴν διάνοιαν τῶν ἀκρ. ib. I. 41., bis autem τὴν αἴσθησιν 11, 15. 13, 41., ubi et l. p. adi. αἰσθητὸς de aurium ſenſu; ut et ed. Upt. τὴν ἀκρόασ. reddebat non modo *audientiam* p. 64. m. 196. i., ſed etiam *aures* p. 80. e. 82. e. 158. m. et 192. m. in Thuc. loco priori *auribus captandis*; et Stp. quoque in m. P. noſtrae expoſitioni favere videtur; cf. de ἀκρ. Foeſ. Oec. Epict. H. p. 134. N. II. Krb. Pl., pro auditorio Krg. Pl., pro coetu hominum audientium ſ. auditoribus Inttp. ad Cic. ad Att. 15, 17. cum Cl. Ern., et Lat. Bg. ap. G. Th. cum Gr. n. quidem, ſed non pro ſimpl. auditione, qua de Gr. vocabulum Bg. cepiſſe in Verſ., arguit libere aſſumtus gen. *hominum*, qui cavebat, ut ne ſumeretur de ſcriptoribus ipſis, ſed de aliis; ad quam rationem vertas quoque *voluptatem* audiendi *obtineant*, i. hoc, ut alii homines cum voluptate et libenter eos auſcultent inter recitandum; qui ſenſus oritur et in Leisn. et noſtra Verſ.; ſicut liberum eſt, an quis praeterea reddat *voluptate* lectorum *fruantur*, capiens τὴν ἀκρ. cum Verſ. ad Thuc. ſupra, ut vv. *audire* ap. Gr. et Lat. ſumuntur pro legere, ſi ſermo eſt de ſcriptis libris que; cf. de v. καρπ. phyſice, aut tropice, ut hic, pro conſequi, praeter Stp.

σονται [1], τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς quam autem accurate verum

1) Hic in Ms. Ba. eſt colon. *Mart.* ut punctum in B. 2. R. et Lov.

πρότερον) Sch. „neutr. pro adu., prius, *antea*" innuens ſic ellipſes praep. κατὰ et ſubſt. μέρος τοῦ χρόνου, de quibus tacent L. Boſ. Ell. Stp. Th. L. Ern. et N. T. Fiſch., non item Schw. et Krb., quorum Lat. *prius* ſeuerius, ap. G. Th. cum Gr. n., (nec tamen de ſimili ellipſi *quoad* et *tempus*, vt nec ap. Lindn.) it. *ante*, et Bg., vbi et προτοῦ, quod diuiſum in πρὸ τοῦ, i. e. πρὸ τούτου, ſc. χρόνου, referat illud Bg., diuulſum in *ante ea*, cf. Stp. Th. 3, 556. e., qui in ſq. σπ. cum Bg., (ex Sch., ap. G. Th. cum Gr. n.) ſine auctoritate, quam modo habui ex Alciphr. cf. 1, 3, 4. i. N. Leisn., vt σπάνιον, pro adu., ignoratum a Stp., nec contra Thom. M. p. 803. prolatum, v. Ind. Ael. V. h. et Dion. H. S. T. 2.

νίως [f], ἢ μήθ' ὅλως [g] μνημονευθέντας [h]. ὧν οἱ μὲν [i] ἐπιμηκέστερον [k] ἔσχον τὴν ἀρχὴν,

aut omnino non memora-
6. tas, quorum alii longius
habuerunt imperium, alii bre-

f) Comma hic fuit in Ms. Ba. et ed. A. al. g) Bc. 2. ſola μηδ' v. Exc. h) Par. et B. 1. μνημονευθέντα. *Leisn.* ad m. A. 2. et alibi, ſed mihi modo in B. 2. notatum, vt poſt μν. in Lu. al. colon, quod et procedit aeque, ac comma Ms. Bg., v. N. i) Comma hic et mox poſt δὲ in Ms. Ba. cum A. k) In Ms. Ba. ſic plane eſt. *Mart.* etiam in edd. omnibus et Mss. rel., tacentibus Excp., v. N. Mox poſt δυν. colon in Stp. et al., quo et Ms. Bg. reſpexerint duo puncta, a nobis potius in vnum ſtatim mutata.

μνημονευθέντας) B. 1. μνημονευθέντα, vt neutrum genus iungatur pluribus ſimul maſculinis, ſimul femininis. *Leisn.*

Hanc formam exquiſitam, ſ. ſyneſin ſ. ſyntheſin, qua poſt ſubſt. diuerſi ſexus ſubiicitur neutro e genere pars orationis aliqua, v. Abr. Dil. Th. p. 58. m. et in Lat. Cort. ad Sall. C. 57, 5. et Exc. p. 929. b. e. it. ad ep. Cic. 7, 19, 4., hic quidem ſuſpectam faciunt Baſ. illae ſolae, vt pro mero typorum errore habeam, cum et alibi confuſae ſint finitiones ας et α, cf. ad Luc. 1, 382. l. 95. et p. 761. l. 31. V. L. a) et h), et P. quoque, quantumuis liber per hanc regionem, modo ad proximum acc. β. retulerit hoc v. μν., cuius hoc paſſ. tempus et particip. non eſt ap. Stp., ſed Lat. Bg. (ap. G. Th. cum Gr. n.) it. Sch. „commemoratas vit." cf. Ind. Dem., cui add. 58, 2. 343, 26. 761, 1. 304, 20. De diſtinctione poſt hoc v., pendet omnis res ab artic. ſ. pron. relat., ante quod ſolent ponere comma, qui ſeueri ſunt, ſed punctum, vbi periodus et §. noua incipit, quod quando faciat id pron., de hoc fere ambiguitur, non item de illo, eius pron. vſum eſſe frequentem in oratione ſecum copulanda, vt veluti vnum corpus fiat e multis membris, ponique vel pro ſimpl. aliquo pron. demonſtrat., *is* ſ. *hic*, vel cum copula qualicunque ſimul, v. c. et hic, ſed hic, nam hic, igitur hic, cf. Ern. rhet. §. 302. et Schell. de ſtylo p. 289. 312. m. Nr. 5. 459. 772. e., quo in poſtr. genere punctum ſane requiritur, quod qui h. l. inſtituebant, an eo reſpexerint, neſcio. Quidquid placeat: iſtud neceſſe eſt, vt ὧν non referatur ad propius βίους, ſed ad remotiora τυρ. τ. κ. β., quae et ipſa fuerit cauſa, quare punctum hic quibusdam potius viſum.

ἐπιμηκέσ.) Scribo ἐπιμηκεστέραν. *Steph.* ἐπιμηκέστερον cum Schotto vel adverbialiter accipiendum pro *diutius*, vel in fem. ἐπιμηκεστέραν transformandum. *Sylb.* Scribo cum Stp. ἐπιμηκεστέραν. *Oxon.* ἐπιμηκέστερον aut adu. accipiendum, pro κατ' ἐπ. χρόνον, (ſ. μέρος χρόνου,) aut ἐπιμ. in femin. ſcribendum Stp. et Sb. ſtatuunt. Recte. Etſi enim compoſita et deriuata in ος generis ſunt communis; id tamen non valet de comparatiuis eorum et ſuperlatiuis. Itaque ad legem Grammaticam ſcribit Noſter 3, 15, (1.) νέσος ἐπιμηκεστέρα et 7, 8, (24.) σχολαιτέραν τὴν ὁδοιπορίαν, it. Xen. Mem. S. 2, 1, 22. (m. λευκοτέραν) et ib. 27. (e. ἐντιμοτέραν.) Nihilo minus ap. Thuc. 5, 110. (p. 373. l. 95. ſine V. L.) ἀπορώτερος ἡ λῆψις et ap. Diod. S. 12, 67. (T. 1. p. 525. l. 74.) ἀξιολογώτερον δύναμιν, niſi ibi cum Docto Viro ſcribas ἀξιόλογον, v. Obſ. M. V. 3. p. 303. *Leisn.*

Ap. Diod. quidem poſitiuus ille ſane eſt in V. L., ſed e gloſſa, quod et iſtius adi. poſitiuus magis frequentatur, et in vniuerſum pro poſitiuo interdum ponitur comparatiuus. Sed quanquam vel Thuc. locus ſatis

οἱ δὲ πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν. 7. vis temporis. Sunt etiam, εἰσὶ δ', οἳ, μέχρι προσηγορίας qui appellationem et honorem καὶ τιμῆς ἐφημέρου μόνης ad diem tantum conſecuti,

loquitur pro communi ſexu comparatiuorum: tamen in Exc. alia in hanc rem dedimus exempla, hic quidem vt, cum Mss. quoque tueantur lectionem vulg., videamus, quid ſit ἐπιμηκέστερον, adi. an adu. Pro adi. agnoſcit P. etiam cum R. ad Luc. 2, 428. N. 57., vbi, cum dixiſſet de adi. talibus in ος communis generis in poſitiuo, pergit „quin et comparatiuo gradu ἐπιμ. ἀρχὴν inueni ap. Herodi. 1. p. 2., quod Stp. tamen ſuſpectum" pro quo adi. forte et Bg. cepit, quanquam in Lat. eius aliquis adu. quoque reperiat. Enimuero, quo minus pro adu. capiam, impedit illa, quae ſic oritur, inconſtantia orationis atque conſtructionis, per quam vnum v. ἔσχον habeat primo adu. cum acc. ἐπιμ. τ. ἀρχ., deinde, in tam breui interuallo et enunciatione, ſimul nudum acc. πρ. τ. δυν. Eo praeterea adu. ſumto, violatur concinnitas Noſtri, quae, ſi ἐπ. adi. ſtatuitur, ſalua eſt et haec, vt ſubſt. quodque teneat adi. ſuum, ſed ſic, vt v. ἔσχ. ſtet medium, nec in fine enunciationis poſt δυν., idque propterea, credo, ne concinnitas nimis appareat. Quare cum genus illud comparatiui commune, atque adeo hic femininum, ſatis ſit confectum: propter illam conſtantiam et concinnitatem equidem maneo in hoc, vt ἐπιμηκέστερον pro adi. ſeruetur; in quo (praeter illam iterum exquiſitam rationem in adi. poſito ante artic. et ſubſt.) animaduertamus et copulatos diuerſos adiectiuorum gradus, comparat. cum poſit., verum hic tamen cum ſubſt. dupl., (quo de genere ſimul dicemus, vbi inferius habebimus diuerſos gradus adi. cum ſubſt. vno eodemque,) vtque hic comparat. poſſit valere aut vi ſua, aut pro poſit., vt diſerte P. accepit, dux idem Bg. ad opprimendum non modo μὲν et δὲ, ſed et vnum de ſubſt. Gr., praeterea vero ſeuerior, quam Bg., in adi. vtr., dum in πρ. tenuit eundem cum Gr. caſum, a Bg. mutatum in gen. ſyn., quae ratio per ſe procedit, habetque hoc, vt ſubſt. iungatur cum adi., ſed ſimul cum adi. et ſubſt. in gen.; pro quibus, Noſtri copiam non aſpernatus, quod et Vernacula aſſequatur lingua, *quorum* alii *quidem* longius *habuerunt* imperium, *alii* vero *breuis* temporis *regimen*, principatum, dominatum; vſurus idem Lat. *temporarius*, vt propiori, etiam ap. G. Th. cum Gr. n., vt δυν. hic accipio pro ſyn. pr. ἀρχ., cf. §. pr. i., Sch. in „ἐπ. diutius *regere*, (phraſin Gr. reſoluente bene in v. priuum, ad ſenſum, retontam in) ἐσχ. obtinuerunt *imperium*" e P. partim, vti Sb. Ind. v. ἐπ. reddit eodem Lat., quo in N. ante, inclinans adeo in adu., ne noſcente quidem Stp. Th. gradum hunc adi. comparat., (cf. Ind. Luc. Geop. et Gs. Chr. Gr., vbi Lat. *longus*, atque adeo pro ſimpl. cum Bg.) et tantum in δυν. tenente formulam eandem ex Iſocr. τοὺς τὰς δυν. ἔχοντας, ſed πρ. „temporarius, ad tempus durans „modo e N. T. et Naz., quo de cf. ad Thom. M. p. 728. N. 8. et Luc. 3, 513. i. ſine Ind. Mox in εἰσ. δ' Bg. cum P., vt §. 3. i.

ἐφημέρου μ.) Caue haec declamatorie et ita dicta eſſe putes, quaſi haec eorum vis eſſet, (vt P. verterat,) nonnulli *autem* vixdum *inito* honore, *imperatoresque duntaxat* appellati, *eodem* illo, *quo* ſuſceperant *die*, imperium *amiſerunt*. Nam ex Herodi. ipſo ſatis intelligitur, ex omnibus imperatoribus, de quorum vita exponit, nullum fuiſſe, quin certe ali-

ἐλθόντες, εὐθέως κατελύθησαν. μερισθεῖσα γὰρ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα εἰς πλείους δυναστείας[l], ἢ[m] ὁ

8\. ſtatim euerſi ſunt. Nam cum participes ſui habuerit Romanum imperium annis ſexaginta plurium principatus,

l) Ms. Ba. et Vi. εἰς πλ. δυνάστας λ. v. N. m) Ms. Ba. ἢ ὁ χρ. mendoſe.

quot menſibus regnarit, veluti Iulianum, Albinum, Nigrum. ἐφ. τιμὴ non eſt *diei* vnius *honor*, ſed τ. ὀλιγοχρόνιος, τ. πρόσκαιρος. De v. it. ἐφημέριος v. Intrp. Thuc. 2, 53. Hom. Od. δ, 223. Eur. Phoen. 561. Auct. l. de mundo III. ἐφημέρων ζώων, *animalium* breuis *vitae*, Plut. de aud. p. c. 4. (m. p. 24. m. Krb. ed. 1.) Ael. V. h. 8, 11. Per. ad eundem 14, 6. et Dio 38, 27. p. 171. l. 74. Hinc ipſi homines interdum dr. ἐφήμεροι et ἐφημέριοι, non alia de cauſa, quam quod vita eorum eſt breuis, v. Ariſt. Nub. 223. Pind. Pyth. 8. ἐπ. ἑ. (v. 135. ἐπάμεροι.) Caeterum neſcio, an Berglerum melius cepiſſe dicam. Illa enim verba *ad diem tantum* ita poſſunt accipi, vt ſignificent, ad breue tempus tantum. *Leisn.*

Sch. „μ. *vix* appellati *imperatores*, (e P. partim, ſed) πρ. *ſimulac* appellati eſſent *imper.* — τιμ. qui *vno* tantum *die* honore *functi ſunt*, — ἐφ. *vnum diem* durante *honore*, — ἐλ. quum *perueniſſent* ad *ſolam* appellationem *imperatoris*" v. Exc.

εὐθ. κατ.) Verterim *ſtatim* ſublati *de* medio *ſunt*. Thuc. 1, 18. μετὰ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν, *tyrannis* ſublatis. *Leisn.* v. Exc.

μερισθ.) i. e. breuiſſimum fuit plurimorum imperatorum inde ab Antonino vsque ad Maximinum imperium; quo factum eſt, vt intra hos ſexaginta annos tot imperatores exiſterent, quum alias duo aut certe tres illud annorum ſpatium imperio implere potuiſſent. *Stroth.*

Sch. „μ. *imperium* diuiſum *in* plures *principatus*" ſed in v. ἔτ., ut §. 5. m. Noſtra v. paulo poſt.

ἑξήκ.) De h. l., comparato cum alio 2, 15, 12., vbi Noſter dicit, ſe tradere ἐτῶν ἑβδομήκοντα πράξεις λ., v. Leisn. Progr. Mihi, cum ad hanc rem diiudicandam deeſſent libri, ad temporum rationem pertinentes, hoc ſolum conſtitit, litteras ξ et ο, quibus numeri iſti expreſſi videntur, confuſas eſſe potuiſſe, ſi fingas, ό ſic cum virgula, vt alibi, ſcriptum fuiſſe, ſicut variant iſti numeri et confunduntur alibi, v. Caſ. ad Polb. T. 1. p. 782. m. et Fiſch. Plat. Ap. S. p. 40. N. 11., vt ἑβδομ. aliter, v. eundem ad Theophr. p. 6. b., hic quidem et infra vulgatos numeros tenente P.

δυναστείας) Cum Mss. δυνάστας conuenire videtur P., et per ſe librarii lapſus in extr. finibus incidiſſe fingi poteſt, ſed vt aeque, praeter P. libertatem et Mss. fidem paruam, pro vulg. eſſe poſſunt non modo conſenſus Ms. Ve., et Bg. Verſ., ſed etiam hoc, quod alibi abſtracta ponuntur pro concretis, nec tantum Lat. ſyn. *dominatus*, pro domino ſ. principe, v. Tac. ann. 13, 1. i., cf. Ind. Ern., it. *principatus*, ib. 1, 5. e., nobisque *Regierungen*, pro *Regenten*, ſed etiam Gr. noſtrum, vt ap. Dem. 145, 13. εἰς τοσαῦτα μέρη καὶ τοσαύτας δυναστείας διῃρημένων τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, quae abſtracta expreſſerat vss. pr. per concreta Ἀργεῖοι, Θηβαῖοι λ., cf. p. pr. l. 26. εἰς δύο ταῦτα διῄρητο τὰ τῶν Ἑλλήνων, Λακεδαιμονίους καὶ ὑμᾶς, in qua vulg. lect. etiam eſt exquiſitius quid ab illo ipſo tropo et abſtracto, quod probabilius per gloſſam eſt mutatum

χρόνος ἀπήτει, πολλὰ καὶ ποικίλα ἤνεγκε καὶ θαύματος ἄξια.	quam tempus exigebat: multa et varia protulit atque admira-

in concretum, quam contra; etſi alterum quoque in vſu eſt, vt ap. Dion. H. S. T. 1. p. 2. l. 39. ἡ Μακεδονικὴ δυναστεία — διασπασθεῖσα — εἰς πολλοὺς ἡγεμόνας. Quare cum lectio vulg. ſententiam edat eandem, neque videatur orta e noua Mss., ſed haec potius e vetuſta, vt e difficiliori facilior: manebimus in edd., maxime, quod et alibi Mss. noſtri exquiſita tentant, quanquam contra interdum vel eadem relinquentes, vel pro vulgaribus exquiſitiora praebentes. Hic ἡ Ῥ. ἀ. melius a Bg., quam P., redditur, cf. §. 5., eſtque perinde, ſiue capiatur pro poteſtas ſ. dignitas, ſ. etiam terrae; vt quae cadunt omnia in adiunctum δυν., nihil tenente Stp. Th. de v. paſſ. cum pr. εἰς, pro *inter*, vt Lat. *in*, v. Tac. Ind., ſed Bg. liberius abeunte, forte quod tota formula, ſeuere conuerſa, ambigua videretur, cum *diuiſum* Rom. imper. *in* plures *principatus* poſſet etiam hoc ſignificare, vt principes ſ. imperatores plures diuiſerint inter ſe terras Rom.; quanquam ambiguitatem non nihil tollit adiectum illud *intra* ſexag. *annos*; vbi ſane potius eſt ſenſus, Rom. imperium habuiſſe plures dominos, principes, imperatores, ſ. Rom. imperium partitos eſſe quaſi inter ſe plures dominos etc.

ἣ ὁ χρ. ἀπ.) In hac formula, omnibus linguis communi, alias eſt quaedam neceſſitatis notio, tropoque remoto *tempus* dr. *quid exigere* ſ. poſtulare, rel., cum ſignificamus, tempore aliquo fieri quid vel debere, vel expedire: verum hic videtur eſſe pro eo, quod intra aliquod tempus fieri ſolet, ſ. quod ordinarie, communiter et plerumque fit, vt ſit ſenſus, intra ſexag. annos et tam breue temporis interuallum plures fuiſſe imperatores, quam alias eſſe ſoleant, quam plerumque ſint, et communiter fieri ſoleat. Forte tamen et vulgaris notio ſic procedit, intra tempus iſtud imperaſſe plures, quam deberent, deceret, par eſſet, plures, quam breui ita temporis interuallo conueniret; quae non ſemper accipiuntur neceſſitate illa philoſophica, ſed populari quadam, quae eſt in eo etiam, quod fieri ſolet, quod fit vt plurimum, ordinarie ac communiter; nihil tale habente Stp. Th., ſed modo Bg. Lat., praeter quod L. Ern. etiam ponit Lat. *poſtulo*, vt pro ſimpl. ſumatur, vt noſtrum *erfordern*, inclinante Z. ad Vig. p. 566. b. c. ad emphaſin, quaſi ἀπὸ in compoſ. „8) augeat, — ἀπαιτ. — crebro —" cf. Ind. Dem. Ael. V. h. Luc. Fiſch. Th. et Pal. „petere, flagitare" Suid. 1, 250. e., G. Th. 497, 25. „*exig.*, quocunque modo petere" nec de *temp.*, nec in v. *poſtul.* et *requir.*, ſed in v. *flagit.*, 680, 22. et v. *poſtulo*, cum Gr. n., 978, 22. cf. l. 14. ſqq., ſed ſine explic.

πολλ. κ. π.) Formulam, qua poſt adi. πολ. ſequitur aliud adi., interiecta καὶ, Bg. hic plene exprimit, ſed alibi καὶ omiſſa, forte redundare putans, quod recte refellit Abr. Dil. Th. p. 358. m., vbi καὶ vertit per καὶ ταῦτα, Lat. *eaque*, ſ. *et ea*, cf. p. 836. m. et Auct. p. 327. e., vbi cenſet, πολλὰ interdum in tali cauſa reddendum *difficilia* et *grauia*; quod raro procedat, nec tum, cum diſerte ſeq. χαλεπὰ ſ. δεινὰ, caet., cf. infra ap. Noſtrum 1, 10, 2., vt potior ſit ratio illa in κ., pro κ. ταῦτα, probata etiam in Verſ. Thuc. 3, 82. p. 217. l. 32. contra Stp. in V. L. p.), quanquam et ſeuera ab aliis, cf. Ael. V. h. 2, 25. i., negligente formulam Stp. Th. in κ. et πολ., quae frequens etiam ap. Dem. ſine Ind., vno ſq. adi. 170, 3. 172, 10. 253, 15. 255, 24. 261, 21. it. 13, 23. 58, 8. 257,

οὕτω [n] γὰρ οἱ μὲν τὴν ἡλικίαν 9. tione digna. Hoc enim

n) Mss. tres τούτων γὰρ λ., v. N.

13. 258, 27. 343, 18. 352, 2. 569, 14. 17., ſed ſq. duplici adi., vt h. l., 38, 26. 130, 9. 168, pen. 320, 22., it. ſq. triplici adi. 35, 9; it. cum alio ante adi. ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια παθὼν 514, 8., cf. de καὶ pro κ. ταῦτα Fiſch. Aeſch. Ind. it. Z. Xen. Cyr. et Bach., it. ad Vig. p. 509. Nr. 10. c. Dem. 1247, 14. et infra 1, 11, 6. e., it. Lat. *et* ſimiliter Hor. Turſ. p. 283. Nr. 25. Tum in ἡ ἀ. — πολ. ἦν. formula, infra etiam 1, 2, 7. redeunte, ſi tropus tollitur, ſenſus exiſtit, in Rom. ciuitate ſ. terris, ſ. ſub imperatoribus, it. ab imperatoribus, intra annos illos facta eſſe ſ. eueniſſe multa etc., quo et tendit P. et Sch. „ἦν. *Rom.* imperium *res* admir. *dignas* tulit *multas*, h. e. exortae ſunt e Rom. imperio“ ſeuerior, pro Bg. Lat. comp., (ap. G. Th. cum Gr. al., nec de re per ſimile quid) quod tamen i. q. ſimplex; vt contra Gr., pro compoſ. Bg. ſ. producere, Stp. Th. 4, 81. D. e Noſtro 4, 2, 16. profert modo, (vbi tamen phyſice dr.) ſed ib. A. m. vicinius quid ex Ariſt., at in ſubſt. ϑ. cum Lat. Bg. (e P.) aliunde; vt tamen eo ſenſu, et pro animi illa affectione, videatur iam eſſe ap. Thuc. 8, 14. p. 514. l. 98. et Ael. V. h. 2, 10. i., cf. Heſ. Tum Stp. Th. ad neutr. v. ἄξ. non ſupplet ſubſt. aliquod, πράγματα ſ. χρήματα, (quanquam in Verſ. 1, 475. F. e. exprimens,) ſed P. et aliunde L. Boſ. Ell. p. 287. e.

οὕτω) Melius Cod. Ven. τούτων γ. οἱ: ſed non ſatis conſtat, vtrum particula μὲν ibi non legatur, quae abeſſe non poteſt. *Stroth.*

Per breuitatem excerpentis, cf. §. 1. m. ad ὅπ. μὴ, omiſſa μὲν, vt a P. per libertatem, recte contra a Bg. ſeruatur, quanquam alio loco, e Lat. ratione et penuria articulorum. Sed ipſa noua τούτων lectio congruit cum Mss. pr. δυνάστας, e quo concreto orta fuerit per Gloſſatoris ingenium, nec tamen eadem abhorrens a vulg. δυναστείας, quo in abſtracto latent ſimul concreta et perſonae; et per ſyneſin, vbi oratio refertur non ad τὴν σύνταξιν, ſed ad τὸ νοούμενον ſ. σημαινόμενον, hic pronominis demonſtr., eiusque maſcul., pertinere poteſt ad ſubſt. δυν. fem., cuius generis affinia exempla modo tenui, cf. ad Luc. 2, 133. N. 97. e. 146. N. 43. τὸ ξίφος —, ὁ δὲ, et ad Hom. Ὀδ. μ. 75. νεφέλη —, τὸ μὲν λ., in quibus ſimiliter alia ſubſt. reſpiciuntur mente, quanquam rei, non perſonae, vt h. l., vbi praeterea forma τούτων οἱ μὲν — οἱ δὲ ex illa ſimili 2, 2, 17. ὧν οἱ μ. — οἱ δὲ Gloſſatori ducta fuerit, cum et ibi adiunctum ſit πρεσβύτεροι, aut ex §. 6. ſupra. Nam, vt pro gloſſemate nouitatem habeam, faciunt duo, primum, quod nondum ſatis intelligo, quomodo e τούτων oriri potuerit vulg. οὕτω, cum in fine ſane ν omiſſum ob ſq. γ ſimile queat eſſe, ſed in fronte τ acceſſerit nulla de cauſa probabili, vel, ſi tamen α maiuſculum dicas ſimilius, nimis multa ſic fingi debeant. Deinde vulg. οὕτω difficilius eſt nec minus rectum; ſiue copuletur cum pr. μεγ. ἀ. eo ſenſu, quo Bg. libere expreſſit, per ſyn. formulam abl., cui par adu. Gr. et Lat. *ita*, etc., modum ſ. ſtatum continens; ſiue referatur ad proxima illa et varia, quae per illud tempus euenere; qua ratione ſemper procedet vel pro *ſic*, et noſtro *ſo*, in exemplis ſubiiciendis, vel in notione illatiua alia, pro igitur, proinde, hinc, quo de nihil ap. Stp. Th., ſed Abr. Dil. Th. p. 77., vt Lat. *ita*, p. itaque, v. Ind. Tac. Hor. Turſ. p. 467. i. et G. Th. 430, 68. v. *ſic*, vbi Bg. ſine Gr. v. *pact.* e. „eo modo“ (cf. Niz. et Don. ad Ter. Andr. 1, 1, 23.(cui par Sch. „hunc

πρεσβύτεροι τῇ ἐμπειρίᾳ ° τῶν pacto aetate quidem prouectio-

o) Mſs. tres διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πρ. v. N.

in modum, ſic" vt nondum tentanda ſit lectio vulg., cum nec P. in nouas partes decernat.

οἱ μὲν) Cauſas diuerſae Rom. imperii fortunae repetit a diuerſa aetate imperatorum. De ſenectutis prudentia quaedam collegit Pric. ad Apul. Mil. V. p. 283. Cauſam, cur ſenectus prudentia excellat, inquirit Ariſtot. Probl. ſ. 30. n. 5. *Leisn.*

Qui et ad m. Ox. „Cic. de ſen. c. 6." vbi ſane quaedam ſunt de ſenibus et iuuenibus huc pertinentia, vt alibi alia, cf. ad adi. πρ. cum acc. rei, oppreſſa κατὰ, ſimile ap. Dem. ſine Ind. 586, 1. τὴν ἡλ. — νεώτατοι, quem acc. non bene tentat Tayl. ad Lyc. Or. R. V. 4. p. 166. N. 76. hoc genere vt augeatur L. Boſ. Ell. p. 512. e. it. Stp. Th. 1, 1451. G. e. 3, 545, C. e., vbi tantum „Aeſch. πρεσβύτεροι ταῖς ἡλικίαις, aetate *maiores*" R. Or. V. 3. p. 210. e., qui eſt abl. ſyn. Bg. e P., vbi et 231. e. τὴν ὄψιν λαμπρὸς, 314. m. καθαρὸς τὰς χεῖρας et 316. m. τὰ σώματα οὕτω διακειμένους, καὶ τὴν ψυχὴν οὕτω σώφρονας, adiecto hic ſubſt. ἡλ., in notione vniuerſa, magis ex libertate, quam ob ambiguitatem et aliam vim adi. πρ. tropicamque, cf. Stp. l. l., ſed ad Heſ. 2, 1018. i. non coll. Suid. 3, 171. m.

τῇ ἐμπειρ.) Cod. perperam, διὰ τὴν ἐμπ. Datiuum potius amat Herodi. *Stroth.* In hac quidem formula et ſubſt. ἐμπ. ſemel modo vſurpat Noſter adhuc dat. ſ. abl. potius 7, 9, 7. e., ſed Mſs. formam quater 6, 8, 4. 9. 7, 1, 14. 7, 2, 11. Ergo defendet numerus? Immo mera gloſſa eſt, ducta illa vel e locis monſtratis, vel e ſapientia librarii, volentis adiuuare lectorum intelligentiam, ex arte reſoluendo abl. per praep. aliquam, non tenente Stp. Th. totam formulam, ſed Zoſ. 4, 42, 5. πρ. ἐ. προέχειν τῶν ἄλλων, *vſu* rerum *praeſtare caeteris*, ſine artic. τῶν, vt ap. Noſtrum 8, 8, 8. e., ſine diſcrimine hic adiecto, vt ap. Luc. 1, 710. l. 53. ἐ. τῶν πρ., rerum *peritia*, vbi alter artic. deſit, a Noſtro expreſſus, cf. Ind. Thuc. et Geop., abſolute, ſed cum caſu aliquo in Dem., vbi et per periphraſin „τὴν ἐκ τῶν πρ. γιγνομένην ἐμπ." pro textus ipſius ἐκ τ. πράξεων, Bg. prae P. diligentius ſeruante ſubſt. in τ. ἐμπ., ſed libere tamen duo ſubſt. adhibente pro Gr. vno, magis ex vſu, opinor, Lat., quam quod diſpliceret *experientiae* ſolum, cf. G. Th. cum Gr. n., et Niz., quod vnum ſufficiebat, aut iſtud Gs. ante, quod et ap. Sch. „*rerum* negotiorumque *peritia*" et forte reſpondens Gr. exactius, ab eoque factum, et aliis vſurpatum Intp., cf. Suid. Ind. Thuc. et Ael. V. h., duplicante contra P. cum Sch. alterum ſubſt. πρ., ad notionem forte definiendam magis aut liberam relinquendam, cum, vt Lat. *res*, dicatur vel vniuerſe de iis, quae fiunt et geruntur ab hominibus et inter homines, vel peculiari ratione de rebus publ. ac reip. negotiis, omnibusque, quae pace ſ. bello aguntur, cf. Stp. Th. 3, 529. e. Caſ. ad Polb. T. 1. p. 472. m. et Rsk. p. 4. Ind. Dem. p. 621. i., cf. 309, 9. Thuc. ex 3, 28. i. cum Schol., Cr. Cic. et G. Th. v. res Nr. 4., vbi et „*exper.* — prudentia, experiendo collecta" ſed in *perit.* et *vſus* nihil, quod iuuet, et Ind. Corn. N. „vſu — *praeſtans*, i. experientia" cf. Cort. ad Sall. Cat. 7, 4. et Exc. p. 398. b. m., vt ſenſus videatur, ſeniores bene et vixiſſe et imperaſſe, quia, melius id eſſe et vtilius ad iucundiorem vitam feliciusque et tutius imperium, cognoſcerent e notitia rerum humanarum et hiſtoria, vel ex ad-

πραγμάτων ἐπιμελέστερον ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ὑπηκόων ἦρξαν p, οἱ δὲ κομιδῇ νέοι q, ῥαθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαι-

res vſu et experientia rerum diligentius ſibi et ſubiectis praefuerunt: qui autem admodum eſſent adoleſcentuli, diſſolutius

p) Al. ἦξαν *Leisn.* B. 2. et Par. 1. mendoſe, et hic, pro puncto rel., colon in Stp. et al., quo et tendat Ms. Bg., nobis placente potius commate, quia pr. οὕτω videbatur ad omnia ſqq., vſque ad ἐκαιν., pertinere; vnde et §. nouae numerum ed. Bc. poſt ἦρξ. ſuſtulimus. q) In Ms. Ba. κομηδῆνέοι bina vocabula ſunt temere coniuncta. *Mart.* de ſerie vet. Codd. vna, cum vitioſo η medio, at extr. ſine Iota ſubſcr., vt in Stp. et al., quo de, vt et de ῥαθ. omnium ſic ſine Iota, v. Exc.

miniſtratione negotiorum publ. ipſa, quae recta et iuſta, vt animum explet ſolida laetitia e conſcientia rectorum conſiliorum factorumque, ita, tutum praeſtando, laetum et glorioſum imperium, facit, vt porro bene viuas atque imperes.

ἐπιμελ.) Non poterat Noſter breuius omnem bonorum complecti principum laudem bonique imperii formam; quae breuitas, quaſi loquax et ampla tamen, hic eſt in eo, quod ingenioſe (ex Iſocr. forſan ad Nicocl. 9, 1. ed. Kretſchmar.) v. ἦρξ. adhibuit dupl. ſenſu, proprio quidem, cum τῶν ὑπ. conſtructum, ſed tropico, ad ἑαυτ. ſimul relatum; in quo miror Bg. Lat. inſolens et poëticum magis v. *praeeſſe*, pro planiori et vſitatiori aut P. *ſe regere*, aut etiam *ſibi imperare*, quibus formulis vſus Cic. ep. ad diu. 4, 14. i. et Qu. Tuſc. 2, 20. e., vbi et quodammodo explicantur, ſed accommodate magis ad praeſentem ibi rem de dolore moderando ſedandoque; cum hic per tropum *regere* dicantur *ſe*, qui non modo in poteſtate habent animum, i. cogitationes, cupiditates et motus eius ſ. affectus, ſed et corpus cum membris, oculos, aures, manus, linguam, et actiones externas, vt recta ſint omnia in ſe et legibus conſentanea, quod quis facere diligenter et omni modo poteſt tum pro ſe, tum, qui imperat, etiam ad commodum ciuium felicitatemque, et diligentius, maiori ſtudio et modo, quam alii imperantes ante ſe; cuius generis viros Noſter cogitare hic et deinde pro exemplo et imagine proponere potuit, praeter Marcum, paucos admodum, ex iis, qui Romae erant, Pertinacem 2, 2, 8. ſqq. 2, 3, 4. 2, 4. 2, 10, 7. 2, 13, 12. it. partim Seuerum 2, 14, 6. ſqq. 3, 8, 14. ſqq. 3, 10, 3. e. 3, 11, 15. 3, 13, 1. ſqq. 3, 14, 4. e. ſqq. 3, 15, 1. 5. et Maximum cum Balbino 7, 10, 7. 8, 8, 1. 19., ſed ex his, qui extra vrbem degebant, modo Gordianum patrem 7, 5, 12. 7, 6, 7. ſq., quorum de ſenectute habui haec, Pertinacem Noſtro eſſe vniuerſe ſenem 2, 1, 8. 10. 20. 2, 2, 16, 2, 5, 9. 16, ap. alios vere dici annorum LXVIII ſ. LXIX, it. Seuerum ap. Noſtrum tradi modo ſenem 3, 11, 15. 3, 14, 4. e. 3, 15, 1., et 7. tantum, quoad annos imperii, ſed ab aliis LXV annorum, et quod excurrit, v. Exc. ad 2, 9, 2., tum Max. cum Balb. iterum ſimpliciter vocari ſenes 7, 10, 6. 8, 8, 19, nec ab aliis certius definiri, ſed Gord. illum deſcribi fere octogenarium 7, 1, 3. et deinde ſenem ſ. valde ſenem ib. §. 8. 18. 7, 7, 9. 7, 9, 9. 20., contra ab aliis prouectiorem aetate, cf. de imperio ſui, formulisque Gr. ac Lat., Gai. ad Ant. p. 19. a. A. e. ſqq. 26. b. F. Plin. Pan. 56, 3., tenente Stp. Th. ἐπιμ. ſine auctore, at plane non οἱ ὑπηκ.

νοτόμησαν [r]. διό περ [ſ] εἰκότως ἐν ἡλικίαις τὲ καὶ ἐξουσίαις διαφόροις οὐχ ὅμοια [t] γέγονε τὰ ἐπιτηδεύματα. ὡς δ' [v]

10. viuentes multa noua moliti ſunt. Quapropter merito in aetate ac licentia diſpari diſparia extiterunt ſtudia.

r) Lu. ἐκαινοτόμισαν vitio ſolenni. ſ) Vna Stp. ſic nobiſcum diuidere videtur, cf. ad §. 5. i. t) Ms. Ba. οὐχ ὅμ. ita vicine iterum, cf. §. pr. m., ſed hic etiam A. v) δὲ B. 1., cf. §. 4.

in plur. et ſic abſolute poſitum, (cf. tamen Thuc. 482, 28.) tum 2, 322. G. ad κομ. νέοι eadem Lat. Bg., haud dubie e P. ad 1, 2, 2. aut 5, 8, 20., quippe qui h. l. aliter vertit; vt tamen iſta Lat. ſubſt. ſint ſyn., et diminutiuum Bg. i. q. primitiuum, aetasque eorum latiſſime patens, et vltra XXX annos, etiam ad eos, qui vxores habuere, cf. 1, 2, 3. G. Th. et Exc. ſuper aetate Commodi, Caracallae et Heliogabali; qui h. l. innuuntur; libertatem P. deſerente etiam Sch. in, „ῥᾳθ. *ſocordius* quum *vixiſſent*, β. *vita* acta *negligentius*, (quod ap. G. Th. habet Gr. ἀμελῶς, bene reſpondens noſtro pr. ἐπιμελ.) ἐκαιν. *deſignarunt* multa *noua*“ recte omiſſo etiam illius adu. *ſcilicet*.

διό περ) Pro liberrimis P. et remotiori Sch. *vnde*, vicinius eſt Bg., quo mutatur tantum numerus pron. et ordo praep., cum ſit pro δι' ὃ, reddente me περ, iterum neglectum, vt 1, 1, 5. *propter* quod *quidem*, cf. Hoog. Op. p. 1044. N. 9. ſq., ſed in Bg. ad ſq. εἰκ. (forſan e Sch. „iure, *merito*, vt par eſt“) Stp. Th. 1, 1117. E. m. Obſ. M. Anſt. V. 5. T. 2. p. 233. Ind. Fi. Aeſch., Luc. in N. ex 3, 382. l. 71. *veriſimiliter*, et Ael. V. h. 13, 32. *probabiliter*, cf. ib. 3, 1. 3, 9. et G. Th. in Bg. cum Gr. n., quod aeque reddetur per Lat. *ſane*, (nobis *daher nun freylich*,) habens cum vi aſſeuerandi etiam aliam connectendi et colligendi e pr. (referendo διὸ non ad proximum πολ. ἐκαιν., ſed ad ſuperiora ἐπιμ. ἦρξ. et ῥᾳθ. β.) vt, quae res deinde proferuntur, e prioribus nexae putentur, conſentaneae cum iis, probabiles, credibiles; ſicut noſtrum adu. Gr. par eſt tum formulae ὡς ſ. ὥς περ εἰκὸς, (quo ſpectat Sch., cf. Heſ. 1, 1104. e. per εὐλόγως, et ib. paulo ſuperius εἰκὸς, it. Suid. 2, 22. m.) tum voculis δὴ et δῆθεν, quod ap. Heſ. 1, 925. i. ὡς δῆλον.

ἐξουσίαις) Hoc non videtur nunc eſſe noſtrum *Macht*, (quo reſpexit Sch. „*poteſtatibus* differentibus“ cum eandem poteſtatem, non circumſcriptam puta, habuerint imperatores tum iuuenes, tum ſenes, cf. 1, 3, 3. 6, 1, 11., niſi quod aliqui adoleſcentes obnoxii eſſent aliis, vt Commodus miniſtris Perenni ac Cleandro 1, 8, 2. ſq 1, 12, 8. ſqq., aut matri Alexander, 5, 8. 20. e. 6, 1, 2. 10. 18. ſqq., maxime §. 23. ſq. 6, 5, 18. ſq.) ſed Lat. Dg. e P., idque in malam partem, pro libertate, voluntate audaciaque faciendi, quidquid libeat, (quomodo et noſtratium *Freyheit* capitur,) vt ſit h. l., in diuerſa aetate, quam habuerint, et in diuerſa libertate, quam ſumſerint ſibi in cogitando, agendo viuendoque, cum ſenes ea vſi moderate ac recte, ſed ſecus iuuenes, veroſimile fuiſſe, vt exiſterent diuerſa *ſtudia*, i. non tam propenſiones animi, cupiditates, motus, quam agendi rationes, viuendi genera, actiones, inſtituta; cf. de ἐξ. in partem deteriorem Stp. Th. 1, 1133. D. ſq. Bud. C. 1462, 36. Ind. Dem. cum Tayl. R. Or. V. 9. p. 434. i. et de ἐπιτ. (vbi e duobus P. modo vnum deligit Bg., ap. G. Th. cum Gr. n., ſed Sch. „*ſtudium*,

ἕκαστα τούτων πέπρακται [x],	11. Quomodo autem ſingula
κατὰ χρόνους καὶ δυναστείας	geſta ſint, ſecundum tempora
διηγήσομαι [y].	et principatus enarrabo.

x) Mss. ἐκ. τ. γέγονε, κατὰ λ., v. N. Poſt πεπρ. autem nullum comma, ſed demum poſt δυν. in A. al., ſed in Sb. comma vtrinque, v. N. y) In Ms. Ba. hic non eſt noua ſectio. *Mart.* nec in A. cum B. 1., qua de re non monemus deinceps.

inſtitutum") Stp. Th. Foeſ. Oec. Ind. Xen. 'Αναβ. Mem. S. et Cyr., Polb. Dem. it. Heſ. et Suid., qui cum Schol. Th. 119, 11. cf. 89, 68, P. deferente etiam Sch. in „γεγ. facta ſunt, *fuerunt*" quod ſignificat quoque Bg. aut *orta ſunt*, quam notionem agnoſcit Stp. Th. 1, 826. B., non item G. Th. in v. *exſiſtere* et *extare*, ſed Ind. Corn. N. Liu. Ern. et Iuſt. Sed in adi. vtr. (vbi Sch. „δ. diuerſis, *variis*, aetatibus, ὁμ. *paria*") admiſit Bg., e P. fere, polyptoton, vbi Graeca ap. G. Th. ἄνισος et ἀνόμοιος arctius tenent negatiuam, a Noſtro ſeparatim poſitam, per ingenium, copiam et variationem, vt luſus ne appareret, qui, vt in Bg., ſic in Gr. manifeſtus erat, repetito ἀδιάφορα, pro quo adeo delegit Noſter ſyn. οὐχ ὁμ., fortaſſis e Cic. Cat. 2, 5. vt *eius* diuerſa *ſtudia* in *diſſimili* ratione *perſpicere poſſitis.*

πέπρακται) Rectius ſic legitur in edd., pro quo exhibet C. Ven. γέγονε. Illud πεπρ. iterum adeſt c. 2. *Stroth.*

Praeter 1, 2, 9. i., etiam 3, 7, 18., vt γεγ. 8, 8, 9. e., et vtr. ap. Dem., v. Ind. Sed hic mera gloſſa eſt Mss. lectio e §. pr. et marg., vbi quis notarat, quid paulo ante adeſſet et tanquam ſyn.; quo ſane variat Noſter, retinente Bg. Lat. e P., (cf. Stp. Th. 3, 525. B. m. et §. 4. e. γεν.) et cum eo etiam omittente pron. τουτ., non item Sch. „ἑκ. ſingula *horum*, ſicut ſine illo quoque Dem. 1257, 2. ἐξ ἀρχῆς δ' ὡς ἕκαστα πέπρακται, διηγήσομαι πρὸς ὑμᾶς, proceditque vel ſic ſenſus. Verum, vbi placuerat Noſtro: non liberum erat Interpreti, an vellet reddere, cf. ἑκ. cum gen., praeter Stp. Th. 1, 1163. A. m., etiam Xen. M. Socr. 1, 1, 15. m. et e. it. Poſſ. ſynt. p. 43. e., ad Gr. ὡς liberius reddente Bg., fere e P., ſeuerum contra referente Sch. Lat. *ut*, forte deriuatum inde, mutatis cum tempore elementis.

κ. χρον.) Formulam hanc, niſi e Thuc. ſine Ind., non tenet Stp. Th. 4, 643. D. e., vbi tamen adhibetur alio ſenſu, quam hoc hiſtorico, quo et ap. Zoſ. 3, 2, 9. ſyn. εἰρήσεται καὶ ἡμῖν συντόμως ἕκαστα κατὰ τοὺς οἰκείους καιρούς, *a* nobis *quoque* ſingula — *ſuis* temporibus *exponentur*, pro quo abl. ſyn. ſeuerius Bg. per praep., cuius Lat. ad v. διηγ., ignoratum a Stp. Th., adhibet Gs. ſimiliter ad Luc. 1, 387. l. 66. p. 537. l. 41. p. 775. l. 38., ſed p. 274. l. 13. *narrabo*, quo in ſimpl. et Gs. Th. habet Gr. n., vt, vim tribuens praep., dicas augere et valere pro plene ſ. accurate, quaſi narrare per omnia, deinceps, totum, vt noſtrum *erzählen*, (ortum fortaſſis ex *herzählen*, i. *nach einander*,) cf. Z. ad Vig. p. 572. a. e. N. 84. e., liberius agente P. per regionem hanc, in primis in δυν., cf. §. 8., ſed trahente, vt Bg., ad v. διηγ. illa κατ. χρ. κ. δυν., vt forte Sb., quanquam in dupl. commate, dum ad ſenſum tandem redit eundem, ſi ad pr. v. πεπρ. referantur.

Τῷ βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγατέρες μὲν ἐγένοντο πλείους[z], ἄῤῥενες δὲ δύο. τῶν δὲ ἀῤῥένων τούτων[a] ὁ μὲν ἕτερος κομιδῇ[b]

Imperatori Marco filiae quidem natae fuerunt plures, ma-
2. res autem duo. Marium autem iſtorum alter admodum

z) Ms. Ba. πλείους· ἀῤ. λ. a) In Ms. Ba. hic comma, quod contra poſt ἑτ. nullum eſt. *Mart.* vt in B. 1. et al., v. N. b) Hic ſine iota modo in Stp. Sb. In., cf. 1, 1, 9.

τῷ βασ. Μ.) Bg. e P. participium in ſubſt. mutat, quod genus, Noſtro cum aliis familiare, non amplius per Notas tangimus, in Ind. v. *particip.* dantes reliqua, vt in Exc., quae ad Marcum eiusque familiam pertinent.

ἐγένοντο) Liberum eſt, vtrum reddas hoc v. per *fuerunt*, (quod deinde, iunctum cum dat. perſ., valet i. q. Lat. *habere*,) an cum Bg., cui conuenit ad ſenſum P. liberius, vim vtramque ſed, vano cum diſcrimine, afferente Suida 1, 482. m., at ignorante Stp. Th. v. cum dat. perſ., et ſine cauſa dubitante 1, 825. D. i. de Iſocr. ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονὼς, vbi cum gen. perſ., vt ap. Xen. Cyr. 1, 2, 1., ſicut ſyn. γεννᾶσθαι ap. Iſocr. εὐ. F. p. 11. l. 4., ſed p. 281. l. 4. W., qui cum Guar. non bene reddit, vbi ellipſis ſumetur praep., ἀπὸ, ἐκ ſ. ὑπὸ, cf. Xen. Ind. Cyr. Z. et Ioſeph. T. 1. p. 9. i. γίνονται δὲ αὐτοῖς παῖδες ἄῤῥενες δύο, *nati* ſunt *autem* eis *filii* mares *duo*, qui locus cum aliis his Dem. 1028, 3. et 20. it. Xen. M. Socr. 1, 5, 2. i. ed. Thiem. V. 4. p. 52. i. liberos *mares*, eſt in iis, vbi ἀῤῥ. cum alio ſubſt. valet pro adi., (cf. Eur. Phoen. v. 55. παῖδας — ἄρσενας, quae ſcriptura in N. veteris Atticae dialecti cenſetur, vt noſtra per ῤῥ recentioris, contra Moer. p. 26., cf. N. et Greg. p. 67. i. cum N. Koen. 14.) ſicut h. l., abſolute poſitum, pro ſubſt. eſt, qua duplici ratione, a Stp. Th. non obſeruata, occurrit in N. T., cf. L. Fiſch., vt abſoluta frequenter ap. Luc., v. Ind., ſed Sch. „mares *filii*“ (fere cum Verſ. ante ad locum Ioſeph., ſumto ſubſt. *mar.* e P. pro adi., opinor, quomodo eſt ap. G. Th., cum Gr. n., quanquam ibi nihil diſerte de ſubſt. ſ. adi.) qui debuit potius reddere cum Verſ. ad Xen. l. l., cf. Plin. ep. 1, 10, 8., vbi deinde *mares*, pro ſubſt. per appoſitionem iunctum, mutari licet in adi. *maſculinus*, vel in formulam gen. *liberi* maſculini *ſexus*, Vernaculae rationi commodiſſimam; quae et valent in Gr. noſtro cum ſubſt. παῖς aut alio, vt L. Boſ. Ell. p. 63. i. ἄρσενος καὶ θήλεος γόνου ex Herodt. 3, 66. p. 230. l. 41, vbi proprie ἄπαιδα δὲ τὸ παράπαν ἐόντα ἔρσενος κ. θ. γ., *nulla* prorſus *prole* ſuſcepta *virili* feminea *ve*, quo adi. et ipſo reddetur, ſed ſeuere ibi, *cumque* prorſus *ſine* liberis *eſſet* virilis *aut* feminei *ſexus*, ſ. *maribus* et *feminis*.

κομ. νέος) Si vera ſunt, quae in Exc. de Veri aetate *ſeptem* modo *annorum* proferuntur: hic illa formula multo anguſtius ſumitur, quam c. pr. §. 9., vbi de adoleſcentibus adhibita, vt h. l. de puero, vbi Sch. cum Bg. e P. fere, ſed ἑτ. „τουτ., *horum*, duorum, *alter*“ innuens rectionem pron. cum gen., quam, tacente Stp. Th. in hac quidem notione, non item in alia 1, 1288. B. e., repetit a partitione Poſſ. Synt. p. 45. i. Nr. 4., cauſam in Lat. Bg. non prodentibus Hor. Turſ. p. 122. i. Nr. 13. et G. Th. 270, 34. 40., at afferentibus quoque, *alter* ex *Coſſ.*, cum praep., quam et in Gr. pro cauſa gen. habeas per ellipſin, cf. L. Boſ. p. 472. e.

νέος τὸν βίον μετήλλαξε [c]. Βηρίσσιμος [d] δ' ἦν [e] ὄνομα αὐτῷ. τὸν δὲ περιόντα, Κόμ-

adoleſcentulus vitam commutauit cum morte. Veriſſimus autem ei erat nomen: ſuperſti-

c) Ms. Vi. μετήλλαξεν λ. Iſtud ν ἐφελκ. plane ſine cauſa inueni adiunctum perſaepe: ſed ſemel tantum de eo monuiſſe ſufficiat. *Loc.* v. N. d) Vbi ( ) ap. Stp. ſunt: ibi in Ms. Ba. cola ſtant. *Mart.* Signa parentheſis tantum in Stp. Sb. Lu. et In., quibus hic facile caremus cum Ms. Bg., ſed colon ante Βηρ. in iisdem, at poſt αὐτ. nihil, vt in fine parentheſis plerumque deinceps, qua de interpunctione non amplius monemus. e) Ms. Vi. δὲ ἦν λ. Apoſtrophum vt plurimum ponit librarius, vbi in edd. non adhibetur, et contra, quod non ſemper adſcripſi. *Loc.* Plenum δὲ hic etiam in Ms. Ba. et B. I., cf. I, I, II. i.

in ἀπὸ, tacens p. 492. m. in ἐκ, quae iſti Lat. praep. magis reſpondet; vtrinque vt comma Ms. et edd. poſt τουτ. alienum agnoſcatur, cum gen. arcte cohaereat cum ἐτ., ab eoque pendeat.

τ. β. μετ.) De ν ἐφ., ſeq. conſona, v. alibi, ducente Bg. plena ſua fortaſſis e Stp. Th. I, 355. D. „μ. τ. β. dicunt, vt Lat. *vitam* cum morte *commutare*, pro mori, (vt hic Sch., aliorſum abeunte P.) relinquentes tamen ſubaudienda illa *cum morte*“, quae nihilo ſecius Bg. expreſſit, forte quod nec ipſi, vt nec mihi, exemplum notum, vbi in Lat. deeſſent iſta, cum, quod G. Th. v. e. affert, ſit diſſimile, Gr. omittentibus non tantum σὺν τῷ θανάτῳ, ſed etiam interdum acc. τ. β., cf. Stp. l. l. Bud. C. 628, 41. 849, 20. ſqq. Ind. Aeſch. Fiſch. et Dion. Caſ. cum L. Boſ. Ell. p. 51. m. Suid. I, 582. i., quem locum Stp. Th. in v. διήλλαξεν ignorabat, cf. tamen Harpocrat. et L. Boſ. l. l., tenentibus et noſtratibus *das Leben* mit *dem* Tode *verwechſeln*, ſ. *das zeitliche* mit *dem ewigen.*

Βηρίσσ.) De nomine hoc v. Exc., tenente Stp. Th. v. ὀν. nihil e Noſtri tot locis, ſed ne formulas quidem, quas Gr. ὀν., vt Lat. vocabulum, cum proprio nom. parit, quarum, praeter allatas in Ind., hic modo afferemus illas, pertinentes ad caſum, quo ſtat nom. proprium tum, cum adeſt ſ. abeſt v. ſubſt. ἦν cum nom. ὀν. et dat. perſ. aliquo. Hic comparet eius nom. proprii nominatiuus Βηρ., vt alibi infra et ap. Dem. 666, pen. 885, 9. 1052, 9. Ael. V. h. I, 32. i. Aeſch. Fiſch. I, 10. m. et Ind. Pal. v. ὀν. it. Luc. I, 558. i. et p. 748. l. II. Δίων αὐτῷ τοὔνομα, Dioni *nomen* eſt (*ipſi*), exquiſite conuerſum, cum Sch. in ὄν. „nomen *ei* fuit *Veriſſimo*“ e P. partim, vt, qui alter eſt caſus, nom. proprium teneat datiuum, vt ap. Dem. 1083, 12. ᾗ ὄνομα Κλειτομάχῃ, it. Call. Del. v. 36., qua de formula v. Fiſch. ad Pal. 20, 2. et de vtr. ad 21, 2., non memorata tertia ratione, vbi nom. proprium effertur per gen., cuius generis exemplum nec mihi notatum, etſi ap. Lat. fuiſſe traditur in Grammat. lib. vulgaribus, quo de vniuerſo genere nihil G. Th. v. *nom.*, niſi 456, 43. ſq. de dat. nom. proprii, cuius caſus accommodatur ad dat. pronominis, a v. ſubſt. pendentem; vt illa N. T. ratio Luc. I, 63. Ἰωάννης ἐστὶ τὸ ὀν. αὐτοῦ affinis quidem eſt et ſyn., ſed conſtructionis tamen alius, cum nom. proprium pendet a v. ſubſt., quod ante et poſt ſe nominatiuum habet, ſed deinde pron. perſonae non ſtat in dat., verum in gen., qui regitur a ſubſt. ὀν., proprieque hoc ordine, τὸ ὀν. αὐτοῦ ἐστιν Ἰωάννης.

τὸν δὲ περ.) De v. περ., a P. neglecto, v. I, 5, 6. Sed Mss. in ſcripturam proprii nominis Ind. Sb. „duplici μμ etiam C. Pal. 636, 25. (e Zoſ.

μοδον [f] καλούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ τῆς ἄλλης [g] ἐπιμελείας

tem autem, Commodum nomine, pater reliqua adhibita di-

f) Ms. Vi. Κόμοδόν τε καλ., ſed Ms. Ba. modo Κόμοδον, vno μ etiam, vt deinde ſemper, poſt πατ. idem negligens comma cum B. 1. al., v. N. g) Ms. Ba. μ. τῆς πάσης ἐπ., ſed Ox. cum Ed. μετὰ πολλῆς ἐπ. e Stp., v. N.

1, 7, 3. i.) Caeteris in locis idem Pal. Κόμοδον vno μ ſcriptum habet, itidemque Faſti Gr. p. 38. Eutr. Met. (8, 7, 2. m.) nec non et Zon. (v. alibi,) ac Suid. (2, 343. m.) quaſi Graecam habeat originem." Sed cum et Graeci in aliis vocabulis duplex μμ vſurpent: res forte melius repetetur e more librariorum, duplices olim fere ſimplici littera exarantium. Tum Bg. e B. particip. καλ. commutat cum affini ſubſt., ad ſenſum bene, quanquam et Lat. tenent formam Gr. participii, v. G. Th., *Paegnium* vocitatus *eſt*, et Bg. proprie alius dicendi modus eſt per abl. ὀνόματι, quo de infra. Diſplicuerint hic Berglero caſus iidem, a Gr. conſtructione Latine orituri, accuſatiui illi, v. c. *Commodum vocatum*, pro qua ratione ſeuera, vbi eſt appoſitio, reſoluetur particip. per pron., *qui eſt vocatus*, vt et facimus in ipſa illa appoſitione, cf. Schell. Gramm. Lat. p. 293. m. Quam rationem non perceperit Ms. Vi. librarius, inſerens, vt Ms. Ba. alias, τὲ in participp. ſimul duobus; niſi et reſpexerit ſimilem Noſtri formulam alibi in v. καλ. cum τὲ hoc ipſo, ſ. cum δὲ affini, quorum τὲ etſi per ſe excidere potuit ob ſq. κα ſyllabam ſimilem, tamen cum Mss. rel. hic nihil P. prodit.

μ. τ. ἀλλ. ἐπ.) Fort. μετὰ μεγάλης ἐπ., licet frequentius ſit μετὰ πολλῆς ἐπ. *Steph.* Pro μετὰ τῆς ἄλλης alibi dicitur μετὰ πάσης, vt idem Schottus adnotauit. Magiſtrorum nomina Lamprid. exprimit init. Commodi (c. 1. m. T. 1. p. 472.) *Sylb.* reliqua *adhib. diligentia*, hoc eſt μ. τ. ἄλλης. Nam eam curam, quae Veriſſimo debebatur, Commodo iam impendit. Fruſtra ergo hic alia obtrudunt Stp. μ. μεγ. aut μ. πολ., Schott. et Sb. μ. πάσης. *Bergl.* Scheid. in Ind. (v. ἀλλ.) ἀλλ. ἐπ. *alia*, h. e. magna, *dilig.*, vt non opus ſit correctione Stp. in μεγάλης. Τὸ ἄλλο interdum, vbi ſcil. ſeries orationis poſcit, exponi poteſt per καλόν, v. D'Orv. Ch. p. 402. (m. ad p. 71. v. 17.) Quidni et exponamus per ἀγαθὸν, vbi itidem contextus patitur? Vt h. l. ſit, cum egregia, cum laudabili dilig. *Leisn.* F. μετὰ πολλῆς ἐπ. *Reisk.*

Vanae ſunt emendationes et lectiones aliae, ſi oſtendi poteſt, vulgatam edere ſententiam bonam. Tum interpretatio et notio adi. ἀλλ. quaeri debet non modo, quam contextus vtcunque patiatur, ſed et quae facillima ſit ac nixa linguarum analogia et vſu ſcriptorum aliorum. At Leisn. quidem ratio mihi videtur longius petita: ſed Scheid., ſiue P. potius, non illa firmata vel cauſa, vel exemplo, ſic adiuuetur, quod ἄλλος dr. interdum pro πᾶς, v. Rsk. An. ad Gr. Auct. V. 1. ad Caſſ. D. p. 25. m. l. 26. et V. 4. p. 116. e. cum Z. Ind. Xen. Cyr., et hoc πᾶς, vt Lat. *omnis*, pro magnus et ſummus, cf. ſupra; quo redeunt etiam Schotti ac Sb. cogitata, dum, vt credo, non tam corrigunt, quam comparant Noſtri locum aliquem, etſi non diſerte nominatum, cum ſane ap. Noſtrum ſaepe ſit μετὰ πάσης cum aliquo ſubſt., e quibus maxime huc pertinet 6, 8, 5. μετὰ πάσης ἐπιμελείας diſertum; vnde tamen nihil conficitur, cum ambigatur, an μ. πασ. tum ibi, tum alias, ſit i. q. μ. τ. ἄλλης, nec ſequatur neceſſario, vt Noſter hic etiam, vt ibi, ſcripſerit; quo

ἀνεθρέψατο [h], *πάντοθεν τοὺς* ligentia educauit, vndique gen-

h) Ms. Ba. ἐθρέψατο, tamen ἂν adhuc ſupra ſcriptum eſt a manu prima, et pro ſq. commate fit colon. *Mart.* In commate hic omnes edd. conſentiunt, v. N.

forte reſpiciens Ms. Ba. Gloſſator, nec ipſe ad tentandam lect. vulg. auctor eſſe poteſt. Iam Stp. coniectura prima tacite iterum eſt ducta e P., qui habuerit in ſuo Cod. lectionem Ms. Ba., vt alibi, cum ita ſaltem intelligas cauſam, vnde verterit *magna*, quia πᾶς ſic dici monſtravimus. Sed vulgatam non modo Mss. reliqui tuentur, verum et Bg., vnus eandem recte interpretatus, vt ἀλ. ſit h. l. *reliquus*; quod nititur primo analogia Lat. voc. *alius*, Gr. prorſus reſpondentis, eoque ſenſu noti, v. G. Th. 252, 38. ſqq. cum Ind. Ern. Tac. et Liv., deinde etiam vſu loquendi Gr., h. e. exemplis locisque ſcriptorum Gr. aliis, ſic ἀλ. adhibentium quoque, cf. Stp. Th. 1, 341. E. e. Foeſ. Oec. p. 20. m. Rs. Or. V. 3. p. 192. N. 19. Ind. Xen. Cyr. Z. it. Hom. Οδ. β΄. 239. Praeterea tota formula μ. τ. ἀλλ. cum ſubſt. quodam reperitur alibi, tum ap. Noſtrum ipſum 2, 11, 16. μ. τ. ἄλλης εὐδαιμονίας, vbi et P. *reliquus*, tum ap. alios, in primis eos, quos Noſter in deliciis habet, aliasque imitatur etiam, vt Dem. 1044, 21. μ. τ. ἄλλης οὐσίας et Thuc. 3, 5. m. μετ᾽ ἄλλης παρασκευῆς, *cum* reliquo *apparatu*, modo ſine art. τῆς, absque diſcrimine; cui formulae per gen. cum praep. ſimilis eſt haec ſyn. in dat. ſine praep. ap. Thuc. 2, 100. i. τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ, *reliquo* belli *apparatu*, 2, 97. e. τῇ ἀλ. εὐδαιμονίᾳ, *caeterarum* rerum *copia*, et 2, 94. e. τῇ ἀλ. ἐπιμελείᾳ, aliis *accuratae* cuſtodiae *generibus*, quae ap. Suid. 1, 58. i. l. 6. de Adriano ſeuerius redditur, *caetera diligentia*; ſeruante vulg. etiam Sebero ad Poll. 1, 2. N. 12., ſed Bg. ſtabiliente eandem, vt videtur, ex hiſtoria eoque, quod Marcus eam curam, quam in Veriſſimo alias et ante adhibuiſſet educando, nunc etiam Commodo impenderit; pro quo dicturus eram, Marcum curaſſe, vt Commodus educaretur ea diligentia, quam et in aliis rebus ac caeteris omnibus adhiberet, ſ. pro ſolita ſua diligentia et cura in aliis caeterisque rebus; qui ſenſus eſt noſtrae formulae Gr., ſi quis eam longius eloquatur; vt in iſtam Marci curam diligentiamque in aliis quoque rebus teſtimonia extant tum Dion. Caſ. T. 2. p. 1181. l. 19. in cauſis recognoſcendis et iure dicundo, it. l. 23. et p. 1173. l. 46. ſqq. in aliis, tum Capit. in Marco c. 10. T. 1. p. 330. i. et c. 11. m. p. 332. Ita emendationes ſunt inutiles, ſed etiam duriores atque audaciores, cum a litteris lectionis vulg. abhorreant, praeter illam πάσης; quae in maiuſculis elementis ἄλλης referat. In Stp. maior eſſet veriſimilitudo, ſi adeſſet μετ ἄλλης, vt ap. Thuc. ſupra; vnde μετὰ μεγάλης fingeres, quaſi μετα aut μετ᾽ interiiſſet ob ſimilitudinem. Mirum eſt, nemini in mentem veniſſe ὅλης, pro ἄλλης, ad litteras propioris, et habentis etiam ſpeciem inde, quod λλ et λ, vt duplices cum ſimplicibus, confunduntur in Mss., diſerteque ἄλλος et ὅλος alibi variat, v. c. v. Fiſch. Plat. Phil. p. 203. N. 9. Sic ſaltem aliquid fingebatur commodius, vt a Tayl. ad Aeſch. l. l., quanquam nihil hic opus eſt correctione, ſed tantum interpretatione, quam inſtituit Bg. porro in pr. μετὰ ſic, vt eam mutaret in particip. Lat. *adhibita*, paulo quidem liberius, ſed ad ſenſum perinde tamen, per legem, qua participia poni poſſunt pro praep. cum ſubſt., vt *ex* amore *virtutis* mutes cum *adductus* amore *virtutis*, cf. Schell. de ſtylo p. 344. m. 388. e. 455. e. et Apin. Lex. Gramm. diſerte p. 25. b. m.

ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκι- tium in litteris probatiſſimos

„*adhibitus* vſurpatur loco praep. *cum*" afferente G. Th. formulam ſine lege atque explic. 101, 76. 79. p. ſq. l. 8., ſed in v. *dilig.* et *ſtudium* nihil de formula per pr. *cum*, at in ſyn., cum Gr. n., 1321, 24. ſq. „cum *cura* Sall. — Tacito ſimiliter in frequenti vſus eſt" cuius Ind. tacet, vt ad Sall. Iug. 66, 1. *cum* magna *cura* Cort., qui ad Cat. 51, 38. *cum* ſummo *ſtudio* in N. modo comparat *cum cura* e Liv. et Tac., ſed ad Cat. 59. e. *cum* magna *gloria* „*cum* abundat" et ad Iug. 54. i. *cum cura*, comparato *magna* cum *cura*, addit, „id aliis dici *accurate*" ſ. *curate* et *curioſe*, it. p. 1010. i. ad *cum cura* affert modo „Vell. *neque* dicendus *ſine cura*" quod *non ſine* eſt i. q. *cum*, cf. Ind. Corn. N. v. *ſine* et *cura*, ſed Ind. Iuſt. v. *cum*, et Flor. „cum *fide*, h. e. ſumma fide, (immo tantum pro adv.) fideliter, rel." Liv. v. *cum* m. „cum *cura*, p. diligenter, caet., (it. Amm. M.) cum *exitio*, i. exitialiter" recte, quod praep. cum ſubſt. par eſt adv., vt et nudo abl. ſubſt., qua ratione ſyn. hic P. vſus, hincque Sch. „ἐπ. *diligentia* educare *filium*" qui tamen bene modó per vnum ſubſt. cum Bg., pro duobus P., in pr. μ. noſtrum locum non iterum vertens, tamen tacite per adv. explicans, cum ſubiecerit illi 1, 1, 4. m. μετὰ πάσης ἀκριβείας, e quo et ipſo Ms. auctor hauſerit, vbi Bg. ſeuerior, it. 6, 8, 5. i., quanquam et adv. adhibens, cf. 1, 9, 6. e., hic vt reddiderim *mit ſeiner übrigen Sorgfalt*, quod pron. addimus, ſaepe in ſubſt. Gr. et Lat. oppreſſum.

ἀνεθρεψ.) Ambiguas lect. tales in Ms. et infra accipiemus, vt et ſimplicia, pro compoſitis data, et contra, quae ſemper de gloſſa nobis ſuſpicionem commouent, vt Stp. Th. „ἀν. i. q. ſimpl. τρ. alo, — educo, ſ. alendo et nutriendo facio, vt augeſcat, et in maiorem molem aſſurgat, ſi vim praepoſitionis exprimere velimus" cuius tamen potius nulla vis eſt hic, vt in aliis v. v., cf. med., quo Stp. caret, in Luc. Ind. et L. N. T., vt paſſ. Ind. Geop., vbi Verſ. *enutrire*, quod, vt Bg. e P., ap. G. Th. cum ſimpl. „τρέφω, — nutrire, ſ. potius nutriendo augere et prouehere, et quaſi in altum et ad ſtaturam iuſtam ducere, (quorſum tendant et noſtra *aufziehen* et *auferziehen*.) — Sed etiam per alios educant parentes, et educat, quicunque curat paruos, vt adoleſcant" quomodo et h. l. Vern. vet. *lieſs — erziehen*, i. curare et ſinere ſibi educare, pro vi verborum med., in quibus libelli Kuſt. et rel. noſtrum non tangunt, rem ipſam confirmante Dion. Caſ. 2, 1200. l. 20. ſq. τὸν υἱὸν καὶ θρέψας καὶ παιδεύσας, ὡς οἷόν τε ἦν ἄριστα, vbi diſerte ſimplex, pro Noſtri compoſ., et Lampr. in Comm. c. 1. T. 1. 472. m. *mortuo* fratre, *Commodum* Marcus *et* ſuis *praeceptis*, et *etiam* magnorum *atque* optimorum *virorum* erudire *conatus eſt*.

παντοθ.) P. plane opprimente τ. ἐθν., Bg. copulat ſtatim cum adv. παντ., vt Lat. formula exiſtat, quae aduerbio loci addit illum gen., quomodo tamen, opinor, non dicunt Gr., ſed per gen. quoque, v. c. πάντοθεν ἐθνῶν, vt ὅπου γῆς, ſenſu quidem in Bg. ratione nihil perdente, cum idem ſit ſeuerius hoc, *vndique* doctiſſimos *in* gentibus *arceſſens*, ſ. inter gentes ſ. ap. gentes alias et externas, quae adi. ſimul cogites in ſubſt. ἐθν., ſi ſumatur, vt vulgo; quanquam et hic peculiari ſumetur ſenſu, de prouinciis quidem Rom., vbi non opus iſtis adi., quomodo ἐν τ. ἐθν. manifeſto eſt 3, 10, 2.; vbi tamen ex hiſtoria docendum, an m[illegible] illi et docti e prouinc. R. arceſſiti; in quam rem modo poſſum

μωτάτους[i] ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως[k], συνόντες ἀεὶ, παιδεύοιεν αὐτῷ	conditionibus haud contemnendis euocans, vt perpetua conſuetudine erudirent ipſi fi-

i) In Ms. Ba. hic comma, (vt in B. 1.) et mox poſt καλ. colon. k) In Ms. Ba. hic comma, ſed contra poſt ἀεὶ nullum. *Mart.* Poſt ἀεὶ comma modo in A. Stp. rel., ſed nullum vtrinque in al.

commemorare Graeciam, e qua diſerte magiſtrum Commodi aliquem narrat Lampr. p. 472. e., vt ipſius Marci plures Capit. p. 290. e. cf. Heyn. Hiſt. T. 4. p. 989. m., tum ap. Capit. p. 271. e. ibique N. 4. inter Marci doctores etiam aliquem Chalcide, Syriae ex vrbe, accitum, quo de tamen v. Salm. p 295. N. 1. et Caſ. N. 2., e quibus terris adeo et filio pater magiſtros quaeſierit, cf. de adv. Stp. Th. ex Hom. 'Οδ. ξ', 270., Heſ. ſine N., Ind. Xen. Cyr. Z. Dem. 219, 25., vbi Rs. V. 10. p. 450. Codd. πανταχόθεν gloſſema eſt.

habitare *gentem.* Itaque, quemadmodum nomina multarum gentium pro regionibus, quas illae gentes incolunt, paſſim ponuntur, ut docet Burm. ad Ouid. Met. 4, 668. ad Vell. 2, 15. et 40. et Obſ. Miſc. V. 1. p. 96. ita generale nomen, quo *gentes* Graece vocantur, ſc. τὰ ἔθνη, videntur Fabro dici pro ſedibus gentium et regionibus. Sic igitur Faber. Nec mihi videtur quicquam eſſe mutandum, ſed ob aliam rationem. Τὸ ἔθνη βάρβαρα adiicitur per appoſitionem. Verto igitur, *adverſus* eos, *qui* incolunt *ſeptentrionales* terrae *partes*, qui *ſunt* gentes *barbarae*. Τὰ ἀρκτῷα τ. γῆς, omiſſa voce μέρη, ſunt ſeptentrionales terrae partes. *Leisn.* (quem cf. in Progr.) ἔθνη βάρβαρα dele, ut ſenſum turbantia. Eſt ſcholium. *Reisk.*

„Sb. Ind. v. ἔθν. „γῆς ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντας, pro μέρη" obſcurum, utrum pro ἔθνη correxerit μέρη cum Stp., an ἔθνη modo pro μέρη acceperit, qui ſaltem non ſimul probavit Stp. alterum βαρβάρους, pro vulg. βάρβαρα, ut tamen ſubito Ing. fecerunt. De Bg. aeque incerta res videtur, qui e Stp. ad m. P. nihil mutavit, niſi quod *barbaros* alio poneret loco et vicinius ad Gr. ordinem, remotos a Stp. ad extrema. Nam, quod in Bg. comparet quoque vocab. *partes*: in eo poteſt recepiſſe Stp. μέρη, ſed et libere id ſuppleviſſe ſubſt. ad adi. τὰ ἀρκτ., ut facit alibi, cf. 1, 1, 5. e. v. ἡμεδ., et ἔθνη βάρβαρα ſervaſſe, breviter ad ſenſumque per *barbaros* convertens. Sic Sch. modo haec praebuit in pr. πρ. „ἐχθροὺς, adverſus *hoſtes*, — ἀρκτ. τ. γῆς, ſeptentrionales *terras*" quem ſuſpicor τὰ τ. γῆς exquiſite cepiſſe pro τὴν γῆν, et τὰ ἀ. τ. γῆς pro τὴν ἀρκτῴαν γῆν, in quibus tamen aſſumſerit ſubſt. μέρη, ut τὰ articulus neutr. generis haberet, quo referretur. Iam, ſi quid tentandum hic eſſet: ſufficeret, cum Fabro pro ἔθνη ſubſtituere ἤθη, ſumtum de ſedibus, locis, terris, in quibus quis verſari ſolet, v. Exc. ad 1, 2, 6., quia duo iſta et alibi confunduntur, cf. Koen. ad Greg. p. 236. N. 96., ubi affertur valde blandiens locus Eur. Hel. v. 280. ἔπειτα πατρίδος θεοί μ' ἀφιδρύσαντο γῆς εἰς βάρβαρ' ἤθη, deinde *eduxerunt* me *dii* ex *patria*, et *collocarunt* inter *homines*, qui *mores* habent *barbaros*, pro breviori, *deinde* patria e terra *dii* me *collocarunt* in *barbara*, peregrina, *loca*; vbi adeo occurrit cum ſubſt. ἤθη ipſum adi. βαρβ., ut ap. Noſtrum de Fabri coniectura; qua tamen ne opus quidem, ſi vulg. interpretemur, ſicut alibi, de provinciis, ut et in Arriani loco forte capiendum; unde ſit, *adverſus* eos, *qui* ſeptentrionales *terrae*, orbis, imperii Romani, *provincias* barbaras *incolunt*; ubi primo gen. τ. γῆς conſiſtet ſimul cum ſubſt. ἔθν., ut ap. Lat. copulantur *terrae loca*, deinde τῆς γῆς notio erit aut latior, ut vulgo, aut anguſtior, vt τῆς οἰκουμένης, pro certa tantum terrae parte, atque adeo terra et orbe imperii Rom., denique intelligentur Romanorum provinciae, ad ſeptentrionem ſitae, Germania et Britannia, quarum cum incolis bellum geſſiſſe Marcum fortiter ac feliciter, vel e Capit. conſtat, cum Germanis quidem T. 1. p. 321. e. 339. i. 343. ſqq., ubi Marcomanni diſerte vocantur *barbari*, p. 352. 355. m. 365. m. 369. e. 372. e. p. ſq. e. 384. 387. et 394. e., ſed cum Britannis p. 321. e. et 372., ſicut Noſtro mox memorati οἱ ὑπὸ ταῖς ἀν. λ., *orien-*

μένους τὸν βίον, πολλοῖς [h] ros, quam qui ſub oriente ſole

h) Ms. Ba. πολλοῖς τε καὶ σ. v. N.

tales, videntur eſſe Parthi ap. Capit. p. 321. e. 325. 339., it. Syri p. 336. m. 372. et 392. Cumque dicitur a nobis Marcus bellum intuliſſe provinciis Romanorum barbaris: id ſic intelligimus, quod Germania et Britannia ex parte tantum ſubiectae tum fuerunt Romanorum ditioni, et hanc Romanorum partem vicini barbari, nondum ſubacti, ſaepe infeſtarunt, contra quos adeo Marcus belligerarit, cf. 1, 3, 12. ſq. 3, 14, 1. ſqq. it. Exc. ad 1, 1, 5. et ad Capit. p. 321. N. 7. Caſ. Sic quidem interpretando tantum ſuccurrerim huic loco; in v. κατοικ. tenente aliunde Stp. Th. cum L. Ern., praeter ſimpl. Lat. *habitare*, etiam Bg. cum altero *inhabitare*, quae compp. ap. G. Th. per ſimpl. illud explicata, ubi et noſtrum Gr. comp., cuius praep., ut illa Lat. *in*, regat adiunctum act., reſpondente forte noſtro *bewohnen*, ſed me ſuper Iota in ἀρκτ. nihil regulae tenente, ſed variantes tantum in eo editores cum Stp. Th. ipſo, cum retinuerit L. Ern., non item Heſ. 1, 538. e., ſed iterum Suid. 1, 331. e. ἀρκτῷος, ὁ ἀνατολικὸς, miro gloſſemate, quod et Verſ. ſervavit, nec Kuſt. aut Toup. caſtigarunt, cum videatur excidiſſe aliquod, v. c. ᾧ ἀντίκειται, *cui opponitur*, ſ. ᾧ ἐναντιοῦται, ſ. οὗ τοὐναντίον, niſi fuerit, καὶ ἀρκτῷος, ὡς ὁ ἀνατολικὸς, ut exciderit modo ὡς ob pr. ſimilem ſyllabam.

τοὺς ὑπὸ) Cod. perperam ἐπὶ ταῖς ἀν. *Stroth.* Haec mutatio praepoſitionis in eodem Ms. Ve. redit 2, 9, 17., ut Var. eadem alibi, v. Luc. Ind. N. v. ἐπὶ et Fiſch. Plat. Ap. 5. p. 57. N. 3., hic ut ſit librarii lapſus aut gloſſa, cum per ſe utr. recte habeat, quanquam neutra in voce tenente Stp. Th. exempla regionum talium, quales hic ſunt et alibi, ſed modo locorum univerſe, et Noſtro in talibus non ἐπὶ, ſed ὑπὸ adhibente; ut, ſi quis ſubtiliter verſetur, diſcrimen aliquod reperire poterit, quaſi ἐπὶ τ. ἀν. ſit in oriente, quoad ἀν. ſumitur de terrae regione ac parte, ſed ὑπὸ τ. ἀν. ſub oriente, quoad ἀν. de coeli plaga et parte valet; quanquam, ſi ἐπὶ pro παρὰ accipias, et totum ἐπὶ τ. ἀ. ad orientem, cum ὑπὸ conueniet; ut Sb. Ind. ὑ. „ταῖς ἀν. ſub *oriente*, i. in oriente" et 3, 7, 16. e. ἤγειραν τρόπαια, τὸ μὲν ἐν ἀνατολῇ, τὸ δ' ὑπ' ἄρκτῳ, ſibi ſubſtituuntur ἐν et ὑ., quae praep. et pro ἐν ſaepe ponitur, ut Lat. *ſub* pro *in* ſimpliciter, ſine illa ſubtilitate phyſica; unde lectio Ms. Ve. manet gloſſema apertius. Sed illa Ms. Ba., ut nunc habet, corrupta videtur, et aliquando fuiſſe in marg. ὑπὸ τῶν τῆς ἀνατολῆς μερῶν, aut ἐπὶ τῶν τῆς ἀν. μερῶν, quia ἀπὸ, quod ille Ms. tenet, cum ὑπὸ et ἐπὶ etiam alias variat confunditurque, ut in Ms. Vi. hic accidit, vulgatam in reliquis tenente, cf. Fiſch. l. l., nec facit ſenſum in vicinia illorum ποιουμ. τ. β., contra, ſubſtitutis ὑπὸ aut ἐπὶ, tenes ſententiam, ſed et gloſſam manifeſtam iterum, in qua αἱ ἀνατολαὶ explicantur per τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, quod procedit, quanquam non eſt neceſſarium, ut vides in Bg., qui e P. de coeli plaga intellexerit, et *orientem ſolem* de loco coeli, ubi ſol oritur; quo ſenſu iſtam Lat. formulam ſaepe licet accipere, cum abſolute ponitur, etſi aliter quoque, cum aliquid eſt adiunctum, ut ap. Cic. Somn. Sc. c. 6. e. in *reliquis* orientis *aut* obeuntis *ſolis* ultimis, *aut* aquilonis *auſtrive partibus*; hic e P. ſervante Bg. additum ſubſt. ἡλίου, qui gen. alias cum ἀνατολὴ et δυσμὴ ſolet adeſſe ac ſuppleri, v. Stp. Th. 3, 1366. F. i. et 4, 788. i. L. Boſ. Ell. p. 133. i. et L. N. T. Schw. p. 104. b. i.

καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγ- agunt vitam, ea ſunt a multis et

385. N. 1., ap. quos et alia ſunt exempla plur., quem pro ſing. ſimpliciter accipiunt bene Stp. l. l. F. e. et L. N. T. Krb. p. 182. e., arguтante in cauſa eius Schw. l. l., et Stp. Th. non ita bene, ac L. N. T., verſante in conſtituenda notione, quae ſic phyſice et proprie Lat. *exortus* ſ. *ortus*, v. c. ſolis, et primo quidem de oriendi actu ſ. tempore, deinde, ut Lat. iſta, de loco, ubi ſol exoritur, eoque duplici, vel in coelo, vel in terra, ſed porro improprie id, quod eſt in L. N. T. et Stp. Th.

ποιουμ. τ. β.) Dicitur potius *δίαιταν ποιεῖσθαι. Steph.* forte tum immemor loci in Th. 1, 735. F. e. ex Aeſch. A. Or. V. 3. p. 637. l. 89. *ἐὰν ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς οἱ νεώτεροι, πρὸς ποῖον παράδειγμα χρὴ αὐτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι*, ubi, moraliter ſumtum, reddi poterit *vitam inſtituere*, ſ. cum Stp. *vitam* fingere, *formare*, ſed et ſimpl. *vivere*, de ſolenni ratione, qua v. med. ποιεῖσθαι cum acc. rei facit periphraſin verbi in act. eius, quod in ſubſt. adiuncto latet, ut in βίον continetur v. βιοῦν, unde Dreſ. de V. med. p. 417. e. noſtrum locum explicat diſerte „βιῶσαι, *vivere*" et Sch. in β. „π. degere" eodem ſenſu, in v. π. faciens cum P., quem recte Bg. deſerit, cuius Lat. formula bene delecta eſt, cum a Gr. tantum abhorreat in act., ſi *agere* ſumitur pro facere, non vero ab alio tropo, pro pellere, movere, promovere, qui eſt in ſyn. *vitam* tranſigere, *traducere* ſ. *ducere*, non exponente G. Th. 218, 76., niſi 213, 66., „agere *aevum*, i. vivere" ſed quae, quod meminerim, fere modo capitur phyſice, ut h. l. Noſtri Gr., quae adeo late patet, ut in ea cogites univerſum illud *vivere*, quod ſub ſe comprehendit deinde formas illas duas vitae, ſ. phyſicae, ſ. moralis; ſicut nihil eſt vitii in ſubſt. τ. β. cum v. ποιεῖσθαι, cum definiri nequeat, quo uſus quis ſubſtantivo faciat cum v. illo Gr. formulam, ut in qua cautio non eſt in ſubſt., ſed in verbo, ut, ad exemplum bonae Graecitatis, ne ſit act., ſed med., cui legi ſatisfecit Noſter. In ſubſt. quidem nullum eſt diſcrimen, numerus nullus, lex nulla; nec recte Rsk. dubitabat de νίκην ποιεῖσθαι, pro νικᾷν, ad And. Or. V. 4. p. 97. e. et Ind. V. 8. p. 514. v. π. e., cf. in formulam univerſam Ind. Xen. Cyr. Z. v. e. Bud. C. 413, 42. Stp. Th. 3, 425. C. m. Vig. p. 278. cum N., Krb. Decr. R. p. I. p. 269. ſq. 288. e. Kypk. 1, 42. e. 154. m. et 2, 77. m., non ſevere talia medii v. exempla comparans cum act. N. T., lib. de V. med. Kuſt. 1, 32. 58. ſqq., ubi ſ. 62. legem ſcribit forte anguſtiorem, Dreſ. p. 391. e. ſqq., ubi p. 426. m. „ζωὴν ποιεῖσθαι, i. ζῆν vivere" ex Herodt. 8, 105. p. 668. l. 66. *ἅτε ποιεύμενος ἐκ τουτέων τὴν ζόην*, *ut* qui *ex* hac *re* vitam *toleraret*, ubi in N. affertur „diverſiore in re ποιεύμενον ἀπὸ τούτων τὴν ζόην 2, 36., qui locus eſt claſſicus, ubi p. 120. l. 97. ſqq. illa phraſis et hae aliae inter ſe componuntur, Αἰγυπτίοισι — ἡ δίαιτά ἐστι, — ἀπὸ πυρέων — ὦλλοι ζώουσι, ut omnes ſint i. q. unum Lat. privum v. *vivere*, ſed diverſo ſenſu, quanquam uno tantum phyſico, et quidem Αἰγ. ἡ δ. ἐστι pro inter feras vivere, i. verſari, ſed reliquae duae pro vitam ſuſtinere, i. victum et vivendi praeſidia ſibi parare. In quo et patet, δίαιταν ſane diverſam eſſe quodammodo a ζωῇ et a noſtro ſyn. βίῳ, pro loco vivendi ſumtam, ut tamen interdum ſignificet idem cum iisdem, cf. Thuc. 1, 6. i. 7, 69. p. 400. l. 53. ſicut ex Herodt. ſyn. π. τὴν ζ. et Aeſch. formula eadem ethici ſenſus analogiam habet Noſtri haec phyſicae notionis, per quam formulam variatur hic aliqua ratione pro pr. privo v. κατοικ.

γέγραπται [i]. ἃ δὲ μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔςι δ' ὧν [k] καὶ πείρᾳ μετέσχον, ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος, ταῦτα συνέγραψα.

ſapientibus viris conſcripta; quae vero poſt Marci obitum per omnem meam vitam vidi et audivi, nonnulla etiam, quorum experimento particeps fui, in principalibus et publicis officiis verſatus, ea ipſe conſcripſi.

i) Pro puncto hic al., ſervavimus colon Stp. et rel., ut ἃ δὲ ad pr. ὅσα μὲν magis aperte referretur; quorſum et Ms. Bg. diſtinctio pertineat. k) Mss. Ba. et Vi. ἔςι δὲ ὧν λ., pleno δὲ cum B. 1., cf. §. 2. i., ſed ἐςὶ hoc accentu in B. 1. cum Ox., (cf. Fiſch. ad Well. p. 101. m.) et poſt δ' nullibi comma, v. Exc.

πολλοῖς) Ms. idem deinceps τὲ ante καὶ proximum inſerit, ut τὲ καὶ, Lat. *que et*, nihil ſit, quam ſimpl. καὶ et copulativum, cum in vulg. lectione illud καὶ, ut 1, 1, 8. m., eſſe poſſit explicativum, pro *idque* ſ. *et quidem*, quod diſerte hic Vern. vetus ſequitur, ut P., *ea* ſunt *multorum* doctiſſimorumque hominum *comprehenſa monimentis*, a Ms. abhorrentia, ſimiliter tamen accipias, cum, tacentibus G. Th. Hor. Turſ. et Indd., (niſi quod Ern. Liv. et Tac. ei *que* tribuunt explicandi vim aliquam aliter,) in loco hoc Lex. Apin. Gramm. „*filium* habeo *eumque unicum*" manifeſto ſic valeat; ex eodem P. explente Bg. pron. ταῦτα, ad pr. ὅσα referendum, (ut §. ſq. ἃ et ταῦτα apparent,) ſed ſine neceſſitate, cum et ſolitarium pron. relativ. ſine demonſtrat. Lat. habeant: ad σοφ. §. 7. favente nobis P. hic, ubi Bg. ad v. συγγ., retinet dat. perſ., cf. §. i., ſed Stp. Th. ignorat paſſ., etiam Noſtri ſenſu hiſtorico, v. 1, 1, 4. et Ind. Luc.

μετὰ τ.) cf. dicta ad titulum huius operis. *Steph.* qui in Th. aliunde non tacet de abſoluta in ſubſt. τελ. forma et ellipſi gen. βίου ſ. ζωῆς, (qua de nihil ap. L. Boſ.) ſed caret Lat. Bg., (e P., ap. G. Th. cum Gr. n.), non item L. Ern. et N. T. Schw. et Krb., cf. Ind. Dem. Luc. Fiſch. Aeſch. et Pal., ubi *mors*, ut Sch. hic, qui in „ἐμ. mei *ipſius*" ubi omiſſum a P. pron. mutat perite Bg. in unum affine ἐμὸν et gen. in acc. eundem cum ſubſt., v. Poſſ. Synt. p. 15. m. R. 9. et p. 206. m., ſed ſine cauſa, quae fuerit haec, quod omnia, poſita intra artic. et ſubſt., poſſunt accipere naturam adiectivorum, ut alias fit in adv., formulam aliter explicante Stp. Th. 1, 1076. i., cf. Ind. Hſ. Plut. et Fab. Aeſ. et ſimilia παρὰ π. τὸν β. ap. Ael. V. h. 11, 9. i. cum 14, 10. N. 3. it. Dem. 228, 24. π. π. τὸν χρόνον cum Ind., ubi et liberius illud hic Vern. vet. „*durante* toto *tempore* rel." cf. Bud. C. 330, 22. Stp. Th. 3, 37. F. m. Rz. ad Luc. 2, 929. N. 89. Abr. Dil. Th. p. 379. i. Fiſch. ad Well. p. 396. i. Hdl. ad Xen. p. 53. m. et Z. ad Vig. p. 625. N. 22. et ad ſqq. Exc., ubi Sch. in ἐς. „δ' ὧν, ſunt *autem* nonnulla, *quorum* particeps *factus ſum*, (in artic.) ἔστιν ὧν, *quorundam*" in καὶ, pro *etiam*, hunc quoque ſubiiciens locum.

ταῦτα σ.) Hic debebat operis praefatio claudi. *Reisk.* Duo haec priora capita complectuntur quaſi prooemium totius operis. *Stroth.*

Praefationem quidem ſentiat quivis: at, qui primi olim operis Herod. inſtituerunt diviſionem in partes minores, videntur capita duo

Γηραιὸν ὄντα Μάρκον, καὶ μὴ μόνον ὑφ᾽ ἡλικίας, ἀλλὰ	Senem iam Marcum, et non ſolum aetate, ſed laboribus

haec ſeiunxiſſe propterea, quod in ſecundo quaedam Marci hiſtoria deprehenderetur, non illa proprie ad Noſtri conſilium pertinens, quam adeo ſegregatam voluerunt a praef., quae propria eſt capiti primo. Hic Noſter iterum fidem ap. legentes ſibi conciliare ſtudet, cf. c. pr. §. 4. et 11. it. 2, 15, 13. ſq., additum a P. adv. *nunc* deſerente Bg., qui contra liberior in ſuppleto pron. *ipſe*, haud dubie pro ego, nec quo legere voluerit ταῦτα αὐτὸς συνεγρ., quaſi excideret αὐτὸς ob ſimile, ſed potius perſpicuitatis cauſa, utque magis apparerent oppoſita §. pr. e. πολλοῖς σ. et ταῦτα ἐγὼ σ., ut tamen in oppoſitis non ſint ſemper ſeveri ſcriptores, aliquam interdum opprimentes partem, ut in pr. πολλοῖς oppreſſum ἄλλοις, de Lat. *ipſe* illo ſenſu cum v. primae perſ., ut pro rel. caſibus cum aliis perſſ., nihil tenente G. Th., ſed, quod eodem redit, pro ego ipſe, v. i., Hor. Turſ. p. 444. i. Nr. 5. Ind. Liv. Ern. Cort. ad Sall. Cat. 58, 4. p. 369. a. e.

γηραιὸν) E P. ſervat Bg. libere adv. temporis, et particip. ὄ. opprimit, aut de Lat. ratione ac penuria, aut cum aliis, redundare id putantibus, et exquiſite tantum ad ſubſt. ſ. adi. adiici, cf. Ind. Fiſch. Theophr. et Pal. v. e. it. Z. ad Vig. p. 234. a. i., vertentibus tamen aliis et reſolventibus ex arte, v. Ind. Hſ. Plut. et Fab. Aeſ. et ſemel ap. Ael. V. h. 12, 1. p. 708. i., non item in rel. Ind. locis, quod reſolutum hic, *Marcum*, qui *ſenex erat*, ſ. *cum* ſenex *eſſet*, oſtendit apertius praeſens in Gr. pro impf. ſ. perſ., cf. Abr. Dil. Th. p. 415. e. 531. i. et ad Luc. 3, 403. N. 42., in γηρ. breviori Stp. Th., cf. Suid. 1, 480. e., in cuius ῥήσει eſt illud P. adv., γηραιὸς — ὢν ἤδη, ap. G. Th. cum Gr. n. „quot annis opus ſit ad hoc, ut aliquis *ſenex* dicatur, non facile eſt dicere" Anglis ap. Heyn. H. T. 4. p. 1010. i. tenentibus haec „*er ſtarb entweder zu* Sirmium, *ietzt* Sirmich, *in Sclavonien*, *oder zu* Vindobona, *ietzt* Wien *in Oeſterreich*, — *nachdem er* LVIII *Jahre*, X *Mon.*, XXII *Tage*, *gelebt*" ſed Capit. in Marc. T. 1. p. 358. i. c. 18. *octavo decimo* anni imperii ſui, *ſexageſimo* et *primo* vitae, *diem ultimum clauſit*, et Aur. Vict. de Caeſ. 16, 15. *anno imperii* octavo decimoque, aevi *validior*, Vendobonae *interiit*, *maximo gemitu mortalium omnium*, ſed in Epit. 16, 15. *vitae anno* quinquageſimo *nono* ap. *Vindobonam* morbo *conſumtus eſt*.

μὴ μ. — ἀλ. καμ.) Lege ἀλλὰ καὶ καμάτ. *Reisk.* Etſi poteſt ſane videri ob ſq. ſimilem κα ſyllabam excidiſſe καὶ, quod et per ſuum *etiam* Bg. addit: tamen nec P. id exprimit, nec opus eſt medicina, ac ne ſupplemento quidem, cum linguae utr. notum ſit ἀλλὰ, pro ἀλλὰ καὶ, et *ſed*, pro ſed etiam, poſt negativas, et poſt μὴ ſ. οὐ μον., cf. Dem. 156, 16. Iſocr. Ev. Wolf. 277, 10. 280, 4. p. ſq. l. 9. Hdb. ad Xen. p. 40. e. et Z. ad Vig. p. 506. a., it. poſt οὐχ ὅπως ſ. ſimile Bud. C. 1267, 9. L. Boſ. Ell. p. 561. e., it. poſt οὐ ſimplex Dev. p. 5., cf. Stp. Th. 1, 334. F. m. 336. A. m., qui et ipſe comparat Lat. *ſed*, quo de, tacente G. Th., cf. Hor. Turſ. p. 291. Nr. 9. e. 1093. i. Nr. 3., coll. N., it. Cort. ad Sall. Cat. 18, 9. p. 120. a. m. Burm. ad Suet. Caeſ. c. 14. e. p. 34. a. m. cum Ind. Ern. Liv. et Amm. M. v. *non*.

ὑφ᾽ ἡλ.) *Laborum* et *curarum* magnitudinem in cauſis morbi fuiſſe, ait. De *laboribus* ſatis conſtat. *Curas* intendit filii iam tum degenerantis pravitas, ſicut Capit. 27. ſq. (p. 396. ſq. et 400.) refert, et Dio in Exc.

καμάτοις τὲ καὶ Φροντίσι τε-τρυχωμένον, διατρίβοντά τε ἐν [l] Παίοσι, νόσος χαλεπὴ καταλαμβάνει [m]. ἐπεὶ δὲ	etiam ac curis afflictum, in Pannoniis commorantem morbus gravis occupat. Cum 2. autem ſibi ſpem ad ſalu-

l) Bc. 2. ἐκ mendoſe, tum παίοσι A. B. 1. L. Pat., Παίωσι Lu., παιόσι B. 2. et hinc Παιόσι Ox. et Ed. cum Par. 2., ſed rel. edd. nobiscum. m) In Ms. Ba. κατ' ἐ λάμβάνἐ'ν· ita ſcriptum quidem, ſed veram lect. ſuppeditare videtur, nimirum κατελάμβανεν, quod tempus et ſeq. conſtructio poſtulare videtur. *Mart.* v. N.

Peir. omnia Commodi flagitia praevidiſſe, putat, καί μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο ὁ Μάρκος σαφῶς προγνῶναι. Quare et auxit morbum inedia, (Capit. p. 399. i.) mortemque optavit pariter et accivit. Xiph. peremtum a medicis in Commodi gratiam, auctor eſt. *Boecl.* cf. Exc.

τετρυχωμ.) Obſerva variationem conſtructionis. Primo cum τετρ. coniungit praep. cum gen. ὑφ' ἡλ., mox dat. καμ. λ., de qua verborum duplici rectione v. Cort. ad Sall. Cat. 52, 2. In Gloſſ. *carpitur*, τρύχεται, δρέπεται, κακοπαθεῖ. Auctor Sapientiae 14, 15. ἀώρῳ πένθει τρυχόμενος πατὴρ λ. Ap. Ariſt. Pac. v. 989. ita aliqui Pacem alloquuntur, ἡμῖν, οἵ σου τρυχόμεθ' ἤδη τρία καὶ δέκ' ἔτη, i. e. *qui* tui *deſiderio* iam *tres* decemve annos *conficimur*. Biſ. ibi τρ., κακοπαθοῦμεν, καταπονούμεθα, ταλαιπωρούμεθα. De ſignif. vocis ἡλ. v. Wolf. ad Liban. ep. 4. p. 8. *Leisn.*

Ad Comici locum Verſ. Vulg. videtur rectior „*tres* atque *decem*" pro tredecim. cf. Exc.

διατριβ.) Copulam τὲ Latt. Intpp. negligunt in participp. pluribus, ut neſciam, an Bg. putarit, P. τὲ non habuiſſe in ſuo textu, ac potuiſſe ortum eſſe e pr. τα ſyllaba. Si abeſſet: ſane vel ſic ſeries conſtaret, et totum δ. ἐν π. membrum quaſi in parentheſi foret, tumque reſolvendum per Lat. particulam *dum* cum P. Eſt et, ubi τὲ et γὲ confunduntur, quod γὲ reſtringendi ſenſu, pro Lat. *quidem*, uterque Lat. Intp. fere omittunt, et uſum habet quoque poſt particip. v. ad Vig. p. 475. b. N. 99. e. Tamen et vulg. τὲ ſenſu ſuo me quidem non offendit. De v. c. v. 1, 11, 15. e., et Lat. Bg. ap. G. Th. cum Gr. n. „ſimul morari" ſed et ſimpl., cf. Niz., ut Sb. Ind. v. Παίων „in *Pannonia*" ad ſententiam, cum in Gr. ſint populi, pro terra eorum, quod et Lat. habent, hinc a Bg. ſevere expreſſum e P., qui et dux in nomine propr., quod duplex eſt, Noſtro Παίονες, aliis Παιόνιοι, ut et terrae Παιονία et Παννονία; cf. vel Cell. Not. orb. 1, 437., ap. G. Th. „*Paeonia*, Παιονία, regio, — a qua *Paeones* populi, (ſine Gr. et e poëtis tantum, cf. tamen Liv. 42, 51. m., unde ſervaſſem *in Paeonibus*,) — *Pannonia*, Παννονία, regio ingens, quae Hungariae hodiernae utcunque reſpondet, — *Pannonius*" iterum ſine Gr. et modo e poëtis, ſed Sch. „Παίων, *Pannonius*, — Παιονία, *Pannonia*, regio Europae, cuius hodie pars Hungaria" cf. Suid. 3, 68. m.

καταλ.) Subito opprimit. Sic 1 Theſſ. 5, 4. Conſidera loca Herodi., ubi ponitur abſolute 7, 2, 18. 1, 12, 16. 1, 15, 5. 6, 4, 3. 1, 17, 22. 1, 5, 5. *Leisn.*

Quem cf. in Progr. it. ad 2, 3, 5. et Exc., reddente Sch. cum Bg., ubi Ms. lectio, ambigua iterum, praeſ. ſimul et impf., oriri potuit ex

αὐτῷ [n] τὰς πρὸς σωτηρίαν [o] tem male comparatam ſuſpi-

n) Ms. Ba. αὐτῷ per lenem cum A. al. v. N. o) Ms. Vi. σωτηρίας v. N.

ultimo ι elemento, cum ν confuſo, cf. ad Thuc. p. 301. b. N. 10. e. cum Abr. Dil. p. 473. i., ut videtur favere tempori impf., qui tamen et libere egerit; ut vulg. praeſens in hiſtorico aeque valet, et in primis in §§. et periodis diverſis; de morbi quidem genere nihil me tenente, niſi quod Salm. ad Capit. in M. c. 28. p. 399. b. N. 6. ad *filium-ſtatim* dimiſit, *ne* in *eum* morbus *tranſiret* „peſte igitur videtur abſumtus Marcus, — etſi non id aperte tradant auctores, et Dio ſcribat etiam, non vi morbi, quo tunc laborabat, extinctum eſſe, ſed opera et ope medicorum, τῷ Κομόδῳ χαριζομένων“ unde Bc. duxit ſupra ad ὑφ' ἡλ.

ἐπεὶ) *Cum* ſuſpicaretur, *ſpem* ſibi *ſalutis* male *habere*; cum putaret, ſibi nullam ſpem ſalutis eſſe. Inſolens locutio. Perinde eſt, ac ſi quis diceret, quum putaret, ſe putare. Nam ὑποπτεύειν eſt opinari et ἐλπὶς eſt opinio. Si auctor dixiſſet, ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς σωτηρίαν φαύλως ἔχειν ὑπώπτευεν, inſolentia loquendi nemo offenderetur. Nunc aut δεῖν poſt ἐχ. ſupplendum exponendumque, *quum* ſibi *de* ſalute *eſſe* deſperandum *opinaretur*, (ut in marg. Ms. Bg. iterum, et ſimul „ſibi ſpem ſalutis eſſe abiiciendam“) aut legendum ἐπεὶ δὲ ἰατρῷ τὰς πρ. λ. *Leisn.*

Praeter Exc., ad ἐπεὶ pertinentem, hic primo de ſpiritu pron. valent alibi dicta, aſperum reddente Bg. clarius, quam P. oblique in „ſalutem *ſuam*“ et Sch. noſtrum locum ſubiiciente ſine Verſ. poſt „ἑαυτῷ. *ſibi.*“ Cum in caeteris, praeter Ms. Vi., quo de poſt, nihil nec P., nec libri novent; locum interpretando ſic iuverim, ut ſenſus ſit, quum intelligeret, ſpes ad ſalutem ſibi eſſe tenues, habere ſe ſpem ſalutis exiguam; ubi cum ſubſt. ἐλπ. conſiſtere videtur v. ὑπ., quod et alibi copulatur cum affinibus adiunctis, ut ap. Thuc. 6, 83. e. ἀποφαίνομεν δὲ ἐξ ὧν — ὑμεῖς μάλιστα ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ὑπονοεῖτε, εἰδότες τοὺς περιδεῶς ὑποπτεύοντάς τι λ., *demonſtramus* autem *haec* ipſa *ex* iis, *quae* vos *ipſi* potiſſimum *cum* vehementiore *metu* ſuſpicamini, *quia compertum habemus, eos*, qui *cum* vehementi *metu* aliquid *ſuſpicantur*, rel.; in quibus adiunctis, ſ. adv. ἐπὶ τ. φ. et περιδ., cum inſit eadem, quae in v. utr. ὑπον. et ὑποπτ., cogitatio quaedam mali, propria illa metui: verborum notio ex illo contextu debet conſtitui, atque adeo minui et anguſtior fieri, ut ſint nihil, quam ſimpl. cogitare, opinari, ſibi repraeſentare et fingere; ut noſtro in loco, ob adiectum affine ἐλπ. et φαυλ. ἔχειν, non licet v. ὑπ. capere pro male cogitare et opinari, ſed univerſe pro illis ante poſitis; quae notio, quanquam tacente Stp. Th. cum L. Ern., conficitur per analogiam primo Gr. v. ὑπονοεῖν et ὑπολαμβάνειν, quae ſumuntur pro ſimpl. νοεῖν, et pro Lat. *opinari*, arbitrari, *intelligere*, cf. Heſ. 2, 1474. m. p. pr. m. it. 1472. m. Suid. 3, 557. i. et paulo poſt ὑπολ. it. p. 536. e. Stp. Th. 4, 148. e. cum L. Ern., (quod et, Stp. Th. ignorante, habet „ὑποψία, ſuſpicio, *opinio*“) deinde Lat. v. *ſuſpicari*, quod ap. Niz. „opinari, putare“ non item ap. G. Th., quanquam cum Gr. n. (et in ſubſt. „ap. Cic. *ſuſpicio* ſimpliciter opinionem ſignificat“ et deinde „pro coniectura ſimpliciter“) tum ſyn. Cl. Cic. „*ſuſpicere*, cogitare“ porro per illam v. noſtri ὑπ. notionem, cum ponitur pro Lat. *obſervare* et *animadvertere*, quamvis phyſice ac de oculis, ap. Call. Del. v. 62. φρουροὶ Γαῖαν ὑποπτεύοντες, *qui* terram *circumſpicerent*, ubi v. N. Ern. et Ind. Loesn., redundante ſic praep., ut in aliis v., et manente tantum no-

ἐλπίδας φαύλως ἔχειν ὑπώ- caretur, videretque filium

tione hac, ut ſit i. q. ὄπτεσθαι, a quo et derivatum, denique per auctoritatem, cum habeat Verſ. ad Ael. V. h. 3, 20. p. 256. m. ὑπώπτευε γὰρ, αὐτὸν μαλακίζεσθαι, exiſtimabat *enim, eum infirma uti valetudine*; ad quam notionem ſimpl. reſpicit quoque P. *ſentire*, vel proprie acceptum et de corpore, ut Marcus e viribus corporis, etiam animi, valde minutis, collegerit parvam ſalutis ſpem, vel improprie ac de mente, pro intelligere, iudicare, exiſtimare, cogitare, qua de vi utr. cf. G. Th. et Sch. de Stylo p. 328. i. Sed in rel. Latt. Intrp. ſunt liberiores, tenente haec Stp. Th. 4, 50. D. „ap. Herodi. dicuntur etiam ἐλπίδες φ. ἔχειν l. l. (ex h. l.) ubi fortaſſe reddere poſſumus, *quum tenuem* ſ. *exiguam ſibi* ſpem *ſalutis* ſupereſſe *ſuſpicaretur*, (qui ita ſententiam utcunque aſſequitur, ſilens hinc v. ἐλπ. et 1, 1316. E. ſqq. v. ἔχ. cum adv., ubi modo p. ſq. D. m.) ſed et *res* dr. ἔχειν εὖ ſ. καλῶς et κακῶς, quae *bene* ſe *habet* ſ. *male*“ quod et ipſum bene ſe habet, ut tamen ne ſic quidem apertum ſit, quid h. l. ſignificetur, cum ἐλπίδες dr. φ. ἔχειν, ſi vel maxime Stp. κακῶς ſubſtituas. Res ac ſenſus pendet a formula v. ἔχ. cum adv., quae reſolvitur per v. ſubſt. εἶναι et adi. affine, cf. Z. Ind. Xen. Cyr. v. m., ut h. l. fiat, ἐπεὶ ὑπώπτευε, τὰς ἐλπίδας — φαύλας εἶναι, quo de adi. φ. cum ſubſt. ἐλπ. bene Stp. Th. 4, 49. B. e. „ap. Herodi. φαύλας ἐλπίδας poſſumus reddere *tenues ſpes*, ſ. per ſing. *tenuem ſpem*, aut certe *exiguam*“ ſine loco reſpiciens ad 2, 8, 6. ſ. 2, 10, 13., cuius ſing. etiam Bg. hic ſequitur ſine neceſſitate, cum et Lat. ſubſt. in plur. uſurpetur per caſus quosdam, maxime acc.; ut in adi. ſimiliter noſtrates, v. c. *es iſt* ſchlechte *Hoffnung*, pro non magna ſ. parva, non multa, incerta, infirma. Tum dat. pron. αὐτῷ cum v. illo ſubſtituto εἶναι mutari poteſt ſic, ut dicimus, *nobis* eſſe *ſpem*, pro nos habere ſpem; cuius dat. perſ. cum v. ἔχ. et adv. exemplum videtur eſſe ap. Stp. Th. 1, 1317. F. „ἔχει μοι ἀπόρως τόδε, ap. Eur., pro ἄπορόν μοι ἐστὶ τόδε“ ubi adeo reſolvit plane nobiscum; cui add. Iſocr. Ev. 288, 35. Find. p. 22. l. 3. et Ind. Luc. v. ἔχ. p. 178. i., nihil ferente G. Th. in v. *hab.*, ſed in adv. 632, 80. ſine explic. e Ter. habent *bene* tibi *principia*, Phorm. 2, 3, 82., ubi N. tacent, nec feliciter ed. Delph. metaphr. „haec initia feliciter ſuccedunt tibi“ pro principia, quae in hac re facis ſ. feciſti, bona ſunt; ſicut licet dat. pron. mutare cum pron. alio poſſeſſ., ad ſubſt. relato, v. c. *quum* intelligeret, *ſuas* ſpes *ſalutis* eſſe *tenues*; quod accedit ad Gr. aliud, τὰς αὐτοῦ ἐλπίδας, pro quo non opus eſt accipere vulg. αὐτῷ τὰς ἐλπ., cum per demonſtrata dat. α. cum v. ἔχ. bene habeat. Praeterea exquiſite Noſter dedit ſubſt. ἐλπ. cum praep. pro gen. τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας, ut Ind. Polb. Ern. „ἐλπὶς πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, pro τῆς ἐλευθερίας“ quo forte pertinet Ms. Vi., ubi aliquis in marg. per gloſſam poſuerat gen. illum, quod alius non intelligens, recepto gen., etiam πρὸς ſervavit; quanquam et lapſus inciderit in ν et ς, ut alibi, et h. l. etiam a ſq. ας finitione; Stp. Th. neſciente exemplum ſubſt. ἐλπ. cum praep. aliqua, (cf. tamen cum ἀπὸ, εἰς et ἐπὶ Ind. Luc. v. e. it. R. Or. V. 8. And. p. 487. m.) ſed tenente ἐλπ. cum nudo gen. σωτηρ. aliunde 3, 1221. H., cf. L. N. T. Schw. p. 466. e. Dem. 1198, 3. 1322, 4. Luc. 2, 185. l. 33., ut ap. G. Th. v. *ſpes* ſimiliter nihil cum praep., cf. tamen cum *in* et acc. rei ſ. perſ. Ind. Ern. Tac. ex Ann. 1, 33. m. et Liv. ex 35, 26. e., it. ap. Caeſ. b. G. 2, 10, 3. cum *de*, qua praep. Schw. L. l. l. reſolvebat gen.

πτευεν, ἑώρα τὲ τὸν παῖδα τῆς μειρακίων ἡλικίας ἀρχόμενον ἐπιβαίνειν p· δεδιὼς, μὴ νεότης q ἀκμάζουσα καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ἐξουσίαν αὐτοκρά-

adoleſcentium aetatem incipere ingredi: anxius agebat, 3. ne adoleſcentia, in flore conſtituta, atque in orbitate poteſtatem imperatoriam ac

p) Ms. Ba. ἐπιβαίνειν, δεδιὼς μὴ λ., quod comma et in edd., praeter colon Stp. al., at Bc. 2. poſt δεδ. comma tenuit, nobis dudum probatum, v. N.
q) Hic comma tantum in Ms. Bg.

vulgarem „ſpes *ſalutis*, i. de ſalute" ſevere hic ſervatum a Bg., qui liberior in v. ἐχ., act. mutato in paſſ., et per particip. ſolum, ſine inf. v. ſubſt., nihil ſimile habente H. Th., nec formulam exponente 1072, 73. ſqq., hic ut *ſpes* comparata *eſſe* dicatur pro ſimpl. eſſe, ſ. habere, ſ. ſe habere, cf. totam dicendi Gr. rationem v. ἐχ. cum adv. φ. de re, ſine Ind., ap. Dem. 26, 17. 21. 36, 15. 40, 12., ubi l. 16. pro eo κακῶς, 111, 21. et pen. 131, 5. 151, 12. et pen., at cum dat. perſ. et rei ſimul 132, 2. ἆρ᾽ οὖν διὰ ταῦτ᾽ ἐκείνῳ φ. ἔχει τὰ πράγματα, ἢ τῇ πόλει καλῶς; ſed ſine caſu Iſocr. Pan. Mor. p. 6. l. 3. W. 60, 39. At Sch. in πρ. ,,σ. *ſalutem* recuperandi *ſpes*, (ad ſenſum, et vel ſic per phraſin rediens ad gen. quendam in gerund.) φ. ἔχουσιν ἐλπίδες π. σ. *male* habet *ſpes* ad *ſal.* (fere cum Stp. Th.) ἐχ. cum adv. — φ. τ. ἐλπ., deſperare, (quod procedit, ſi formula adhibetur de perſ., non item in noſtro contextu de re cum v. ὑπ., ubi) *ſuſpicabatur.*"

ἑώρα) In v. ἐπιβ., tropico ſenſu, de aetate, Stp. Th. reddit aliunde etiam cum Bg., quo de nihil ap. G. Th., ſicut frequentius tum eſt P. *inire*, quod utr., tropo remoto, nihil fuerit, quam incipere; ut adeo tota ſententia ſit, cum videret, filium incipere adoleſcentiam, quia v. ἀρχ. med. cum inf. alius v., ut Lat. *incipere*, rel., facit modo periphraſin verbi in tempore finito eius, quod adiunctum eſt in inf., cf. L. N. T. Schw. et Krb. Loesn. p. 42. e. 70. Abr. Dil. Th. p. 614. m. Z. Ind. Xen. Cyr. Dem. 202, pen. et G. Th. 1114, 56. quod *iter* incipiam *ingredi*? cf. 1, 4, 8., pendente gen. ἡλ. a v. ἐπ. pro acc., in v. motus, ſed Stp. Th. in v. μειρ. cum Bg. Lat. (ap. G. Th. cum Grr. al. et μεῖραξ, ſed cum Gr. n. in *adoleſcentulus*,) aliunde monente quidem, non habere diminutivi notionem ſed nihil definiente in ſpatium, quo de cf. Poll. 2, 4. ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἕως εἰκοστοῦ πρώτου, (cum Bg., ſed 2, 19. *iuvenis*, ſed *adoleſcentulus* Ind. Aeſch. etiam, it. ad Luc. 1, 231. l. 34. etc. *puer* ib. p. 191. l. 23.) ſed ap. Caſ. Exerc. Bar. 1. p. 113. ſq. natus annos XV, XVIII et ultra XXV, (cf. 1, 1, 9. ut de ipſa Commodi nunc aetate 1, 5, 1.) Heſ. 2, 560. m. Thom. M. p. 604. Moer. p. 261. Ammon. p. 93., quorum e decretis Noſter Attice neutr. τὸ μειρ. de mari dixit.

δεδιὼς) Sch. in hoc v. fere cum P., niſi quod omittit eius adv., cf. Exc., ſed in „ἀκμ. *adoleſcentia*, in *fervore* aetatis *conſtituta*."

ἐξουσίαν) Licentia quidvis agendi in maxima fortuna quidem minima debet eſſe, ut Caeſar ap. Sall. Cat. 53. (51, 13.) dixit: vere tamen immodica plerumque evadit, in iuvene praeſertim. Hinc moriturus Marcus nil magis timet filio adoleſcenti, quam ἐξ. αὐτ. κ. ἀκ., h. e. licen-

τοϱα καὶ ἀκώλυτον προσλαβοῦσα [r], μαθημάτων μὲν καλῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων

liberam inſuper adepta, diſciplinam quidem et ſtudia honeſta detrectaret, ebrietati

r) Ms. Ba. colon.

tiam nimium. Nec augurium patris ſceleratiſſimus Commodus fefellit. — A §. 3. — 7. Herodianus ita cogitantem facit Marcum, quaſi praeſagiiſſet non ſolum ſceleratam filii vitam generatim, ſed et in ſpecie illius vinolentiam, crudelitatem in cives, conſtuprationem ſororum, ridiculam imitationem Herculis, ſororum caedem, etc. Scilicet ſimilis Dionyſio (§. 5.) novarum voluptatum inventores praemiis afficienti, Commodus, qui ſceleratiſſimos quosque, qui ſibi voluptati eſſent, ditavit, ſimilis Alexandri ſucceſſoribus (§. 6.) propterea, quod violentiſſimus et crudeliſſimus in cives, etiam in conſanguineos, fuit, ſimilis Ptolemaeo Philadelpho (§. 6. m.) ob conſtupratas ſorores, ſimilis Antigono, (§. 7.) Liberum Patrem repraeſentanti, quia Commodus modo Mercurium, modo Herculem et habitu repraeſentare voluit et moribus. *Leisn.*

An Marcus ipſe cogitarit iſta omnia, nec finxerit Noſter probabiliter, ambigi poteſt. De ditatis a Comm. voluptatum miniſtris aut cariſſimis v. Lampr. in Comm. c. 10. T. 1. p. 501., de crudelitate eiusdem in cives ib. c. 1. p. 474. c. 3. e. p. 482. c. 8. i. p. 495. i., ſed in conſanguineos c. 5. p. 489. i., ubi et de ſororibus conſtupratis, ut de Mercurio nihil, at de Hercule c. 8. p. 495. e. c. 11. e. p. 508. m. c. 17. e. p. 522. 524. i. Tum Sch. in ἐξ. „αὐτ. κ. ἀκ. λαμβάνειν, *licentiam* ſummam *accipere*, (e P. fere in adi. tantum uno, ſed omiſſo illius pron.) — αὐτ. adiective, α. ἐξ. imperatoriam *poteſtatem*, ſ. quae *ſumma* eſt *licentia*, — ἀκ. *a nemine* cohibitam *licentiam*" v. Exc.

προσλαβοῦσα) Sic una voce hic ſine Var. L. repertum v., a Bg. tamen, ſeparata praepoſitione mutataque in adv., redditur cum aliis, qui et per ſyn. adv. Lat. *praeterea* vertunt, πρὸς explicantes per ἐπὶ, ſ. per formulam πρὸς τούτοις, cf. Heſ. 2, 1040. m., ap. quem deinceps ſemper πρὸς verbis adhaeret, ut et ap. Suid. 3, 194. m. προσαλισκ. cf. Schol. Ariſt. Ach. v. 701. it. ſq. et p. 199. m. 204. Bud. C. 86, 36. 1388, 42. Dev. p. 327. m. cum N. 54. Vig. p. 643. i. Abr. ad Aeſch. 1, 429. e., qui vult dividi, ad Luc. 1, 801. N. 79. Kypk. 2, 269. i. Ind. Dem. v. πρὸς e. Nr. 9. et Stp. Th. 3, 572. F. m. 574. e. Sed Sch. in „πρ. *adoleſcentia*, adepta *licentiam*" dux Bg. in Lat., quod Stp. Th. ignorat, cf. ad §. 13. ὀρ. ἐπ. ſimilem phraſin e Luc.

μαθημάτων) Inttp. Lat. recte viderunt, adi. κ., poſitum intra duo ſubſt., pertinere ad utr., diverſi quanquam in eo collocando, quod e Lat. ratione ſane liberum erat, utrum poſtponeretur, an praemitteretur cum P., qui ad μαθ. ſeverior in numero ſervato, quem plur. Stp. Th. aliunde profert, cf. Z. Ind. Xen. Cyr. et ſimile quid Plat. Symp. p. 180. e. ἀπὸ τῶν καλῶν ἐπιτηδ. ἐπὶ τὰ καλὰ μαθήματα λ., hic ut καλὰ μ. ſint fere i. q. σώφρονα μ. 5, 7, 9., quae ib. in pr. πάσῃ παιδείᾳ, et i. q. hic §. ſq. τὰ παιδείας καλὰ, Cic. de Off. 1, 42. *doctrina* rerum *honeſtarum*, it. *bonarum* rerum *diſciplinae*, artes et ſcientiae liberales, honeſtae, homini libero ac liberali decorae atque etiam utiles, quo ſenſu utr., ut Lat. *bonus*, Gr. καλὸς etiam Stp. Th. agnoſcit, at G. Th. v. *dioc.* tantum in ſing.

ἀφηνιάσῃ, μέθαις δὲ καὶ autem et crapulae dederet
κραιπάλαις ἐπιδῷ ἑαυτήν. ſe. Facillime enim ado-
ῥᾶϛα γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ, 4. leſcentium animi, ad vo-

ἀφηνιάσῃ) Propr. honeſtas diſciplinas, ut equus frenum, reiiceret. *Steph.* ne *reiiceret*, ut ſolent equi duri oris frena excutere *Oxon.* Ἀφηνιάζειν fere eodem modo uſurpatur, quo ἀπαυχενίζειν, i. e. contumaciter reluctari, ap. Phil. de Mundo (p. 896. E. e. cf. Bud. C. 667, 43, et Stp. Th. 7, 608. D. m.) Euſt. ad Hom. Ἰλ. π. p. 1093. l. 42. et Schult. ad Prov. 4, 15. 7, 25. *Leisn.*

Qui et ad m. Ox. „O. M. V. 11. p. 127. et Valeſ. ad Harpocr. in εὐην. p. 81.“ cf. Stp. Th., qui in exemplis cum rei gen., pendente a praep., 1, 1470. D. m. affert et locum noſtrum, ſic redditum „bonarum artium ſtudiorumque quaſi frenos excutiat“ e P., quod reliqua, ut varie Gs. ad Luc. 1, 278. l. 88. aſpernari *habenas*, ubi de equis propr., cf. Schol., ſed 2, 815. l. 35. habenas *excutere*, ubi impropr., cf. Ind. Ael. V. h. Suid. 1, 395. m. et Heſ. 1, 642. i., mihi ut videatur eſſe, excuſſis frenis ſe ſeparare, abire, relinquere aliquem ſ. aliquid, et hinc ſimpl. deſciſcere, deficere, relinquere, ſed tropice aſpernari, contemnere, averſari, (ut Lat. Bg. ap. G. Th. explicatur,) negligere, non amplius curare, tractare et amare; prima notione etiam aliis v. v. ſeparandi regentibus gen., cf. Poſſ. Synt. p. 93. m. Mox ad μεθ. λ. Bg. per numerum alium in utr. ſubſt. e P., cf. Exc.

ῥᾶϛα) Supra 1, 1, 9. οἱ δὲ κομιδῇ νέοι, ῥαθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαινοτόμησαν. De vitiis adoleſcentiae multi multa Alciphr. 3, 52. (p. 396. i.) φύεται — σπανίως καὶ ἐν παισὶ τὸ χρηϛὸν ἦθος καὶ ὑγιές. Eleganter deſcribit *lubricum aetatis*, ut vocat Plin. ep. 3, 3, (4.) Lact. 1, 20. v. Cort. ad Sall. Cat. 14, 5. *Leisn.*

Ibi a Cort. et noſter excitatur locus, ſed ſine Gr., p. 98. b. m. abeunte P. ad copiam liberam, ſed ſub Lat. eius et Bg. ſine Vs. huc ſpectante Stp. Th. 4, 894. e. cum libero ἐξολισθαίνουσι, quo in tropo, a pedum lapſu et offenſione ducto, cum transfertur ad res alias, ſicut hic ad voluptates, nihil eſt, quam deditum eſſe, amare res ſuaves gratasque ſenſibus atque animo, ſ. ſenſus motusque animi gratos ac iucundos, qua vi utr. ἡδοναὶ capiuntur et alibi; tenentibus et noſtris tropicum ſimile *verfallen* auf, *in*, cf. de Gr. (quod et hic pro ſimpl.) cum pr. εἰς ap. Long. Mor. p. 18. l. 4. cum Bg., pro quo paulo poſt ἐποκέλλειν εἰς λ., ut ap. Noſtrum alibi ἐξοκέλλειν εἰς λ., v. ſimilium troporum alia v. v. ap. Ruhnk. ad Xen. Mem. S. 1, 2, 22. p. 219. e., ad quem locum etiam Noſtri haec comparat Hdb. p. 14. m., Suid. 1, 778. m. 774. e., partim ex Ariſt. Eccl. v. 286., ubi v. Biſ. et cum acc. rei iterum ib. Equ. v. 489., non ut in Kuſt. Ind., tum Heſ. 1, 1301. i. N. 1. it. 2, 886. e., qui et ipſe compoſita ſimplicibus explicat; quomodo et ſuum Bg. ceperit, etſi ap. G. Th. „auget ſignificationem ſimplicis v. (ſine explicat., huc profutura, ut ſine ulla in Cl. Cic. Ind. Corn. N. Liv. Tac. et Ammon. M., et Niz. modo „*prolabor*, delabor, evagor“) *delabor*, κατολισθαίνω, καταπίπτω, deorſum labi — metaph. — in *vitium*“ ſine expl., ſed Niz. cum „labor, — deflecto“ et Cl. Cic. cum „inclino in —“ Bg. ad ἡδ. mutante numerum forte, ut vitaretur ambiguitas et ὁμοιοτέλευτον a particip. plur. *voluptates prolabentes.* Sed Sch. dux partim Bg. in „καλ. *honeſtatibus*

εἰς ἡδονάς ἐξολισθαίνουσαι, ἀπὸ τῶν παιδείας καλῶν μετοχετεύονται ſ. οἷα δὴ ἄν-

luptatem prolabentes, a diſciplinae honeſtate traducuntur. 5. Nimirum vt hominem mul-

ſ) Ms. Ba. μετεχεύονται, οἷα δὴ λ., praeter verbum depravatum, comma habens cum A. al.

diſciplinae, h. e. honeſta diſciplina" ſic e P. reſolutis ſubſt. duobus in ſubſt. et adi., cum per variationem τα π. καλὰ ſint pro ἡ παιδεία καλὴ, et i. q. §. pr. μαϑ. κ., cf. de παιδ. pro diſciplinis, artibus, doctrina, et harum rerum ſtudiis ad Dion. C. 2, 939. l. 32. Diod. S. 2, 551. N. 51. Ind. Ael. V. h. et Stp. Th. (ap. G. Th. cum Gr. n.) ut de neutr. καλ. Z. Ind. Xen. Cyr., praeeunte Sch. in „μετ. *animae* iuvenum *traducuntur* averſae *ab* honeſtis *diſciplinis*" ut Stp. Th. 2, 1572. B. m. ſub Lat. eodem tenet locum hunc ſine Vs. alia, cf. act. phyſice Ind. Geop., ſed tropice etiam Dion. H. S. T. 2., ut ad Heſ. 2, 588. N. 26. et Suid. 2, 544. m., tropo remoto, ut ſit h. l. in paſſ. doctrinam odiſſe, aſpernari, rel., quae §. pr. ad ἀφην., et, per tropum alium conſuetum magis, abduci, abstrahi; ſtante hic iterum compoſ. pro ſimpl., de Noſtro ex arte rhetorum (cf. Ern. rh. §. 321. e.) verſante in uſu metaphorarum, ubi ſubiecto, per proprium vocabulum expreſſo, αἱ τῶν ν. ψ., tribuuntur diverſae metaphorae, a variisque rebus ductae, ἐξολ. et μετοχ., ubi facile comparationem adiuves, ſi voluptates fingas aquam, fluvium, torrentem rapidum, in quem lapſa iuventus abripiatur et alio abducatur; rem ipſam nimis docente experientia, quam facile adoleſcentes per voluptates avocentur a litterarum ſtudiis.

οἷα) F. οἷα δὲ λ. ſ. καὶ, οἷα δὴ λ. ſ. καὶ μὴν καὶ οἱ. δὴ. λ. *Steph.* Aut οἷα eſt cauſalis, et exponendum, *eum* utpote *virum doctum*, maxime *terrebat*, aut οἷα μάλιστα eſt pro ὡς μάλιστα. — οἷα δὴ valet hic utpote ſ. quippe, v. Vig. p. 96. *Leisn.* Malim καὶ, οἷα δὴ λ. *Reisk.*

Hoc Stp. medium cum tertio violentum eſt, cum Vig. p. 121. e. Zeunio explicante ſimiliter οἷα δὴ per *utpote* ex Hoog. Op. p. 1272. i. Nr. 7., ubi deinde Nr. 10. etiam per ſimpl. *ut* redditur, etiam in Vs. Barn., ut ap. Schol. per ὥσπερ, it. ὅσον et ὡς, ut Hoog. l. l. p. 1271. Nr. 4. ſolum οἷα per *ut*; plane non producente Stp. Th. οἷα δὴ, ſed modo 3, 454. D. „οἷα, utpote, — (et 1, 966. D.) δὴ eſt expletiva cum οἷος et adv. οἷον" e Bud. C. 1293, 10. ſed L. Ern. v. e. „οἷα, οἷά γε, οἷα δὴ, utpote, quippe" me non negligente δὴ, nec οἷα δὴ modo per illud Lat. alterutrum reddente, cum ſit merum οἷα, ſed vertente δὴ ſeparatim, ut nec Heſ. 2, 721. i. enecat, οἷα, ὥσπερ, — οἷα δὴ, ἅτε δὴ, ὥσπερ δὴ, quanquam ſic nec interpretatur; pendente re omni ac verſione a loco, quem οἷα δὴ habeat, ut, ſi ſtat poſt comma et in media periodo, liceat reddi *utpote ſcilicet*, ſ. *ut ſcilicet*, ſ. *tanquam ſcilicet*, ſicut in Plat. οἷα δὴ θεός, *ut* ſcilicet *Deus*, ſ. dividendo *ut* deus *ſcilicet*, cum noſtratibus, *als* Gott *nämlich*; in quo de δὴ, pro ſcilicet ſ. nempe, nemo ambigit, ut ad Plat. Ph. p. 150. i. τοιαῦτα ἄττα εἶπεν, οἷα δὴ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες, diſerte Fiſch. p. ſq. b. e. exponit, quanquam ibi οἷα, (cf. Z. Ind. Xen. Cyr. v. δὴ) etiam proprie ſumi poteſt pro pron. *qualia* ſ. *quae*, e pr. εἶπεν repetendo inf. εἰπεῖν, talia *quaedam* dixit, *qualia* ſcilicet *dicere* ſolent *mulieres*, cum et τοιαῦτα, ad οἷα relativum, praecedat, quo ſine vulgo οἷα

ὄρα πολυΐστορα [t], μάλιστα tiſcium, maxime perturbabat

t) Nullum comma hic in Bs. 1. al., v. N.

capimus pro adv., ubi proprie ellipſis eſt pr. κατὰ, ut ſit καθ' οἷα, quod deinde valet pro adv., e lege praepoſitionis cum nomine quocunque, ut καθ' ἃ, ſ. καθὰ, it. καθάπερ, ab Heſ. opportune comparatum antea, cf. L. Boſ. Ell. p. 513. in ſyn. „ἃ, — καθ' ἃ, λ." Iam porro οἷα δὴ poſt punctum et ab init. enunciationis periodique novae, ut hic, ſimiliter Bg. cepit in ſuo, ordinem modo invertens, pro *ut nimirum*, forte quod Latt. elegantiores illud adv. cum rel. ſyn., *ſcilicet* et *nempe*, libentius in fronte ponunt, quam in media oratione cum more Vern. linguae, idque tum, ubi praecedentia explicare ſolent ac demonſtrare, nec illa ſemper proxima, ſed et interdum paulo remotiora; quo ſenſu δὴ cum Bg. ſumtum referas non ad ſententiam explicandam atque demonſtrandam §. pr., ſed ad illud §. 3. i. δεδιὼς λ. remotius. Enimvero cum δὴ, ut alibi docebimus, ſaepe ponatur pro Lat. *igitur*, in primis poſt punctum et ab init. periodorum atque enunciationum, idque etiam poſt parentheſin, aut poſt interiecta, in reditu ad rem priorem et propoſitam, ut ipſum illud Lat. *igitur:* equidem δὴ h. l. ſic accipio, reddoque οἷα δὴ *ut igitur*, vel, de Bg. ordine, *igitur ut.* Scilicet Noſter, poſt ſententiam §. pr., a ſe inſperſam de more bonorum ſcriptorum atque hiſtoricorum, qui ubique cauſas rerum adiungunt, lectorem nunc revocat ad ſuperius δεδιὼς, et ad ipſum Marcum, quo de et de cuius ſolicitudine dicere coeperat. Sive igitur ſic nobiscum, ſive cum Bg. δὴ ſumatur: cum interpretando locus hic iuvari queat, quid opus eſt correctionibus? Quarum Stp. prima οἷα δὲ lenior quidem eſt caeteris, habens ſpeciem aliquam inde, quod δὲ et δὴ ſaepe confuſa aut ſunt, aut certe creduntur, ſed non eſt neceſſaria, quia δὴ vulg. edit ſenſum commodum aliquem. Debuit vero Stp. explicare, quomodo δὲ ſuum hic caperet. Si ſumebat, ut Lat. *ſed*, non ſenſu proprio, quo adverſatur, ſed in nova re qualicunque, ut continuet orationem: quanquam per ſe procedebat, tamen, invitis libris, non licebat tentare. Sin capiebat, ut idem Lat. *ſed*, in reditu ad ſuperiora: cum δὴ vulg. idem ſignificaret, vel ſic emendatio erat inanis. At Stp. videtur ad ſuam coniecturam veniſſe, ut alias, per P. hic *inſuper*, quod ceperit pro praeterea, porro, etiam; quo ſenſu δὲ ſane adhibetur alias, nec eſt ab h. l. alienum; ut tamen ad emendandum non ſufficiat auctoritas ſolius P., libere verſantis tum alibi, tum hic, οἷα oppreſſo; ſicut Stp. omnino inconſtans eſt, volens contra alibi δὴ pro δὲ, v. ad Char. p. 461. ſ. p. 459. m. ad p. 86. 17. D'Orv., qui et ipſe inter οἷα δὲ et οἷα δὴ non videtur ſtatuere diſcrimen, quia δὲ pro δὴ Attice poſſit accipi, quo de infra 1, 9, 14. Hic Sch. „δὴ, coniungitur et cum aliis particulis, οἷα δὴ, *inſuper*, (male e P.) utpote, *veluti*, οἱ. δὴ, veluti, *tanquam.*"

πολυΐστορα) multarum rerum peritum, ſ. multarum hiſtoriarum peritum, ſ. multum in hiſtoria verſatum. *Steph.* in m. P., ſed in Th. 1, 1113. E. e. modo „*multiſcius*, multiplici doctrina praeditus. Hoc cognomento fuit ornatus quidam Alexander, teſte Plin." ſine auctoritate adeo, quam nec ego reperi de perſ. quidem, ſed de re ap. Orph. h. 6, 12., cf. ſuper illo Stp. cognomine Fabr. B. Gr. loca V. 14. Ind. v. Alex. Corn. et G. Th. cum Gr. n. „*polyhiſtor*, — multiſcius, et Suet. Gramm. c. 20. *Corn.* Alexandrum, *Gramm.* Graecum, *quem*, propter *antiquitatis* noti-

ἐτάραττε μνήμη τῶν ἐν νεότητι ipſum memoria eorum, qui *βασιλείαν παραλαβόντων* [u], in adoleſcentia imperium ſuſce-

u) Comma hoc in B. 2. L. al., colon in Stp. rel. et punctum in A. al.

tiam, *Polyhiſtorem* multi, *quidam* Hiſtoriam *vocabant*; quam ob cauſam et hic Noſter Marcum ita nominarit, ut qui λόγων ἀρχαιότητος ἦν ἐραστὴς 1, 2, 4., vel etiam propter hiſtoriae notitiam, cum et §§. ſqq. pertineant ad hiſtorica facta; ut tamen in re ambigua ſufficiat Bg. ſeverum, et ampliſſimae cum Gr. notionis, ut ſit valde peritus hiſtoriarum non modo, ſed et aliarum rerum philoſophicarumque, in primis morum et animorum humanorum atque iuvenilium, quos aperuit Noſter §. 3. ſq., ubi πολὺ per adv. illud *valde* cum adi. Lat. procedet, ſed et liberius hoc per adi. et ſubſt., *vir* multae *ſcientiae*, multarum litterarum, maxime ad noſtratium morem, *ihn nun*, als *einen* Mann *von* vieler *Wiſſenſchaft*, beunruhigte *vorzüglich*, rel., ſed Sch. „*virum*, multarum *rerum* cognitione *praeditum*" dum Bg. e P. ſervat Lat. ad ἄνδρ., poſt v. ἐταρ. demum ſupplens pron. *ipſum*, credo, e ratione Vernacula, quae, membro aliquo praemiſſo, quale illud Gr. οἱ. ἀ. π., deinde pronomen demonſtr. ſubiicit verbo; quae formula an Latinorum quoque ſit, non memini, ſed hoc, alteram rationem, qua ante uſus ſum, ut pron. tale, v. c. *ihn*, collocarem in fronte, eſſe et ipſam noſtratibus frequentem, et ſeveriorem, cum e dialectica ſubtilitate enunciatio tota debuerit haec eſſe, ἡ δὴ μνήμη τῶν — παραλ. μαλ. ἐτάραττεν αὐτὸν, οἷα ἄνδρα πολ., quae ſi convertitur: adhibito pron. iſto, exiſtit alia haec, αὐτὸν δὴ, οἱ. ἀ. πολ., μαλ. ἐτ., ſed, oppreſſo rurſus pron., Noſtri illud, οἱ. δὴ ἀ. πολ. λ., cum δὴ in proſa quidem non occupet locum primum; e quibus et pendet huius loci diſtinctio. Nam Bg. debuit comma poſt πολ. aſſumere, ob pron. demum poſt ἐταρ. adiectum; ut pariter comma poſt πολ. valebit, ubi αὐτὸν vel abſens, vel praeſens finxeris, cum οἱ. ἀ. πολ. membrum ſit peculiare, quanquam mancum, oppreſſo particip. ὄντα. Denique prae P. in v. ταρ. Bg. melius verſatur, etſi per comp. pro ſimpl. ſine neceſſitate, cf. §. 12., aliunde adhibente Stp. Th. iſta Latt., etiam in notionem hanc 3, 1244. e., ut *res* aliqua *turbare* dicatur *aliquem*, cum animum eius perturbat, i. reddit triſtem, ſolicitum, non tranquillum, et implet curis, cogitationibus triſtibus, triſtitia, metu futuri; pro quo haud dubie Noſter ad variandum uſurpat §. 8. ἐλύπει, cf. Dem. 15, 13. (quod et Stp. l. l. norat) τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει, ſeq. quaſi explicat., καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει, ſed G. Th. in Bg. διαταράττω, valde turbo" et i. q. ſimpl., ut Bg. ceperit ob adiectum adv., cf. Niz. „*pert.*, turbo" Cl. Cic. cum Ind. Cort. Sall.

βασιλ. παραλ.) Stp. Th. 2, 578. E. „παραλαμβάνειν ἀρχὴν, accipere *imperium*, pro ſuccedere imperio, ſ. cum aliis huiusmodi acc., frequens eſt ap. hiſtoricos" ſubiecto tantum uno loco Noſtri 7, 1, 2., neque ex alio ſcriptore, cf. N. T. Ebr. 12, 28. βασ. ἀσάλευτον παραλ., ubi v. Intrp., nominatim L. Boſ. p. 236., qui ait „παρ. frequenter Graecis eſſe accipere a maioribus, ut liberi a parentibus relicta bona accipiunt" L. N. T., quorum Schw. locum Plat. ſimiliter explicat, Abr. Dil. Th. p. 691. Munth. p. 454. e. Bud. C. 785, 44. et Ind. Fiſch. Pal., ubi et in malam partem, de iis, qui imperium occupant violento modo, ut ap. Iſocr. Ev. Ind., cuius locus e p. 19. l. 15. inſignis, παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν —

τοῦτο μὲν [x] Διονυσίου τοῦ piſſent: cum Dionyſii Siciliae

x) Nihil hic in B. 1. B. 2. L. et Pat., pro commate rel.; etiam poſt δὲ, v. N.

παραλαβεῖν λ., ubi diſertum π. τῶν πρ., quod alii in ipſo v. iam contineri volunt, cui par in pr. τῶν — τὰς πατρικὰς βασιλείας παραλαβόντων, per aliud iterum adiunctum; ut π. in tali contextu nihil ſit, quam Lat. *accipere*, pro adipiſci, ſ. conſequi, aut interdum i. q. ſimpl. capere et capeſſere, cf. Ind. Thuc. et Dem., quo et ſpectet Bg., cuius formulam G. Th. 678, 66. affert ſine explic., quam comparo cum illis, *laborem*, negotium, *ſuſcipere*, quae ſunt proprie pro in ſe recipere, cf. Ind. Iuſt., ut ad Sall. Iug. 14, 12. laborem *ſuſcipere* Cort. p. 477. a. m. bene comparat Caeſ. b. G. 3, 14, 1. fruſtra *tantum* laborem *capi*; unde Bg. iterum comp. uſurpet pro ſimpl., cf. G. Th. v. *capeſſere*" fere i. q. capere, — *ſolennia regni*, i. imperium ſolenni ritu ſuſcipere" Cort. Sall. Cat. 52, 5. e. 5, 6., ſumendo hic vocab. βασ. amplo ſenſu, ob ſqq. reges, non imperatores, tropoque, cum regum iuvenum memoria dr. perturbare animum Marci, ſ. cogitatio eorum, quam memoria ſuggerebat, reſolvendo in haec, ut Marcus fieret triſtis, quoties recordaretur ac cogitaret reges iſtos iuvenes, tam male agentes, quia metuebat, ne filius eos imitaretur; quae cauſa hic ſupplenda eſt, et demum §. 11. leviter attingitur.

tum eſt duplex legitime, ſed ſimplex infra 7, 8, 23. οὓς τοῖς ὅπλοις κεχείρωτο, ἢ πείσας ἐς φιλίαν καὶ συμμαχίαν ἐπῆκτο, ubi Bg. adhibet P. Lat. huius loci *ſubiecerat*, cui addendo pron. *ſibi*, aſſequaris vim med., deſertam a Bg. cum aliis aliunde, v. Bud. C. 433, 5. Stp. Th. 4, 459. E. et Sb. Ind., ubi ad alterum Noſtri locum adhibetur Lat. *ſubiugare*, quod eſt h. l. Vern. vet. *unter das Ioch bringen*, ſed recentiorum *unteriochen*, neque hoc, neque alio noſtrate aut Lat. (cum nec ſeverum *mancipare* ap. G. Th. ita late pateat) accedente ad Gr., quod h. l. generali notione ſumendum, pro redigere in poteſtatem ſuam, ſuaeque ditionis facere et ſibi conciliare, quia ſequuntur modi duo, amicus et violentus, cf. Abr. Dil. Th. p. 616. m. Heſ. 2, 1547. e. Suid. 2, 305. e. Ind. Thuc. Dion. H. S. T. 1. Diod. S. Polb. Ern. Ael. V. h. Luc. Xen. Cyr. et Bach., ſed ſine Ind. Dem. 153, 24. et Bg. ap. G. Th. „ſub ſuam poteſtatem agere, cogere" cf. Cort. ad Sall. Cat. 10, 1. et Ind. Liv. Ern. ex 30, 9. 1. *ipſe cum robore* exercitus *urbes* circa — *partim* ſpe, *partim* metu, *partim* vi *ſubegit*, bene adeo delectum, cum latiſſime pateat.

τοὺς μὲν) ſq. τῶν δὲ Bg. ex parte cum P. *partim — alios*, quae erat conſecutio non ſolius Sall. inconſtantis, cf. Cort. ad Cat. 2, 1. 61, 8. et Iug. 83, 3., ſed et Cic., cf. Cl., G. Th. v. *partim* e. Hor. Turſ. p. 687. ſqq. cum Ind. Corn. N., omittente Bg. μὲν et δὲ cum aliis, cf. 1, 1, 6. Stp. Th. 2, 1151. C. et Vig. p. 3. N. 4., tenentibus Lat. pron. *hic* et *ille*, ſed et eadem bis, *hic—hic*, ſ. *ille—ille*, cf. Hor. Turſ. p. 340. m. ſqq. 390. e. Praef. ad Thuc. Duk. ad p. 124., ad Luc. 1, 539. N. 66. et Ind. Ael. V. h. v. ὁ i., praeter quam rationem eſt et altera, cum artic. poſtpoſitivus ad ſe refertur, quo de alibi, et tertia, quae componit artic. utr., v. Ienſ. L. Luc. p. 406. m. ad Ael. V. h. 6, 1. p. 442. N. 10. it. 13, 46. p. 926. N. 6. et ad Vig. p. 25. b., ubi et tangitur quarta, cum articulis reſpondent ſyn. pron. quaedam, ut τινὲς, ἄλλοι, ἕτεροι, vel ne haec quidem, ſed quaecunque alia vocab., ut πολλοὶ, etiam nomina propria, v. c. populorum, cf. ib. p. 3. b. m. et c., unde quintam et ſextam conſtituas, cf. Hom. Ὀδ. γ', 421. 423. 425. 427. ὁ μὲν — εἷς δ' — εἷς δ' αὖ — οἱ δ' ἄλλοι. In ſq. Sch. „πειθῷ, dat. πειθοῖ (a P. omiſſus) προσάγειν (ſic, non med.) εἴς τι, *vi* perſuadendi *adſciſcere* in aliquid, ut ſponte id faciant, opp. vi armorum, — ἐς, in *ſoc.*, amicitiam *adiungere*" cf. Exc.

τῶν δὲ) Rectius, quam in Cod. τοὺς δὲ κρ., licet κρατεῖν ita quoque accuſativo iunctum inveniatur. Porro καὶ excidit ob ſq. κρατ., quod ab eadem litera incipit. Caeterum de Quadis, Marcomannis, Hermunduris, Suevis aliisque loqui videtur Herodi., de quibus v. Capit. et Xiph. *Stroth.*

Ab extremis ut initium fiat: cf. Xiph. 366, 20., ſed Cap. in M. c. 21. e. p. 370. Gat. ad Ant. 1, 17. e. p. 34. b. D. et Heyn. H. 4, 1009. e. Tum recte iudicatum de καὶ, quod, pro *etiam* iterum omiſſum ab Inttp. Lat., non item a Sch., poſt δὲ in formula illa diſtributiva articulorum

τήσας ἦν τοῖς ὅπλοις. ἦσαν δέ 13. vicerat. Erant etiam non τινες, οἱ διαδράντες [f] πρὸς τὸ nulli, qui elapſi in praeſens

f) In Ms. Ba deeſt οἱ διαδρ. et deinceps eſt πρὸς τε τὸ παρ. *Mart.* In Excp. Ms. Vi. modo ſic „πρὸς τὸ — πρός τε το“ atque adeo tantum alio accentu, et in edd. poſt διαδρ. comma aliquod, vel nullum, v. N.

adiicitur tum ap. Noſtrum 7, 11, 7. m., tum ap. alios, cf. Exc. ad hunc locum e Diod. et ad Vig. p. 4. a., noſtris Mss. perimentibus id καὶ deinceps ſaepe poſt δὲ et τὲ, eodem ſenſu aut alio, et alibi quoque dantibus verbo caſum alium, qui h. l., quanquam cum v. κρ. conſiſtens, v. Exc., tamen et ſcribae lapſus ſit in finitionibus ων et ους, variantibus infra etiam, et in litteris ω et ου, it. ν et ς, ſaepe confuſis. In Martini autem ratione, cum bene habeant poſteriora, tamen non intelligo prius, quomodo τοὺς δὲ pendeat a pr. v. προσηγ., ut ſenſus exiſtat commodus, cum lectio vulg. ſit commendabilior a concinnitate membrorumque aequalitate, reſpondentibus ſibi τοὺς μὲν — τῶν δὲ, ante verba ſua poſitis, it. dat. πειθοῖ — τοῖς ὅπλ., quod ſubſt. hic cum artic. effertur, ſed 1, 6, 24. ſine eo ac diſcrimine ὅπλ. ἐχειρώσαντο, cf. Dem. ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλ. 98, 1. 290, 25., qui et eodem ſenſu κρατεῖν τῷ πολέμῳ 145, 1. 387, 7. 19., ut πολέμῳ χειρώσασθαι Dion. H. S. T. 1. 113, 8., non tenente Stp. Th. formulam noſtram, ſed in v. Lat. Bg. tamen, ap. G. Th. cum Gr. n., ubi tantum 1026, 19. „bello *vincere* Lucan“ cf. Caeſ. b. G. 1, 34. e. 1, 45. e., quod eſt illud Gr. ante, par ad ſenſum, cum *arma* ponantur pro bello, v. G. Th. 453, 64. ſqq. et p. ſq. l. 32. ſqq. it. Ind. Tac., ſicut non modo *armis* reperitur cum v. aliquo ſyn., cf. Ind. Flor. et Iuſt., ſed etiam cum Bg. v., cf. Ind. Corn. N. *armis* „alicuius *vinci*, i. potentia, robore bellico“ ex veris numeris 2, 4, 5. e., retinente Sch. e P. duo ſubſt. in ὅπλ., ſed in „ἦν cum particip. aor. ſignificat plusq.“ cf. Exc.

ἦσαν) F. ἦσαν δὲ καί τινες λ. *Reisk.* quomodo ſane Noſter ſcribit in tranſitu ad alia, ſed et ſine καὶ, cf. 2, 14, 9. i., nihil iuvante P. et hinc Bg. *etiam*, cum uterque δὲ, pro τὲ acceptum, ſic reddant alibi, in τιν. Bg. retinente P. ſyn., cf. Stp. Th. 3, 1548. A.

οἱ διαδρ.) Ms. Ba. lectio duplex eſt, in omiſſis οἱ διαδρ., deinde in τὲ poſt πρ. addito, ſtulta illa, et forte ſic orta, ut, cum aliquis iſta omiſiſſet, alius, videns, ſeriem non conſtare ſine copula, τὲ adderet, ſed ut, quare omiſſa ſint illa, non dixerim, nec appareat cauſa, niſi exciderint ob pr. τινὲς, ſimile verbo δ. in extremis, aut librarius non componere potuerit διαδρ. cum ἀναχ., quae etiam male habuerunt P., qui in illo τὲ non faveat Codici, ſi repures, a P. particip. διαδρ. reſolutum eſſe in tempus finitum, et formulam ἦσ. τ. οἱ mutatam in privum pron. τινὲς, cf. 1, 1, 3. et 7., libere praeterea addito pron. αὐτῶν, quod τινὲς αὐτῶν per ſyn. τινὲς ἐξ αὐτῶν explicavit, praeclare ſenſum dante Bg. in recte verſo v. διαδρᾶν, quod h. l. non ſtare, non expectare hoſtem et impetum, non congredi velle cum Rom. exercitu, aut non manere ſuis in ſedibus, eas relinquere, Lat. *diffugere*, aufugere, *effugere*, it. ſimpl. *fugere*, cf. Stp. Th. aliunde pauperem, Suid. 1, 552. m. Heſ. 1, 941. m. e. 980. i. Thom. M. p. 229., cuius diſcrimen, quanquam a Stp. Th. 1, 1051. F. repetitum, non eſt perpetuum; ponente noſtrum Sch. ſub „διαδράω, quum effugiſſent“ (quo Lat. explicatur Bg. ap. G. Th.) at nobis dantibus in Ind. ſta-

παρὸν ἀνακεχωρήκεσαν [t] δέει receſſerant metu praeſentiae

t) Comma hic in edd., praeter B. 1. et Ms. Bg.

tim ſub διαδράναι, cum L. Ern. „ab inuſitato διαδίδρημι, pro quo uſitatum διαδιδράσκω" a quo quae ducuntur manifeſto, nos etiam ſeparavimus, aliis miſcentibus, ut Ind. Luc. ſub διαδιδράσκω habetur 2, 123. l. 75. διαδράναι, *aufugere*, ubi bene comparatur 1, 625. l. 98. διαφυγεῖν, ut 2, 911. l. 3. *effugere*, ſq. mox ἐκφεύγειν, add. 1, 775. l. 19. *fugere*, Thuc. 503, 66. διαδιδράσκοντες, fuga *elapſi*, ubi praeced. διέφυγον, ap. Dion. H. S. T. 1. διαδρᾶναι, hoc accentu, *evadere*, ut Polb. Ern. ſub διατρέχω, ubi in textu διαδραίη T. 2. p. 121. i., cf. Ariſt. Kuſt. ſub διαδιδράσκω, — διαδεδρακότας, *tergum* dare *hoſtibus*, ad ditandos etiam libellos Grammat. Tum πρ. τὸ π. quorſum referatur, ad pr., an ad ſq. v., perinde eſt ad ſenſum; ut tamen potius trahatur ad ſq. cum P., e quo Bg. exprimit proprie illud aliud Dem. εἰς τὸ π., ut Stp. Th. quoque in πρ. 2, 572. e. ſine auctore, ſed 1, 1134. G. i. „quum dicunt εἰς ſ. πρὸς τ. π., non poteſt ſubaudiri ſubſt. χρόνος, (nec tamen allato alio ſubſt.) — ex tempore, it. ex praeſenti rerum conditione" cf. Thuc. ſine Ind. 2, 59. m. ob *praeſentem* rerum *ſtatum*, 3, 40. e., ſed 2, 6. i. πρὸς τὰ παρόντα, pro *praeſenti* rerum *ſtatu*; in quibus ſuppleas potius πρᾶγμα ſ. πράγματα, Lat. *in* rem *praeſentem*, ſ. ob ſ. ſecundum; ut contra, cum de tempore, quod proprie dicitur, valet, ut in loco Iſocr. ap. Stp. et h. l., ſupplebimus cum L. N. T. Krb. in v. p. 483. m. „π. τ. π., ſc. μέρος τοῦ χρόνου, *ad* praeſens *tempus*" ſed Fiſch. modo „ad *praeſens*" cf. Herodt. p. 10. l. 92. cum Bg., pro quo p. 45. l. 29. ἐν τῷ παρεόντι χρόνῳ, hoc *tempore*, et per ellipſin ſubſt. rurſus ἐν τῷ παρόντι Luc. 1, 750. l. 40. it. 857. l. 29. it. 227. l. 37. cf. Ind. Xen. Cyr. Z. v. ἐν in. et Thuc. 2, 41. i. 2, 63. m. etc. ſed 6, 82. m. tunc *temporis*, ut 1, 95. e. ἐν τῷ τότε παρόντι, cf. Abr. Dil. p. 99. i. et ἐν τῷ παρόντι νῦν Ind. Xen. Cyr. Z. v. π., tacente prorſus in hanc partem L. Boſ. Ell., ſed G. Th. tenente Bg. formulam modo in praep. 1026, 5. ſqq., non item alteram illam *ad praeſens*, qua de cf. Ind. Amm. M. Ern. „i. q. in praeſenti" Suet. Burm. v. *ad* et Corn. N. cum explic. Ern. ante et „Tac. in *praeſens*" ſine Ind., in quibus eſt ſimilis ellipſis ſubſt., expreſſi in Iuſt. Ind. „*ad* praeſ. *tempus*, pro iam, — in *praeſenti*, quod itidem eſt pro tunc temporis."

ἀνακεχ.) Bg. Lat., ap. G. Th. cum Gr. n., praeter Ind. Xen. Cyr. Z., tenuit etiam aliunde Stp. Th., cuius locus e Dem. ſine Ind. eſt 123, 19., cf. Thuc. Ind., negligente P. hic, ubi, ut et 7, 2, 6. et 10. de iiſdem Germanis ſignificat, receſſiſſe in terras ſuas interiores, et maxime in ſylvas, tum ibi commodius pugnaturos, tum ſalutis cauſa, ut tutius laterent: ut ἀναχ. dr. proprie de iis, qui ſecedunt ſecuritatis et incolumitatis ergo, cf. Loesn. p. 4. i. et de Germanorum iſto more etiam Caeſ. b. G. 6, 10, 4. ſq. 6, 29, 1. 6, 31, 2. 6, 34, 1. 4. 6. et 6, 43, 5., in ſq. non tenente Stp. Th. ſubſt. δ. cum gen., cf. Ind. Thuc. et Ael. V. h., qui, ut Lat. *metus* et *timor*, (ap. G. Th. cum Gr. n.) reſolvitur per praep. aliquam, prae, de, erga; ut dat. ſ. potius abl. par eſt illi formulae 7, 5, 9. ὑπὸ δέους, opprimente P. pron., non item Sch. „τ. tanti *princ.* —, ut non opus ſit cum Stp. 2, 9, 14. putare, P. legiſſe τοσ." quae et hic valent contra ed. Edb., ſi qua correctio incidit, nec potius operarum error, variantibus iſtis voc. infra etiam, reddente Bg. per ſyn. formulam, cum Stp. Th. aliunde, qui et ſeverum tenet *talis*, pro tan-

τῆς παρουσίας τοιούτου[u] βασιλέως. ὑπώπτευεν οὖν, μὴ, τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου καταφρονήσαντες[x], ἐπιθῶνται αὐτῷ. ἐρᾷ γὰρ[y] τὸ βάρβαρον

eiusmodi principis. Vereba-
14. tur itaque, ne, aetate adoleſcentis deſpecta eum ag-
15. grederentur. Solent enim

u) τοσούτου Edb., v. N. x) In Ms. Ba. hic deſideratur comma. *Mart.* ut in Ox. cum Par. 2. y) In Ms. Ba. ἐρᾷ δὲ τὸ λ. et poſt βαρβ. comma eſt. *Mart.* De nova lect., quae habetur et in Ms. Vi., v. N., ſed comma iſtud quoque in B. 2. al.

tus, et in laude poſitum, h. l. pro tam fortis, cf. G. Th. cum Gr. n., etiam in Bg., Cort. Cic. ep. 3, 13, 5. Ind. Corn. N. et infra 1, 17, 13., it. de Gr. Ind. Ael. V. h., Fiſch. Pal., Iſ. Ev. Fd. et Xen. Cyr. Z.

ὑπωπτ.) Bene hic Bg. aliter, quam §. 2., cum ſequatur μὴ, pro timere, neſciente rectionem hanc Stp. Th., cf. Xen. Cyr. Z. ex 5, 2, 9., ut Vern. hic quoque, *er beſorgte*, ſed in P. cf. G. Th. 274, 41. „*dubitat* dicere? i. timet?“ ubi tamen et ſit pro vereri et noſtratium *ein* Bedenken *tragen*, cf. Ind. Corn. N. Flor. et Iuſt., non tenente G. Th. ſeverum *ſuſpicabatur — ne*, etſi forte procedens et ipſum, ſed me capiente ſubſt. ſq. ἡλ. cum adiuncto τοῦ μειρ. non tam univerſe cum Bg. e P., quam praecipuo ſenſu, de aetate tenera et parva, habente Stp. Th. aliunde in v. κ. etiam Bg. e P., ap. G. Th. cum Gr. n. De re, quum Marcus mortuus eſt, traditur Commodus natus fuiſſe annos XVIII, menſes VI et dies XVIII, cf. Dio C. 2, 1203. cum N., quod et prodeſt ad notionem τοῦ μειρ., qua de v. §. 2.

ἐπιθ. α.) arma in eum ſumerent, ſ. eum invaderent. P. vertit (arma *reſumerent*,) quaſi legerit πάλιν ἐπιθ. *Steph.*

Poteſt ille et ad ſenſum qualemcunque modo reddidiſſe, ut libere reddidit adv. *mox*, prudentius verſante Bg. in v. med., pro aliquem bello invadere, (cf. G. Th. 207, 76. et planius Ind. Corn. N.) nobis *angreifen*, ſ. *anfallen*, quam notionem hoſtilis aggreſſionis tenet cum hoc dat. perſ., tum in eodem rei, quo de infra, v. Bud. C. 710, 22. Stp. Th. aliunde, L. N. T., (quorum Schw. ſtatuit ellipſin ſubſt., v. c. χεῖρα, tacente L. Boſ.) Kypk. 2, 92. Krb. p. 234. m. Loesn. p. 216. m. Indd. Ael. V. h., Fiſch. omnes, it. Xen., ap. Dem. ſine Ind. 140, 5. 188, 18., Heſ. 1, 1319. e. cum N. et Suid. 1, 792. i., Sch. „reſum. *arma* adverſus *eum*“ innuente forte conſtructionem, quam facit praep. in caſu adiuncto, per enallagen, credo, dat. pro acc., ſed Bud. C. 1329, 8. hoc loco ſine Vs. utente ad rationem conſecutionis temporis, ut opinor, quo de alibi.

ἐρᾷ) Hoc non videtur *barbarorum* eſſe proprium. Etiam alii, quos inter barbaros ne ipſe quidem Herodi. numeraverit, temporibus ſerviunt, et ex ancipiti mutatione rerum pendent. κινεῖσθαι ἐπὶ ἀφ. etiam ſapientes ſolent, at non ἐ. ταῖς τυχ. Nihilo minus in rebus humanis nihil tam leve eſt, quod non magnum interdum rei momentum faciat, cf. Liv. 27, 9. i. et 45. i. Forte κινεῖσθαι eſt ſeditionem excitare, deſciſcere, i. e., ut cum Tac. loquar Ann. 14, 23. m., barbari eſſe infidi ſolent ad occaſiones, ſ. barbari ſolent in tempore deficere. Crediderim,

καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορ- barbari quibusvis de cauſis fa-

eandem rem barbaris a Liv. exprobrari 28, 17. i. *fedus ea tempeſtate regi cum Carthagin. erat, quod haud gravius ei ſanctiusque, quam* vulgo *barbaris*, quibus *ex* fortuna *pendet* fides. *Leisn.*

De re quidem, acquieſco Noſtri auctoritate, univerſe pronunciatum intelligens cum adiunctione quadam, extrinſecus aſſumendo adv. aliquod, in primis, maxime, praecipue,, et capiens artic. τὸ pro pron. demonſtr. τοῦτο, et pro ἐκεῖνο, ad ſuperiora relato, ut innuantur Germani, qui §. 12. nominati ſunt, et alibi etiam a Noſtro eminenter *barbari*, qui quam difficulter victi ſint a Romanis, et quam ſaepe ab his per opportunas occaſiones iterum defecerint, v. Tac. de mor. G. c. 37., reddente Sch. in „ἐ. αὐτὸς, *mos* eſt *illi*, (e P. partim, ſed in) τ. β. *barbara* natio" innuente ellipſin ſubſt. ἔθνος ſ. γένος, qua de nihil ap. L. Boſ., niſi in affini βαρβαρικὸν p. 105. m., qualem etiam in Lat. ſtatuas, ſuppleto ſubſt. *populi*, tacente G. Th., cf. 1, 2, 8., proferente Stp. Th. ſine auctore „τὸ β. pro barbaris" et de perſſ. tantum, ubi abſtractum pro concreto, cum dicatur quoque de re et animi affectione barbara ſ. fera, pro βαρβαρότης, ap. Eur. Hec. v. 1129., cf. Schol., ut idem Stp. Th. v. ἐρᾷν tropico hoc ſenſu ignorat, tenens modo 1, 1225. C. e. pro cupere ſ. appetere, quo de v. Bud. C. 1202, 21. Valck. Eur. Ph. p. 201. b. Abr. ad Aeſch. 1, 300., cuius e Soph. eſt Philoct. v. 660., Ind. Ariſt. K., Heſ. 1, 1414. m. Suid. 1, 849. i. 2, 67. m., pro ſolere, ut hic, nec me reperiente, nec aliud exemplum, praeter hoc Noſtri, afferente Gat. ad Ant. 10, 21. p. 303. b. D. m., ut tamen iuvent notionem iſtam tum analogia, ſicut Sb. Ind. ex h. l. „ἐρᾷ, ut φιλεῖ, *ſolet*" tum illa ipſa vis, pro cupere, et propria, pro amare, quod in iis, quae amamus et appetimus, fere coniuncta eſt conſuetudo quaedam, cf. Exc. ad 1, 2, 8., ut cum φιλεῖ ibi Noſter hic modo variarit.

καὶ) Hoc Bg. iterum negligit, quod ad notionem pro *etiam*, ſ. etiam adeo et *vel* refert quoque Sch., qua de notione intenſiva nihil eſt ap. Stp. Th. 2, 7. E. ſqq. et Bud. C. 1298, 41., ſed ad Dev. p. 178. b. N. 4[illegible] ad Vig. p. 508. m. et Hoog. Op. p. 543. i. Nr. 3. ſq. et 549. e. Nr. 7., it. Ind. Xen. Cyr. Z., quo et P. tendat *quamlibet*, pro quamvis ſ. etſi; uſuro me iſto affini *vel*, cum de ſevero *et* hoc ſenſu nihil obſervarim, Sch. in pr. ἐπὶ „ἀφ. *occaſionibus*, (referente hunc locum ad notionem praep., ubi) deſcribitur caſus cauſae" cf. 1, 2, 2. m., in quo Bg. ſeverior, v. N. ſq., at in τυχ. (ubi *P. levibus*) ſententiam modo tenet, non verſionem. Scilicet τυχὼν, propr. obvius, de perſſ. et rebus reddi ſolet ac poteſt per Lat. pron. *quilibet* et *quivis*, pro omnis, quae deinde, pro contextu, amplius definiri poſſunt atque explicari, et, de rebus quidem, per magnus ſ. parvus, ut h. l. αἱ τ. ἀφ. ſunt parvae, leves, non ſatis iuſtae, idoneae, dignae cauſae ſ. occaſiones, (dicturis forte noſtratibus *in*, bey *vorkommenden*, aufſtoſsenden *Gelegenheiten*,) cf. Stp. Th. 3, 1440. G. e aliunde, L. Ern. et N. T. Krb. cum Schw. p. 1340. b. m. 1344. e. Ind. Ael. V. h. ex 6, 12. e. Luc. Xen. Mem. S., Polb., Hſ. Plut., Long. Mor., R. Or. V. 4. 8. Lyc. et Dem., tum Vig. p. 355. i. cum N. et 296., ad Luc. 1, 588. N. 30. 2, 358. N. 80. it. p. 771. N. 21., Hſ. ad Plut. p. 87. e. R. Or. V. 9. p. 255. i. V. 10. p. 503. e. Harl. Dem. p. C. p. 309., Mor. ad Long. p. 51. Loesn. ad N. T. p. 219. i., tum ap. Dem., ſine Ind., 807, 5. 154, 12. μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα, ubi copulan-

μαῖς ῥᾶϛα κινεῖσθαι [z]. cile impelli.

z) Ms. Vi. κινούμενες. Credo equidem cum Strotho, latere hic κινούμενον. Nam bis terve male poſuit librarius noſter ες pro ον in fine vocum. *Loc.* Ms. Ve. ῥᾶϛα κινούμενος, ſed Ms. Ba. ῥᾶϛα κινούμενον λ., v. N.

tur ſyn., ſed ſine ſubſt. 289, 17. 634, 8. 288, 17. 374, 14., et cum gen. aliquo τὸν τυχόνϑ' ὑμῶν λ. 516, 20. 566, 5. et τῷ τυχόντι τῶν πολιτῶν 328, 14., ut ap. Diod. S. 1, 359. l. 50. οἱ τυχόντες τῶν ἰδιωτῶν, *quilibet* e *vulgo*, pro *quilibet civium*; ut nec omnino probo, cum ſolum ὁ τυχὼν redditur *quilibet* e *vulgo*, cf. Ind. Luc. et ad Thuc. p. 648. a. e. ad p. 316, 8., pro quo forte rectius *unus* e *vulgo* ſ. *populo*, v. Vig. p. 296. Nr. 17. Tum ſubſt. ἀφ. P. exprimit duplici ſubſt., ut alii aliis, v. Foeſ. Oec. p. 70. b. m. Ind. Polb., Pric. ad 1 Tim. 5, 14. Suic. Th. p. 604. e. Munth. p. 360. e., forte e L. Schw., tum Heyn. Epict. p. 119. e., qui tamen p. 121. i. 181. i. tantum reddit uno *occaſiones*, ut alii, v. Kypk. 2, 170. e. L. N. T. Krb. et Fiſch. et huius Ind. Theophr., ſed *anſa* Dion. H. S. T. 1., hic ut ſufficiat alterutrum, occaſio ſ. cauſa, cf. Gs. ad Luc., Bud. C. 1004. e., Stp. Th. aliunde, L. Ern., it. Ind. R. Or. V. 6. 7. lſ. et Dem., Xen. Mem. S. et Bach., it. Gat. ad Ant. 9, 1. p. 262. b. D. m., Caſ. ad Athen. 2, 175. et ad Theophr. p. 129. e., ed. Fiſch. p. 44. i., Fabr. ad S. Emp. p. 196. N. g., Hdb. ad Xen. p. 104. e. Suid. 1, 397. m. Heſ. 1, 647. i. cum N. Kuſt., cuius ſi vera ſunt: forte non audiendus Abr. Dil. Th. p. 649. m., hauriente Noſtro in uſu huius ſubſt. maxime e Dem., ap. quem eſt ſolum 451, 4., ſed cum adi. μικρὰν ἀφ. 48, 6., it. πλείϛας 128, 27., cum adiuncto ἀφορμὴν — καὶ τοὔνομα 171, 22. τὰς ἀφ. ταύτας καὶ τὰς προφάσεις 279, 25., it. cum gen. ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν λ. 16, 1., it. cum praep. πολὺ γὰρ πλείους ἀφ. εἰς τὸ λ. 24, 18. ἀφ. πρὸς τὴν λ. 156, 20. ἀφ. ἐπὶ τὰ λ. 37, 21. 546, 18.

ῥ. κιν.) Inepte Cod. Ve. ῥ. κινούμενος, niſi lateat κινούμενον, quod eleganter dictum foret, atque vera lectio eſſe videtur. Notus eſt hic participiorum uſus vel tironibus; quare exemplis non opus erit. Neque quenquam librariorum participium pro infinitivo ſubſtituiſſe puto, cum altera lectio ſit multo facilior. *Stroth.*

Codd. Ve. et Vi. vitium ſane vel ſine Cod. Ba. detegi poteſt, oſtenditque Var. L. ea, quod ad §. 12. e. τῶν dicebam, ν et ς confundi, ut et factum 1, 5, 2. m. v. δωρης. An vero lectio Ms. Ba. vera ſit, equidem non auſim affirmare, cum primo Mss. noſtri de correctionibus ſint ſuſpecti, etiam in bonam partem, exquiſita ut ſubſtituantur vulgaribus, deinde participium ortum eſſe potuerit e compendio in ſyllabis extremis, denique, quod Strothus pro certo ſumſit, v. ἐρᾶν habere poſt ſe participium, mihi non innotuerit eius rectionis exemplum, quale nec Strothus produxit, nec in ſyn. φιλεῖν, in primis in notione huius loci, pro ſolere. Unum illud memini, v. ἀγαπᾶν, pro contentum eſſe, etiam adſciſcere participium pro inf., v. Poſſ. Synt. p. 200. e. Sic capio illud Ael. V. h. 13, 41. p. 916. εἶτα οὐκ ἀγαπᾷς, — μετὰ Φωκίωνος ἀποθνήσκων; non *ergo* amas *cum* Ph. *mortem oppetere?* ſed Ind. „non facis hoc libenter?“ pro *at* non *contentus es*, cum Ph. *mori?* at non ſatis eſt tibi, quod cum Ph. moreris? at nonne libenter cum Ph. moreris? at nonne et tu libenter moreris, cum Phocioni moriendum ſit? In quo Lat. adv. ſane latet ſimul verbum et notio delectandi ſe, laetandi, cupiendi ac deſiderandi; unde ad ſenſum recte Ind. per illud adv. vertit; cumque v.

Κυμαίνουσαν οὖν [a] ἔχων το- | Fluctuantem igitur habens

a) Mſ. Ba. κυμαίνουσαν μὲν οὖν λ., v. N.

ἐρᾷν, ut ἀγαπᾷν, interdum ſit i. q. cupere, cf. N. ad §. 1.: ut reliqua affectuum verba, poteſt regere particip. loco inf., qui et in Ael. loco variat, recte reiectus, ut gloſſema; qua criſi non nocemus nobis ipſi, h. l. tuentes inf. contra Mſſ. particip., cum res ſit alia, et notio verborum diverſa; hacque aliqua analogia nondum contenti, requirimus uſum et auctoritatem ſcriptorum aliorum. Tum in v. κιν. Stp. Th. 2, 214. e. hinc reddit e P. cum Bg., comparans 4, 8, 18. ἐπὶ τοῖς βραχυτάτοις ῥᾷστα κινουμένῳ, (e quo ipſo loco Gloſſator Mſ. participium duxerit,) referensque ad κινῶ „metaph. pro moveo, commoveo, permoveo" ſed Sb. Ind. e Xiph. „κινηθέντες, motu facto rebellantes" et Dion. Caſ. „paſſ. tumultuor, ἡ Ἰβηρία, καίπερ εἰρηνεύσασα, ἐκινήθη" tum Abr. Dil. Th. p. 445. m. „Ariſtid. ἐκινήθησαν οἱ Λίβυες, ubi Schol. explicat ἀπέστησαν" et Schol. Thuc. p. 102. l. 80. ad ἥ τε ἄλλη Ἑλλὰς πᾶσα μετέωρος ἦν, ξυνιουσῶν τῶν πρώτων πόλεων, et tota reliqua Graecia animis erat erecta, quod primae civitates concurrerent, habet ſic, οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, οἱ μηδετέροις βοηθοὶ, ἐκεκίνηντο, καὶ οὐχ ἡσύχαζον. Nempe κινεῖσθαι in paſſ., quod et pro med. accipias, potiſſimum duas habet ſignificationes, primo phyſicam, qua dr. de corporibus, cum locum mutant priorem, nec manent in quiete ac ſede, quam tenuere prius; unde uſurpatur de hominibus, v. c. οἴκοθεν κινεῖσθαι, a domo moveri, ſe movere, i. venire, it. de feris, cum e luſtris moventur, excitantur, coguntur ſurgere, prodeunt et currunt, it. de aliis rebus. Deinde vero etiam adhibetur improprie de animo, qui dr. moveri ſ. commoveri, cum non manet idem, qui fuit, cum in eo fit, quod ante non fiebat, cum ſentit aliquid, cum exiſtunt in eo, (maximeque parte eius altera, quam voluntatem vulgo vocamus,) cupiditates et perturbationes, quae non patiuntur, ut ſibi par ſit ac tranquillius. Hoc ſenſu utr. opponitur ἡσυχάζειν et ἡσυχίαν ἔχειν ſ. ἄγειν, cf., praeter laudatos, Foeſ. Oec. p. 205. e. Ind. Thuc. cum Schol., Luc., Fiſch. Pal., Dem. Xen. Cyr. Z. et Abr. l. l. it. p. 156. e. 825. m. et Auct. p. 269. m. Heyn. Epict. p. 7. Cum igitur κινεῖσθαι dr., ut hic, ſenſu velut hoſtili: metaphora ducta eſſe poteſt ab alterutra vi illa, ut homines dr. moveri tum, cum in animo eorum excitantur ſenſus et affectus ingrati, ira, dolor, indignatio, quae impellunt faciuntque, ut homines arma capiant contra aliquem, bellum gerant et deficiant ab aliquo, vel cum, e domibus ſuis ac ſedibus abeuntes, alio concurrunt, ad arma, ad vexilla, ad ducem, in terrasque alienas, ut bellum inferant et ab alicuius imperio deſciſcant. E N. T. huc comparaverim Act. 21, 30. ἐκινήθη ἡ πόλις ὅλη, καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ, Lexicis verſum, non item explicatum, niſi Schw. forte, ubi haud dubie eſt de animo civium, impleri ira, etc., ob adiunctum συνδρ., quanquam hoc admittit quoque illud, abire e domibus; ſicut iſtud Schol. Thuc. eſt etiam ap. Suid. 2, 543. m. v. μετεωρ. e., cum Vs., Graeci *bellum* iam *ſpectabant*, et paulo ante „τὰς πόλεις μετεώρους, — πρὸς ἀπόστασιν οὔσας, urbes, *defectionem* iam *ſpectantes*" quod eſt proprie, *propinquae* cum eſſent *defectioni*, i. de ea cogitarent, in eam inclinarent, eam clam molirentur; noſtro in loco ſenſum exhibente Vern. utr. per phraſes remotiores, pro vicinioribus *erreget werden*, ſich *erregen* ſ. *bewegen*, ſ. *eine* Bewegung *machen*, ſ. *in* Bewegung *gerathen* ſ. *geſetzt werden*, it. liberioribus *ſich* empören, *auflehnen*; in

σαύταις φροντίσι τὴν ψυχὴν, tantis curis animum, convo-

Lat. *movere* nihil iuvantibus Ind., ſed G. Th., cum Gr. n. „— ſignificat etiam, in mente efficere mutationem, — *moveri*, ire, ferre“ 344, 93., ſed in Stp. Lat. *commovere* Cl. Cic. „c. *ſe* dr., qui aliquid moliuntur“ cf. Ind. Corn. N., et Amm. M. „*ex* commotione *priſtina* ſaevientem *plebem*, de ſeditione“ ſed in Bg. ap. G. Th. modo per incitare, nec per locum, ubi quis abſolute *impelli* dicatur, pro impelli ad tumultum, ſeditionem, bellum, (quae ſunt eum v. alias, v. Ind. Iuſt.) neque ib. aut per Indd. abſolute, cum tropice de animo et affectibus dr., ſed ſemper cum adiuncto, v. c. *impelli* in *ſpem*, ad *iram*; ut equidem potius uſurus eſſem hic Lat. *commoveri*, cf. ap. Phil. in Flacc. p. 749. D. e. ὅταν ἄρχων ἀπογνῷ τὸ δύνασθαι κρατεῖν, ἀνάγκη, τοὺς ὑπηκόους εὐθὺς ἀφηνιάζειν, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ μικρῶν καὶ τῶν τυχόντων πεφυκότας ἀνερεθίζεσθαι· ἐν οἷς τὸ Αἰγυπτικὸν τὰ πρωτεῖα φέρεται, διὰ βραχυτάτου σπινθῆρος εἰωθὸς ἐκφυσᾷν στάσεις μεγάλας, *cum* magiſtratus *impos* regendi *fit*, neceſſum eſt, *contumaces* reddi *ſubditos*, praeſertim, *qui* ſunt *natura* irritabiles, (*qui* a *parvis* et *quibusvis* rebus *ſolent* irritari,) *quo in genere* primas *ferunt* Aegyptii, *e* minima *ſcintilla* ſueti *magnas* ſeditiones *accendere*; quorum verborum praepoſitiones poſſunt noſtrae ἐπὶ ſubſtitui, ut Bg. ſuam cepérit pro ex ſ. ob, cf. Stp. Th. 1, 1211. F. e. „ἐπὶ, propter, — ἐ. μεγάλαις αἰτίαις, *magnis* de *cauſis*, i. e. magnas ob cauſas“ Vig. p. 603. m. Nr. 14. Abr. ad Aeſch. 1, 148. e. et Fiſch. ad Well. p. 385. e., qua notione convenit bene cum ſubſt. ἀφ. e Lat. Bg., ut prae Sch. *occaſionibus* vicinius eſt illud Tac. in N. Leiſn. *ad occaſiones*; quod tamen et ipſum ſit i. q. ob, cf. Ind. Iuſt. v. e. it. Corr. ad Sall. Iug. 19, 8., vel i. q. apud ſ. in, ut h. l. Vern. vet. *bey*, cf. Hor. Turſ. p. 46. Poſtremo adv. ῥ., a P. oppreſſum, Bg. libere dedit, ut alibi, gradu alio, ſed Sch. ſevere.

Κυμαίνουσ.) Verbo *fluctuare* etiam ap. La[t.] locus eſt, ubi de dubio et incerto curisque anxio animo verba faciunt. Virg. Aen. 8, 19. *cuncta videns* magno *curarum* fluctuat *aeſtu*, Apul. Mil. IV. *cum in* iſto *cogitationum* ſalo *fluctuarem*, id. de deo Socr. *motu cordis* et *ſalo* mentis *ad* omnes *cogitationum* aeſtus *fluctuare*, v. Pric. p. 183. *Leisn.*

Primo Ms. Ba. μὲν inſertum, forte ex aliis Noſtri locis, ubi μὲν οὖν ſimul eſt, quod h. l. ſit pro ſimpl. οὖν, quia nihil ſq., quod ad μὲν referatur, fortaſſis ab ingenio librarii, cum taceant Mss. rel. et P., quanquam hic cum Bg. ſolet μὲν tum opprimere, ut h. l. per ſe excidere potuit ob pr. σαν ſimilem ſyllabam. In v. κυμ. Stp. Th. noſtrum locum ſine Vs. alia ponit ſub „metaph.“ cum Lat. Bg. et *aeſtuare* et Virg. illo Leisne, nihil explicans, ut nec Bud. C. 470, 30., niſi quod Luc. 1, 306. i. ἡμῖν προσέταξε, μὴ κυμαίνειν τὴν θάλασσαν, dicit eſſe l. 40. „ἀντὶ τοῦ ταράττειν“ ubi Gs., *nobis*, ventis, Iupiter *praecepit*, ne *fluctibus* agitaremus *mare*, qui locus non erat in Ind., ſed alius ex 2, 404. l. 40., ubi, ſicut ap. Lyc. v. 1018., ponitur active, pro movere, commovere, concitare, ſ. fluctus excitare, ut ib. v. 696., ubi tamen et valere poteſt paſſive, pro concitatum eſſe, concitari, agitari, quomodo capietur et hoc Noſtri loco, cui ſimillimus Muſ. v. 332. ἡ δ', ἔτι δηθύνοντος, αὐτοῦ, ἐπ' ἀγρύπνοισιν ὀπωπαῖς Ἵστατο κυμαίνουσα πολυκλαύτοισι μερίμναις, *illa autem, morante adhuc* (eo, Leandro,) *vigilibus oculis* ſtabat, *fluctuans* luctuoſis *curis*; ubi quoque cum abl. rei; nihil huc profuturis Suid. 2, 395. i. et Heſ. 2, 375. m., ubi N. laudat Miſc. Obſ. N., unde, cum in manibus

συγκαλέσας[b] τοὺς φίλους, ὅσοι catis amicis, et quotquot ade-

b) Ms. Ba. συγκαλέσας τὲ τοὺς φ., etiam Ms. Vi., ſed τε ſine accentu, v. N.

erant, nihil notavi, ignarus adeo nunc, an ibi memoratus cum loco Orph. h. 21, 2. etiam noſter, ubi *animus* dicetur *fluctuare* curis *tam magnis* ſ. *tam multis*, cum in mente fuerint multae variaeque rerum triſtium cogitationes, ſed in voluntate triſtitia magna et multiplex e rebus variis, cum mens et cogitatio modo huc, modo illuc tracta, nec in una re defixa, ſed varias res viderit ac cogitarit, nec in voluntate fuerit ſenſus unus et conſtans, ſed diverſus, tropoque remoto, cum Marcus habuerit animum valde inquietum, plenumque ſolicitudinibus; quem tropum et noſtrates ſervent, *gleichſam* bewegt, *erregt*, ſ. *wie* von Woogen *bewegt*, ſ. *hin und her getrieben*, cf. G. Th. in Bg., cum Gr. n. „interdum commodius paſſive capitur, pro fluctibus agitari et iactari, — marinorum fluctuum ritu, huc atque illuc ventorum impetu commoveri" deferente P. etiam Sch. „κ. *animam* fluctuantem *curis*" ſed tota Noſtri formula pertinente ad eius poëtica, et tenente in v. ἐχ. cum acc. rei ac particip. ſ. adi. fortaſſis aliquid coloris Lat., cf. G. Th. v. *hab.* 855, 43. ſqq. „— animum *quietum*" it. v. *animus* 350, 100. ſqq., ubi et formula eſt alio ſenſu morali, quem novit Stp. Th. v. ψυχ. 4, 750. D. E. e. G. e., cf. Ind. Dem. et Luc. v. ἐχ. Denique particip. hic eſt ante ſubſt. cum artic. κυμ. — τὴν ψ. exquiſite, ut alias adi., cui par eſt, qua de re poſtea monemus tantum in Ind.

συγκαλ.) Purpurati et aulici et conſiliarii, qui hic φίλοι vocantur, etiam Lat. *amici* dr. Tac. Ann. 2, 12. e. Val. Flacc. 3, 205. Iuv. Sat. 4, 75. Nep. 18, 2, 4. 21, 3, 1. et 1, 3, 2. v. ib. Ind. Boſ. et quos hic laudat, et Freinsh. ad Curt. 3, 3, 14. *Leisn.*

Add. G. Th. ibique laudatos, et de Gr. Miſc. Obſ. Nov. T. 3. p. 74. it. Krb. Decr. R. p. I. p. 16. m. ut ap. Ioſeph. T. 1. p. 443. ſ. 2. i. σ. τ. πατρῴους φ., *conv.* paternis *amicis*, cum Bg. per aliam paſſ. particip. formam, ſed Sch. „cum *convocari* iuſſiſſet *amicos*" e P. partim, per v. auxiliare, cf. Suid. 3, 389. i., non coll. ad Heſ. 2, 1286. e. Tum a Mss. inſertum τὲ, ut ſaepe deinde, maxime in pluribus particip., ut hic, periodi rationem mutat, ut apodoſis fiat in particip. κουφ., praemiſſo ἐπειδὴ — συνῆλθον membro; niſi dicas, τὲ Mss. referri ad ſq. καὶ ſic, ut τὲ redundet; cum in lectione vulg. apodoſis fieri debeat ſtatim poſt ψυχ., ut in protaſi ſit unum modo membrum, ſed plura in apodoſi, cuius principalis enunciatio ſit illa ultima τοι. λογ. ἤρξατο, reliquae vero ſecundariae, varias res ac περιστάσεις complexae. In quo licebit deprehendere duo haec, primum, illam καὶ copulam cohaerere cum inferiori κουφ., alterum vero, enunciationem iſtam, ἐπειδὴ — συνῆλθον, poni pro genitivis conſequ., πάντων συνελθόντων, more etiam Lat., maxime Livii, participiis abl. conſequ. ſimiliter interſerentis aliquam enunciationem per particulas quasdam, *poſtquam*, ſ. *quum*, etc.; unde ſane hic reliqua participp. concurrant ſine copula aliqua, cf. Vig. p. 339. b. m. Nr. 17. it. Ind. Z. Xen. Pol. et Cyr. v. *aſyndeton*, qualis copula nec comparet ap. P., qui libere periodum diſſolvit, mutato etiam enunciationum ordine.

ὅσοι) Ad v. παρησ. intelligemus adv. ἐκεῖ, ibi, extra Romam, in caſtris ſ. urbe, ubi Marcus aegrotus fuit ac mortuus; non me reperiente diſerte, quinam fuerint iſti συγγενεῖς, cum Capit. memoret ſolos amicos, cum praeſentes, in M. c. 27. e. p. 396. c. 28. m. p. 399. i., tamen ut

τὲ παρῆσαν τῶν συγγενῶν, καὶ, τὸν παῖδα παραςησάμενος, ἐπειδὴ πάντες συνῆλθον, ἡσυχῆ [c] τοῦ σκίμποδος κουφίσας

rant propinquorum, filio in eorum conſpectu conſtituto, poſtquam omnes conveniſſent, paululum e grabato ſublevans

c) Sine Iota ſubſcr. ἡσ. in Stp. al., v. N.

unum ex illis nominare queam Pompeianum, cf. 1, 6, 11. 20. et plur. συγγ. valeat de uno tantum; ibi Stp. Th. nihil ferente e Noſtro, nec Lat. Bg. e P., ut nec L. Ern., at N. T. Krb.; ut et ap. G. Th. eſt Gr. n. modo in v. *cognatus*, quod iſti tenent omnes, ut magis reſpondens Gr., cum Bg. reddente et Sch., qui partim ex eodem P. in „ὅσ. *quotquot*, qui, *quicunque*" tacens de rectione cum gen., qui eſt vel a notione partitionis, cf. Poſſ. Synt. p. 45. i., vel ab ellipſi pr. ἐκ etc., qua de nihil ap. L. Boſ. et G. Th., ſed Ind. Fiſch. Aeſch. exempla genitivi, poſt ὅσ. ſtantis, ſed contra praemiſſi Fab. Aeſ. ex 121, 3. et Plut. Hſ. ex 4, 5. e. it. Poſſ. Call. p. 652. e.

παραςησ.) Sch. „π. med. cum *conſtituiſſet* in *eorum* conſpectum *filium*" partim e P., unde plenius per ordinem modo alium Bg., ſed per omnia Stp. Th. 1, 1777. F. e., revocans hunc locum ad notionem in act. et med. „pro in medium producere, etc." pro quo melius ad vim med. prope ſe ſiſtere, ſ. ſibi adſtare iubere, nobis *neben ſich ſtellen* ſ. *ſtehen heiſsen* ſ. *laſſen*, ut h. l. propius ſe ad lectulum, ubi decumbebat, cf. Dion. H. Rs. V. 2. p. 865. l. 9., ad Vig. p. 269. b. m. cum Ind. Rs. Or. V. 7. Iſ., e cuius p. 207. l. 3. producitur ib. cum dat. perſ. diſerto τόνδ' ἂν αὑτῷ παρέςατο, unde manet in med. ſimplex notio, prope ſiſtere, ſ. iubere et ſinere ſtare; recte quidem ib. edicente Vig. „in med. ſic ſumi tam in iudicio, quam extra judicium" ſed ad genus poſtr. nullo loco ſubiecto, qualis, praeter noſtrum et illum Dion., etiam eſt ib. in Ind. Sb. T. 1., Ael. V. h., Polb. Luc., ubi et ſenſu forenſi ex 3, 33. l. 8. cum N., it. R. Or. V. 4. 6. 8. Din. et Dem., cui add. 575, 11. 860, 17., ſed exime de med. illa Ind. V. 7. Ant., cf. negligenter verſa ap. Dion. H. Rs. V. 2. p. 822. l. 9. et Sb. 270, 20., tum Heſ. 2, 870. m., π., μετακαλεσάμενος, ſine N. nec coll. Suid. 3, 39. i. π., παραλαβὼν, ἑλὼν, καταςρεψάμενος, *qui* in *poteſtatem* ſuam *redegit*, qui *cepit*, qui *ſubegit*, ſic ad notiones extremas de hoſtibus, qua de alibi, non bene referente Vs. etiam primum interpretamentum, quod pertineat potius ad notionem noſtram et univerſam, cum frequens ſit παραλαμβάνειν τινὰ pro ſecum aliquem ſumere, ut comitem et ſocium ac quovis modo, v. L. N. T., Kypk. 1, 159. et Abr. Dil. Th. p. 679. i. Mox πάντες eſt ſenſu reſtrictivo, omnes, quibus opus erat ad rem praeſentem, quibusque licebat ei rei intereſſe.

ἡσυχῇ λ.) Hic habitus loqui incipientium paſſim ap. ſcriptores obvius, e. g. Hom. Ἰλ. κ', 80. ſqq. (ὀρθωθεὶς — ἐπ' ἀγκῶνος, κεφαλὴν ἐπαείρας, Ἀτρείδην προσέειπε, Neſtor, quo de v. 74. τὸν δ' εὗρεν — Εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ,) v. plura ap. Pric. ad Apul. Mil. 2. p. 110. ſq. In ſcimpodio Spanh. ad Ariſt. Nub. v. 253. putat veteres ſediſſe, non cubuiſſe. Ex h. l. autem videtur patere, eos etiam in eo procubuiſſe ſ. iacuiſſe, v. Chiment. de hon. Biſell. p. 135. Alſtorph. de lectis p. 258. Ipſe vero Marcus περὶ ἑ. εἰς ἑ. 1, 6. ſe Diogneto debere dicit, καὶ τὸ σκίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα, *quod* pro *ſtratis* grabatulum *et* pelles *expetiſſet*, caetera *que*, *quae pertinent ad Graecanicam*

ἑαυτὸν, τοιούτων λόγων ἤρξα- ſe ipſum huiusmodi orationem

inſtitutionem, ad quem loc. v. Gat. et Salm. ad Cap. (in M. c. 2. e. p. 293. N. 4. ad *quum ſtuderet* in *pallio*, et *humi* cubaret, *vix autem, matre agente*, inſtrato *pellibus* lectulo *accubaret.*) Caeterum *ſcimpodium*, (quo voc. uſus inter Lat. Gell. 19, 10.) eſt lectus humilis et parvus, grabatulus, *lit de répos*, *canapé*, v. Schol. Ariſt. Nub. l. l. (Vs. *lecto diſcubitorio*) et v. 633. (τὸν ἀσκάντην, *grabatum.*) Lectulorum eiusmodi formas v. ap. Ant. Boſ. in Roma ſubterr. p. 83. 91. et 101. *Leisn.* σκίμπους erat humilis lectus ſ. grabatum, *eine* Ruhe — *Bettſtelle*, (Vern. vet. *ein Rubebette*, aliis *ein Faulbette*,) aegrotis maxime, et in xenodochiis hoſpitibus deſtinatum, ut patet ex Themiſt. et Euſ. h. eccl. l. 6. c. 40., ubi in itinere Dionyſius ac comites eius ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων κατακείμενοι erant. Meminit horum quoque Liban. in or. de vita ſua, οἴκοι τὲ ἐπὶ τῆς κλίνης, ἐπὶ δὲ τοῦ σκίμπ. ἐν τῷ διδασκαλείῳ. *Stroth.*

Leisn. ad m. Ox. „Ariſtaen. p. 6.“ ed. Pav. med. σειόμενον ἡσυχῆ, *agitatae* modico *flamine*, immo *leniter*, ſed ed. Abr. p. 3. e. ἡσ. ſine iota; Bg. reddente per omnia e P., ſed Sch. in „κ. quum *ſublevaſſet* ſe *paul.* e *grabb.*“ cf. Exc.

τοιουτ. λ.) Cygnea haec Marci cantio valde iucunda et memorabilis intervenit hiſtoriae. Annotarunt et alii ſimiles principum morientium conciones poſtremasque de imperio curas. Ap. Xen. 8 Cyr. (8, 7, 3.) legimus Cyri orationem ad filios, ap. Theophyl. Simoc. hiſt. Mauric. l. 1. c. 1. Tiberii imperatoris, ap. Io. Cantac. Andronici imp. 2, 14. Leonis imp. moribundi orationem, a Conſtantino, ut putatur, filio verſibus politicis contextam, edidit nobis in Not. ad Conſtant. Porphyr. 1. de them. Bon. Vulcanius. Quae magis obviae ſunt, annotatione non indigent. *Boecl.*

Formula τ. λ. ἤρξ. capi poſſit ſic, ut Marcus orationem inceperit quidem, ſed non abſolverit, forte plura additurus, quia §. 15. ſcribitur, τοσαῦτα εἰπόντα τὸν Μάρκον ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία κατεσίγασεν. Alioqui ſumetur pro ſimpl. ἔλεξε τοιαῦτα, ut ἀρχ. ſit iterum in periphraſi, cf. 1, 3, 2. e. et L. N. T. Krb., quo reſpexerit P. cum Sch. in λ., qui in „ἤρξ. *incepit* ſermonem *habere*“ ſeverius verſante Bg., dum nec hoc act., nec ſyn. *coepit*, ſed deponens illud adhibuit, reſpondens Gr. medio, cf. Phil. p. 668. B. e. λ. ἤ. τοιῶνδε, ſic exorſa *eſt*, Xen. Cyr. Z. Ind., ed. Th. p. 541. β', e. ἐκάλεσε τοὺς παῖδας —. ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς φίλους —. παρόντων δὲ πάντων, ἤρχετο τοιοῦδε λόγου, *huiusmodi* orationem *exorſus eſt*, ſed p. 56. β', i. huiusmodi *verbis* alloqui *coepit*, p. 130. i. hoc *uti* ſermone *coepit*, p. 171. m. ἤρξατο λόγου τοιοῦδε, ſic *orſus eſt*, ſed p. 179. i. plane cum Bg., ut p. 368. e. ἤρχετο λ. τ. *hui.* orationem *eſt orſus*, pro quibus p. 92. m. συγκαλέσας πάντας, — ἔλεξε τοιάδε, *omnibus* convocatis, *hui.* orationem *habuit*, cum P. hic, tum 'Αν β. 2, 2, 2. i. Th. V. 2. p. 84. convocatis — *huiusmodi* quaedam *locutus eſt*, at per alias formulas Thuc. p. 60. l. 55. 144, 18. 25, 63. etc. 57, 27. et 271, 55. τοιούτους λογ. εἶπεν, *hui.* verba *fecit*, it. Dion. H. Rs. V. 2. p. 654. e. λόγον διεξῆλθε τοιοῦτον, *talem* habuit *orationem*, p. 1173. l. 12. τοιούτοις ἐχρήσατο λογ., *in hunc modum* verba *fecit*, V. 3. 1512, 16. τοιούτους διέθετο λ., *hanc* habuit *orat.*, it. Ioſeph. T. 1. p. 50. m. ποιήσασθαι τ. λ., *huiusmodi* verba *feciſſe*, p. 219. m. ſ. 7. e. ἤρξαντο πρὸς αὐτοὺς λέγειν, hui. *ad* illos *verba* facere *coeperunt*, ſed p. 399. m. ſ. 8. i. ἤρξατο λέγειν, dicere *exorſa eſt*, p. 417. m. ſ. 2. i.

το[d]. „Ἄχθεσθαι[e] μὲν ὑμᾶς[f] 2. orſus eſt. *Dolere quidem* „ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, *vos, cum ita videtis me affectum,*

d) In Ms. Ba. hic non eſt ſectio nova, ſed poſt ἤρξ. colon. *Mart.* Orationem ſq. ſeparant edd. omnes alio verſu, praeter Bc. et Pat., ſed non eadem diſtinctione, ut A. et al. cum inſcriptione inſuper: Δημηγορία τȣ βασιλέως Μάρκου. e) Ms. Ba. ἄχεσθαι λ., v. N. f) Poſt ὑμ. et διακ. comma in B. 2. al., ſed tantum poſt διακ. in Stp. et rel., et utrinque nullum in A. cum B. 1., v. N.

dicere *orſa eſt*, p. 452. i. *orſus eſt* dicere *in haec verba*; in quibus Intp. ſubſt. λόγοι varie expreſſerunt, ſed quidam cum Bg. libere in ſing., nihil proferente Stp. Th. e Noſtro, ſed tantum 2, 621. D. „Xen. Hell. 4. ἤρξατο λόγου ὁ Φαρνάβαζος. καὶ γὰρ ἦν πρεσβύτερος, inchoavit *ſermonem*“ ed. Th. V. 3. p. 199. i. *ita* loqui *coepit*, ſed ut Stp. Vs. potior ſit praebeatque aliam, quam ante, formulae notionem, qua adhibetur de eo, qui prior altero dicit, et initium facit colloquii, cf. Xen. Cyr. Th. p. 144. e. ἤρχετο τοῦ λ., *dicendi* principium *fecit*, et p. 282. m. it. Stp. Th. 1, 557. D. „Hom. Od. ὀ, (166. exordiebatur *ſermonem*,) et aliis locis, ἤρχετο μύθων, quod alibi ἤρχε μ.“ qua de forma per act. cf. Stp. p. 553. F. m. ex Ὀδ. γ', 417. ſermones *exordiebatur*, ſed Ἰλ κ', 203. loqui *coepit*; quibus comparatis, etiam in hoc v. ponatur med. pro act. De Bg. e P. in τοιουτ. cf. 1, 5, 4. e. it. 1, 17, 13.

ἄχθ. μ.) Poſt μὲν hic non ſequitur δὲ, v. Ael. V. h. 4, 10. *Leisn.* in m. Ox. Sic ſane μὲν alibi quoque ſolitarium ponitur, idque ſimiliter ab init. orationis, ut Sch. „μ. non ſequente δὲ, in primis initio orationis“ ubi vulgo putatur redundare, cf. Stp. Th. 2, 1616. C. ſq. Vig. p. 515. e. 520. N. 75. et Ind. Xen. Cyr. Z., D'Orv. Ch. p. 560. e. Abr. ad Aeſch. 1, 246. m. et Dil. Th. p. 591. Fiſch. ad Theophr. p. 126. a. e. Harl. Chr. p. C. Ind. Hdb. ad Xen. p. 11. e. Kypk. 2, 1. et Krb. L. N. T. v. e. An vero hic ita ſtet, ut diſerte cenſetur ad Luc. 3, 92. N. 9., de eo adhuc ambigi queat, cum §. 5. ἐμοὶ δὲ ſequatur, nec ſit inſolens, iſtas particulas relativas e longo demum intervallo ſibi reſpondere. E Noſtro quidem aptiora fuerint loca 2, 1, 16. et 4, 8, 16., ubi v. Rsk., ſed ap. Ael. l. l. p. 352. poſt ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ſane δὲ non ſequitur, verum alia ratio eſt, cum ibi μὲν poſt pron., ut γὲ et Lat. *quidem*, non redundet, ſed reſtringat, ſitque Lat. *certe* ſ. *ſaltem*, ſ. *quod attinet ad*, quem eius μὲν uſum nominat περιγραφικὸν Hoog. in Op. p. 665. Nr. 22., ubi tamen eidem eadem in cauſa tribuit uſum βεβαιωτικὸν, vertens „ἐμοὶ μ., mihi *quidem*, h. e. mihi profecto“ quae melius a Z. non ſunt repetita ad Vig. p. 515. ſq., etſi iam ad Luc. *l. l.* eodem inclinabatur, et in Ael. V. h. Ind. „μ. pro adſeverationis nota ponitur“ cf. G. Th. p. 39. i. „*quid.* — interdum non ſequitur particula diſtinguens“ et Ind. Liv. Ern. Altera res in Ms. lectione videtur librarii vitium, cum ἄχεσθαι, quo ſenſu habet Stp. Th. et Heſ. 1, 658. i., ſit ab h. l. alienum, et ἀχεῖσθαι, ab ἀχέω, i. q. noſtrum, non repererim, ſed modo act., cf. Suid. 1, 402. m. cum Stp. Th., qui 1, 616. E. ſqq. noſtrum aliunde recte interpretatur „paſſ. Lat. *gravor* — metaph. gravate fero, rel.“ non tamen cum Bg. e P., unde partim Sch. „*dolere*, ſ. *angi* ſuper aliqua re“ cf. Suid. 1, 404. i. ſq., non coll. ad Heſ. 1, 659. i. et e., Ind. Luc. et Xen. Z., Thuc. Dem., cui add. 97, 21. 145, 24. cum dat. perſ., ſed abſolute 98, 2.

ἐφ' οἷς) F. οὕτω διακείμενον. Eſt autem ἐφ' οἷς ὁρ. με i. q. ἐπὶ τῷ ὁρᾷν με

„θαυμαςὸν οὐδέν g. Φύσει τὲ 3. *mirum non eſt.* *Nam et na-*

g) Ms. Ba. οὐδὲν φύσει δὲ γὰρ λ., v. N.

Steph. Sed huius coniecturae nil ap. me fidei eſt, primum, quia eo confugere nihil neceſſe eſt. Dein illa locutio inſolentior eſt paulo; et haud ſcio, an ap. probum ſcriptorem reperiatur ἐφ' οἷς ὀρ. με pro ἐπὶ τῷ ὀρ. με. Nempe haud vidit Stp., ſic brevitatis cauſa locutum eſſe Herodi., ut infra quinque, ſex, ſeptem locis locutus eſt. Nam ἄχθομαι ἐφ' — διακ. poſitum eſt pro ἄχθομαι ἐπ' ἐκείνοις, ἐν οἷς λ. Sic, ut dicebam modo, inferius paulo (§. 6.) ſcripſit, ἐκ γὰρ ὧν αὐτὸς διάκειμαι λ., pro ἐξ ἐκείνων γὰρ, ἐν οἷς διάκειμαι λ. *T. Fab.* Bene habere hunc locum, docet alter §. 6. Ut enim ibi dictio ἐκ γ. ὧν ἀ. δ. πρὸς ὑμᾶς idem vult, atque ἐκ γὰρ τούτων, ἃ διάκειμαι, i. e. ἐκ τῆς ἐμῆς πρὸς ὑμᾶς διανοίας, ita hic quoque ἐφ' — διακ. idem eſt, atque ἐπὶ τούτοις, ἃ διακείμενον ὀρ. με. Suffice in locum vocabuli διακεῖσθαι, mente ſaltim, vocabulum πάσχειν, et erunt omnia plana. *Reisk.*

Sch. in „δ. in ſtatu morbi deſperati verſantem, (in art.) in *quibus* (in praep.) *ſuper ea, quae*“ cf. Exc. Hic de diſtinctione, ſaltem poſt διακ. requiritur comma, ſed poſt ὑμ. et ante praep. in tali oratione contracta editores hodie variant, ut comma ponant, vel minus, ubi nos Stp. rationem non mutavimus.

θαυμας.) In hoc adi. affert Stp. Th. tantum plenam formulam cum v. ἐςὶ, hic oppreſſo, ut alibi, v. Fiſch. ad Well. p. 339. m. D'Orv. Ch. p. 49. i. 520. i. Abr. ad Aeſch. 1, 451. Dil. Th. p. 746. et L. Ariſt. p. 114., ad Luc. 3, 541. N. 66. Ind. Ael. V. h. L. N. T. Krb. p. 194. e. Vig. p. 231. Nr. 3. ſq. cum N., ubi ſimile οὐδ. θ. e Theogn. v. 25., capiente Bg. pron. οὐδ. pro ſimpl. neg. οὐ, cf., ut et de ſyn. μηδὲν, Bud. C. 1317, 30. Stp. Th. 1, 1159. B. et 4, 1563. D., ad Orph. p. 282. e., ad Dev. p. 281. N. 32. 288. N. 52. Ind. Plut. Hſ. Xen. Cyr. Z., Thuc. et ad N. v. οὐδ., Fiſch. Aeſch. et v. μηδ., et in hoc Ael. V. h., cf. Heſ. 2, 804. i., non coll. Suid. 2, 729. i. (ex Ariſt. Ran. v. 437.) 728. e. p. ſq. i. (e Schol. Ariſt. Nub. v. 538.) 729. e. 731. m. e Schol. Ariſt. Plut. v. 884., cf. in affini ap. Eur. Iph. in T. v. 1220. P. 2. p. 100. θαυμάσῃς μηθὲν, nihil *mireris*, ſevere, cum et ſic Lat. habeant, pro non, cf. G. Th. 438, 55. ſqq., ubi tamen non eſt cum adi. *mirum* 294, 2. ſq., ſed modo *nec* ſ. *non*, et P. *minime* e Cic. 293, 102., auſuro me illud, ut ſimili ellipſi v. ſubſt. ponam *non mirum*, alio quanquam ordine, quam in Gr.

φύσει) In Ms. Ba. lectione primo comparet ſeries una, de more veterum Codd., cum poſt οὐδ. nihil ſit diſtinctionis, deinde poteſt vitium eſſe ſcribae, τὲ et δὲ confuſis ſaepe ac variantibus, ſed et Gloſſatoris opera, neſcientis, quid hic velit τὲ, etiam a P. neglectum, ſed a Bg. ſevere ſervatum, qui, bene γὰρ praeponens, τὲ refert ad ſq. τὲ §. proximae, ut duplex appareat cauſa, ad pr. enunciationem firmandam ſubiecta; iſtud τὲ γὰρ uſurpantibus et aliis, Xen. Mem. S., ſeq. καὶ 1, 1, 10. 1, 2, 54. m. 1, 6, 13. m., ſed ſq. τὲ iterum 2, 1, 9. et longiori intervallo 1, 1, 14., it. Dem., ſq. καὶ 1050, 7. b. 1418, 4., at ſq. τὲ 461, 22. 25. 933, 20. 24. 1093, 5. ſq., it. abſolute 1096, 13., niſi l. 18. referatur ἀλλὰ μὴν, qui locus adiuvet Xen. Mem. S. 1, 1, 3., ubi §. prox. ἀλλ' ſeq., poſſuntque τὲ — ἀλλὰ ad ſe relata eſſe, ut τὲ — δὲ, quo de alibi; ſed Ind. Plut. Hſ. in τὲ e. „παρέλκει 5, 3.“ in τὲ γὰρ — καὶ, ubi et Vs. negligit; tum Iſ. Ev. „τὲ γὰρ, *etenim*“ cum W. 283, 41., qui in Ann. 590,

„γὰρ τὸ ἀνθρώπινον [h] ἐλεεινὸν *tura homines miſericordes ſunt*
„ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμ- *in propinquorum calamitatibus,*

h) In Ms. Ba. τὸ ανίνον ſic per compendium eſt, et poſt ἐλ. comma. *Mart.* Compendium quidem illud an in eodem adi. ſit ap. alios, qui talia collecta dederunt, neſcio, non item ſimile in ſubſt. affini ανος, pro ἄνθρωπος, v. Fiſch. ad Well. p. 91. e. cum Alb. Gloſſ. N. T. p. 1., ſed comma idem in B. 2. al.

12. in hanc rem tacet cum Stp. Th. et Hoog. in Op., non item Z. Ind. Xen. Pol., cf. p. 190. N. §. 3., ut ap. Xen. Cyr. Z. 1, 6, 20. tolerarim τὰ γὰρ ſq. ἔπειτα. Tum, P. tacente ad φ., Sch. „natura *homines* humanis caſibus *ingemiſcunt*“ cum Bg. per ſeverum Lat. abl., cui par adv. *naturaliter*, it. ſyn. formula *naturali modo*, quae h. l. valent, convenienter hominum naturae, animo, ſenſibus, motibus, ſecundum naturalem, innatam, inſitam, ſolitam animi inſtitutionem, ſenſum, inclinationem, cum homines nati ſint cum ſenſu miſeriae alienae, cf. Ind. Ael. V. h. Stp. Th. 4, 277. D. L. N. T. Schw. p. 1401. a. i. b. e., ad Dion. Caſ. 1, 78. l. 13., ſed pro adv. valde Abr. L. Ariſt. p. 64. e., pro re vera et plane Fabr. ad S. Emp. p. 9. N. 1., cf. L. N. T. Krb. Ind. Luc. Thuc. Dem., cui add. 15, 16. 57, 7. etc. it. Xen. Ἑλλ. Th. V. 3. p. 92. m.

τὸ ἀνθρ.) Sch. „*humanitas*, humanum *genus*“ reſpiciens in extr. ad ellipſin ſubſt., cf. L. Boſ. p. 63. i. „deeſt τὸ γένος in τὸ ἀνθρώπινον, hum. *genus*“ ſine exemplo, converſum ſic et a Sb. Ind. cum ſimili loco e Xiph. 222, 8., ubi non bene Vs. *hominum natura* et *conditio*, ut ap. Stp. Th. 1, 455. F. e. modo „τὸ ἀ. pro eo, quod eſt conditio humanae naturae, ſ. res humanae“ e Plat. et Thuc., ubi ſane dr. de re ſ. abſtracto, ut de perſ. et concreto ap. Xiph. l. l. et hic ap. Noſtrum, ubi Bg. ſtatim ſic exprimit ad ſenſum neceſſarioque, cum Lat. ignorent parem ellipſin, cf. Ind. Dion. Caſ., ubi eodem ſenſu τὸ ἀνθρώπειον, quo adi. non eſt deterius noſtrum, v. Thom. M. p. 74. N. 1. et Moer. p. 26., ubi p. ſq. m. N. 4. e. ſimile Herodt. 1, 86. p. 44. l. 89. λέγων — ἐς ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον, *de* omni *hominum* genere *locutus*, redditum per ſyn. formulam duorum ſubſt. Sed Sch. porro „ἐλ. *ad* miſericordiam *proclive* eſt *hum.* genus *in hum. caſibus*“ praeter recte expletum ἐστὶ, ſenſum adi. dans longius, quam Bg. cum Sb. Ind., quod, hic dictum active, de animo et affectu, et eo, qui miſeriam alterius ac mala ſentit doletque propterea, non alibi ſic cognovi, ſed paſſive, pro miſerabilis, miſerandus, miſeratione ſ. miſericordia dignus, cf. Stp. Th. L. Ern. et N. T. Heſ. Suid., Ind. Luc. Ariſt. Kuſt., R. Or. V. 8. Din. Dem. et V. 6., ubi e V. 5. p. 812. e. ἐν μὲν τοῖς ἰδίοις ἀδικούμενοι δακρύουσι καὶ ἐλεεινοί εἰσι, ad ſpeciem quid ſimile, ob adi. cum pr. ἐν etiam, quae et h. l. pro noſtratium *bey*, per loquendi quandam brevitatem, pro cum adſunt ſ. incidunt calamitates, cum alii verſantur in calamitatibus; ut Lat. Bg. ap. G. Th. etiam activae tantum notionis, pro eo „qui ex alicuius calamitate dolorem animo ſuſcipit“ cuius Graeca alia partim non ſunt ap. Heſ. et Suid., partim per explicat., non profuturam huc; ut, niſi aliis ſimilia innotuerint loca, hanc adi. notionem in Noſtri peculiaribus poſuerim.

ὁμοφ.) Ad hanc voc. Leisn. in m. Ox. „O. M. V. 4. p. 449.“ quem locum non potui conſulere, nec, cum in manibus erant, hinc obſervavi quid, diſcedente hic Sch. a P. „eiusdem *gentis* ſ. *nationis* hominum“ et ab utr. Bg., qui forte ſumit non de iis, qui genere ac ſanguine ſeſe attin-

„Φοραῖς [i], τά τε δεινὰ, ὑπ'
„ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκα-
„λεῖται [k] μείζονα. ἐμοὶ δέ τι

4. *et mala oculis ſubiecta miſerationem provocant maiorem.* 5. *In me autem etiam aliquid*

i) Hic punctum in A. al., colon in Stp. et rel., ſed comma in B. 1. cum Ms. Bg., v. N. k) Ms. Ba. προσκαλ. v. N.

gunt, ſ. de affinibus et cognatis, ſed de iis, qui alio modo ſibi ſunt ſimiles, vicini coniunctique, cf. G. Th., et, ut Lat. *proximi*, de iis, qui ſunt ſimilis nobiscum naturae eiusdemque conditionis, qui ſunt homines, ut nos, ſocii generis humani, nobis *unſre Nächſten*, et bene Vern. vet. *Nebenmenſchen*, ut et recent. *des andern*, Lat. *alii*, pro homines alii ſ. reliqui, praeter nos; quo et tendat P. libere obliquum, *humanis* caſib. *ingemiſcere*; qua de notione latiori v. Stp. Th. aliunde, Foeſ. Oec. p. 275. a. m., Ind. Dem. Diod. S. Xen. Cyr., non me improbante, cum in pr. §. 1. m. memoret Noſter praeſentes non modo propinquos ſanguine ac genere, filium Marci Commodum et συγγενεῖς, ſed et φίλους, quibus tamen etiam conveniat notio illa de iis, qui ſunt eiusdem civitatis et imperii, cives ſ. concives; ut in συμφ. cogitamus e contextu i. q. ſq. τὰ δ., et adeo vocabulum in malam partem, cf. Suid. et Heſ. cum 2, 1297. N. 8., ad Luc. 2, 624. N. 98. ſq. Abr. ad Aeſch. 1, 316. e. cum Stp. Th. aliunde, ſine P., at cum Bg., ap. G. Th. cum Gr. n. „de infortunio et caſu adverſo" quibus aequalia noſtratium *Ereigniſſe*, ſ. *Zufälle* et *Unfälle*, quo hic utar. Quoad diſtinctionem poſt συμφ., res pendet hinc, utrum φύσει referatur tantum ad §. 3., an ſimul ad §. 4., quorum prius Bg. videtur ſequi, dum φ. in ſua Vs. poſt *et* particulam demum exprimit, cum de Noſtri ordine, in fronte ſtans, ad utr. trahi liceat; ad quam rationem nobiscum comma placebit, ut colon iis, qui φ. modo enunciationi pr. adſtringunt; unde numerus novae §. fluxerit, nobis adhuc relictus ad τά τε λ., ſed olim forte alio removendus. In ſqq. Sch., deſerto etiam P. „δ. mala, *calamitas*, (bene ſic cum Bg. ad pr. συμφ., ut tantum variationem innuat,) ὑ. *ſub* oculos *cadentia*, πεσ. mala, quae in oculos incurrunt" recte in v. aor. per praeſ. reddens, cf. Exc., ut de τὰ δ., quae Stp. Th. ne ſemel quidem attulit, Ind. Dem. Thuc. If. Ev., Xen. Bach., Αυβ. et Cyr. Z. cum Fiſch. Aeſch. et Pal. it. Abr. Dil. Th. p. 323. i.

προκαλ.) Pro hoc legitur et προσκ., qua voce ſimiliter utitur auctor 6, 9, 5. *Leisn.* qui et in m. A. utr. „B. 1. προσκ." quod mihi non repertum, ſed in ſolo Ms. Ba., de ſolenni varietate in pr. πρὸ et πρὸς, cf. Abr. Dil. Th. p. 314. 736. e. Beck. Spec. ad Eur. Hipp. p. 11. e. Ind. Dion. Caſ. it. Luc. Var. L., ſed etiam infra in Ms. Ba. ipſo, ſic, ut, ubi in textu πρὸ, ille habeat πρὸς, et contra πρὸ loco πρὸς, et ſic quoque in loco Noſtri parallelo, a Leisn. prolato; ut vel ſic propter inconſtantiam talem nulla ſit Cod. iſtius fides; qui ſi ibi vulg. προσκ. ſervaſſet: putaret quis, cum illo loco hunc noſtrum comparatum in marg., occaſionem fuiſſe hic ad varietatem; quanquam et gloſſema poteſt ſubeſſe. In univerſum προκαλ. et προσκ. ſaepiſſime variant, ſed ſic, ut ſenſu eo, quo eſt provocare in partem utr., in foro et extra, ſi in textu ſit προκ., ſervari ſoleat, contra προσκ. aut in prius mutetur, aut vituperetur, cf. ad Thuc. p. 342. N. 3., ad Luc. 1, 220. N. 68. 2, 619. l. 54. V. L. κ., ad

„καὶ πλέον ὑπάρχειν παρ' *amplius extare a vobis arbi-*

Diod. S. 1, 52. N. 74. 2, 336. N. 95., R. Or. V. 6. Ind. p. 881. m. V. 9. p. 262. m. V. 10. p. 508. e. Harl. Dem. p. Cor. p. 340 e., Sb. ad Dion. H. 2, 109. l. 9. N. et Ind., Schw. ad Onoſ. p. 26. N. 5. Stp. Th. 2, 28. D. L. Ern. et Ind. Polb. cum Xen. Mor. Ἑλλ. Tum, ut med. προκ. eo ſenſu frequentiſſimum eſt, v. ad Thuc. p. 340. N. 14. Ind. R. Or. V. 6. 7. Iſ. et Dem., Ariſt. Kuſt. Dion. H. S. Xen. Cyr. Z. Luc. Ael. V. h. ex 1, 24. e. cum N. 9. et L. N. T. Krb., ſic reperi nominatim ap. Diod. S. 2, 344. l. 3. αὕτη — προσκαλέσατο τῶν ὁρώντων τοὺς μὲν εἰς ἔλεον, τοὺς δ' εἰς ὑπερβολὴν ἐπαίνων, *illa* — ita, *ut* ſpectatorum *alios* ad *miſerationem*, alios *ad* incredibilem *ſui* laudem *commoveret*, quo loco adiuvetur Xen. Cyr. 1, 4, 4. m., cf. Z. Ind. et Suid. 3, 184. e. cum Heſ. 2, 1032. i., ſed ad v. προσκ. modo deprehendi Phil. p. 750. e. τὸν Φλάκκον εἰς τὸν αὐτὸν ἐνάγοντες καὶ προσκαλούμενοι φθόνον, *Flaccum* incitando *ad* eandem *invidiam*, Luc. 3, 411. l. 77. ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι ἐπὶ τὸν ἀναδασμὸν, *ad* diviſionem *ſe* provocaturos *minantes*, ſine V. L. et N., et R. Or. V. 3. p. 167. e. τὸ μειράκειον εἰς τὴν φιλίαν ταύτην προσκαλεσάμενος, ubi nihil V. L. et in N. modo Vs. „in *illam* pellexit *amicitiam*“ quae vereor, ut ſatis tueantur formulam Noſtri 6, 9, 5. προσκαλούμενος πάντας εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον, ubi, praeter Ms. Ba., variat quoque ed. Lugd., ut Sb. Ind., hic tenens vulg., habet προσκ., ſed προκ. in v. οἰκτ., ubi Stp. Th. 2, 1234. E. e. in altero Noſtri προσκ. ſervat, ſed ſine alio exemplo ſimili, quale nec eſt p. 29. C. ſqq. v. προσκ., ubi ne locus quidem Noſtri exhibetur ille alter, ut nec hic noſter p. 27. D. ſqq. v. προκ., nec ſimilis, ut nec in lib. de V. med. ed. F. p. 441.; ut tutiſſimum ſit, manere hic in vulg. ubi Populares nec Gr. textum, nec P. ſequuntur, cum nec noſtrates habeant eundem tropum, ſed modo ſimiles *ablocken* ſ. *entlocken*, ſ. *erwecken* et *erregen*, ſitque Lat. Bg. extra tropum nihil, quam excitare, commovere, movere, ap. G. Th. cum „παρακαλέω, προκαλίζω“ ſine loco in Bg. rationem, qualis tamen in Iuſt. Ind. ex his numeris veris 18, 6, 12. impuberes, *quae* aetas *etiam* hoſtium *miſericordiam* provocat, *aris admovebant*, rel., quod Lat., reſpondens Gr. vulg. exacte, teneat analogiam quandam, ut vel hinc ſalvum ſit vulg., oſtenſum item a P., unde Bg. et Sch. adeo, in „προσκαλεῖται ταῦτα οἱ.“ una cum altero Noſtri loco, idque in Bc. ed. utr. Ind.

ἐμοὶ) Sed, me aliquid etiam amplius a vobis habere, exiſtimo. *Steph.* Sed ego amplius quiddam a vobis expecto. *Memm.* Potius, a vobis plus expecto. *Leisn.* Pro δέ τι malet fortaſſe aliquis δ' ἔτι. Sed τὶ et retineri, et cum πλέον coniungi debere, dictat ipſa ſententia. *Sylb.*

De emendatione hic forte nemo cogitet, ſed potius de ſenſu, quem iſti ſane melius expreſſerunt, quam P., ſed ſeveritate victi omnes a Bg., omnia Gr. reddente, praeter dat. pron. ἐμ., commutatum cum praep. aliqua e Cic. p. Planc. c. 1. m., *cuius* non *exſtet* in *me* ſuum *meritum*, qui tamen et ipſe ad Att. 2, 4. m., non ut eſt in G. Th. v. 546, 92. *curabo*, *ut* huius *peregrinationis* aliquod *tibi* opus *exſtet*, cum dat. perſ. adeo, ut ſervari a Bg. potuerit in formula, ubi v. ὑπ. de re, cum dat. perſ., optime, credo, intelligetur, ſi Lat. reddatur aliquo paſſ., fieri, declarari, tribui, praeſtari, ſ. etiam act. contingere, obtingere, evenire, v. c. *mihi* vero *aliquid* etiam *amplius* declarari *a* vobis *arbitror*, nobis, *daſs mir* von *euch* werde *auch* noch *etwas* mehr *erwieſen*, erzeiget *werden*,

„ὑμῶν [1] οἴομαι. ἐκ γὰρ ὧν 6. tror. *Pro meo enim af-*

1) ἡμῶν B. 1. R. vitio ſolenni.

it. *mihi* — obtingere *a vobis*, de noſtratium ratione, *daſs* ich *von* euch *erlangen*, erhalten *werde* rel., quanquam hoc eſt proprie Lat. *me vero* quid *et* amplius *conſequi*, impetrare *a* vobis *arbitror*; formulam non intelligente P. cum Vern., ſed Sch. in „ὑπ. *habere* me *a* vobis *plus*" ſynonymice, ab ὑπ. cum dat., pro εἶναι cum dat., reddente fere cum Stp. ante, ap. quem reperi totam Th. 1, 556. B. e. in hoc „ταύτην παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς ὑπάρξασαν τιμὴν, *divinitus* delatum *honorem*, (qui et ipſe adeo v. reddit per paſſ. Lat., ut, praeter Luc. 2, 824. i., cf. Exc. ad 1, 4, 12. m., idem ſine praep. habet B. m) ὑπάρχει σοὶ ταῦτα, *haec* tibi *obtingunt* et *obveniunt*" iterum per Lat. act. noſtrum ſupra, it. C. i., et ſimul cum inf. A. i., e Bud. C. 180, 26. ſqq., ubi l. 51. Ariſtidi tribuitur illud noſtro ap. Stp. ſimillimum, non repetitum a Vig. p. 298. m., cf. Ind. R. Or. V. 4. p. 1199. i. V. 8. And. p. 525. m. et cum pr. εἰς V. 7. Ant. p. 945. e. Dem. p. 758. e. Nr. 2., Luc. ex 1, 676. l. 45. ᾧ γε τοῦτο πρῶτον ὑπῆρχεν, ὃ πολλοῖς — μόλις ἂν γένοιτο παρὰ τῆς τύχης, cui *primum* hoc *contigerit*, quod *multis* vix *a* fortuna *obtingat*; ubi poſtr. v. eſt ſyn., a Gs. praeclare expreſſum; quibus tertium addi poteſt v. affine τυγχάνειν, et ipſum habens eandem praep., cf. Stp. Th. 3, 1442. C. i. et Dem. Ind. v. e. Quod vero Bg. καὶ dedit alio loco, quaſi eſſet transpoſitum: id non videtur hic opus. Tum τὶ πλ. eodem ordine iterum 2, 3, 20., ſed alio ac pron. praepoſito πλ. τὶ ap. Thuc. p. 105. l. 70., qui et alibi πλέον, pro πλεῖον, v. Ind. et Dem., cui add. 459, 9. 488, 19., reſpiciente Noſtro ad §. 2., ut Marcus expectarit amplius quid, quam dolorem et miſerationem illam communem atque inanem, etiam officium, commodum maius ac ſingulare; ut non dicam, an Noſter ſpectarit formulas πλέον εἶναι et πλέον ἔχειν, quarum certe prior eundem dat. perſ. habet, it. πλ. γίνεσθαι, cf. Diod. S. 2, 530. N. 10. Kuſt. ad Ariſt. Plut. v. 531. D'Orv. Ch. p. 98. m. Valck. Eur. Hipp. Diatr. p. 150. i. Mor. ad Iſ. Pan. p. 4. N. c), in quibus πλ. fere pro ſubſt. fructus, commodum, utilitas, proprieque magis praeſtantia; ut tamen h. l. ſufficiat illud *aliquid amplius*, i. res maior, praeſtantior, melior, utilior, cf. L. N. T. Krb. v. πλείων e. Caeterum, quod ſupra in Vs. ὑπ. praeſ. per fut. expreſſi, non propterea malo ὑπάρξειν, quaſi confuſis litteris, ſed perſpicuitatem ſpecto maiorem in fut., pro quo ſaepe praeſ. eſt, nominatim cum noſtro v. οἴεσθαι, ut et perf. et fut., cf. Thom. M. p. 167. e.

ἐκ γὰρ) Illuſtrat phraſin et explicat Rz. ad Luc. h. acc. c. 17. T. 2. p. 812. ſqq. *Leisn.* ſed tantum διακεῖσθαι πρός τινα „*affectum eſſe* erga *aliquem*" nec hinc, nec ſimul cum ἐξ ὧν, quo de v. §. 2., noſtra ſic reddente Bud. C. 1346, i. „etenim, ut ipſe eram erga vos animo bene cupiente, ita par erat, ut a vobis quoque vices expectarem benevolentiae" qui ἐξ ὧν reſolvit in comparandi particulas, ὡς γὰρ α. δ. πρ. ὑμᾶς, οὕτως ἀμ. λ., ut Bg. e P. fere reddit quidem praep. per ſyn. Lat., ſed non artic. ſ. pron., et contra pron. perſ. α. mutat cum poſſeſſ. et v. δ. cum ſubſt. affini, cum ſane hic non poſſit ſevere agi, ſed ſaltem aliquid ſervari, v. c. *pro* eo *enim*, *ut* ſ. *quam* ipſe *affectus ſum* in *vos*, ſ. animatus ſum, ſ. ex eo enim modo, quo ego aff. ſum erga vos, ſ. ex animo enim, quo affectus ſum, ſ. quem habeo rel., nobis *nach* der Geſinnung, *die* ich *gegen* euch *hege* ſ. *habe*; cf. G. Th. v. *affect.* 190, 13. ſqq.

„αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς,	*fectu erga vos mutuam benevo-*
„ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως ἤλ-	*lentiam merito ſpero. Nunc*
„πικα. νῦν δὲ καιρὸς εὔκαιρος 7.	*autem tempus opportunum,*

et 34., quod et Sch. „*affect. ſum* erga *vos*“ et aliunde Stp. Th. 2, 163. G., ubi reiicit formulam „*hoc* affectu *praeditus ſum*“ ut non Lat., non obſequente Bg., cuius ſubſt. ſane ap. bonos ſcriptores non ſic abſolute ponitur, ſed cum adiuncto gen., v. c. *animi* ſ. *mentis*, aut certe alio ſenſu et potius pro amore, cf. G. Th., ubi nec cum praep., quae tamen ſe tueatur ex ſyn., amor erga ſ. in aliquem, pro quo et Bg. ceperit ipſe, cum formula Gr. h. l. ſit, bene ſentire, iudicare, cogitare de iis, bene iis velle ac cupere, eos amare et curare atque facere, quae ſint amoris et benevolentiae; unde mox ſequuntur per explicat. εὔνοια — τιμὴ et σπουδὴ, non exponente G. Th. formulam noſtram primam, ſed ferente „*animatus*, διακείμενος“ quod cum pr. *erga* ſ. *circa* v. in Ind. Corn. N. et Iuſt., ut pron. αὐτὸς cum verbis eiusdem perſ. aut redundat, cf. Fiſch. Ind. Pal., aut potius hic videtur relatum ad ὑμᾶς et oppoſitum, eſtque pro ἐγὼ ſ. αὐτὸς ἐγὼ, ut Sch. „ἀ. in 1 perſ. *ego ipſe*“ ut Lat. *ipſe*, cf. 1, 2, 10. e. ad ταῦτα, Bach. ad Xen. Oec. 7, 8. Hdb. p. 80. e. et Luc. 3, 385. N. 16., ad quem 1, 827. a. N. 54., allato etiam hoc Noſtri loco, traditur „πρὸς cum acc. ſignificare *adfectum* eſſe *erga* ſ. *adverſus* aliquem“ quod nimium eſt, cum hic diſerte adiiciatur v. διακεῖσθαι, quod nihil valet, ſi per ſe iam id ſignificat πρὸς, quod ſufficiebat eſſe i. q. erga ſ. adverſus, quo de nihil Stp. Th., ſed L. Ern. et N. T., Vig. p. 645. i. et Ind. Xen. Cyr. Z., quo ſenſu dicunt Lat. etiam vicinum *ad*, cf. Cl. Cic. et Hor. Turſ. p. 40. i., at non in formulis, quibus hic utimur, ubi potius adhibetur Lat. *in*, Gr. εἰς, cui tamen πρὸς interdum par eſt.

ἀμοιβ.) Hoc adi. mihi repertum ap. nullum veteris aetatis ſcriptorem, nec hinc tenet Stp. Th. et modo ſine auctoribus et e Dion. Areop. et Nonno cum Lat. Bg. e P., cf. ad Dion. H. Sb. 2. 156, 19. Suid. 1, 145. 15. et Schol. Ariſt. Plut. v. 178. ed. Hemſt. p. 55. l. 4. διὰ σίτου ἀποπομπῆς ἀμοιβαῖον αἰτοῦντες, ubi neutr. pro ſubſt. capias et pro Noſtri ἀμ. εὐν., ſuppleto etiam pron. τὶ, *mutuam* quam *gratiam et benevol.*, ſed adv. ἀμοιβαίως, ap. Stp. tantum e Bud. C. 337, 43., v. in Luc. Ind., tacente Stp. plane e Noſtro in ſubſt. εὐν., ubi Bg. e P., ap. G. Th. cum Gr. n. Sic ſq. adv. εἰκ. qui Graecorum dixerit cum v. ἐλπ., non habeo, ut nec, qui Bg. Lat. *merito* cum v. *ſperare*, quocum reperi potius *recte* ap. Ter. Heaut. 1, 1, 107. et Ad. 3, 1, 2., quod ſit noſtratium *mit* gutem *Grunde*, cui oppon. *temere*, i. ſine cauſa, quod et ipſum adiungitur illi v. Lat., cf. G. Th. 521, 19., ut h. l. εἰκ. fuerit *non temere*, i. ex cauſis quibusdam bonis, iuſtis, idoneis, adeoque certo ac plane ſ. probabiliter, cf. 1, 1, 10. i.

ἤλπικα) Recte P. vertit *ſpero*. Nam praeſentis temp. ſignificationem huic praeterito dare ſolet Herodi., ut, qui dicit, ſe ſpem concepiſſe, hoc praeterito ſpem tamen praeſentem ſignificat. *Steph.*

Etiam Leisn. in m. Ox. „recte *ſpero*. Sic δέδοικα Ariſt. Plut. v. 354.“ ut Sch. „ἤ. P. *ſpero*; quod ex uſu huius ſcriptoris laudant Stp. et Sb. Sic 1, 5, 10.“ cf. 1, 3, 11. e. De cauſa, ſi Stp. in ſuis extremis addidiſſet adv. aliquod, v. c. *ſpem tamen* praeſentem *adhuc* ſ. *etiam adhuc*: lectoribus forte in mentem revocaſſet illam aor. Gr. vim, qua habet actionem prae-

„ἐμοί τε, αἰσθέσθαι m, μὴ μά- *ut et ego ſentiam, non fruſtra*

m) Hic comma in Ms. Ba. *Mart.* Per totam §. cum in edd. variet diſtinctio: per partes modo praecipuas praebebitur, ut poſt τὲ nos fecimus comma, nullibi repertum, it. nullum poſt αἰσθ. in Stp. al. v. N.

teritam non modo, ſed et adhuc durantem, ſ. tempus duplex, praeter. et praeſ., ut v. c. ἐθαύμασα, *miratus* ſum *ante*, et *etiam* adhuc *miror*, cf. Ern. Xen. Mem. S. ed. vet. 1, 4, 2. c., quae quidem vis duplex tributa eſſe etiam poteſt perfecto, quod ei atque aor. intercederet quaedam cognatio; quibus vero philoſopha haec ratio diſpliceat, ii tenebunt ſimpliciter hoc, perfectum pro praeſ. uſurpari.

καιρ. εὐκ.) Sic infra καιρὸν εὐκ. ἔχοντες, alibi vero καιρὸν ἐπιτήδειον dicit. *Steph.* qui et in Th. 2, 12. B. e. „ap. Herodi. ſaepe καιρὸς εὐκ. tempus *opport.*, ſ. ut alii, *hora* opportuna" it. Abr. L. Ariſt. p. 17. e. „καιρὸν εὐκ. aliquoties habes in Herodi., unde quoque laudant Lexx. et ap. Noſtrum ep. 2. v. 23." p. 6. m. ubi καιρὸν ε. εὑρεῦσαι, ed. Pav. p. 14. m. *occaſionem* commodam *nactae*, ſed ap. Noſtr. ter modo κ. εὐκ., et adi. εὐκ. cum ſubſt. κ. non praeterea reperi, cf. Exc., ubi et de luſu in his iunctis, qui in Lat. Bg. cum Sch. perit, nec omnino in Lat. et Vern. poteſt exprimi, niſi forte vicinius per *hora tempeſtiva*, cum non dicatur *tempus tempeſtivum*, quod adi. ap. G. Th. cum Gr. n., ut „*occaſio*, καιρὸς, — tempus actionis opportunum, Gr. εὐκαιρία" quod unum Noſter periphraſi elocutus fuerit, ponente Bg. poſt εὐκ. comma neceſſario, quia expreſſit ſqq. inf. per ſyn. formulam ex particula *ut*, fere cum P., unde et bene τὲ — τὲ, non aeque recte collocans pron. ἐμοὶ poſt ſuum *ut*, quia credat aliquis, eum legiſſe ἐμὲ in acc., cum dat. ἐμοί τε et ὑμῖν τε potius cohaereant vel cum adi. εὐκ., cf. Exc., vel cum v. ſubſt. ἐστὶ oppreſſo, quod cum ſubſt. καιρ. alibi diſerte 1, 9, 8. 3, 11, 10., ubi etiam poſt id ſubſt. iterum ſunt inf., ut poſt Lat. *tempus*, cf. Ind. Ern. Liv. et Amm. M., quos adeo Bg. hic poterat ſervare, ut conſtantiam in altero ὑμῖν τε, ubi, cum coepiſſet per *et ego*, reſpondebat potius *et vos*, ac vel ſine *ut* repetito; quanquam per ſe etiam ap. Lat. ad ſe referuntur *et — que*, v. G. Th. v. *et* 415, 96. et Hor. Turſ. p. 279. *Nr.* 12. Equidem poſt ἐμοί τε comma poſui, (quanquam et ibi poterat abeſſe,) ut magis appareret, non illa pertinere ad ſq. αἰσθ., verſurus idem, *nunc* autem *tempus* opportunum *eſt* et *mihi*, ut *ſentiam* —, et *vobis*, ut *referatis* rel., in quibus datt. nihil difficultatis eſt noſtratibus, per praep. eos adiuvantibus, *nun aber iſt es* bequeme *Zeit* und *Gelegenheit*, ſo *wohl* für *mich* etc. Ad ſq. v. αἰσθ ſeverum eſt Bg., cumque Gr. aeque late patens, ad ſenſum et internum et externum, de mente, pro cognoſcere et intelligere, de corpore autem, ut auribus oculisque percipere voluerit Marcus, quid facerent pollicerenturque amici pro filio; ſicut priori ſenſu, de animo, pertineat ſimul ad Marci ſenſum ac notitiam rerum humanarum poſt mortem, quo de etiam §. 14. m. it. c. ſq. §. 20. e., tenente Sch., praeter libera P., etiam *experiri*, profuturum noſtratibus, qui tamen habemus aeque late pa... *merken* i. *erkennen*; non me reperiente Gr. cum inf., niſi ap. Poſſ. Syntentia p. 201. i. ſemel e Plut., cf. eiusdem Call., Stp. Th. Ind. Luc. Ael. V. h. Xen. Thuc. Dem., cui add. 126, 12. 22. 241, 10. 271, 15. coll. 21., Abr. ad Aeſch. 1, 64. et Dil. p. 392. e., ſed G. Th. cum Gr. n. „ſenſu percipere" nec diſerte, quoad mentem, ſed tamen per loca ſubiecta, ſ. Cl. Cic. Ind. Corr. Sall. et ep. Cic. it. ſupra 1, 3, 2. ὑπωπτ.

„την πρὸς [n] ὑμᾶς τοσούτου *vobis tamdiu honorem et ſtu-*
„χρόνου τιμήν τε καὶ σπουδὴν *dium me detuliſſe, vosque ut*

n) Mss. tres εἰς ὑμ., v. N.

πρὸς ὑμ.) Verior haec lectio videtur, quam Cod. εἰς ὑμ., licet haec, ſi grammaticam ſpectes, melior ſit. *Stroth.*

Mss. alia praep. eſt e gloſſa, quae comparat loca alia aliorum, vel Noſtri, qui v. κατ. bis etiam cum εἰς habet, quae nota ſunt Stp. Th. 3, 1501. E., non item exemplum cum πρὸς, quam praep., ut et παρὰ, it. aliam rectionem v. ap. Bud. C. 712, 35. Vig. p. 293. Nr. 14. Weſſ. ad Diod. S. 1, 247. N. 47. D'Orv. Ch. p. 409. R. Or. V. 3. p. 432. N. 73. ſq. et V. 5. p. 84. N. 67. Kypk. 2, 126. Krb. p. 256. m. Loesn. p. 232. e. Kuſt. de V. med. p. 60. m. L. N. T., nominatim Schw. p. 756. e. 1414. ſq. Ind. R. Or. V. 4. 6. 7. ll. et Ant. it. Dem. Xen. 'Ανβ. Mor. cum Cyr. Z. Diod. S. et Luc., quibus in locis varie redditur; ut tamen tropus videatur ductus a rebus, v. c. pecuniis, quae *deponuntur* ap. *aliquem*, ubi bene πρὸς convenit, ut etiam, cum εἰς ei v. additur, quae ſaepe pro illa ponitur, ut Lat. *ad* pro apud, qui et ipſi tropum habent, ut ap. D'Orv. Ch. p. 438. m. e Vop. *tantum ſibi* ap. *milites* amoris *locavit*; ut ſervare pro P. potuerit Bg., forte et hic capiens paſſ. pro med. cum Bud. l. l., ubi „κατατίθεμαι τιμὴν ἢ σπουδὴν —, *colloco* et *defero* honorem ſ. ſtudium in aliquo ornando, (ſubiecto Noſtri loco memoriter,) νῦν οὖν καιρ. εὔκαιρος ἐμοὶ αἰσθέσθαι, μὴ μ. π. ὑμ. κατ. σπουδὴν" quo ſenſu med. Kuſt. l. l. reddit *ſibi deponere*, ut Vop. ante, quaſi in uſum ſuum ac commodum, cf. D'Orv. l. l., hic, ob adiunctum μὴ μάτην, ſimpliciter accipiendum, et, *honorem* ac *curam* ap. aliquem *deponere*, tropo remoto, pro alicui iſta tribuere, praeſtare, declarare, i. aliquem honorare ſ. colere et curare, amare, benefacere; nobis etiam tropum imitaturis, bey euch *gleichſam* niedergelegt, *euch* gleichſam *anvertrauet habe*; Sch. in „πρὸς — ap. *aliquem* honorem *deponere*, (at in v. κ.) paſſ. praet. *depoſitum eſſe* ap. *vos* ſtudium *non fruſtra*" ſic de verbo κ. haeſitante, nec temere, cum ſane hic liceat ſupplere aut ὑπ' ἐμοῦ in paſſ., aut cum Bg. ἐμὲ in med., per contextum, et quod forma paſſ. capitur alibi pro med., cf. 1, 3, 1:., in Lat. adv. faciente Bg. cum P., ap. G. Th. cum Gr. n. „ſine ullo rei effectu" h. l. cum Niz. inutiliter, ſine grato veſtro animo et amore mutuo, cf. Stp. Th. aliunde, nec e N. T., v. Lexx., Ind. Ael. V. h. Luc. Dion. Caſ. Xen. Bach. et Cyr. Z. cum Suid.

τοσ. χρ.) Primum ſubſt. τιμ., hic active et de ſuperiore erga inferiores valens, pertinet eo, ut Marcus cognorit, cogitarit, magni fecerit, verbis laudarit, factis, praemiis et reip. muneribus compenſarit aliorum dotes animi egregias et virtutes, prudentiam, ſapientiam, fidem, integritatem, obſequium operasque utiles, ſed alterum σπουδ. ambiguum eſt, ut Lat. Bg. e P., et vel cura, opera, labor pro aliorum commodis et felicitate, vel amor, favor, benevolentia, (ſyn. pr. §. εὐνοίας,) voluntas iuvandi, bene faciendi et merendi de aliis, cf. G. Th., cum Gr. n., Stp. Th. aliunde, Foeſ. Oec. p. 350. a. m. Kypk. 2, 258. m. et Krb. Decr. Ath. p. H. p. 434. m. Tum formula gen. τοσ. χρ. et ipſa eſt ambigua, cum poſſit gen. eſſe regiminis, pendens a ſqq. ſubſt., pro Lat. *tam longi temporis honor* et *amor*, ut alias v. c. *perpetui* temporis *amor*, vel, quod tandem redit eodem, poſſit per ſe capi et trahi ad v. ſq. κατ., tan

109825

„κατατεθεῖσθαι [o], ὑμῖν τε [p], *referatis gratiam*, *oſtendendo*,
„ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν, *eorum*;. *quae accepiſtis*, *non*

o) Pro colo Ox. et al., rectius comma in rel., cum ſqq. pendeant adhuc a pr. καιρός ἐστι. p) Ms. Ba. ὑμῖν τὲ ἀπ., primo τὲ cum accentu, ut alibi, ſecus ac 1, 2, 9. e., deinde nullum comma poſt τὲ, ut in edd. quibusdam.

quam adv., cum Bg. e P., dum Stp. Th. fert modo in adi. 3, 498. e. ſyn. quarti caſus τοσοῦτον χρ cum Lat. eodem, cf. Fiſch. Ind. Pal., ſed in ſubſt. 4, 641. e. affine „πολλοῦ χρ. *a* longo *tempore*; cui loquendi generi adhibetur interdum pr. διὰ, ut δ. π. χρ.“ quae praep. proprie in talibus formulis deeſt, cf. L. Boſ. Ell. p. 475., it. ἐκ, quae cum Stp. illis Lat. convenit; quanquam et ſeverum Lat. habent, *ex* infinito *tempore*, cf. G. Th. v. *temp.* 739, 11., at in aliis abl. nudum, ut in illo Gs. ad Bg. „tanto tempore“ quo hic forte uſurus eram; ubi demum, aſſumta illa praep., fit adv., ut alias per praep. et nomen.

ἀποδ. χ.) Formulam, a Bg. e P. ſumtam, affert Stp. Th. 1, 991. G. e. 4, 349. E. m. e Xen. et Iſocr., quibus add. Dem., praeter Ind., 267, 19. 299, 9. 478, 14. et Thuc. 3, 63. e. p. 207. l. 53., pro quo l. 48. et 52. ἀντιδιδόναι, cum Bg.; improbante Stp. l. l., non item p. 350. E. plane, Lat. *gratiam reddere*, quod tamen reperias ap. G. Th. in v. 102, 80. et in ſubſt. 834, 33., cui paria *retribuere* et *rependere*, ut Gr. ſubſt. par Lat. *gratia*, primo res grata, iucunda, venuſta, ſ. ſuavitas et venuſtas, quae ſit conſpicua in re ſ. perſ., deinde beneficium, quatenus res grata tribuitur, ut, quatenus percipitur, ſenſus gratus, voluptas, laetitia ex re bona, ſ. gratus animus, et, quatenus res grata redditur, etiam benevolentia, favor, amicitia, cf. Stp. Th. L. Ern. et N. T., Ind. Plut. Krg., Fab. Aeſ. Hſ., Ael. V. h. Xen. Cyr. Z., tum Mor. Iſ. Pan. p. 44. N. h), Krb. Decr. Ath. p. H. p. 432. et ad N. T. p. 117. m. Kypk. 2, 238. 298. e. Munth. p. 336. m. Loesn. p. 106. e. it. Heſ. 2, 1543. m. Suid. 3, 657. i. et Schol. Soph. ad El. v. 823., ut χάριν ἀποδ. poſſit eſſe, rem gratam reddere et contra dare ac facere, ſ. beneficium reddere, ſ. benevolentiam reddere et contra declarare, et (quum haec ſint animi grati) teſtificari gratum animum, gratum eſſe, grati animi officia parteſque implere, nobis forte *Dank* erwiedern, *abſtatten*, cf. Hoog. ad Vig. p. 151. N. 18., reddens, *referre* ſ. *agere gratias*, qui plur. eſt proprie eius ἀποδ. χάριτας, quod et ap. Noſtrum et alibi, cf. ad Thom. M. p. 912. p. ſq. N. 12. et Moer. p. 414., e quibus patet, illum acc. χάριτα, qui vulgaris putatur, nec Atticis diſplicuiſſe, quos Noſter in altera hic forma χάριν ſequitur, cf. ap. G. Th. 113, 81. „gratiam *referre* eſt reddere beneficium“ et 834, 42.

δείξασιν) Bg. ratio in hoc particip. reddendo per gerund., ob mutatum caſum et inf. in pr. ὑμῖν λ., ducta eſt e P. quodammodo, conveniens ad ſenſum cum his, ſi reſolvitur vel per particulam *dum*, vel per *et* copulam: tenente Stp. Th. aliunde notionem tropicam hanc, cum Bg., (ap. G. Th. cum Gr. n.) non item rectionem cum ὅτι, quam v. in Ind. Ael. V. h., ut in Dem. cum ſyn. ὡς, quomodo alibi ap. Noſtrum.

ὅτι ὑπ.) Pro ὅτι ὑπ. ſcribo ὅτιπερ. *Steph.* Nihil mendi habet vulgata lectio, ſed tantum brachylogia quadam Attica figurata eſt, ut in illo Plat. μάχεται πρὸ ὧν ἂν τέκῃ, et iſto Ariſtot. ἀντικαταλλαττόμενός τι ἀνθ' οὗ προΐεται. Simplex enim ſtructura et ſententia eſt, ὅτι οὐκ ἀμν. ὑπὲρ τούτων,

„ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐτύχετε q, οὐκ *immemores vos eſſe. Videtis,*
„ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δή μοι τὸν 8. *hunc filium meum, quem*

q) Hic comma in Ms. Ba. requiritur. *Mart.* ut in B. 1.

ὧν ἐτυχ. Sic paulo ante (§. 2.) ἄχθεσθαι ἐφ' οἷς ὀρ. μ. δ., pro ἐπὶ τούτοις, ἃ διακ. μ. ὁρ., itemque rurſum §. 6. Caeterum ὑπ. pro περὶ alibi quoque uſurpari, tum alii oſtendunt Indd. noſtri, tum Dionyſ. *Sylb.*

Formam contractam, qua de v. ad §. 2., recte intellexit Sb., cuius de ὑπ. pro περὶ per ſe verum eſt, cf. ad Luc. 3, 74. N. 9., ſed ut hic maxime quaeratur de ὑπ. cum v. ἀμν., quod Stp. Th. habet modo cum gen. rei „e Thuc. 3. ὧν οὐκ εἰκὸς ἀμνημονεῖν, (c. 54. e. *quarum* rerum *memoriam* vos *deponere* non *decet*, pro *quorum* non *fas eſt* immemores *eſſe*, ap. Poſſ. Call. p. 582. i. „*quae* nos *non* decet *oblivisci*“ et abſolute) e Luc. in Tim. ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες „ſine Ind. 1, 165. l. 38. nos *autem* plane *ingrati* haberemur, *niſi* memores *eſſemus*, pro *nos* vero *ingrati* ſimus, *ſi* ſimus *immemores*, cf. Thuc. 5, 18. e. R. Or. V. 3. p. 94. ult. 614. l. 27. Xen. Symp. 8, 1. e. Ind. „oblivisci, ſilentio praeterire“ per aliam adeo notionem, quam hic, ubi modo de animo valet; ut ibi de ore, tum per lect. dubiam R. Or. V. 4. p. 151. l. 3., ſed cum gen. rei etiam ap. Thuc. 3, 40. e. et Dem. 320, 24. ὧν οὐκ ἠμνημόνησε, cum negat., ut h. l. (cf. Poſſ. Call. p. 429. m.) it. ſimul cum acc. perſ. aut rei, v. Ind. „ingratus, immemor eſſe“ cum gen. perſ. R. Or. V. 5. p. 886. i. et Ael. V. h. 6, 4. e. it. Poſſ. Synt. p. 102. i., denique cum praep. R. Or. V. 7. p. 65. ult. περὶ τῆς — γαμηλίας μὴ ἀμνημονεῖτε, unde, adhibita Sb. obſervatione, Noſtri uſus cum ὑπ. excuſatur, ſed magis tamen ex affini μνησθεὶς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ap. Dem. 232, 8., ad quem v. N. V. 9. p. 192. i. et V. 11. p. 554. i., cf. Suid. 1, 141. i. Heſ. 1, 280. m. D'Orv. Ch. p. 679. e. (ut de adi. affini R. Or. V. 7. Ant. p. 875. et Muſ. v. 322.) vertente Bg. e P. in v. utr. Cum praecedat ἀποδ. χαρ., quod eſſe diximus ad ſenſum i. q. gratum eſſe, gratum ſe praeſtare ac declarare: hic οὐκ ἀμν., quod per ſe quoque ſic reddi poteſt cum Rsk. ante in Dem. Ind., tamen potius proprie capio, non immemorem eſſe, i. recordari, in mente tenere, nec pro ſyn., ut interdum Lat. *gratum* eſſe *memoremque* copulantur.

ὧν ἐτυχ.) Subaudi καλῶν καὶ ἡδέων παρ' ἐμοῦ. *Reisk.* Aliquid et Vern. ſupplent, ut Sch. in v. „quae beneficia accepiſtis“ proprie ut neutrum plur. ὧν pertineat ad pr. duo ſubſt. fem. τιμ. et στ., per ſyneſin quandam, etiam a Latt. Inttp. ſervatam, pro eius honoris et amoris, quem accepiſtis a me; quod ultimum ſupplementum Rsk. per ſe et e contextu intelligitur; reddente Bg. e P. v. ἐτ., non item ſic Stp. Th. aliunde, ſed ſyn. aliis 3, 1441. D. ſqq., ut aſſequi, conſequi, adipiſci et potiri, quae ap. G. Th. de honore et amore reperias, ut de honore etiam Bg. 50, 41. et 912, 52., quod et ſufficiat noſtratibus, aut *genieſsen*.

ὁρᾶτε) Accipio illud ὁρ. pro imperativo, non indicativo, ut P. et Bg. (it. Sch.) et verto, *intuemini quaeſo* etc. Nam haec vis particulae δή. Paulo poſt §. ſq. γεν. δὴ οὖν λ. *eſte* igitur *quaeſo* etc. Hanc vim videtur τὸ δὴ habere 1) in interrogationibus, 2) ante (vel poſt) imperativum, 3) ante coniunctivum. *Leisn.*

Res in verbo quidem eſt ambigua, et forte etiam manebit, diſcrepantibus quoque Vern., quale quid, praeter Xen. Cyr. Z. 4, 5, 46., eſt

„υἱὸν[r], ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψασθε[ſ], *ipſimet educaſtis*, *iam ado-*
„ἄρτι[t] τῆς μειρακίων ἡλικίας *leſcentium aetatem ingredi*, *et*

r) In Ms. Ba. hic iterum comma deſideratur. *Mart.* ſ) In Ms. Ba. ἀνεθρέψατε, et comma ſequens pariter deeſt. *Mart.* v. N., ut in B. I. ἀνεθρέψασθαι, quae infinitivi terminatio cum altera σθε et infra variat. t) In Ms. Ba. deeſt ἄρτι. *Mart.* etiam in Mss. rel., v. N.

et ap. Thuc. 7, 77. i. ἀλλ' ὁρᾶτε δὴ, ὡς διάκειμαι ὑπὸ τῆς νόσου, *vos* enim *ipſi* iam *videtis*, ut *morbo* ſim *affectus*, ſed Rz. ad Luc. 2, 813. N. 88. „videte — *in quem* ſtatum *a* morbo *redactus ſim*" tacente Stp. Th., non tamen rectionem cum particip. 2, 1417. B. e. Quod deinde cenſetur de δὴ cum imperat., habere vim obſecrandi ſ. incitandi, verum id eſt in plerisque locis, cf. Graev. L. Heſ. p. 2. m. Vig. p. 485. Nr. 9. cum N. Z. ad p. ſq. e., ad Dev. p. 108. N. 28. Hoog. Op. p. 282. Nr. 2. ſq. Atque ut δὴ libenter ſtat poſt imperat., v. Stp. Th. 1, 965. F. e. Ern. ad Hom. 'Οδ. ε', 508. Fiſch. ad Plat. Ph. p. 62, b. N. 1.: ita licet tum etiam reddi per Lat. *igitur*, cf. Ind. Xen. Cyr. Z. Nr. 6), quocunque tandem modo placeat illud ὁρ. accipere; quanquam mihi quidem potior Bg. ratio per indicat. praeſ. temporis videtur, et Marcus hac §. monſtrare filium ſuum, qui ſit, in qua conditione et in quo periculo propter adoleſcentiam atque imperitiam; quo declarato et quaſi picto, melius §. ſq. adiungitur imperativus modus, quo leniter monet hortaturque Marcus, ut propter illam iſtius conditionem ambiguam et periculoſam ei ſint patres atque adiutores; reddente Sch. „δὴ ſane, *nimirum*" e P. omiſſum a Bg., qui et cepit non modo artic. τὸν pro pron. demonſtr., ſed etiam dat. pron. μοὶ exquiſite, pro gen. μοῦ τὸν υἱ., ſ. τὸν υἱ. μου, quod pron. perſ. ſolemus mutare in poſſeſſ. eiusdem caſus, τὸν υἱ. ἐμὸν, quod et facimus, ſi dat. illum pron. trahimus ad pr. v. ὁρ., qua in cauſa et rectione is dat. quibusdam redundat; unde forte a P. omiſſus, cf. 1, 2, 2. e. αὐτῷ λ.

ἀνεθρεψ.) Ms. lectio poteſt eſſe vitium ſcribae, vel gloſſa, ut docuerit, med. pro act. ſtare, quae ſapientia poſt ſaepe redit; tenente Stp. Th. hoc act. ſine exemplo, quod v. in Ind. Xen. Cyr. et Geop., it. ap. Intp. Cic. ad Att. 6, 1. i. e Plat. et Ariſt. Ran. v. 975. ſine Ind., ſed med. ſ. paſſ. ap. Foeſ. O. p. 34. b. m., alio tamen ſenſu, quam 1, 2, 2. m. et hic, ubi, de imperatoris patrisque affinibus et amicis adhibitum, pertinet non tam ad nutritionem, quam ad inſtitutionem per occaſiones, et ad conſilia ac monita fidelia; reddente Sch. „α. vos *ipſi*" cf. §. 6.; ſed Bg. e P. ap. G. Th. v. *ipſe* 1223, 70. „ipſe *egomet* ſolvi *argentum*, maiorem quandam vim habet, quam *ego ipſe*, (quae vis docenda erat clarius, ut iterum adimitur in v.) *met*, ſyllaba, ornatus cauſa adiungitur, rel." tacentibus Hor. Turſ. et Lex. Apin., ſed Niz. non explicante.

ἄρτι) Illud ἄρτι perperam abeſt a Ven. *Stroth.* Omiſſum adv., ut iam aliud 1, 3, 5. e. ἄγαν, hic forte ob pr. σθε ſimile, vel de gloſſa per comparationem cum 1, 3, 2. e., quocum Noſter variarit in ſimpl. ἐπιβ., pro ἄρχομ. ἐπιβ. ibi; niſi iſtud ἀρχ. explicetur et reſpiciatur hic per adv., quod et P. fulcit ſuo *nunc*, e quo etiam vertit Stp. Th. 1, 549. E. m. ſqq., ſed quoque cum Bg., at Sb. Ind. „*iam nunc*" (cui Sch. addit „*modo*") neſcio, an pro privo Bg., cf. Cl. Cic. Schell. de ſtylo p. 50. i., Weſt. ad Ter. Andr. 1, 1, 144., obſcurius exponentem, G. Th. 492,

„ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον [u] *indigere tanquam in tempeſta-*
„ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, *te et ſalo gubernatoribus, ne*

u) In Ms. Ba. hic comma deeſt, ut poſt ζ. etiam. *Mart.* Utrinque etiam in edd. quibusdam comma deeſt, ut in Ms. Bg., ſed ut ſeverius comparatio ab utr. latere muniatur commate.

82. ſqq. in P., at in Bg. cum Gr. al., tum „*modo*, ἀρτίως, tempus ſignif. praeſens, ſ. mox praeteritum, ſ. nondum praeter., ſ. ſtatim futurum" quorum ſecundum hic cogitaverit Vern. vet. per *kaum*, Lat. *vix*, non explicatum ab Hor. Turſ. p. 1097. e., ſed non ſatis a G. Th. et Don. ad Ter. Hec. 3, 1, 17., quod, adhibitum de tempore, interdum dr. pro. paulo ante et ante breve tempus, quorum prius et ap. Stp. erat in v. noſtro, quo de cf. Suid. Heſ. Tim. Gl. p. 37. Moer. p. 68. Thom. M. p. 112. cum L. N. T., quae cum Bg., ut et ad Luc. 3, 553. N. 12. e. Pric. et Grot. ad Matth. 9, 18. et ad Vig. p. 376. m. Z., qui et bene mutavit notionum ordinem, ſervatum in L. Ern. e Stp., ut ſenſus ſit h. l., videtis, filium nondum diu eſſe adoleſcentem, ſed inde a pauco tempore.

ὥσπερ) indigentem *quaſi* in *ſalo* et *fluctu* vitae *gubernatoribus.* Liv. 24, 8. (m.) *quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare poteſt. Ubi ſaeva orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento navis: tum viro et gubernatore opus eſt. Non tranquillo navigamus*, navigant adoleſcentes, *ſed iam aliquot procellis ſubmerſi paene ſumus*, ſed multis procellis facile ſubmerguntur. *Itaque, quis ad gubernacula ſedeat, ſumma cura providendum ac praecavendum eſt.* Hic *fluctus* ſ. χειμὼν denotat pericula, quibus aliquis in iuventute expoſitus eſt. Metaph. χειμ. notat etiam calamitatem, v. Ariſt. Ran. v. 364. et Spanh. ad h. l. Alias *veri* potius aſſimilatur iuventus, quam *hiemi*: ſed prouti vel florem aetatis ipſum, vel vehementiam affectuum huius aetatis reſpicias, poteris eam aeque hiemi, ac veri ſimilem dicere. *Leisn.*

Praeter Exc., Sch. in „κυβ. gubernaturis *navem*, ſ. mores hominum" ſed Bg. e P, per ſubſt., qua mutatione perit externa futuri temp. ſpecies, non tamen et notio. Omnino Noſter futuri temp. participium, cum aut ſine artic., *ponit* dupliciter, ut valeat primo ſua vi futurum, ſed deinde ut ſtet pro alio tempore, aut in id ſaltem reſolvi queat, atque adeo per impf. aut praeſ., quando haec aut affinia tempora praecedunt, ut 3, 1, 10. προὔπεμψέ τε καὶ ϛρατιὰν προκαταληψομένην τὸ Βυζάντιον, *praemiſit* exercitum, *qui* occuparet *Byz.*, it. 5, 4, 20. m. πέμπει τοὺς διώξοντας λ.; *mittit*, qui *perſequantur*; ubi tamen et reſolvas per particul. Lat. *ut* cauſalem. Praeterea futurum ap. Noſtrum uſurpatur ita, ut ſit pro ſimpl. praeſ. tempore; quod ſit ipſum duobus modis, primum, ut hic, ubi ſolitarium adeſt fut., ſed deinde, ut alibi, ubi fut. copulatur cum praeſ. aut aor., qui et ipſe, ut fut. quoque, pro praeſ. eſt interdum, cf. §. 5. et 1, 3, 11. e.; ut iſta tempora tria, praeſ., aor. et fut., pro uno liceat habere atque eodem, et Var. L. hic aor. pro fut. per ſe tolerare. Iam in ſubſt. eſt tempus infinitum, et v. c. *gubernator* complectitur eum, qui ante gubernavit, et qui gubernat nunc aut poſtea et aliquando; quo Bg. ratio ſalva eſt. Caeterum et hic proprie ſuppleas pron. perſ. αὐτὸν, indigentem *iis*, qui *ſint gubernaturi*, gubernent *eum*; ubi v. utr., Gr. ac Lat., proprie phyſiceque de navi uſurpatum, deinde de aliis rebus et corporibus, ut equis, moraliter hic de perſ. eſt, ſua-

„τῶν κυβερνησόντων[x], μή ποι[y]
„φερόμενος ὑπ'[z] ἀτελοῦς τῆς

quo actus prae imperfecta offi-
ciorum peritia, ad malas artes

x) Ox. κυβερνησάντων, non tam per ſe vitioſe, ſed quia eſt e Par. mendoſa nulliusque fidei, v. N. y) Ms. Ba. μή που φ., v. N. z) ὑπὸ Pat.

dendo, monendo, conſulendo ad aliquid adducere, atque efficere, ut quis quid faciat, vel minus; unde explicatio mox ſq. §. 9. et 14., cf. G. Th. cum Gr. n., Stp. Th. et Ind. Dem., ſed Geop. alio ſenſu tropico.

μή π. φ.) Ms. μή που eſt de ſolenni varietate, cf. Z. ad Xen. Cyr. 2, 4. 17. e. 5, 1, 11. e. D'Orv. Ch. p. 119. m. et Ern. Call. p. 168. v. 117., ubi, quod dr., in ποὶ et πῇ nihil diſcriminis definiri poſſe, niſi hoc, Atticis crebriorem eſſe per οι formam, id forte valet etiam de ποῖ et ποῦ, it. ποὶ et ποὺ, quorum ποῦ ac ποῖ motum in locum ſignificat, (v. Abr. ad Aeſch. 1, 151. m. et Loesn. p. 115. m.) ut Noſtri vulg., et Lat. *quorſum* ſ. *quo*, etiam extra interrogationem, ut h. l., ubi Sch. „ne *aliquo*" peremtum a P., quod iſto ſenſu referendum ad inferiora εἰς φ. ἐπ., ut adv. loci concurrat cum ſubſt. e notione ſimplici rei ſ. ſubiecti, ubi tamen cogites tibi aliquem locum, ut accedat propius ad exempla G. Th. „*aliquo*, adv. ποῖ, ad ſ. in locum, Ter. Ad. 3, 3, 5. *credo* abductum *in* ganeum *aliquo*, pro in aliquod ganeum, ib. 5, 2, 11. in *angulum* aliquo *abeam*" ad quae N. tacent, et modo Met. Delph. „in lupanar quoddam, — *in* ang. *aliquem*" cum Gs., ubi adv. loci poſtponitur ſubſt., hic praemiſſum, quale quid non aliunde noram, ſed modo in affinibus *quoad* et *eo*, cf. G. Th. v. e. 371, 96. ſqq. et Hom. Ὀδ. δ', 302. ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι κοιμήσαντο, *in* veſtibulo *domus* illic *cubarunt*, et v. 312. ſq. δεῦρ' ἤγαγε — Ἐς Λακεδαίμονα, *huc* duxit ad *Lacedaemona*; ut ſic forte non opus ſit, quod olim placebat mihi, ποὶ h. l. credere i. q. πὼς ſ. πῶ, pro Lat. *forte* ſ. *fortaſſe*, cum πῇ et ποῖ affinia ponantur pro πῶς, v. Thom. M. p. 652. v. ὅποι, Bud. C. 1353, 14. Dev. p. 317. et Ind. Dem. v. ποῦ, it. πῇ pro πῶς, cf. Hoog. Op. p. 1056. ſq., tum Heſ. 2, 1585. m. ὧδέ ποι, ὧδέ πως, Lat. *ſic fere* ſ. *quodammodo*, ut ποὶ redditur Stp. Th. 2, 1507. B. e. et L. Ern., in qua notione ſimul ineſt altera pro *fortaſſe*, quomodo ποὺ diſerte vertunt Bud. C. 1300, 36. Stp. Th. 2, 1507. E. e. Hoog. l. l. p. 1085. ſqq. Z. ad Vig. p. 433. b. m. Nr. 2) et μή που, ne *fortaſſe* Ind. Xen. Ἀνβ. Mor. v. π., it. *ne forte* ſ. *an forte* Fab. Aeſ. Hſ. v. μ. e., ut ib v. εἴ „που, ſi *forte*" unde, ut ποὺ et ποὶ ſunt ſyn., ita et μή που et μή ποι, nobis *damit* nicht *etwa*; e quibus ſaltem hoc apparet, Ms. lectionem nondum eſſe amplectendam, cum et habeat ſenſum eundem, et ſit facilior, gloſſaeque adeo ſimilior. Tum Sch. „φ. *ablatus* rerum *imperitia*" fere e P., etiam ſic cum φ. copulans adiuncta in pr. ὑ., quam partem Bg. ceperit per ſe, ſed ſine magno ad ſententiam diſcrimine, ſeverum Lat. in particip. commutans cum ſyn., pro impulſus, incitatus, adductus, ſ. abreptus, qua notione Gr. et Lat. *ferri* ſumitur, ſed Gr., ut volunt, cum vi et impetu, et de vento proprie, a quo navis in mari fertur; quam in rem bene delectum ſit a Noſtro, cuius tota ſimilitudo repetita e mari et re navali, cf. Stp. Th. 4, 82. F. e. aliunde, Ind. H. Epict., D'Orv. Ch. p. 273. e. Loesn. p. 238. m. et L. N. T. Krb. p. 713. Nr. 3., poſt Bg. ad Alc. p. 39. e., ubi ſimilis noſtro locus, εἰσὶ δὲ οἱ, παραδόντες ἑαυτοὺς ἅπαξ τῷ πελάγει, ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπιτρέψαντες φέρεσθαι, et p. 40. i. ἄλλους δὲ, εἰς τὸ — πέλαγος ῥύμῃ

„τῶν δεόντων ἐμπειρίας [a], εἰς „φαῦλα ἐπιτηδεύματα προσ- „αῤῥαχθῇ [b]. γένεσθε [c] δὴ οὖν

allidatur. Eſte igitur vos illi 9. *pro me uno parentes mul-*

a) Comma hoc omnium edd., atque etiam Mss., tacentibus Excp., interea reliquimus, v. N. b) Ms. Ba. προσαραχθῇ, quod Stp. malebat. *Mart.* Hoc habuere ſolae Bc. e Stp. monito, ut vulg. ſine Iota ſubſcr. A. al., tum ſemicolon (;) ſ. potius punctum interrog. A. cum B. 2., v. N. c) B. 1. γένεσθαι mendoſe, cf. §. pr. i.

φερομένους, ἐποκέλλειν λ. alios, *in pelago* cum *impetu* actos, *impingere*, ubi Bg. ſimiliter reddit, ſed diſerte eſt cum ῥύμῃ, ut non per ſe in v. inſit, ſicut cum ſyn. ap. Aeſ. Fab. 30, 1. i. θύννος διωκόμενος ὑπὸ δελφῖνος, καὶ πολλῷ τῷ ῥοίζῳ φερόμενος, Ind. „*dum* fertur *impetu*“ cf. 120, 1. m. et 110, 2. m. ἐπεὶ — ὑπὸ ἀνέμου φερόμενα τὰ φρύγανα (mari iam innatantia) ἐγγυτέρω ἐγένετο, ubi iterum cum diſerto ὑ. ἀν., et cum pr. ὑπὸ, quale exemplum Stp. Th. l. l. neſcit.

ἀτελ.) Adi. hoc, a P. neglectum, ſed verſum a Sch. cum Bg., qua notione hic eſt, pro οὐ τέλειος, mancus, non plenus, parvus, reperi modo ap. Plut. Hſ. 4, 3. e. ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελὲς, ſc. τὶ χρῆμά ἐστι, *diſciplina*, *ſi a natura deſtituatur*, *mutila eſt*, *exercitatio*, *cui et natura et diſciplina deeſt*, *imperfecta eſt*, pro *diſciplina* vero *ſine* natura *mutila eſt*, ſed *exercitatio* absque utroque *imperfecta*, ubi pr. eſt ſyn., copulatum cum altero etiam ap. Plut. Krg. §. 6., unde Heſ. 1, 598. i. ἀτελεῖς, ἐλλιπεῖς, cf. Stp. Th. e Luc. 1, 228. l. 67. et 3, 467. l. 76., it. Thom. M. p. 119. cum Ind. Geop., ſed, quo ſenſu Stp. caret, pro fine carens et perpetuus, Fiſch. Aeſch. Ind. et p. 134. a. i., reddente Sch. „ἐμπ. peritia *imperfecta* rerum *neceſſariarum*, δ. *rerum*, quae *fieri* oportet, *peritia*“ ubi e P. ſupplet ſubſt. πραγμάτων, cf. L. Boſ. Ell. p. 289. e., ſed ſine exemplo, ut Bg. melius in δ., quam P., cf. Exc., ſed in ſq. ἐπ. cum eodem aliter, ac 1, 3, 3. e. it. 1, 1, 10., ſed per ſyn. exquiſitum, quocum adi. φ. poteſt explicari vel cum Bg. e P., pro inhoneſtus ſ. vitioſus, vel, e principe notione, pro levis, vilis, parvus, non magni pretii, ut ſint hic ſtudia rerum levium, actiones principe indignae, non magnae et publicae utilitatis, cf. Thom. M. p. 889. Moer. p. 385. Heſ. Suid. Ind. Fiſch. Aeſch. Xen. Cyr. Z. et Dem., ſed G. Th. „*ars*, agendi rationem, exercitatione, ſ. praeceptis firmatam, (aut univerſam,) notat. — τῶν μέσων eſt“ cf. Cort. ep. Cic. 5, 16, 5. et ad Sall. Cat. 2, 4. p. 14. a. m. „*artes* ſunt mores, ſtudia, et modo virtutes, modo vitia“ et Ind. Flor. „pro inſtitutis, moribus, — genere et modo vivendi.“

προσαρρ.) Scribo προσαρραχθῇ. *Steph.* Sch. in ἐπιτ. per unum ῥ et in v. „προσαράττω, ex ἀράττω, pulſo. Paſſ. προσαραχθῇ — ita enim ſcribi mavult Stp., quod et formatio Grammat. requirit“ cf. Exc. Hic punctum illud interrog. edd. quarundam ferat quidem pr. ὁρᾶτε, pro indicat. acceptum, ſed non aeque, opinor, Marci dicentis conditio, qui, aegrotans nunc, debiliorem habuerit animum nec commotum, cui interrogatio illa potius convenit, nec tantum ſpiritum, ut per longiorem periodum, e natura interrogationis, intenderit illum et quaſi ſuſpenderit ad extremam periodi vocem πρ.

δὴ) Bg. e P. in δὴ οὖν per privum Lat. *igitur*, cf. Exc. ad 1, 2, 9., ut

„αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ [d]
„πατέρες πολλοὶ, περιέποντές
„τε καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύον-

ti excolendo et optima ſuadendo. Neque enim pecuniae

d) Ms. Ba. ὑμ. ἀνθ' ἑνὸς πατ. Deeſt itaque ἐμοῦ, quod et deeſſe poteſt. *Mart.* v. N.

de Leisn. ad δὴ ſupra §. pr. i. Mox in Ms. poteſt pron. ἐμοῦ omiſſum eſſe vitio ſcribae, ob pr. vocem, ab eodem elemento incipientem; ut ſane per ſe idem pron. deeſſe poteſt. Sed cum Mss. rel. agnoſcit etiam P., unde Bg. ſervat, et, per legem elegantiae, v. Ern. rhet. §. 301., in opponendo et diſtinguendo, quia ἐμοῦ refertur ad pr. ὑμεῖς, ut πολλοὶ ad ἑνὸς, requiritur idem, ſaltem non eſt tentandum; ut et Vern. vet. ſtuduit retinere, *daſs* er, *Statt* meiner, *als* eines *einzigen*, viele *Väter* an *euch* finden *möge*, aſſumens ὡς, pro tanquam, cum moleſta ſint noſtratibus adi. duo illa in vicinia, niſi adi. ἑν. mutetur in adv. *unice* ſ. *ſolum*, ut *Statt* meiner *allein*, cf. Dem. 142, 4. ὥσπερ ἑνὸς ἡμῶν ἑκάστου εἷς τίς ἐστι γονεὺς, οὕτω συμπάσης τῆς πόλεως κοινοὺς δεῖ γονέας τοὺς πένητας ἡγεῖσθαι, et 1451, 21. μᾶλλον ἂν ἡγησάμην ἕνα ὄντα ἐμαυτὸν ἀγνοεῖν τὰ κράτιστα, ἢ πάντας ὑμᾶς.

πατερ.) Ut hic patres dicuntur ob educationem: ita Menelaus et Agamemnon Atrei filii dicuntur, quia, Pliſthene, eorum patre, defuncto, educationis curam geſſerat (Atreus, Pliſthenis frater,) v. Liber. de S. Am. ep. theol. p. 299. *Leisn.*

Stp. Th. plane tacuit de hoc ſenſu ſubſt. πατ. tropico, cum *pater* dr., qui agit, quae pater verus propriusque, et patris animum habet ac declarat, ne memor quidem locorum N. T. in hanc notionem, v. Lexx., in primis Krb. p. 492. e. Nr. 4. „qui adfectu paterno praeditus eſt, 1 Cor. 4, 15. (ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ,) ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατ." et G. Th. 724, 102. „gerere *patrem*, pro paterno affectu eſſe. — Sic *induere* patrem *mente*, pro ſumere animum et affectum patris," a quo omnis cura et actio, patribus ſimilis ac conveniens, pendet, ſed Sch. „*parentes* bonae educationis et conſilii" in Lat. quidem cum Bg. e P., ſed, quoad ſenſum et ſupplementum cum Leisn. fere, ſed vel ſic anguſtior; Noſtro ipſo ſubiiciente mox explicationem paulo latiorem et duplicis generis officiique.

περιέπ.) περιέπειν τινὰ, curam alicuius habere. Sic 5, 1, 14. et Xen. Mem. S. 2, 9, 9. *Leisn.*

Cf. Exc., ſed Sch. „adoleſcentem *excolentes*, (e P. partim, quem Bg. preſſius ſequitur, non ſupplens pron. omiſſum αὐτὸν, quod ille innuit iſto ſubſt. addito, ſed diſerte ponit in) e *ſuggerentes* ei *optima*" ut adeo bis h. l. pron. opprimatur, idque diverſi caſus; vertente Bg. in συμβ. forſan e Stp. Th. 1, 772. C. m. aliunde, ubi nec cum acc. rei, (quem tamen et Lat. norunt, v. c. Cic. ad Att. 11, 14.) nec cum τὰ ἀρ., pro quo 1, 6, 1. τὰ βέλτιστα συμβ. et noſtrum τὰ ἀρ. cum ſyn. 2, 2, 13. συμβ. — τὰ ἀρ. καὶ σωτήρια, cf. Thuc. 4, 74. m. βουλεύσειν τῇ πόλει τὰ ἀρ., *optima conſilia* reip. *daturos*, ut Dem. 108, 21. ὁ μὲν εἶπεν ὡς οἴοντε τὰ ἀρ., praebente G. Th. nihil, ſed Cort. ad Sall. Iug. 85, 33. „*optima*, pro utiliſſima" in quo adi. ſuppleveris ſubſt. *negotia*, ut in Gr. πράγματα, tacente L. Boſ. Ell., ſed Lindn. p. 49. m. et Ind. inclinante ad *con-*

„τες. οὔτε γὰρ χρημάτων „πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες[e] πρὸς „τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε

10. *vis ulla ſufficit tyrannidis incontinentiae, neque ſatelli-*

e) αὐταρκὲς hoc alio accentu in B. 2. L. al. v. N.

ſilia; ad quam ellipſin redeas etiam, ſi adi. neutr. plur. exponas per ellipſin pr. κατὰ (iterum ſilente L. Boſ.) pro adv. *optime*, quod et Lat. habent in v. ſevero *conſulere*, v. G. Th., quo utitur, una cum Bg., etiam Ind. Z. Xen. Cyr.

οὔτε χρημ.) Sch. „πλ. multitudo *pecuniae*“ ſed in χρ. cum Bg. e P., per numerum in uno alium, et in altero exquiſite, ſed tropo ſat noto, cf. G. Th. 1050, 43. „*vis*, πλῆθος, multitudo et copiae“ in v. *pec.* cum Gr. n. plur., non male Vern. vet. ſolvente ſubſt. duo in adi. cum ſubſt., *groſse Schätze*. Tum οὐδὲν, etſi pro ſimpl. οὐ poteſt iterum accipi, ut §. 2. e. (ubi et de ἐςὶ, iterum hic oppreſſo,) tamen h. l. cum Bg. per pron. reddiderim, non negligens id cum P., proboque, cum idem pron. neg. cum particulis eiusdem notionis, οὔτε — οὐδὲν — οὔτε, (cf. 1, 2, 4. e., ubi pron. idem praecedit, hic medium,) non dedit ſevere, *neque* — nulla — *neque*, ob ambiguitatem in *neque nulla*, (quod fuiſſet pro aiente *ulla* ſ. aliqua,) ſed per neg. et affirmativam, nobis, *denn* weder *irgend* eine *Menge* von *Geld* ſ. *Schätzen*, ubi *non ulla* ſ. *nulla* infinitum eſt pro que ſuperlat., nec maxima pecuniae multitudo, ſ., in contracto illo Vern. vet. modo, nec ſummae divitiae.

αὔταρκες) Accentu hoc e regulis Grammat. (Well. p. 91. i. ſ. 67. m.) ap. Stp. Th. eſt aliunde, etiam in eius e Luc. 1, 675. i., ſed τὸ αὐταρκὲς, altero edd. accentu, rurſus ap. Anton. Phil. 1, 16. p. 24. m. et in N. Gac. b. B. m., ut cum pr. πρὸς etiam aliunde ap. Stp., in quibus Thuc. 2, 51. i. de peſte illa, σῶμα αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ, *nullum* corpus *tanti* mali *violentiae* reſiſtere *potuit*, ubi cum Bg. (et partim Sch. „quod *ſufficit* ad aliquid“ deſerto P.) mutatur rectio Gr. et formula in ſyn. dat.; pro quibus malim phraſin, in qua adi. retinetur, *ſufficientem*, parem, *eſſe*, h. l. i. q. ſq. ἱκανὸς, quocum et inf. regit, cf. Ind. Xen. Cyr. et Polb. Ern., it. Heſ. 1, 621. e. k., ἱκανὸς, ſed 2, 35. m. ἱκανὴν, ἀρκοῦσαν, et mox ἱκανὸν, διαρκὲς, cf. p. 963. e. 1276. m. ἐξαρκὴς, unde fortaſſis ille accentus alius in noſtro adi.

ἀκρασ.) Mallem ἀσφάλειαν. Nam ἀκρασία non bene convenit ſequentibus. Marcus enim docere vult, quomodo princeps tutus vivere poſſit, ἀκινδύνως. Ad hanc vero rem non ſufficere oſtendit nec pecuniam, nec ſatellitum agmina. *Gedik.*

Cuius argumentum, e contextu ductum, adiuvare poſſis altero hoc a litterarum ſimilitudine quadam, unde κρ et σφ, it. σ et λ, tum ι et ει confuſa; ut tamen non tutum ſit tentare quid hic contra libros omnes et P. ipſum, perſtantes in lectione vulg., quam ſic tuear atque explicem, ut τυρ. cum Vern. ſumatur de concreto ac perſ., et ſubſt. utr. pro adi. cum ſubſt., intemperanti ſ. profuſo tyranno, in malam partem, vel etiam univerſe regi, principi, ut mox ſequatur τὸν ἀρχ. per variationem; qui cum ſit impotens ſui, cupiditatum, gulae, ventrisque, ac profundat vel maximas divitias, ab iis nihil praeſidii habet ad ſe tuendum, quia, intemperanter ante iam abſumtae, tum, cum uſus earum ſit ad

„δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύε- *tum cuſtodia idonea tuendo*

periculum depellendum, non amplius adſunt et adhiberi poſſunt. In quo ſane lectores expectabant potius hanc a Noſtro ſententiam, pecunias nullas tyrannidi ac tyranno ſufficere et prodeſſe ad ſecuritatem et ſe tuendum defendendumque; quod et Vern. vet. exprimit, et Severus infra filiis adhibet 3, 13, 9. ſqq. Verum Noſter videtur decipere lectorum expectationem, alio converſa mente ac ſententia, modum potius innuens, quo nihil ſufficiant tyrannis opes pecuniariae, cum per intemperantiam inaniter abſumantur et pereant; eſtque in hoc etiam genus elegantiae, cf. Ern. rhet. §. 300., quod pro ſolo concreto perſonae, aut h. l. abſtracto τυραννίδος, adiungit aliquid, cauſam ſ. modum continens, lectorisque cogitationi ſubiiciens; unde pecuniae nulla multitudo ſufficere alicuius intemperantiae dicitur, cum pecunia non eſt ita magna, quin ab aliquo conſumatur per intemperantiam, ex intemperantia, ſ. intemperanter; quae omnes ſunt formulae cauſae ſ. modi. In qua exponendi loci ratione manent hic et ſq. membro diverſae quodammodo enunciationes, quarum una exprimitur oblique ac tecte et per modum cauſamve, ſed altera ſimpliciter, directe et plane; ut in Gedikii coniectura ſunt enunciationes ſyn., non tamen illae per ſe abſurdae, ſed rem eandem per copiam proponentes. Ad ſententiam autem vulgarem, nullas pecunias tueri tyrannum ac principem, modo proferimus Sall. Iug. 10, 4. non *exercitus*, neque *theſauri* praeſidia *regni ſunt*, verum *amici*, quos *neque* armis *cogere*, neque *auro* parare *queas*. Officio *et* fide *pariuntur*; ad quae Cort. „ab Xen. l. 8. locum eſſe expreſſum, notavit *Manutius*. Noſtrum aemulatur Herodi." hinc ſine Gr., in *Manut.* errans, pro Abramo, qui ad Cic. Phil. 2, 44. i. *nullum eſt* iſtuc — *praeſidium*. Caritate *et* benevolentia *civium* ſeptum *oportet eſſe*, non *armis*, e Xen. tantum Latina comparat, quorum Graeca ſunt Cyr. 8, 7, 3. ed. Th. V. 1. p. 545. i., ſed Z. 8, 7, 13. cf. Iſocr. Or. ad Nic. 6, 3. ed. Kretſchmar.

Ern., cf. Ind. Xen. Cyr. Z. Luc. Dion. Caſ. R. Or. V. 4., ubi ἡλ. ἐμὸς καὶ συνέφηβος, ſimpl. adeo cum compoſ. ſimul, V. 6. 8. Lyc. et Dem., cui add. 1247, 14. 18., cumque ἡλικία, unde noſtrum vocab. derivatur, ſit univerſae notionis, de omni ſumtum aetate: ἡλικιώτης qui ſit, ſemper e contextu definiendum eſt; unde Ind. Ael. V. h. „aequales *aetate*, de ſenibus" ſed h. l., ubi Commodus loquitur adoleſcentulus, ἡλ. ſunt *aequales aetate* de adoleſcentibus, quique eandem habent adoleſcentiam, cf. Heſ. ſine N. 1, 1624. m., ſed Suid. 2, 54. m. ἡλ., τῆς αὐτῆς μετεσχηκὼς ἡλικίας. — Ἰσιδώρῳ — ἡλ., ἔτη ιή γεγονώς, *aequalis* — Iſidoro —, *annos* XVIII *natus*, quae aetas parum abeſt ab illa Commodi, cf. §. 1. e., iſto Lat. ſimpl. uſis hic quoque Inttp., cum Stp. compoſita non eſſent ſatis Lat., addentibus iisdem libere pron. αὐτοὺς, ut ſufficiat h. l. noſtratium *Zeitgenoſſen*, pro periphraſi Vern., quorum vetus ſeriem orationis adiuvare ſtuduit, expletis quibusdam, ſentiens ille, hic eſſe anantapodoton, cum Noſter ſane debuerit aequales Commodi non ſic nude ponere, ſed dicere, v. c. etiam hos debere ei benevolentiam, et quare eam deberent, idque debuerit fieri eadem conſtructione, qua ante, per gen. conſeq., in hunc fere modum, τῶν μὲν πρ. τρ. μ. τ. ὀφ., τῶν δ' ἡλικιωτῶν μοι ταῦτα ὀφειλόντων, ὡς ὄντων συμφοιτητῶν ἐμοὶ τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων, *cum* ſeniores *quidem* mihi *id* debeant, *ut* nutritori *quodammodo* ſuo, *ſed* aequales *etiam*, ut *qui* ſint *condiſcipuli* mihi *in* rebus *bellicis*; quae ad Vern. vet. mentem redeunt; ut, ſi quis ad corrigendum inclinet, poteſt e vulg lect. hanc exprimere aliam, τῶν δ' ἡλικιωτῶν, οὓς εἰκ. λ., *cum ſeniores quidem id mihi debeant* —, ſed (*et*) aequales, *quos* rel., quaſi finitiones ους et ων ſint confuſae, et οὓς perierit a pr. ας ſimili; ut tamen et P. maneat in vulg. hic; ubi Noſter de induſtria forte deſeruit vulgarem orationis ſeriem, et de *aequalibus* ita ſimpliciter dixit, quia iam in pr. τρ. aliqua ad amandum cauſa latebat, ad aequales ſimul pertinens, ut qui et ipſi, quanquam ad breve tempus, adhuc nutriti eſſent a Marco, tum quia alia, non minor cauſa amandi erat in illa commilitonum ac condiſcipulorum compellatione et neceſſitudine, qua illi ſubito occupantur, eoque fortius irretiuntur. De diſtinctione, poſt ἡλπ. tantum comma eſt ponendum, quia ſqq. genitivi conſeq. arcte cum pr. cohaerens, a P. bene per cauſalem particulam reſoluti, ſed poſt ὀφ. punctum, ut in nova plane re ac rectione, cf. 1, 3, 5. ſq. in μὲν et δὲ ſimiliter; ut poſt ἡλ. comma non fecimus, quod is accuſ. commode referri poteſt ad ſq. v. ἀποκ., nec opus eſt ſtatuere accuſ. abſolutos cum Vern. vet. et iis, qui ibi diſtinxerunt. Sed numerum novae §. rectius locavi.

συμφοιτ.) Rurſus variat Noſter, poſt ſimpl. ἡλ. adhibens compoſ. σ., ſuper quo nihil ap. veteres Grammat., ſed ap. Stp. Th. aliunde cum Lat. Bg., e P., cf. Ind. Dem. Abr. Dil. Th. p. 92. e. R. Or. V. 4. Plut. Hſ. et D'Orv. Ch. p. 67. l. 22. Vs. p. 79. l. 17. *ſodalis*, et p. 382. m., ſed ut Noſter, ſecus ac iſti, rexerit cum gen. rei, quem Lat. Inttp. imitati ſine exemplo ap. G. Th., (pro quo noſtrates potius adhibeant praep., *Mitſchüler* in *der Sache*,) ubi nec Rsk. illud *ſodalis* cum iſto gen., ſed *ſocius*, v. c. *belli*; cui par Bg., e P., *armorum*, cf. ib. 454, 32. et p. pr. l. 84., pro quo malim *condiſcipulos* bellicorum *ſtudiorum*, negotiorum, *operum*, nobis *Kriegskünſte*, Kriegsdienſte, *Kriegsgeſchäfte*, cum Gr. formula, e praep. cum ſubſt. intra artic. et ſubſt. aliud, faciat peri-

„ἔργων ἀποκαλοίην f. πάντας 12. morum appellaverim. O-
„γὰρ ἡμᾶς g ὡς ἕνα ὁ πατὴρ mnes enim nos ut unum pater

f) Ms. Ba. ἀποκαλοίμην, ſed Ms. Vi. ἀποκαλοῖμεν, v. N. g) ὑμᾶς edd. omnes, etiam Mss., tacentibus Excp., v. N., et poſt ὑμ. comma in B. 2. L., cf. §. 7.

phraſin adiectivi, pro τῶν πολεμικῶν ἔργων, quod diſerte eſt ap. Noſtrum alibi, vertique (ut noſtrum hic quoque) poteſt *bellicarum rerum*, nobis *Kriegsſachen*; in noſtra formula ut deſit proprie aliquod particip., v. c. τῶν ἐν ὅπλ. γινομένων ἔργ., operum, *quae in armis*, ſub armis, cum armis, *fiunt*, cum homines ſunt induti armis, quae a militibus fiunt, adeoque operum militarium, it. rerum militarium, it., alio numero, rei militaris, it. operum, quae in bello fiunt, hincque operum bellicorum, ut ab initio; nihil tale proferente Stp. Th., cf. tamen Luc. 2, 906. l. 83. τῶν μαθημάτων τούτων ἐν ὅπλοις, iſta *diſciplina* in *armis*, l. 89. τὸν ἀγῶνα — τὸν ἐν ὅ., illud *in* armis *certamen*, p. 913. l. 75. ἀσκήσεως ἀληθινῆς τῆς ἐν ὅ. exercitatione *vera*, quae *fit* ſub *armis*, ſuppleto illo particip. noſtro, et ἐν nobiscum expoſito, p. 914. l. 17. τὸ γυμνάσιον τὸ ἐν τοῖς ὅ., armatorum *gymnaſium*, formula mutata cum ſyn. gen. ſubſt., it. Ind. Dem. v. ὅπ. „ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων ϛρατηγός, praetor *militaris*“ per adi., tum R. Or. V. 4. in ἐν, — τῆς ἐν τοῖς ποτοῖς ἐπιδεξιότητος, etc., Plut. Hſ. ib. „eleganter haec praep. cum ſuo caſu pro gen. ponitur, e. g. περὶ τῆς ἐν τῇ ψυχῇ διαθέσεως, h. e. περὶ τῆς διαθ. τῆς ψυχῆς“ quod et ipſum rectum, factumque etiam ante a Gs. ad Luc., cum ἐν et praep. alia quaevis cum ſubſt. intra artic. et ſubſt. aliud ſit non modo pro adi., quod ſupra monitum, ſed etiam interdum pro ſubſt., quod deinde, praeſente ſubſt. alio, ſtat in gen., unde e Noſtri formula oritur τῶν τῶν ὅπλων ἔργων, noſtris ſupra Vern. ſimilis, Lat. *belli operum*, ut Sch. in „ἔργ. *rerum* geſtarum *belli*“ qui et ipſe ſuppleverit particip. ſuperius.

ἀποκαλ.) Ms. Vi. lectio videtur potius vitium e Ms. Ba., confuſis ε et η, quam pluralis ille perſonarum magnarum, cum de pluribus loquuntur per ſpeciem, quanquam de ſe unis re vera; ut Ms. Ba. lectio poteſt eſſe lapſus in finitionibus; ac med. pro act., ut deinceps aliquoties, habet quidem analogiam aliorum, e καλεῖν compoſitorum, ſed mihi non eſt repertum, niſi in Ind. Polb. Ern. loco dubio, ut nec act., quo ſenſu eſt hic, niſi R. Or. V. 4. 8. And. Dem. Plut. et Aeſ. Fab. Hſ. cum Xen. Mem. S. „pro καλέω“ ut h. l., cf. Stp. Th. aliunde cum Lat. Bg., qui a Sch. *appellarem* tempore (cf. 1, 1, 5. i.) e P. diſcedit, tenax ſui Lat. in adv., hic i. q. recte, vere, ſine errore ac mendacio, nec ἂν reddens, ubi Sch. „coniunct. ut plurimum potentialis, interdum et expletiva. Poſtponitur variis vocibus, — εἰκ. ἂν“ non recte ſitum poſt *voces* ſpectans in hac particula, quae tantum ad verba, ſive praeced., ſive ſeqq., pertinet, nec ad rel. partes orationis, quas ille *voces* appellabat, ut hic adv.

πάντ. γ. ὑμᾶς) Hanc omnium edd. ac Codd. adeo lectionem tamen ſuſtinui mutare ob cauſas easdem ad §. 7. cum Latt. Intrp., repetente Noſtro eandem ſententiam, quia maxime blanditur, ſed variante in v. ἐφ., et, ſecus ac P., quoque Bg. per Lat. (ap. G. Th. cum Gr. n.) ſine diſcrimine tamen hic, quale nec in Grr. v. v., cf. Stp. Th. 1, 4. i. Mox πασ. ἀρ. intelligas, ut de ipſo Marco 1, 2, 4., communem omnium

„ἐφίλει τὲ, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν „ἐπαίδευεν. ἔδωκε δὲ μετ' „ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη, „οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ

13. *amabat, et omnem virtutem docebat. Dedit autem poſt illum me principem fortuna, non adſcititium, neque, ut qui ante*

virtutem, vel etiam bellicam militumque, cf. §. 8., vere quidem Commodo hic patrem laudante de ſe, ſic ad omnem virtutem educato atque inſtituto, v. 1, 2, 2., quod et de militibus credibile, cf. ad Capit. p. 388. N. 5. Caſ. alia quanquam in cauſa de Marco „cum ad virtutum amorem et ſapientiae ſtudium omnes hortaretur, et exemplo ſuo ſtimularet" ut adeo omnem milites virtutem ille docuerit tum praeceptis monitisque, tum exemplo, cf. Exc. ad 1, 2, 1., ſpectante alio P. in ἐπ. „*curabat* eos *inſtituendos* virtutum *ſtudio*" quod et ipſum verum ſit, ut vulgares milites docuerit per alios et duces, non tamen hic neceſſarium.

ἔδωκε) Additum a P. pron. *ὑμῖν* recte Bg. deſerit, etſi in ſimili loco 2, 2, 18. placuit Noſtro exprimere; nihil tenente ſimile Stp. Th., ſed locum Noſtri utr. proferente L. N. T. Schw. in v. p. 351. N. e P., cum ſimilibus e Latt., non dante G. Th. formulam Bg., ubi, tropo remoto, inſunt haec, aliquem imperatorem conſtituere, facere, eſſe ſinere ſ. iubere, idque de τ., pro providentia divina et deo ipſo, cf. Gat. ad Ant. 1, 17. e. p. 34. b. i. Suid. 3, 522. m. et ad Luc. 1, 58. N. 41., ut nobis ſufficiat *die Schickung*, quod et ipſum uſurpamus pro dei decreto, conſilio, voluntate, qua quid mittit, permittit, facit, fieri ſinit.

οὐκ ἐπείσ.) Quid ſit ἐπ., diſce ex Eur. Ion. v. 590. (*οὐκ ἐπείσακτον γένος*, nec *aliunde* adductum *genus*, ſq. *πατρὸς ἐπακτοῦ*, *patre* inquilino *natus.*) ἐπ. eſt alienus, peregrinus, extraneus. Heſ. (v. poſt,) Dem. *ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα*, *frumento* peregrino *utimur*, (Ind. „aliunde importato.") Ap. Schol. Ariſt. ad Plut. v. 271. *τὸ ἐπείσακτον τῆς κόμης* eſt *ἡ προσθετὴ κόμη*. Hinc *feminae συνείσακτοι*, feminae, nulla quidem cognatione viris coniunctae, quas interim viri tanquam ſocias adſciſcunt, et ſatis familiariter cum illis agunt. Intp. vocant *introductas* et *adſcititias feminas*. Hinc Chryſoſt. duae oratt., una *πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους*, altera ad feminas *τὰς ἐχούσας ἄνδρας συνεισάκτους*, cf. Hieron. in ep. ad Euſt. et 4 lex Honor. in Cod. Theod. de Epiſc. et Cler. Nov. 133. c. 29. Ruffino *extraneae*; v. Henel Ot. Wrat. c. 33. p. 260. *Leisn.*

Heſ. ſunt 1, 1322. m., ubi in N. comparantur *γυναῖκες ἐπείσακτοι* et *συνείσακτοι*, cf. Suic. Th. Heſ. 1, 1382. i. cum N., non coll. Suid. 1, 798. i. (cum Lat. Bg. e P.) qui et Schol. Ariſt. l. l. excerpſit 2, 275. i.. ſed 3, 591. m. φεν. ſecundum eo tantum reſpicit, ut Stp. Th. 1, 74. C. m. ſq. ſub Bg. Lat. „Herodi. l. 1. *ἐπείσακτον* et *πρόσκτητον* pro eodem uſurpaſſe videtur, *ἐδ. — πρὸ ἐμοῦ πρ. σεμνυνόμενοι ἀ.*" qua de eius lect. alia poſt: hic vero quod comparat πρ., plane id deinde non tenet, ſed L. Ern. „*πρ. adquiſitus*" nec mihi praeterea repertum, ſed, quo de alibi, v. *προσκτᾶσθαι*, quod Stp. Th. comparat cum *ἐπικτᾶσθαι*, ubi et „*ἐπίκτητος*, aſcititius, adventitius" per quam analogiam ſane πρ. poſſit eſſe ſyn. cum ἐπείσ., quod phyſica poteſtate etiam ap. Noſtrum eſt, ut et in Ind. Dion. Caſ.; Poll. 9, 21. e. et ſq. it. ad 21. N. 4. Ms. *ἐπίσακτος*, cf. Heſ. l. l., ſed tropice, ut hic, ap. Lycophr. v. 60. Ioſ. Ant. l. 8, 7, 5. T. 1. p. 441.

„ἐμοῦ, προσκτήτῳ [h] σεμνυνό-
„μενον [i] ἀρχῇ ἀλλὰ μόνος τὲ

me fuere, acquiſito glorian-
14. *tem imperio: ſed ſolus*

h) Ms. Vi. προσκτήκτῳ mendoſe. i) Ms. Ba. οἱ πρὸ ἐμοῦ πρ. σεμνυνόμενοι ἀρχῇ· ut adeo participium non ad Commodum, ſed ad imperatores ſuperiores pertineat; unde et comma poſt ἐμοῦ deſideratur. *Mart.* Mss. Ve. et Vi. etiam σεμνυνόμενοι habent, ſed Ms. Ve. ſolus comma poſt ἐμοῦ et punctum poſt ἀρχ., pro quo in edd. omnibus comma fit, ſed in Ms. Bg. illa duo puncta, reſpondentia iſti Ms. Ba. colo, quod et ipſi interea delegimus, ut in nova conſtructione, quanquam in relatis ad ſe οὐκ et ἀλλὰ, olim fortaſſe punctum daturi, ut membra ſqq. duo, per τὲ — καὶ copulata, et ad ſe relata, magis cohaereant, v. N.

I. 9. Diod. S. T. 1. p. 186, 47. 487, 3. Luc. 3, 509. l. 7. Plut. de diſcr. ad. §. 325., cf. Ind. Krg., de rebus, ſed, ut noſtro loco, de perſ. forte ap. Polb. Ern. 4, 20. T. 1. p. 461. m. cum Bg. Lat., ſed alio Ind., hic ut ſit imperator non peregrinus, non externus, non ex alia domo, terra, alioque populo petitus, ſed ex imperatoria familia; comparante me illud Eur. ἐπακτὸς, cf. Suid. Heſ. cum N. et Stp. Th., cuius e *Soph.* eſt Ai. v. 1313., ubi *Schol.* diſerte per noſtrum exponit, in quo adeo alterutra praep. redundat, ſed ad ἐπεισάγειν Ind. R. Or. V. 4. *Polb.* Ern., Luc. Ind. in N., ut de med. Longin. 11, 1. e., ad quem proſit Suid. 1, 818. m. ἐπικλυσ., et de ἐπεισαγωγὴ Krb. ad N. T. p. 378. c.

προσκτήτῳ) Deeſſe puto οὐδὲ ſ. καὶ ante προσκτ. *Steph.* quem ad primam coniecturam iterum ducere potuit P., (unde Sch. in πρ. „Pol. legit, quaſi adſcriptum eſſet οὐδὲ“) diſerte *neque* inſerens ea in regione, ut tamen nemo editorum probarit Stp., nec ipſe Bg., qui potius inſerit negat. ſtatim ante ὥσπ. Quanquam poſt ἐπεισ. aut poſt ἐμοῦ excidere οὐδ᾽ potuit, ob ον et ου ſyllabas ſimiles: tamen nondum eſt ſumma neceſſitas eius negat. intrudendae, cum ſolenne ſit, poſt vocab. exquiſitum, nec ſatis vulgatum addere expoſitionem, idque interdum interiecta quadam copula, (vel negante, vel alia, qualis et ἢ, quae et ipſa alterutro loco per ſe potuit excidiſſe,) ſed interdum ſine ulla copula, quod hic ſtatuo, aſſumta appoſitione, reſolutoque particip. σεμν. per pron. relat., quod et ipſum explicandi ſenſu adhibetur; ſervante Bg. e P. Lat. ad πρ., quae h. l. dignitas ſ. poteſtas imperatoris accepta fortuito, artibus quibuscunque, dolo, vi, bello, electione, non autem neceſſario nec iure hereditario.

σεμνυν.) Ven. σεμνυνόμενοι. Vix dici poteſt, utra lectio verior ſit: receptam tamen praeferendam puto, tum quia orationis gravitas maior exiſtit, cum illud σεμνύνεσθαι ad ipſum Commodum refertur, in eo gloriam quaerentem, quod ſe non iactet acquiſito tantum imperio, tum quia participium praeſentis temporis ad vivum et loquentem Commodum potius pertinet, quam ad dudum defunctos imperatores. Eandem lectionem ſecutus eſt etiam Pol. *Stroth.*

Sch. in Lat. „*iactitantem* ſe *imperio*“ deſerit P., quem Bg. ſequitur, etiam in vulg. lect., quam credo ſuſpectam fuiſſe alicui librario propter interiectum plur., ὥσπ. οἱ π. ἐ., cui ſane melius conveniebat idem plur. σεμνυνόμενοι, ap. Stp. Th. adeo ſupra allatus, (etiam ſine commate poſt ἐμοῦ,) memoriter haud dubie, aut e vet. Lex., ſicut in Mss. poteſt interveniſſe lapſus iterum in ν et ι. Et quanquam plur. σ. eſt ad ſeriem

„ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις „ἀπεκυήθην[k]· καὶ μὴ πειρα- | *ego vobis in aula natus ſum; et non expertum me*

k) In Ms. Ba. poſt ἀπεκ. ſaltem comma eſt. *Mart.* ſed in Ms. Ve. ἐπεκυήθην· pro quo colo, etiam in edd. rel., punctum habent A. al., ſed comma B. 1., v. N.

facilior: tamen ſing. vulgatus habet orationem laeviorem a nullo hiatu, et ſuaviorem a ſono non ſimili in οι et η ſequentis vocis, cohaerens idem bene cum pr. ἐπεισ., ſi in parentheſi ſumas illa ὥσπ. οἱ π. ἐ., in primis, cum ea habeant plane nullam rectionem cum pr., quae flagitabant acc., ὥσπερ τοὺς π. ἐ., qui acc. et in Lat. ſupplendus, *ut eos, qui ante me fuerunt*, ubi Sch. in „ὁ cum praep. — *anteceſſores* mei" ſed in πρ. cum P., unde Bg. quoque ſupplet particip. aliquod, ὄντες, γεγονότες, γενόμενοι, γινόμενοι, quale omittitur in hac formula etiam ab aliis, ut Plut. Krg. §. 232. εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῖς πρὸ ὑμῶν, immo ἡμῶν, cf. Plut. Hſ. 3, 1., ubi cf. Ind. v. ὁ Nr. 5., quanquam alias illud ὑμῶν adhibetur, pro contextu, ut in N. T. Matth. 5, 12., v. L. Krb. v. πρὸ i., cf. e Diod. S. 1, 75. l. 27. ſupra 1, 4, 11. m. ad ποθ., ut contra infra 1, 17, 26. m. τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων βασιλέων, addito particip., quod hic Noſter oppreſſerit de induſtria ob proximum aliud σεμν., (a me non ſuſtentandum per illam cauſam, quia eſt in praeſ. tempore, cum hoc ſaepe ponatur pro perf.) h. l. in med. et in malam partem, pro efferre ſe, ſuperbire, arrogantem eſſe ob aliquid, et magnum quid putare ſeque ipſum propterea cum contemtu aliorum, maxime civium, cf. abſolute ſ. cum pr. ἐν, it. ἐπὶ Bud. C. 1127, 3. Stp. Th. cum Bg. Lat. aliunde, L. N. T. Schw. Ind. R. Or. V. 4 Dem. (cui add. 312, 18. 313, 20.) Iſ. Ev., Ael. V. h. Epict. H. Fab. Aeſ. Hſ. Diod. S. (cui add. 2, 28. l. 91.) Gs. Chr., cum dat. rei ſolo, ut hic, Xen. Bach. Z. cum Dem. 262, 12. 313, 7., in quo forte ellipſis eſt alicuius praep. de ſupra adiunctis, Suid. 3, 299. m. *Heſ.* 2, 1170. i. cum N. et Ind. Kuſt. Ariſt. De re ipſa, cum arroganter hic et ſqq. Commodus iactat genus ſuum et nativitatem, quam inaniter, non tangam, cf. 5, 1, 11. ſq., ubi ipſe cum ſua nobilitate ridetur. Sed hoc potius quaeratur forte, quos proprie nominatimque principes ante ſe contemſerit h. l. prae ſe. Equidem neſcio ſane, in quos conveniat hoc, quod dicit, gloriatos eſſe ac ſuperbiiſſe dignitate imperatoris peregrina, nec per hereditatem accepta. Illud modo memini, qui non nati imperatores Rom. ante eum fuerint, et imperium tenuerint, non a patre imperatore ſibi traditum. Nam patrem, imperatoria in dignitate verſatum, inde ab Auguſto ſecuti ſunt tantum Titus et Domitianus, cf. Heyn. Hiſt. 4, 1012. m., quanquam illi iam antea nati, quam Veſpaſianus pater imperator factus eſſet; ut magna ſit Commodi in hoc contemtu impudentia atque impietas, patrem adeo ipſum, Antoninum item Pium et Traianum ſimul carpentis ac deridentis, quos et ipſos conſtat imperium adeptos πρόσκτητον, et modo per adoptionem.

ἀπεκ.) Peſſime Cod. ἐπεκ. *Stroth.* Etiam alibi pr. ἀπὸ et ἐπὶ variant ac permiſcentur, v. Ind. Herodt. v. ἀ. e. Fiſch. ad Well. p. 355. m. Krb. Decr. Ath. p. *H.* p. 324. m., et interdum ſine diſcrimine, ut difficilis optio ſit ac cenſura, v. Fiſch. Plat. Phaed. p. 57. N. 3., hic tamen ut fuerit librarii lapſus, cum et rel. Mss. teneant vulg., et pro eo non reperierim ἐπικ., ſed tantum ſuo ſenſu, v. Stp. Th. Bud. C. 474, 17. et

„θέντα μὲ ἰδιωτικῶν σπαργά-
„νων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς *privata cunabula, ſimul ac*

Foeſ. Oec. p. 140. a. m., ubi legi vult ἐπικ. pro ἀπ., cuius act. eſt ap. Bud. l. l. l. 31. Stp. Th. L. N. T. Ind. Dion. H. S. T. 1. Ael. V. h. et Luc., ubi improprie, ſed paſſ. ap. Stp. aliunde et Suid. 1, 278. m. ἀποκυηθὲν, τεχθὲν, partu *in* lucem *editum*, fere ut Vern. vet. et Sch. „natus ſum, *in* lucem *hanc* editus *ſum* ex utero materno, (partim e P. cum Bg.) μ. ſolus, *unus*“ quod extr. e P., hic liberiore in ἀλ. et cum Bg. in ordine pronominum, iunctorum iterum e diverſo genere, ut §. 5. m., quorum dat. perſ., commodi ille, ſimilis eſt iſti in ſacris litteris Eſ. 9, 6. et Luc. 2, 11. *nobis* — vobis — *natus eſt*. In ſq. Sch. „ſubſtantive τὰ β., regia, palatium imperat.“ deferens P., unde Bg. (ap. G. Th. „— βασίλειον, — ad ipſa palatia — refertur“) ap. Noſtrum ſane imperatoris Rom. aula et palatium, ſed ap. alios ſcriptores, ut et ſing. τὸ β., proprie regum, v. Bud. C. 175, 23. Per. de Praet. p. 260. m. Palm. Ex. in Auc. Gr. p. 365. i. Valck. Eur. Ph. p. 618. a. N. 89. cum Ind., it. Ariſt. Ach. v. 80. Ind. Diod. S. ex 1, 55, 80. (add. 215, 4.) Ael. V. h. Luc. it. Iſ. Pan. Mor. ex 25. i. 40. e. (add. 41. p. 110. i.) Ind. Eutr. Metaphr., ubi redditur *palatium*, ut Sb. Ind. τὸ β., una cum Sch. *regia*, cf. Indd. Xen. Ἀνβ. et Cyr., variantibus, cum proprie adi. ſit, viris doctis in ſupplendo ſubſt., δῶμα ſ. δώματα, it. οἴκημα ſ. οἰκήματα, cf. Stp. Th. cum L. N. T. Loesn. p. 110. m. L. Boſ. Ell. p. 23. m. 98. e. Ind. Fiſch. Aeſch., ubi cum gen. perſ. et ſine artic. etiam, (cf. Ind. Luc.) Plut. Krg. e §. 60. de Dionyſ. Syrac., et Heſ. 1, 328. cum N. 14., tum de plur. pro ſing. Fiſch. de Vit. L. N. T. Prol. 6. p. 5. e., at de cenſura Grammat. Thom. M. p. 145.

πειραθ.) Alciphr. 2, 3. (p. 224. m. e Vs. Bg.) πειράσεται ἀγαθῶν, experietur *bona*. Ap. Ariſtaen. 1, 10. (p. 23. l. 8.) fruſtra Merc. πειραθῆναι tentat, (legi volens πειρασθ.) v. D'Orv. Ch. p. 403. (i.) Sic Herodi. habet ſemper κεκλεισμένον 2, 1, 13. et alibi; (v. Ind.) Sed ſcriptores amant etiam κεκλειμ., eliſa σ littera ſibilante, v. D'Orv. ib. *Leisn.*

Ap. Alc. mox ſq. πειραθῆναι, ad Ariſt. non mutatum in Abr. L. p. 44. i., ubi p. 100. l. 9. in textu πειρασθεῖσα ſine ulla V. L. et N., et tamen in Lect. p. 289. m. πειραθ., tum p. 18. i. ex Heliod. ἀποπειραθῆς, ſed ex Ach. Tat. ἀποπειρασθῆναι, cf. ad Thuc. p. 411. N. 99., quorum prior ſine ς forma ſemper in v. πειρ. ap. Noſtr., ut et ap. Dem. et Luc., faciente Sch. in v. cum Bg., it. in σπ., cf. Exc.

ἅμα) De hoc cum inf., praemiſſo artic. dat., v. Vig. p. 370. i. Stp. Th., ad Luc. 2, 853. N. 36. Ind. Polb. Ern. cum L. Boſ. Ell. p. 537. e., (ubi non male pr. σὺν ſupplent, ut, quando eſt cum dat. ſubſt.) ſed cum nudo inf. Ind. Fiſch. Theophr., ſed forte alio ſenſu, pro ſimpl. temporis adv., v. c. una, ſ. eodem tempore, ſ. ſimul, cf. Hom. Ὀδ. δ', 123., cum h. l. ſit coniunctio temporis, pro ἐπειδὴ τάχιστα, cuius per Lat. *quum primum* ſ. *ut primum* redditur quoque ap. Stp. et Vig. l. l., cui par P., it. Bg. cum Sch., cf. Suid. 1, 129. e. cum exemplo, ἅ. τῷ γενέσθαι, *ſimul ac* naſcuntur *homines*, quae eſt Noſtri formula ad ſenſum et extra tropum, ut Sch. „γ. *ex* alvo *prodire*, (cum Bg. e P.) naſci“ ut variet modo Noſter pro pr. v. privo ἀπεκ. per phraſin, tenente Stp. Th. nihil, quam rectionem v. πρ. cum gen., a praep. pendente, et in γ. modo notionem, pro utero, non item hoc Lat. ipſum nec Bg. e P., cf. tamen L. Ern. et N. T. cum Diod. S. 1, 278, 19. Luc. 1, 228. i. 221. l. 64. 274. i. 693. i.

„προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπε- *ex alvo prodii, imperatoria*

Call. Del. v. 189. Muſ. v. 139., qui locus ſimilis eſt illi N. T. Luc. 11, 27., ut noſtro hic Luc. 3, 644. v. 2. de podagra, ἣν — Μέγαιρ' ἐριννὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο, quam *Megaera* Erinnys *utero* fudit *ſuo*, et in L. N. T. Schw. p. 271. N. e Theogn. v. 300. οὐδ' ἦν ἐκ γ. — μιᾶς γεγόνει, *neque ſi* ex *eodem* utero *natus*, tum Call. Del. v. 215. ἔξιθι κόλπου, exi *utero*; tenentibus noſtratibus ſimile *aus* Mutterleibe *kommen*, ſed G. Th. modo 280. i. e Lucr. „ex *alvo* matris *natura* profudit *in* oras *luminis*" qui gen. perſ., etiam in Vern. pr. conſpicuus, Gr. μητρὸς, hic ſit oppreſſus; tacente de ellipſi hac L. Boſ., meque imitaturo, *ſobald* ich *aus* Mutterl. *getreten*, ſ. *hervor* gegangen *bin*.

ἡ βασ.) Alludit ad morem, quem Nic. Choniat. l. 5. imperii Man. Comn. tangit, τῆς δὲ δεσποίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης, ᾠκονομήθη μὲν ἡ πορφύρα καὶ ηὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. ὡς δὲ κατέπειγον αἱ ὀδύναι, καὶ ἐντὸς τῆς πορφύρας ἡ δέσποινα ἦν, παρῆν καὶ ὁ βασιλεὺς, λ. *cum autem Imperatrix* partui *propinqua* eſſet, *depromta* et *adornata* eſt *purpura* ad *partum* ſuſcipiendum: *doloribus vero urgentibus*, ea *in* purpura *collocata*, adeſt *et Imperator*. Ad illud, quod praeceſſit in Herodi., cum ſe μὴ πειρ. ἰδ. σπ., *privatis* intactum (e P.) *incunabulis* Commodus iactat, congruit Themiſt. locus Or. 6. pr. πρῶτος γὰρ δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἀλουργίδι, καὶ νίκη μέν σε ὑπεδέξατο ἐκ τῶν ὠδύνων, νίκη δὲ εὐθὺς τιθηνεῖται, primus *enim* tu *quidem* familiae *auguſtae* in *cunis* purpura *involutus*, et *victoria* tibi *obſtetrix* et *nutrix* ſimul *fuit*, interprete G. Remo. Hinc πορφυρογεννήτης et πορφυρογέννητος, *in* purpura *genitus*, patre ſc. iam imperatore, v. Meurſ. Gloſſ. G. B. *Boec.* v. Buleng. de imp. R. 2, 8. Claud. in III C. Hon. v. 14. ſq. Ardua *privatos* neſcit *fortuna* penates; *Et* regnum *cum* luce *dedit* cognata *poteſtas*. Excepit *Tyrio* venerabile *pignus* in *oſtro*, et in IV. C. Hon. v. 121. ſqq. *Hoc nobilis ortu* Naſceris, *aequaeva cum maieſtate* creatus, *Nulla* que *privatae* paſſus *contagia* ſortis. *Omnibus acceptis* ultro *te* regia *ſolum* Protulit, *et* patrio *felix* adoleſcis *in* oſtro, *Membra* que *veſtitu* nunquam *temerata* profano *In ſacros cecidere* ſinus. *Leisn.*

Quorum poëtae illa *neſcit* et *paſſus* confirmant dicta in Exc. ad v. πειρ., ut de re ac nomine πορφυρογ. cf. Cup. Obſ. 4, 1. i., unde huc pertinent. „Translato Conſtantinopolin imperio, πορφυρογεννήτου imperatoribus nonnullis cognomen dari coepit. — Uter autem hoc nomen primus tulerit, incertum eſt, (Conſtantinus Leonis ſapientis filius, an Conſtantinus Copronymus, filiusque eius Leo ac nepos Conſtantinus.) Ut ut ſit: ſi Zonarae ſententia vera, ſplendidum illud nomen iure merito omnium imperatorum primus Commodus uſurpare potuit. Reliqui enim ante ipſum omnes patribus *privatis*, i. e. non imperatoribus, nati ſunt. Primus ille in regno et purpura eſt ſuſceptus. Hoc eſt, quod ſe tam magnifice effert ap. Herodi. l. 1." cum Gr. noſtris e P., tum Per. de Praet. p. 710. i. „poſteriores inter reliqua ſuae maieſtatis inſignia habuerunt — et *purpuram*, unde eorum filii, ipſis iam Principibus nati, *Porphyrogeniti* dicebantur" ſed Io. Chriſtoph. Becmann. in Notitia dignitat. p. 55. m. „πορφυρογεννήτης originem habet non a purpura, ſ. purpureo veſtimento, ſed ἀπὸ τῆς Πορφύρας, loco, ubi Auguſtae pariebant. Ita Nic. Acominat. (ſic plane) Hiſt. V. it. Anna Comn. Alex. l. VI." non uſus Noſtri loco, quo forte tota explicatio haec refellatur, cf. N. ſq.

„δέξατο[l] πορφυρίς[m]. ὁμοῦ δέ ſuſcepit purpura; ſimul-
„με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ que me vidit ſol hominem et

l) Mss. Ve. et Vi. ἐδέξατο, ſed ὑποδεξ. Ox. 2., v. N. m) Ms. Ba. πορφύρ^α i. e. πορφύρα. *Mart.* et ſic diſerte πορφύρα in Mss. rel., v. N.

ὑπεδ. π.) Non contemnenda eſt Cod. lectio paulo obſcurior ἐδέξ. πορφύρα. Alteram faciliorem eſſe ſtatim patet. Mos erat, imperatorum infantes purpura induere; unde *porphyrogennetae* dicebantur. *Stroth.*

Equidem in his Mss. nihil agnoſco, niſi gloſſemata, quorum prius ſimpl. v. pro compoſ., ut alibi, v. §. 3., ſed de poſter. ſubſt. ſyn. Stp. Th. „π. purpurea *veſtis*, ubi ſubaudiri poteſt ἐσθής. — Sic et πορφύρα uſurpatur; ac ſicut πορφύρα βασίλειος dicit Herodi. *l.* 1., ſic idem eodem libro ἡ βασ. ὑπ. πορφυρὶς, *imperatoria* purpura *ſuſcepit*, Commodum videlicet, in lucem editum" in primo errans, cum non hoc libro πορφύρα βασ. occurrat, ſed alibi, ut πορφυρὶς ap. alios, v. D'Orv. Ch. p. 248. e. Ind. Xen. Bach. et Cyr. Z., ubi „ſtola *purpurea*" Polb. Ern. Ael. V. h. et Luc., ut de ellipſi ſubſt. Stp. v. L. *Boſ.* p. 124. m. it. Poll., cf. Arn. An. Crit. p. 235. m., pro quo ſupra ἀλουργὶς Themiſt.; ut intelligam pallii genus, purpura infecti, quod, pro aetatula infantis, recens nati, fortaſſe brevius fuit, quam in imperatoribus iuſtae aetatis, quanquam vel in his non longiſſimum cogitabitur, ſed quale hodie in principibus et magiſtratu academico, cf. 5, 4, 13., ubi χλαμύδιον, etſi in illa diminutivi forma non argutandum; et per tropum purpurea veſtis, ſ. etiam adeo pannus talis et ſtragula ſ. faſcia dr. excepiſſe Commodum fere ut §. 3. e., dum in eo veſtimento eſt collocatus, ſ. eo involutus; ubi ad v. ὑπ. Bg. Lat., e P., haud dubie pro accipere ſ. excipere, (nihil tale tenente G. Th., ſed Gr. n. tamen,) cum nec Gr. pr. ὑπὸ, nec Lat. *ſub*, proprie hic valere queat, ſed aut pro *ad*, ex, *in* ſe, veluti in dorſum et ſuperficiem, aut redundare debeat iterum; quo pertinet Mss. res per gloſſam; ut in Ox. ſine augmento operarum modo vitium eſt, cf. Caſp. Barth. Adv. l. 23. c. 2. p. 1174. „purpuram imperatorium Romanis inſigne docet Herodi. l. 1. et l. 6., adeo quidem, ut et in acie purpureo paludamento uterentur" principes et duces belli imperatores, ut infra videbimus.

ὁμοῦ) Praeter Bg. e P. δὲ per τὲ iterum, et ad ὁμ. Lat. ex eodem, (ubi Sch. addit et cum Stp. Th. aliunde „eodem tempore") de formula, cum ſol videre *aliquid* dr., ignorabam, an agerent Miſc. Obſ. Nov. Amſt. 3, 22. et Harles. in lib. de *oculo* ſimul ex h. l., nihil tenente Stp. Th., nec me, niſi Luc. 1, 245. l. 75. Thuc. p. 167. l. 97. et Call. Di. v. 249. it. Eur. Hec. v. 636. Ἑλένας, τὰν καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς ἅλιος αὐγάζει, Lat. v. c. Plaut. Stich. 1, 2, 53. *meliorem* neque *tu* reperies, *neque* ſol *videt*, tacente G. Th., ut, tropo remoto, *ſol* aliquem *videat*, qui ipſe ſolem videt, ſolis lucem, cf. Luc. 3, 231. l. 61. p. 629. l. 85., qui verſatur ſub ſole ac coelo, qui eſt in terra, in vita, qui natus eſt, et totum h. l. i. q. ſimulque homo natus ſum et imperator, ſ. ſimul ac natus ſum, ut homo: etiam imperator fui, ut Sch. in „ἡλ. ſol *vid.* me *hom.*, h. e. ex alvo prodii, (recte comparans pr. τῆς γ. πρ., pro qua formula et hic variet Noſter per aliam tropicam,) α. *hominem* recens natum, β. *regem* natum „ad quod poſtr. ſubſt. Leisn. in calce Ing. „nota hic β. poſitum pro

„βασιλέα. εἰκότως ἂν [n] οὖν,
„ταῦτα λογιζόμενοι, στέργοιτε
„οὐ δοθέντα ὑμῖν, ἀλλὰ γεν-

16. *principem. Merito igitur, haec reputantes, diligere po- teritis non datum vobis, ſed*

n) In Ms. Vi. ἂν deeſt. *Loc.* etiam in Ms. Ba. cum edd. A. Bs. et Pat. v. N.

βασιλέως υἱὸν“ ut G. Th. v. *rex* 126, 83. „quin etiam liberi et affines (dicuntur *reges*,) quo tempore nullam adhuc partem habent imperii“ ſed tamen ſpem eius et ius, dignitatem, honores, quae omnia iis vindicant et nomen illud, et L. Ern. „βασιλεῖς, regia domus“ cf. color quidam ap. Xen. Cyr. Z. 7, 2, 24. τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα ἅμα τε βασιλέα καὶ ἐλεύθερον γενέσθαι.

εἰκ. ἂν) Hoc ἂν, a Stp. inductum ſine N. ulla, ſuſtentatumque a Ms. Ve. tacite, in optat. ſaepe omittitur, v. L. Boſ. Ell. p. 544. Hoog. Op. p. 90. ſqq. Vig. p. 196. Nr. 9. e. 421. b. e. p. ſq. b. m. c), 424. e. 427. e. Dev. p. 50. i., at h. l. excidere in Mss. potuit ob vicinitatem, a Bg. quidem redditum ſenſu δυνητικῷ et per Lat. v. *poſſe*, ut ſolet ab aliis cum optat., v. Dev. p. 47. e. Vig. p. 465. Nr. 8. 470. b. m. 2) a), Hoog. Op. p. 70. Nr. 8., quem optat. hic P. exprimit per imperativum, aeque recte, ad ſenſum quidem, cf. Dev. p. 50. i. cum N. 36., Vig. p. 465. N. 80. 471. N. a. e. Hoog. Op. p. 73. Nr. 5., ut et licet eloqui futuro, et hic eius perſ. ſecunda, cf. Vig. p. 465. Nr. 8. Hoog. Op. p. 93. Nr. 8., it. per Lat. v. *debere*, cf. ib. p. 76. et ad Vig. p. 471. N. b. m. 4), ut omnino interdum eſt aut dubium, aut liberum, quomodo ἂν explices, cf. Hoog. Op. p. 87. ſqq. et Dev. p. 50. m., Graecique ſuo optat., ut Lat. coniunct., videntur uti per humanitatem, modeſtiam et indulgentiam, ut non videare facere coactus, ſed libere ac ſponte; quanquam per ſe aliquid fiat iure ac merito; unde hic adiunctum adv. εἰκ., quo ſenſu dictum ad §. 11.; hic ut per fut. reddiderim, *billig alſo*, *wenn ihr dieſes bedenket*, werdet *ihr* mich *lieben*, ſ. *lieben wollen*, addito ſic με pron. perſ. cum Vern., quo ſine tamen procedit etiam; in ſq. v. λογ. vim med. negligente Bg., ſecus ac P. *cum animis* veſtris *rep.*, (omiſſo hoc pron. contra a Sch.) pro breviori *vobiscum*, ut med. vim per pron. cum praep. in hoc v. ſolent exprimere, v. Stp. Th. L. Ern. et N. T. Schw. cum lib. de V. med. p. 48. Nr. 37. m. 322. e., ſimpliciter id aliis quoque vertentibus, cf. L. N. T. rel., it. ad Luc. 1, 248. l. 29. Gs., qui tamen ib. et ſevere 268, 21. ταῦτα λογιζομένῳ μοὶ, *iſta* mecum *perpendens*, cf. Ind. Fab. Aeſ. Hſ. Thuc. Xen. Cyr. Z. Diod. S. Dem. 68, 10. Suid. 2, 454. λογίζω, σκέπτομαι, conſidero, *reputo*, (quo act. carent Lexx. et Indd. mei,) Heſ. 2, 493. et cum pr. εἰς ſ. πρὸς R. Or. V. 4. Xen Cyr. Mor. et Fiſch. Theophr., ſed Sch. in „στεργ. *ametis* principem *i. um*“ deſerto etiam P., quae Lat. nudae notionis aliunde affert Stp. h. h., cf. Soph. Ai. v. 212. 1058. Ind. R. Or. V. 4. Xen. Pol. Cyr. (ubi eſt i. q. pr. φιλεῖσθαι,) Bach. Z. Char. 96, 21. cum μᾶλλον, v. D'Orv. p. 499. m. Fab. Aeſ. Hſ. Epict. H. c. 3. p. 16. bis, Diod. S. 1, 331, 67. p. ſq. l. 92., ut L. Ern. „σ. amo“ ſic ſtatim, ne commemorata quidem notione, quam propriam volunt, de parentibus ac liberis, quam tamen poſt Stp. afferunt Hoer. ad Soph. l. l. Ind. Plut. Hſ., Bach. Xen. cum Dem., ſed Heſ. 2, 1264. e. στέργει, φιλεῖ, ἀγαπᾷ, cf. p. ſq. i., ut Noſter variet modo cum §. 12. φιλ. et §. 7. ἀγ., ſed ad ſq. ſententiam forte in animo habuerit

„νηθέντα αὐτοκράτορα. ὁ μὲν 17. *natum imperatorem. Nam*
„γαρ πατὴρ, εἰς οὐρανὸν ° *pater quidem, in coelum ſub-*

o) Ms. Ba. et Vi. εἰς τὸν οὐρ., v. N.

illud Cic. p. Mil. c. 4. m. *eſt* haec *non* ſcripta, *ſed* nata *lex*, ubi, per brevitatem aliquam in dicendo, intelligitur imperator non datus a ſenatu, populo aut exercitu, extra familiam, ex privato loco, populoque ac ſolo peregrino, et a nemine, niſi a fortuna §. 13., providentia et patre; ut variatur iterum in ſubſt. αὐτ. pro §. pr. βασ., et in v. γενν. cum §§. prr. ἀπεκ. et τῆς γ. πρ., cf. de ὑμῖν §. 14. i.

ὁ μ. γ.) Particulam γὰρ, a Vern. hic neglectam, ut ab aliis ſubinde, redundare eam putantibus, (v. Bud. C. 1309, 12. L. Ern. Ind. Dion. H. S. T. 1. Ariſt. Kuſt. Vig. p. 479. Nr. 4. e. R. Or. V. 3. p. 211. N. 15. et dudum Schol. Aeſch. et Thuc., cf. Abr. Dil. p. 36. m.) hic tamen cum Latt. Inttp. propria vi capias in hanc ſententiam ac ſeriem, *cum* enim pater mortuus ſit, in coelumque evectus: iam ad me venit imperium et cura eius rerumque publ. hereditatis iure, et ad me, qui iam per nativitatem vobis ſum *imperator*; quae, periodo a me comprehenſa, Noſter elocutus eſt per enunciationes ſingulares, per μὲν et δὲ copulatas; utque γὰρ a Latt. Inttp. non male in fronte locatur: ita ὁ. μ. π. et ἡμ. δὲ ſeſe reſpiciunt, nec γὰρ pertinet ad μὲν, ſed per ſe ſtat, cf. Exc. ad 1, 2, 9. i.; ut tamen praeterea γὰρ h. l. explicari poſſit Lat. *ſcilicet* ſ. *nempe*, cum priora exponit et confirmat, v. L. Ern. et N. T. Schw. cum Fiſch. Ind. Ern. Hom. in N., Ariſt. Kuſt., Fiſch. Aeſch. Xen. Cyr. Z., Rsk. Dem. et ad Or. V. 3. p. 208. N. 6. 325. N. 37. Mor. Iſ. Pan. p. 43. N. c., Rsm. ad Dev. p. 92. N. 72. e. Abr. Dil. Th. p. 36. e. 682. m. Krb. ad N. T. p. 2. m. Hoog. Op. p. 187. m., aut Lat. *igitur*, pro Gr. οὖν, v. L. N. T. Ind. Ael. V. h. Ariſt. Kuſt., R. Or. V. 6. et Dem. it. ad Polb. p. 313. m., Abr. Dil. Th. p. 427. i., ad N. T. Krb. p. 73. i. Kypk. 1, 138. Bauer. Phil. P. p. 158. Hoog. Op. p. 187. m. 194. ſqq., quo ſenſu ὁ. μ. γ. i. q. ὁ. μ. οὖν, in tranſitu ad aliam rem, quam notionem γὰρ et habet pro δὲ, Lat. *ſed*, dubitantibus de ea Stp. ad Schol. Thuc. p. 594. b. e. et Hoog. Op. p. 203. ſqq., non item aliis, cf. L. N. T. Ind. Ael. V. h., Ariſt. Kuſt., Ern. Hom. in N., Fiſch. Aeſch. cum Dem., it. Graev. L. Heſ. p. 101. m. v. 420. Abr. ad Aeſch. 1, 311. e. 2, 106., ad Luc. 2, 439. N. 23. 703. N. 17. Bauer. Phil. P. p. 157. e. Dev. p. 91. m. p. ſq. N. 72. Kypk. l. l. it. Rsk. ad Polb. l. l. cum Krb. Decr. Ath. p. H. p. 353. m., quae notiones ſunt et omnes fere in Lat. *enim* et *nam*, cf. G. Th. Hor. Turſ. p. 257. ſq. 533. et Cl. Cic.

εἰς οὐρ.) Mss. adiunctus artic. a Gloſſatore eſt, hic immemori, ap. Noſtr. ſemper ſic ſine artic. eſſe, ut quoque ap. Luc. bis, v. Ind., ubi tamen et altera forma Mss., v. c. 1, 151. l. 59. ἐς τὸν οὐρ. ἀναπτήσομαι, de Mercurio, *in coelum* denuo *volabo*, cum ipſo adeo v. noſtro, cf. Stp. Th., cuius e Luc. ſine Ind. eſt 1, 213. l. 98. *evolaſti*, ut vertitur etiam Ind. Fab. Aeſ. Hſ., phyſice etiam, ſed tropice ap. Char. 8, 2. e. p. 131. l. 11. Vs. p. 153. l. 6. ſubvolare *in coelum*, ad quae D'Orv. p. 665. m. alia exempla cum εἰς τὸν οὐρ., ſed v. in med. cf. Ind. Ariſt. Kuſt. cum Herodt. in v. ἀνάπτομαι, qui locus eſt contra Stp., cuius e Soph. habes in Ai. v. 702., ubi Schol. ined. ὁ δεύτερος ἀόριστος τῶν ἐνεργητικῶν (immo τοῦ ἐνεργητικοῦ) ἔπτην, — καὶ λαμβάνεται ἐπὶ ἐνεργητικοῦ καὶ παθητικοῦ, ut noſtrum compoſ

„ἀναπτὰς, ὀπαδὸς p ἤδη καὶ
„σύνεδρός ἐστι θεῶν· ἡμῖν δὲ χρὴ
„μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώποις, καὶ

vectus, conſors iam et confeſſor
18. *eſt deorum: nos autem opor-*
tet curare humana, et res orbis

p) ὀπ. per aſperum A. B. Par. 1. et Pat., v. N.

per paſſ. reddit Bg. e P., ſed forte etiam, ut tempus praeter. aſſequatur, quale in particip. non habet v. ſeverum *evolare*; unde reſolvit Sch. in „οὐρ. quum *in* coelum *evolaſſet*, (ſed in v.) ἀνίπταμαι — *ſurſum* volans, *evectus* per mortem *in coel.*" in themate faciens cum Stp. Th., ubi tamen et ἀναπτάω et ἀνάπτημι, forte rectius, etſi quoque L. Ern. repetit „ἀνίπταμαι et ἀνάπτημι, ſurſum *volo*" hanc vim pr. ἀνὰ ſequentibus etiam P. et Bg., cf. Z. ad Vig. p. 559. a. m. Nr. 1., ſed G. Th. in Bg. tenente modo rectionem „ſurſum vehere, — *in* altitudinem" it. in *ſubvol.* et *evol.*, ubi tamen de animis et manibus Cic. Somn. c. 3. i. *qui* ex *corporum* vinculis *evolarunt*, et Tuſc. Qu. 1, 17. e. in *coeleſtem* locum *ſubvolare*, ut P. ſimile Claud. Ep. Carm. Paſch. v. 18. de Chriſto, *mox* aetherias *evectus* in *auras*; noſtratibus hic tropum non tenentibus, ſed *hinauf* in *den* Himmel *kommen*, ſ. *ſich ſchwingen* ſ. *erheben*.

ὀπαδ.) v. D'Arnaud de diis Paredr. paſſim et p. 6. 14. de ὀπ. p. 203. Hunc locum tangit et explicat p. 206. Quanto veriſimilius pariter et modeſtius fuit, pios et bene meritos poſt mortem non συνθρόνους τοῦ θεοῦ facere, ſed συμπολίτας τῶν ἁγίων καὶ οἰκείους τοῦ θεοῦ Eph. 2, 19. Porphyr. de abſt. 4, 10., ubi libitinarius pro mortuo orationem habet ad deos, *et me accipite*, inquit, *et* diis *contubernalem* futurum *tradite*, προσδέξασθέ με καὶ παράδοτε τοῖς ἀϊδίοις θεοῖς σύνοικον, v. Irhof. p. 191. *Leisn.*

Nihil horum cum inſpicere licuiſſet: manſimus in his, Sch. „ὀπ. deorum *conſors*, ſ. *aſſecla* et *confeſſor*" quod poſtr. repetit in rel. cum Bg. e P., ſed medium e Sb. Ind., ubi et per aſperum aliunde, ut ad Cic. Att. 4, 6. m. *ergo erimus* ὀπαδοὶ, *qui* ταγοὶ *eſſe noluimus*, Victor. bis eandem ſcripturam adhibuit, ſed Ern. Cl. Ind. Gr. „ὀπαδοὶ, aſſeclae *aliorum* in *militia*" quo leni praeterea ubique deprehendimus, v. Exc.

τῶν ἐν ἀ.) In hac formula, ut et ſq. τὰ ἐ. γ., articulus requirit ſupplendum aliquod ſubſt., ut praep. aliquod particip., tanquam τῶν ἐν ἀ. ὄντων πραγμάτων, ut in his ἐν eſt pro Lat. *inter*, ſ. *apud*, et τὰ ἐν ἀ. proprie, *res*, *quae* ſunt *et* fiunt *inter*, ap. *homines*, quod deinde, e lege formulae vertendae, v. §. 11. e., res humanae, negotia humana; unde denique per ellipſin oritur adi. Bg., prae P. ſeverius, cf. Ind. Xen. Cyr. Z. v. ἐν e., „τὰ ἐν ἀ., h. e. τὰ ἀνθρώπινα" ap. Ael. V. h. 14, 32. e. τοῦτο τῶν ἐν ἀ. ἐστὶν αἴσχιστον, *id* turpiſſimum *inter* hom. *eſt*, immo *hoc* rerum, *actionum* humanarum *eſt turp.*, quo tendit Ind. v. ὁ. m. „τὰ ἐν ἀ. res *humanae*" ſed ἐν ἀ., ſimpl. pro *inter hom.*, v. Theogn. Ind., ut poëticum ap. Eur. Hec. v. 491. πάντα τἀν βροτοῖς, ubi Schol. τὰ ἀνθρώπεια, ſed Sch. in „μελ. curare, *quae* ſunt *hominum*, διοικ. τ. ἐ. γ. *gubernare* res *hum.* γ. *terreſtria*, (in τῶν) ἐν ἀ. rerum *hum.* (in praep. τὰ ἐν ἀ. cum Bg. et in) ἐ. cum art. facit adi. — *terrena*" cum P. adiungit ſubſt. πραγμ., quod et noſtratibus neceſſarium, in primo *die* menſchlichen *Geſchäfte*, ſ. *die* Geſch. *unter* den *Menſchen*, et in altero *die Sachen* auf *Erden*, ſ. Vern. *die* irdiſchen *Dinge*; membrum utr. miſcente P., unde Bg. modo

„τὰ ἐπὶ γῆς διοικεῖν. κατορθοῦν
„δὲ αὐτὰ καὶ βεβαιοῦν q, ὑμέτε-
„ρον ἔργον, εἰ τά τε τοῦ πολέμου
„λείψανα μετὰ πάσης ἀν-

19. *terrarum adminiſtrare. Ut autem bene gerantur et ſtabilian-tur, veſtrae operae eſt, ſi et belli reliquias ſumma fortitu-*

q) Hic in Ms. Ba. comma deſideratur. *Mart.* etiam in B. I.

retinet ad γῆς liberam periphraſin, ſupplens hic ſubſt. πράγματα, ſed formulam aliter, ac in pr. membro, reddens non per adi. merum, ſed per duo ſubſt. in regimine, pro τὰ τῆς γ., in quem gen. reſolvas et pr. membrum, τὰ ἀνθρώπων, ut Sch. fecit, et ipſe Noſter 4, 12, 5., cui par quoque τὰ ἀνθρώπεια 5, 7, 3., quod eſt Bg. et illi Zeun. affine et ſyn., ut hic utrumque idem, ac per copiam variationemque copulatum, ſed ut τὰ ἐν ἀ. reſpiciant pr. θεῶν, et τὰ ἐ. γ. pr. εἰς οὐρ., ſicut ſunt v. v. ſyn. μελ. et διοικ. per eandem varietatem et copiam; tacente Stp. Th. ubique, ac nemine forte haeſitaturo in conſtructione, ut v. χρ. cum dat. perſ., ſicut Sch. e P., regat „χρ. ἡμ., incumbit *nobis*“ quo de caſu verbi Gr. nihil cognovi, cf. Poſſ. Synt.; quanquam Lat. *decet* dr. cum utr., acc. et dat., cum ἡμ. (ubi recte Sch. „de una perſ.“ pro ἐμοὶ, quo de hic conſtat ex oppoſ. ſq. ὑμετ., ut ne capiatur, ut §. 12. et 7.) melius regatur ad v. μελ., ex ordine ſevero, χρὴ δὲ, μέλειν ἡμῖν τῶν λ., a Noſtro praemiſ-ſum, opinor, ut magis appareret oppoſitum relatumque ad ὁ. μ. πατ., unde nec decipiat quem ſeveritas Bg. in ſervato Gr. ordine, quaſi voluerit legere aliter, cum iſtius Lat. *oport.* requirat acc., nec noſtrates aliter queant reddere, quam quaſi ſit ἡμᾶς δὲ χρ. λ., in v. Bg. non tenente G. Th. illud ſyn. Niz. „*admin.*, procuro“ cf. Cort. Cic. ep. 15, 5, 1. et ad Sall. Iug. 29, 1. it. Ind. Corn. N. v. *curare*.

κατορθ.) P. libertatem deſerit quoque Sch. in κ. „τινὰ, cum *felici* ſucceſſu *componere* aliqua, β. τινὰ, *ſtabilire* res aliquas regni,“ ut Stp. Th. 2, 1442. i. „κ. feliciter conficio, ad felicem exitum rem aliquam perduco, — Herodi. l. 1.“ hinc ſine Vs. alia, ubi ſane poteſt pr. κατὰ valere in partem bonam et pro Lat. *bene* ſ. *feliciter*, quo et Bg. ſpectat; ut ſit, ea, quae mihi in imperio ſunt curanda vobiſcum et per vos, quae a me praeſcribuntur et imperantur, debetis vos exſequi rite, decenter, ſtrenue, promte, ſed debetis etiam facere, ut ea ne ſint irrita, nec impediantur; nobis *glücklich ausführen* und *unterſtützen* ſ. *befördern*; quanquam procedit et ſimpl. notio, qua de alibi, pro perficere et exſequi, cuius alterum v. βεβ. aliquod velut ſyn., cum imperata ſtabiliantur, firma et rata reddantur, dum fiunt et obſervantur; tenente Stp. Th. nihil in hoc v., quam Lat. Bg., ap. G. Th. cum Gr. n., ſed Bg. praeterea ſumente formulam ſyn. per *ut* particulam pro inf., qui pendet a ſq. ὑμ. ἔργ., ubi Sch. in ſubſt., praeter libera P. „veſtri muneris eſt“ ſimiliter et ſupplet v. ſubſt., et caſum mutat, poſito gen. pro nominativo, cum ſevera Latina, *veſtrum* eſt *opus* ſ. *negotium*, aut, aſſumto pron. demonſtr., quod proprie hic deeſt, *hoc* eſt *veſtrum opus* ſ. *negotium*, magis e Vern. ratione forte dicantur, *das iſt* euer *Geſchäfte*, eure *Sache*, ut Gr. ἔργ. pro Lat *res* ſit, cf. §. 11. e., ſicut poterit quoque explicari *cura*, it. cum Sch. munus ſ. officium, quomodo valent Lat. *opus* et *negotium* etiam, cf. G. Th. 420, 45. 606, 62., ſed de Gr. formula tota aut noſtra aut affini Bud. C. 237, 26. 375, 9. Stp. Th. 1, 1227. E. e. Ind. Xen. Cyr. Z. Valck-

„δρείας ἀπαλείψοιτε[r], καὶ τὴν *dine deleveritis, et Romanum*

r) Ms. Ba. ἀπολήψετε, quod quidem neſcio an alteri anteferendum eſſet, ſi temporum ratio conſtaret. *Mart.* Conſentiunt in novitate Mss. rel., v. N., ſed in edd. nil, niſi vitia, v. c. ἀπαλείψοι τε B. 1.

Eur. Ph. p. 165. a. Vig. p. 86. Nr. 11. m., ubi inf. ſequitur, hic praemiſſus, et cenſetur „elegantius ſine v. ἐστὶν uſurpari" ut tamen et cum eo v. ſit ap. Aeſch. R. Or. V. 4. p. 1059. e. Iſ. Pan. Mor. p. 70. c. Dem. 1417, 26., ut ſine eodem 1443, 6., quod ſupplet Schol. Ariſt. Lyſ. v. 381., ubi eſt ſine inf., ut cum gen. pron. demonſtr. αὐτῶν, aut alius perſ. in Ind. Thuc. Xen. Bach. Dem. 202, 7. 297, 19., quocum caſu interdum alia in ſententia dr., v. Fiſch. Ind. Aeſch., Beck. ad Eur. Hipp. p. 12. m. v. 911. Hoog. ad Vig. l. l. Dem. 25, 26., ubi intra v. δεῖ et δεῖν non ſit *officium*, ſed negotium, i. cura; ſicut cum inf., (ut Lat. *opus eſt*,) ſumetur interdum pro Lat. *neceſſe eſt*, v. Soph. Ai. v. 11. cum Schol. et Wyttb. ad Plut. p. 11. i., it. pro Lat. *decet*, cf. Hoog. l. l., (in quo tamen latet illud Lat. *officium eſt*,) it. pro Lat. *difficile eſt*, cf. Stp. Th. I. l. G. c. Ind. Xen. Mem. S. et Cyr. Z., Fiſch. Theophr. Dem. 200, 24., (pro quo l. 22. χαλεπὸν εὑρεῖν,) Suid. 1, 851. i., et Ind. Ael. V. h. ἔ. ἐστὶ cum dat. perſ. et inf. pro moris ſ. mos eſt, cf. Hoog. l. l., in qua diverſa formulae notione ſenſus reperietur e contextu et adiuncto, ut h. l., ubi adeſt pron. perſ. ὑμ., ut alibi ἡμέτερον, ἐμὸν, σὸν, cum ſubſt. ἔργ. in eodem caſu ac genere; quae declarant, ἔργ. eſſe pro Latt. illis, quae ab initio propoſita; ut omnino ἔργον ἡμέτερον εἶναι, ſ. noſtrum opus negotiumque eſſe dicetur, quod nobis eſt faciendum, curandum, impoſitum, tributum, proprium, ac proinde quod neceſſe, decens ac ſolitum et in more; quae eſt ſeries et quaſi genealogia notionum in formula noſtra, quatenus ſubſt. ἔργ. ſimpliciter accipitur; a quo, cum eſt pro re atque opere gravi, difficili et moleſtiori, adeoque pro difficultate, (per emphaſin, et adiuncta notione ſecundaria, qualis et in Lat. *labor*, negotium, *opus*,) ſane pro difficile eſſe uſurpamus.

ἀπαλειψ.) Male in Cod. exſtat ἀπολήψετε, cuius permutationis, ex itaciſmo ortae, exemplorum omnia plena ſunt. *Stroth.*

Martini quidem dubitatio contra Mss., ducta a temporum diverſitate, per enallagen illam temporum ſ. potius modorum removeri queat; etſi eſt mihi maior ſuſpicio de lapſu librarii, non tantum ob itacismum iſtum, ſed etiam, quod crebro confunduntur α et ο, ac denique de Gloſſatoris opera a ſenſu, cum λειψ. τοῦ π. ἀπολαμβάνειν debeat eſſe *belli* reliquias *intercipere*, intercludere, impedire, tollere, finire, quod et lectio vulg. ſignificat, ſed ſimul cum tropo alio, qui aptior eſt illi ſubſt. λειψ., cum ἀπαλείφειν, ut et longe frequentius ἐξαλείφειν, recte explicante Stp. Th. aliunde, ſit proprie quaſi *deungere*, et hinc phyſice ſpongia ſ. ſtylo abſtergere, delere, obliterare, ſed tropice in univerſum tollere, removere, rel., quanquam ille non affert exemplum phyſicae notionis, qualia ſunt in Ind. R. Or. V. 4. et Dem., (cui add. 391, 6.) Dion. Caſ. et Sb., cf. ad Thom. M. p. 211. Gl. Tim. R. p. 60. Heſ. 1, 940. m. διαγρ. Suid. 1, 566. c. διασηθ., praeter quos nec v. reperi, nec alibi totam Noſtri formulam, nec ſimile quid ap. Stp. in πολ. et λειψ., quod v. in Ind. Orph. et Luc., reddente Bg. cum P., ſed tenente G. Th. in v. *obliterare* Gr. n. et illud ἐξαλ., at hoc ſolum in v. *delere*,

„Ῥωμαίων ἀρχὴν μέχρις Ὠκεα- *imperium usque ad Oceanum*

ubi ſine explic. eſt formula ſyn. *bellum delere*, (cf. Cic. de amic. c. 3. m. cum Corn. N. 7, 8, 6. e., ubi Boſ. in N. exponit *conficere*,) ſed in v. *bell.* 599, 29. „reliquiae *belli*, quidquid poſt bellum peractum ſupereſt et non totum periit, Sil. 15, 541. *miſeras* quaerentem *exurere* belli *reliquias*" ubi ſit, fortunas et urbes, quae adhuc reliquae ſunt, incendio vaſtare et abſumere, aliter, quam hic, ubi eſt, ipſum bellum, quod adhuc reliquum eſt, i. e. hoſtiles impetus, incurſiones, rapinas, rel., opprimere ac finire, it. hoſtes, qui nondum victi, adhuc vincere, eosque aut necare, aut ſibi ſubiicere, aut fugare et repellere in ſedes ſuas, aut facere, ut quieſcant et a bello deſiſtant; quo ſenſu Iuſt. 22, 8, 6. dum *belli* reliquiae *peraguntur*, ubi male Scheff. „nimis mihi inſolens haec locutio videtur. Mallem *belli* reliqua *perag.*" quod ſane etiam dr. (et ſyn. eſt noſtris ſubſt. duobus, pro adi. et ſubſt.) per ellipſin ſubſt. *negotia*, et pro bellum reliquum, ſ. reliqua belli pars, (nobis, manſuris in tropo, *den* Reſt *des* Krieges *tilgen*, ſ. *vertilgen*,) cf. Ind. Liv. Ern., (ubi 26, 1. m. V. L. *reliquias* contra, pro textus *reliqua* belli *perficere*, e gloſſa,) it. 9, 29. i. Iuſt. 22, 8, 15., ubi Scheff. nihil movet, G. Th. v. *reliq.*, ſine Gr. et explic., 140, 53. e Vell. P. 2, 17. i., et ipſe Capit. in Marco c. 28. p. 397. *quum aegrotare coepiſſet*, *filium advocavit*, *atque ab eo primum petiit*, ut *belli* reliquias *non* contemneret, *ne videretur remp. prodere*, rel., ad ſq. μ. π. ἀνδρ. nihil praebente G. Th., nec ſeverum *cum* ſumma *fortitudine* ſ. *virtute*, nec illud Bg. per abl. nudum, quod propius, quam adv. P., quo reſpicit Sch. in praep., ſine Vs., per legem ad 1, 1, 4. m.

τὴν Ῥωμ.) *Oceanus* h. l. ſine dubio Oc. ſeptentrionalis, quem et Tac. in Germ. c. 1. ſimpliciter *Oceanum* vocavit. Hic dr. et *Germaniae ſinus* c. 37. (i., ubi tamen V. L. *ſitum*) ab eodem Tac. et *Suevicum mare* c. 45. et *Germanicum mare* et *Codanus ſinus* Plin. 4, 13. *Germanicus Oc.* Ptolem. 2, 11. *Venedicus ſinus* eidem l. 8. Quum vetuſtiſſimis Rom. Grque ſcriptoribus hic Oc. plane ignotus eſſet: factum eſt, ut nomine *Oceani* mare Atlanticum fere deſignaretur. — Hoc patet etiam ex Herodi. 1, 6, 16. καὶ τὴν ὑπὸ τῇ ἄρκτῳ ἀρχὴν Ὠκεανῷ ὁρίσαντι. Caeterum hic Commodus multo modeſtior reliquis Rom. ſcriptoribus. Fatetur enim his verbis, nondum eſſe totum orbem Romanorum, ut multi per adulationem ſcripſere, e. g. Rutil. 1, 55. Ariſtid. Or. in Rom. Petron. *Orbem iam totum victor Romanus habebat*, *Qua mare*, *qua tellus*, *qua ſidus currit utrumque*, v. Intrp. ad Rut. l. l. *Leisn.*

De re ac finibus ſ. limitibus imperii Romani v. Exc., ut 1, 1, 8. τὴν Ῥ. ἀ., quam capias hic de poteſtate (*Herrſchaft*,) aut finibus et terris cum P., praeter cuius Lat. ad v. πρ., habet Sch. „*produxeritis*, ſ. *extenderitis* terminos imperii *ad* Oc. *usque*" at Stp. nihil ſimile, ſed Ind. Thuc. „προαγαγεῖν τὴν πόλιν, remp. *amplificare*" cum Vs. ad latus, it. Dem. p. 627. e. Nr. 2) „*producere*, ut maceriam, ulterius in viam publ." quod Lat. ſeverum quidem, at non ita ſolenne, quam rel. Lat. Intrp., cf. G. Th. v. *promovere* 1114, 92. et v. *imper.* 1000, e. it. *proferre* Nr. 4. cum Ind. Iuſt. et Plin. Pan. 54, 4. m., tropum noſtratibus non tenentibus, niſi forte in *hinaus* ſ. *vorrücken*, pro ſolenni *erweitern.*

„νοῦ προαγάγοιτε[ſ]. ὑμῖν τε[t] „γὰρ ταῦτα δόξαν οἴσει[u] καὶ „τὴν τοῦ κοινοῦ πατρὸς μνήμην „χάρισιν ἀξίαις οὕτως ἀμεί- „ψεσθε[x]· ὃν ἐπακούειν τὲ[y] τῶν „λεγομένων, καὶ τὰ πραττόμε-

20. *protuleritis. Tum vobis enim ea res gloriam feret, tum communis parentis memoriae gratiam hoc pacto dignam re-*
21. *feretis, quem et exaudire, quae dicuntur, et, quae gerun-*

ſ) Ms. Vi. προσαγ. Crebro ſolet noſter, ſive in compoſitis, ſive etiam ſimplicem praep. πρὸ naſute mutare in πρὸς, et vice verſa, quod non ſemper adnotavi. Subinde tamen recte, ut videbitur, differt Cod. ab edd. *Loc.* Hic quidem vitium eſt manifeſtum. t) Ms. Ba. ὑμῖν τὲ cf. 1, 4, 14. m. 19. m., ſed ὑμῖν τι B. 2. cum Lov. mendoſe. u) Comma hic in Stp. al., et tacite in Mss., ſed in Ms. Bg. clare, ut punctum in A. cum B. 2., pro quo colon dedimus, ut in re continua, ſed tamen alia conſtructione. x) Bs. 1. ἀμείψεσθαι — ἡγεῖσθαι, cf. 1, 4, 14. e., ſed hic Stp. et rel. colon, pro al. puncto aut commate, quod in Vs. Bg. dedimus pro nihilo, cf. 1, 1, 5. e. y) Ms. Ba. ἐπακούειν τῶν λεγ. v. N.

ὑμῖν) P. effingente periodum, ut haec §. cum pr. arctius coëat, Bg. inde ſervat modo Latt. ad τὲ — καὶ, cf. 1, 4, 3., liberius reddens pron. ταῦτα per ſyn. formulam, cum *ea res*, proprie pro ſing. pron. *id*, ſed deinde etiam pro plur. *ea* dici queat, ut promiſcue ταῦτα et τοῦτο ap. Grr. uſurpantur; quanquam per ſe plur. non de una tantum re valet, niſi quoad et ipſa eſt multarum partium; cf. Schell. de ſtylo p. 580. m. cum Cort. ad Cic. ep. 1, 8, 2. et ad Sall. Cat. 40, 4. Iug. 41, 1. 84, 3., in ſq. traducente P. orationem alio, ubi Sch. „δ. gloriam *ferent* haec *vobis*, οἰσ. afferent *haec gl. vob.*" habente et noſtrate lingua tropum in *bringen*, pro parare, conciliare, ſed Stp. Th. cum Lat. illo Sch. utr. aliunde 4, 81. E., cf. Ind. Hom. Ern. v. κλέος, Dem. v. δοξ. et Thuc. v. φερ. it. Ael. V. h. „*affert*, gignit" et Iſ. Pan. Mor. p. 127. i., quae per tropum de re dicuntur, cum ex ea oriuntur alicui gloria, ſermo bonus ac laus, cum quis gloriam, rel., ſibi acquirit, cum alii talia cuidam tribuunt, de aliquo bene ſentiunt ac loquuntur.

τὴν τοῦ κ.) Praeter dicta ad §. 7. et Exc. ad 1, 4, 14. e., hic addendum de conſtructione v. ἀμ., quod med. cum rei dat. et acc., ignorante Stp. Th., v. ap. Xen. Mem. S. 4, 3, 15. e. μοὶ δοκεῖ τὰς τῶν θεῶν εὐεργεσίας οὐδ' ἂν εἷς ποτε ἀνθρώπων ἀξίαις χάρισιν ἀμείβεσθαι, ed. Th. V. 4. p. 231. *nemo mihi hominum beneficia div.* gratiis *rependere* meritis *videatur*, pro quo Bg. ſeverior in adi. ἀξ., Ind. Thuc., ſed cum acc. perſ. Diod. S. 1, 389, 22. ἀμ. ταῖς προσηκούσαις χ. τοὺς εὐποιήσαντας, *quam decet*, gratiam *referre*, immo *convenientes gratias* referre *beneficis*, ſ. *benefactoribus*, 2, 223, 6. τούτους ταῖς πρεπούσαις χ. ἠμ., *meritam* (decentem) *bis* gratiam *retulit*, quae ſunt ſyn. noſtro adi. ἀξ., cf. ib. 263, 17. *remunerabantur*, Dion. H. S. T. 1. 47, 24. *penſabimus*, Luc. 3, 231. l. 83. *rependere*, ubi i. q. pr. ἀπονέμειν χάριν, gratiam *referre*, ut Noſter hic modo variat cum ἀποδοῦναι χάριν 1, 4, 7., cf. Ind. Dion. H. S. T. 1. Diod. S. Dem. Ael. V. h. Fiſch. Pal., Fab. Aeſ. Hſ., Gs. Chr. et Abr. Dil. Th., ut de Bg., praeter ordinem alium, 1, 1, 9. in οὕτ., a P. omiſſo.

ὃν ἐπακ.) Haec ne de diis quidem omnibus ſemper credebantur, v. Obſ. Miſc. T. 1. p. 1. p. 5. Haec igitur documento ſunt, gentiles He-

„να ἐφορᾷν[z] ἡγεῖσθε. εὐδαιμο- „νοίημεν δ' ἂν[a], τὰ δέοντα πράτ-

22. *tur, intueri exiſtimate. Felices autem nos, quae opor-*

z) ἐφορᾷν ſic ſine Iota ſubſcr. A. cum B. 2. R., v. N. a) Hic noſtrum eſt comma, v. N.

rodiani tempore rectius, quam olim, ſenſiſſe de deo, ſed male, quae dei propria ſunt, accommodaſſe ad imperatores divos. *Leisn.*

Cuius diſputata pertinent ad Noſtri dogmata ſuper rebus div., quo de alibi, faciente hic Sch. cum Bg. in reſoluto particip., at in Lat. ad v. v. cum eodem e P., qui libere mutat pron. ὃν in καὶ αὐτὸν, cf. 1, 1, 5. e., (hinc forte τὲ omittens, cum Ms. ante καὶ, intervallo ſequens, v. §. 2. i.) quae ratio reſolvendi cum imperativo ἡγ., a Latt. Intp. recte expreſſo, ſane commodior et magis perſpicua eſt ad noſtratium morem, *und* glaubet, *daſs* er *ſo* wohl *höret* —, als *ſiehet*; vertente Sb. Ind. hinc v. ἐπ. per ſimpl. Lat. *audire*, cf. Gs. ad Luc. 3, 56. l. 11. Harl. Chr. P. p. 105. v. 95., et iam Stp. Th. diſerte „pro ſimpl. ἀκ. *audio*“ qui commode affert deinde Hom. nobiliſſimum, ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, ut habet memoriter ex 'Ιλ. γ', 277. et 'Οδ. λ', 108. (Cl. Vs. *adſpicis — audis,* — et — *videt — audit,*) quo Noſter reſpexerit, etſi mutato caſu, qui gen. pendeat a praep., cf. L. N. T. cum ind. Luc., Orph., ubi h. 60, 8. ſimilis Hom. imitatio de Nemeſi, πάντ' ἐσορᾷς, καὶ π. ἐπ., cuncta *tueris*, cuncta *audis*, Heſ. Muſ. Acl. V. h. R. Or. V. 4. et Dem. ἐπακούοντες τῶν λεγομ., ſed abſolute Fab. Aeſ. Hſ., ut non pro ſimpl. in L. Ern. et Vig. p. 610. b. e. Nr. 16. „attente *audire*“ ut praep. augeat, cui repugnat adv. diſerte adiunctum ap. Luc. 3, 400. l. 83. οἰνοχόος ὀξὺ δεδορκέτω, — καὶ ἐπ' ὀξύτερον ἐπακουέτω, *pincerna* acutum *cernito*, et *acutius* etiam *audito*, G. Th. in Lat. Bg. „perfecte, nec ſine difficultate plerumque audire“ ſed et ſimpliciter, ut Niz. „*exaud.*, audio.“ Sed in ἐφ. Bg. recte omittit adiunctum illud P. *praeſentem*, quale quid et in Bg. ap. G. Th. „videre et *cominus* inſpicere“ ſed bene iterum pro ſimpl. Niz. „video, tueor, adſpicio“ it. Stp. Th., poſt Bg. aliunde „Hom. 'Οδ. μ', (323. de ſole iterum, Cl. Vs. — *inſpicit* — *audit*,) ſed et ſimpl. pro videre et cernere“ ſine exemplo, cf. Bud. C. 464, 20. Orph. h. 68, 15. de Eumenidis, libere in Vs., pro *ſpectatis* ſ. *obſervatis*, Theogn. v. 1234. *adſpiciunt*, it. Char. p. 99. l. 7. de ſole, Rsk. Vs. p. 115. l. 16., ſed Xen. Oec. 4, 6. e. Th. V. 4. p. 293. *inſpicit*, ut Ind. Z., (cum Bach., ubi et *viſere*,) qui in Cyr. et *conſpicere*, ut Fab. Aeſ. Hſ. *ſuſpicere*, cf. Dem., (cuius locus aliquis videtur reſpicere Orph. h. 61, 1. ſqq.) et e Zoſ. v. Exc. ad 1, 4, 9. e., ſed Ind. Luc. male, cum in textu ſit ἀφορ., denique tropice Krb. ad N. T. p. 98. i., ut de Bg. ad v. πρατ. alibi, (pro quo ſervarim, *quae aguntur*, cum Lat. magis opponantur *dici* et *agi*,) ſed ad v. ἡγ. §. 8. e., deſerto P., ubi etiam Sch. ſine Vs. ſtatuit imperativum, qui in oratore fortior ſit; etſi non omnino repugno de praeſ. et Indicativo modo, ubi pron. ὃν reſolvetur per cauſalem, *quia* eum rel., cf. 1, 1, 5. e. ac de dubio tali modo 1, 4, 8. i., ut ad ἐφ. de Iota ſubſcr. in inf. habeo haec, in edd. etiam deinceps per Noſtrum variari, et ipſos Grammat. in hoc genere diffidere, cf. ad Luc. 1, 778. b. N. 23. 2, 929. b. e. N. 93. Vig. p. 216. i. et Fiſch. ad Well. p. 31. m.

εὐδαιμ.) Neglectum a P. τὰ δ. reſolvit Bg., cf. 1, 4, 8. e., ut Sch. per ſyn. „honeſta, bona, quae gerere decet, agere, πρ. *agentes*, quae decet“

„τουτες ὑπὸ τοιούτῳ μάρτυρι. tet, *facientes ſub tali teſte.*

dum Bg. illi ἂν nullam iterum vim tribuit, et ipſe retinens particip. poſt v. εὐδ. (ubi Sch. ſine Vs. ſub „feliciter ago"), quod cum P. mutat in adi. cum pron. perſ., (deſerto iſtius gradu ſuperlat.) ſ. potius in formulam ellipticam, oppreſſo v. ſubſt., pro *nos* felices *ſimus*, tenente Stp. Th. tantum ſimile hoc 1, 897. B. i. e Xen. Oec. (tacentibus Indd.) „ἀγαθὸς γὰρ ὢν εὐδαιμονεῖς, virtuti tuae fortuna coniuncta eſt" pro qua Cic. interpretatione liberrima, praemiſſum ibi particip. potius reſolves per conditionalem, *ſi* enim *honeſtus* es: *felix es*, ut et h. l., *felices* autem *ſimus*, ſi *facimus*, aut per fut., cf. §. 16., *felices* erimus, *ſi facimus*, it. per fut. exactum, *felices* fuerimus, *ſi* rel., aut per impf. coniunct., *felices* eſſemus, *ſi* rel., per quod et alii ἂν cum optat. reddunt, cf. Dev. p. 49. e. cum Hoog. Op. p. 66. i. 71. e. p. ſq. i. etc. et noſtrum v. cum particip. ap. Eur. El. *v.* 1291. πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου, Εὐδαιμονήσεις, τῶνδ' ἀπαλλαχθεὶς πόνων, *fatalem* enim *caedis* ſortem *cum* expleveris: *felix* eris, *bis* liberatus *laboribus*, ubi, propter iam praec. *cum*, ſyn. illi *ſi*, reſolverim particip. per *poſtquam* aut *dum* modi ſ. cauſae, Luc. 1, 139. l. 40. ὥστε — τυχόντας μὲν εὐδαιμονεῖν οἴεσθαι, εἰ δὲ ἀποτύχοιεν, οὐκ ἀνέχεσθαι ζῶντας, *ut*, ſi *potiri te licuerit*, beatos *ſe* exiſtiment, *ſin* minus, *vitam* ſibi *abiudicent*, ubi participio, a Gs. nobiscum reſoluto, ſubſtituitur enunciatio ipſa conditionalis, ut N. T. illud Act. 15, 29. ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε, quidquid contra dicat Kypk. 2, 76. m., ſimiliter capimus cum aliis, v. L. Fiſch. v. πρ. et Krb., huiusque Obſ. p. 229. m., et dudum Pric., qui non modo v. εὐδ. cum particip. e Plat. affert, ſed et alteram rationem cum diſerta particula εἰ ex Ariſtoph., cui add. Fiſch. Aeſch. 3, 12. i. Eur. Or. v. 1172. ἑνὸς γὰρ εἰ λαβοίμεθ', εὐτυχοῖμεν ἄν, *eſſemus* enim *felices*, ſi *unum* poſſemus *adipiſci*, optat. adeo per impf. converſo, ut adi. εὐδαίμων quoque cum εἰ ap. Plut. Hſ. 4, 6. εὐδαίμων — καὶ θεοφιλὴς, εἴ τῳ ταῦτα θεῶν τις ἀπέδωκεν, *beatus* diis *que* carus *eſt*, cui *deus aliquis iſta tribuit*, ubi εἴ τῳ, ſi *cui*, per ſyn. pron. relat. redditur, quod et ipſum eſt cum v. noſtro ap. Luc. 1, 611. l. 48. ὅσοι μὲν ἂν εὑρεθῶσι, εὐδαιμονήσουσιν, etiam in adi. ap. Heſ. ἔργ. v. 826. et Theogn. v. 1007., quocum et ὅτι ap. Call. ep. 63, 1., quo ſenſu et P. hic ceperit ſuum *qui*, pro quia nos; ſequente Vern. rec., ſed vet. nobiscum faciente, cf. de v. noſtro Ind. Luc. Fiſch. Aeſch., Ariſt. Kuſt. cum Heſ. 1, 1493., quo utaris ad N. T. ſuperius, ut in N. 9. „Cyr. L. εὖ γνοίην, καλῶς ἐπιγνώσομαι" optat. per fut. etiam explicatur, ſed phraſis ſyn. noſtro v. ap. Theogn. v. 653. εὐδαίμων εἴην καὶ θεοῖς φίλος ἀθανάτοισι, cum ſyn. adiuncto, ut ante ap. Plut., et εὐτυχέστερος cum θεοφιλέστατος ap. Iſ. Ev. e. W. ed. 297, 8., ſicut Lat. copulantur *felix* et *beatus* ſ. *fortunatus*, cf. G. Th. v. *fel.* 626, 9., qui in v. *teſt.* 770, 6. modo, *nullum* teſte *me* fiat *nefas*, per abl. nudum, cf. tamen cum praep. etiam ap. Claud. de laud. Stil. 2, 124. ſub *teſte* benigno *vivitur*, it. Iuv. Sat. 15, 26., ignorante Stp. Th. hunc locum cum affini 7, 10, 6. et ſimilibus Call. Di. v. 176. *ſub*, ſed Luc. 1, 836. l. 6. ὑ. νυμφαγωγῷ τῷ βασιλεῖ, conciliatore — *ſponſae* ipſo *rege*, et 2, 204. l. 89. ὑ. γεωργῷ τῷ θεῷ, *agrum noſtrum* colente *deo*, per ſyn. particip., at Sch. cum Bg. in μ., et in „ὑ. ſub *teſte*, h. e. teſte eo" quod ſit i. q. quia is eſt teſtis nobis, ſ. quia cum habemus teſtem; quo P. reſpexit: ſed ut

„καὶ τὰ μὲν πρότερον ὑμῖν ἀν-
„δρείως κατορθωθέντα [b] εἰς
„τὴν ἐκείνου σοφίαν τὲ καὶ στρα-

23. *Equidem, quae prius a vobis fortiter geſta ſunt, ad illius ſapientiam et impe-*

b) Hic comma ſine neceſſitate fuit in edd. omnibus, et tacite etiam in Mss.

proprie ὑπὸ cum rei caſu adhibeatur in exprimenda propinquitate locorum ac temporum, aliarumque rerum, cf. Exc. ad 1, 1, 4. et Ern. ad Call. Di. v. 239., et cum caſu perſ., ut hic, de propinquitate ac praeſentia alicuius perſ., ubi poteſt ad ſenſum exprimi per Lat. particulam *coram*, ut diſerte facit ex h. l. Fiſch. ad Well. p. 398. m., vel per ſyn. particip. *praeſente*, ſ. per ſyn. formulam ſubſt. cum praep., *in praeſentia*, it. ſub oculis et ſub adſpectu, quod fere ſequitur *Vern. vet.*, reſpiciente Noſtro ad pr. §. ἐπακ. et ἐφορ., cum ſit teſtis, *qui aliquid* ſcit, vidit, audivit, et videt auditque; et id de homine; ut contra de deo teſte, praeter notitiam rerum, intelligimus adiunctam ei voluntatem iuvandi aut nocendi, praemiisque afficiendi aut poenis; unde et τοιοῦτος eum ſubſt. μαρτ., univerſe tam magnus ac praeſtans, de homine quidem eſt pro intelligens ac verus, ſed de deo non tantum tam ſciens et omniſcius, ſed et tam bonus et benignus, ut ap. Claud. ſupra adiunctum; ſenſusque totius, erimus felices, ſi fecerimus officium quiſque ſuum, quia facimus illud ſub oculis et conſcientia tam benigni numinis, quod nos et in terris amavit ante, et nunc in coelo amabit propter neceſſitudinem nobiſcum priſtinam.

καὶ τὰ μ.) Sch. modo in adv. ἀνδρ. cum Bg., qui per Lat. *equidem* reddit aut καὶ μὲν aut μὲν ſolum, ſumens ſuum pro *et quidem* ſ. pro ſimpl. *quidem*, cf. G. Th. et Schell. de ſtylo p. 193. m., P. abeunte a paſſ., et v. κ. ſumente in ſenſu vulgari, et propterea copulam intrudente, dum contra verſatur Bg. in dat. cum paſſ., ut 1, 2, 9. e., capiens v. ſimpliciter pro gerere ſ. facere, nec modo propter adiunctum hic adv., ſed et ex uſu aliorum, quanquam non vetuſtorum, ſcriptorum, cf. Ind. Dion. Caſ. „1) rem bene gerere in bello, 2) generatim, perficere" (tacente hanc notionem Stp. Th. et L. Ern.) it. Zoſ. 2, 31, 5. διετέλεσε πόλεμον οὐδένα κατορθωκὼς, nec *iam* bellum *ullum* amplius *gerebat*, proprie, perſeveravit *bellum* nullum *gerere*, ſ. *deinde* bellum nullum *unquam* ſ. *amplius geſſit*, cum et ſequatur, ἐπελθόντων δὲ Θαϊφάλων, — οὐ μόνον οὐκ ἀντετάξατο τούτοις, ἀλλὰ καὶ — ἀγαπητῶς ἀποδρὰς διεσώθη, e cap. ſq. i. μείνας δὲ ἀπόλεμος λ., ut hic ap. Noſtrum mox ſq. ſyn. προθύμως ἐπιδείξασθαι, cf. §. 19. i.

σοφ.) Ad laudes Marci binas reſpicit Noſter, de quibus 1, 4, 21. γενναῖον — στρατηγὸν — πατέρα χρηστὸν, — ἀγαθὸν βασιλέα, — σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα et 1, 2, 9. i. ὅσα — ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεῖα καὶ σώφρονα, στρατηγικὴν ἢ πολιτικὴν ἀρετὴν ἔχοντα, ſi σοφίαν h. l. ſumas pro peritia adminiſtrandorum domi negotiorum publicorum, ut varietur cum illo πολιτικὴν ἀρετὴν, et cum iſtis σώφρονα et κόσμιον λ., ſi pro ſapientia in reliqua vivendi ratione. Tamen, quoniam pr. τὰ πρ. ὑμ. ἀνδρ. κ. pertinent ad ſolos milites, poſſis etiam σοφ. intelligere peritiam militarem, ſ. Cic. p. leg. Man. c. 10. m. *ſcientiam* rei *militaris* in univerſum, nobis *Kriegswiſſenſchaft*, cum eo ſenſu etiam Lat. *ſapientia* uſurpetur, v. Ind. Ern. Amm. M. et Tac., nihil in hanc notionem tenente Stp. Th., qui

,τηγίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει c rium militare referuntur:
„ὅσα δ' ἂν σὺν ἐμοὶ, βασιλεῖ 24. quaecunque autem mecum,

c) Ms. Ba. ἔχει, quod rectius eſſe mihi quidem videtur. *Mart.* vere, cum inf. ἔχειν ſit in Stp. cum Ox. Par. 2. et Ed. modo vitium operarum, a nobis dudum remotum ob ſeriem orationis et edd. rel. conſenſum.

in ϛϱ., praeter notionem pro imperatorio munere, exercitusque praefectura, ſ. munere ac dignitate ducis exercitus, (cf. Ind. R. Or. V. 4. et Dem., Xen. Cyr. Z. Ariſt. Kuſt. Ael. V. h. Luc. Diod. S. 2, 23, 87. 28, 88. et Suid. 3, 380. e.) „pro peritia τοῦ ϛϱατηγεῖν accipi poteſt in loco Luc." ſine Ind. 1, 735. i., ubi Gs. reddit cum Bg. per ſubſt. et adi., fere ut Ind. Xen. Cyr. Z. (cui add. 1, 6, 14.) ad ſenſum cum P., unde partim Sch. „*gubernationem*, quae ducis bellici eſt" et nititur ſcientia et arte exercitus in primis ducendi, regendi, locandi, quam Stp. cogitabat et ego h. l. quoque commodam duco, qua de v. pulcram Socratis diſputationem ap. Xen. Mem. 3, 1., ubi §. 5. ſq. τὴν ϛϱατηγίαν διδάσκειν, (pro quo Cyr. 1, 6, 14. ϛϱατηγίαν διδάσκειν, ſine artic.) Ind. Z. „ars imperatoria" (unde dixerim *Feldherrenkunſt*,) ad Diod. S. 2, 57. N. a. e. 30. e. ſq. 36. l. 79. p. 46. l. 54. cum Ind. Dion. H. S. T. 1., ſicut non impedio, ſi quis noſtra per hendiad. explicet *ſapientem* eius *ductum*, nobis *Anführung*; in hac regione particulam *ſcilicet* libere intrudente P., e quo partim formulam ſq. Sch. in „ἐχ. *tribuitur* illi" per privum v. reddit, cui par Lat. *adſcribi*, hic Vern., quorum vetus, *habt ihr* mehrentheils — *zuzuſchreiben*, adiuncto adv. *maiorem partem*, ſ. maiori ex parte, Noſtri univerſe pronunciatum mollire voluit; cum ſane imperatoribus in bello pugnisque non omnia tribui queant, ſed aliquid etiam exercitui ac militibus; qualia poëtarum oratorumque in univerſum pronunciata ſane non debemus nimis amplecti, ac ſubtiliter capere, ſed fere cum adiunctione quadam; ſicut hic quoque ſuppleveris alias eiusdem generis particulas, v. g. aliquo pacto, in primis, ſimul; quemadmodum nec illud male fit a Vern., quod in formula noſtra aſſumunt v. auxiliare, Lat. *debere*; cum et uſus ferat, ut, quae verba ſimpliciter ponuntur et indicativo modo, ea egeant auxilio iſtorum, quae adhibentur in coniunctivo reſolvendo, ut, praeter pr. *debere*, etiam *velle*, it. *poſſe*; unde h. l. pro adſcribi, referri debent, ſ. adſcribenda, referenda ſunt; quo v. privo Bg. hic utitur forte ex Sb. Ind. hinc, ut ſine auctore Stp. Th. 4, 92. C. e. „ἀν. ἔχει πρὸς τοῦτο, *refertur* ad *hoc*, ad hoc pertinet ſ. ſpectat" Heyn. Epict. p. 118. e. ſq. „ἀν. ἔχει εἰς, pro ἀναφέρεται εἰς, ſpectat, pertinet ad" ſed in textu p. 121. i. cum Bg., ubi et aliud formulae exemplum affertur; quale et ap. Stp. l. l. e Bud. C. 555. i., ubi l. 5. aliud, non praeterea mihi repertum, ſed ſubſt. ἀν. ſenſu phyſico in Ind. Geop., at cum v. v. aliis in Ind. Polb. Ern. Plut. Krg. et Gs. Chr. eodem ſenſu tropico, pro *relatione*, quem e ſcholis philoſophorum populares duxerint ſcriptores, ut et e cathedris noſtris vulgo dicunt *eine* Beziehung *haben*, et *ſich* beziehen *auf*, de re quidem, cum de perſ. aliter poſtremum uſurpetur, ſed in Bg. G. Th. cum Gr. ἀναφέρω 112, 93. „*ad* Antipatrum *refertur*, i. ei adſcribitur" in quo univerſa lex ineſt haec, ut v. ἐχ. cum ſubſt. aliquo ſit in periphraſi verbi propinqui, in ſubſt. latentis.

ὅσα) Variat Noſter primo hic pro pr. §. participii cum artic. enuncia-

„νέῳ, προθύμως ἐπιδείξησθε [d], imperatore iuvene, alacriter fe-
„τούτων τὴν δόξαν πίϛεώς τε ceritis, iſtorum gloriam, fi-
„ἀγαθῆς καὶ ἀνδρείας ἀποί- deique bonae et fortitudinis

d) ἐπιδείξησθαι — ἀποίσεσθαι B. 1., cf. §. 20. ſq.

tione per ſyn. aliam e verbi tempore finito cum pron. relat., dum Bg. ad ὅς., ut 1, 2, 9. i., ubi tamen non ſimul aderat ἂν, quod quia cum pron. iſto per Lat. *cunque* reddere ſolent, incertum ſit, utrum ille ſimiliter hic fecerit, an neglexerit, ubi e P. cum Bg. etiam Vern. vet. in adi. νέῳ, de aetate, ſed Vern. rec. de ſucceſſione, pro novus, *mit mir*, als *eurem* neuen *Kaiſer*, non male aſſumto ὡς, rationem Bg. (quae potior ob §. ſq., aliaque de cauſa, v. N. ad ſq. τούτων) ſequente etiam Spanh. de Pr. et u. n. 2, 374. e. „inde factum, ut cum *aetatis* intuitu, tum ad aliquod cum Marco parente adhuc ſuperſtite diſcrimen, *Auguſtus Iun.* ſ. *Iunior*, dictus legatur idem (Commodus) in ſingulari numo, — quomodo ſe ipſum Commodus ap. Herodi. 1. c. 11. in concione ad milites poſt parentis obitum vocat, σὺν ἐ. β. ν., *mecum* imperatore *Iuniore*" pro quo nunc poſt obitum parentis, cum comparatio et comparativus gradus non amplius valeat, recte poſitivum gradum premit Bg. Deinde vero Noſter variat maxime cum §. pr. ἀνδρ. κατορθ. per ſyn. formulam act. in πρ. ἐπιδ., quia adv. πρ. de militibus eſt i. q animoſe, noſtrum *muthig*, i. cum animo, voluntate, cupiditateque pugnandi; in quo cenſetur pars fortitudinis militaris, ut et in hoc, ſi quis ſine metu, dolore atque aegritudine pericula ſubeat, ſed contra hilariter et laeto lubentique animo; quod ſignificat etiam adv. Gr. et Bg.; ut pro pr. ἀνδρείως, totam univerſamque virtutem continente, hic in πρ. pars eius ponatur; quod pertinet ad artem variandae orationis ac commutandae, ut pars pro toto, ſ. forma pro genere, adhibeatur, et contra, qua de ratione utr. nihil eſt in Ern. rhet. §. 378. ſqq., nec ap. Schell. de ſtylo p. 297. ſqq., niſi p. 368. e. Nr. 9., cf. G. Th. „*alacer*, φαιδρὸς, πρόθυμος, γενναῖος, (quod proprie eſt Lat. *fortis*, ut γενναίως, *fortiter*, v. L. Ern.) *alacriter*, φαιδρῶς, — *alacre*, προθύμως, pro alacriter" Heſ. 2, 1030. m. ad noſtrum adv. πρ., ἱλαρῶς, ubi Sch. reddit cum P. et ſimul cum Bg., cuius Lat. habet et Stp. Th. aliunde, cf. Ind. Xen. Cyr. Z. et Bach., cum Ariſt. Kuſt. L. N. T. et Dem. 10, 26. 11, 20. etc. it. 182, 3. Diod. S. 2, 15, 94. cum Bg., cf. 24, 33. Tum v. ἐπιδ. med. aperte Bg. e P. reddit per ſyn. cum illo Lat. ad pr. κατορθ., quo ſenſu compares primo per analogiam Gr. cum ἀποδείκνυσθαι, v. 1, 4, 14., deinde, ne quis confuſa putet, (cf. Fiſch. Plat. Ap. 5. p. 57. N. 3.) deſcendas ad auctoritatem, ut diſerte Bach. Xen. Ind. „ἐπιδείκνυμι, *facio*" ex Oec. 10, 1. bis, quae tamen loca ſunt ambigua, ut vulgari notione converſa tum in ed. Th., tum ab Ind. Z., ſed Xen. Ἀγβ. Mor. Ind. „ἐπέδειξεν, *effecit*" e rep. Lac. 1, 2. e., ubi ſic quoque Vs. Th. V. 2. p. 526., ſed et Z. Ind. „facere, *reddere*" unde et ad med. haec vis traducatur, cuius generis locus, praeter Noſtri hunc, fuerit Luc. 3, 316. l. 54. οὐ μεγάλα ἐπεδείξω καὶ τότε; nonne *magnifica* tum *quoque* opera *edidiſti?* pro *non* magnas res *feciſti* et *tunc?* ſq. ἐκείνης τῆς πράξεως, it. Xen. Ageſ. 1, 37. i. πῶς οὐκ ἀξιεπαίνου βασιλέως καὶ τοῦτ' ἔργον ἐπεδείξατο; ad quem et Ind. Z. „*regis* facinus *edo*" per idem cum Gs. v. Lat., quod eſt par illi *facere*, etſi G. Th.

„σεσθε· [e] τό τε [f] ἐν ἡμῖν νέον
„σεμνότητος πληρώσετε τῇ τῶν
„ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ· [g]

25. *auferetis; quodque in nobis iuvenile eſt, ſupplebitis rebus ſtrenue gerendis;*

e) Hic, pro al. edd. commate, aut puncto, ut Stp., potius colon Ox. 1. cum Ms. Bg. eſt, in eadem per fut. ſerie. f) τό,τε ſic commate interpoſito edd. omnes hic, et tacite Mss., ſed §. ſq. ſolae B. 1. et Ox. 2. nobiscum ſine commate et diviſum, quo intervallo ſatis cavemus, ut cum adv. τότε ne confundatur cum Vern. vet. §. utr., non amplius de varietate hac edd. monentes. g) Hic punctum in Stp. et al., ſed colon nobiscum et Ms. Bg., v. N.

ſormulam non ita exponit 307, 95. p. ſq. l. 38. 72., qui tamen et ipſe p. pr. l. 60. per *agit* explicat; utente loco Luc. iſto D'Orv. ad Ch. p. 595. i., ubi comparat Herodoti μεγάλα ποιεῖσθαι, et paulo poſt μέγα τὶ κατορθῶσαι, prorſus in rem noſtram; tacentibus Stp. Th. et L. Ern. hanc pro ſimpl. *facere* notionem, quae tamen, ut tertium argumentum pro ea accedat, idque philoſophum, e principe elicitur facile, cum, quae *oſtenduntur*, indicantur, produntur in vulgus et publicum, fiant etiam et gerantur, ut, qui *declarantur*, v. c. reges, et nominantur, quoque fiunt plerumque deinde; et, quod quarto veniat loco per analogiam Lat., quanquam G. Th. non eo ſenſu protulit v. *declarare*, tamen id fecit de *oſtendere* v. e., etſi ex auctoribus ſequioris aetatis, qui e Gr. hauſerint, v. Lamprid. T. 1. p. 474. a. N. 1. Salm. (non Caſ.) et Capit. T. 2. p. 30. N. 2., pro quibus adhibuerim Lat. *deſignare*, ap. G. Th. cum Gr. ἀποδεικνύειν et acc. rei iſta notione per meliores auctoritates. Caeterum hic Bg. e P. aor. coniunctivum reddit per fut. exactum, cum et in ſq. habeant Gr. ipſum fut., cf. §. 22., ut de ſq. membro Exc., ubi libertatem P. etiam Sch. deſerit, faciens cum Bg. in ἀγ., ſed in δοξ. „τινῶν ἀπ., *gloriam* ex aliquibus *referre*, ἀπ. *reportabitis* glor. *horum*."

τό τε ἐν) Bg. non habet rationem vocis σεμν. Hic Politianum praetulerim Berglero. Senſus omnino hic, auctoritatem mihi addetis, qua, utpote iuvenis, careo, virtute veſtra. Virtus miniſtrorum ſaepe principibus conciliat auctoritatem, quae ipſis vel ob iuventutem eorum, vel alia de cauſa deeſt. *Leisn.*

De miniſtris quidem principum non hic ſermo eſt, ſed de militibus et exercitu. Tum non dixerim, ſcribae culpa, an Bg. ipſius deſit caſus ad Gr. σεμν., qui ſi in Ms. Bg. ab initio extitit, fuerit abl., quem Lat. *ſupplere* habet, ut Liv. *remigio* naves *ſupplevit*, cf. G. Th., et, pro reliqua Bg ſeveritate, non tam P. *auctoritate*, quam *gravitate*, quanquam ſunt ad ſenſum eadem, h. e. opinio de alterius praeſtantia et magnitudine, nominatim de ſapientia, honeſtate, potentia et fortitudine, hincque orta reverentia ac timor, cumque videmur tanti, ut nemo audeat nos laedere, bello aggredi et laceſſere; quod et nos cum Vern. vet. *Anſehen* dicimus. Sed forte Bg. ipſe de induſtria, cum ſe hinc expedire aliter nequiret, caſum illum omiſit; quod et prodat eius Lat. *ſupplebitis*, non ſatis bene hic adhibitum, ut in Exc. apparebit, dum Sch. tenet in praep. „τὸ ἐν ἡμ. *noſtrum* (ſine aliquo ſubſt., quod pron. de una perſ. valet iterum, cf. §. 18., ſed in) πλ. *conciliabitis* auctoritatem *iuvenili* aetati *rebus* ſtrenue *geſtis*" addito adi. ad Lat. P., mutat iſtius poſtrema, v. Exc.

„τό τε βάρβαρον[h], ἐν ἀρχῇ νέας 26. *tum barbara gens, initio no-*
„ἡγεμονίας κωλυθὲν[i], οὔτε εἰς *vi principatus repreſſa, neque*
„τὸ παρὸν καταθαρσήσει, τῆς *in praeſens praeconfidentem ſe*

h) Ms. Ba. et Vi. τὸ βάρβαρον δὲ ἐν λ. v. N. i) Ms. Ba. κολασθὲν, quod equidem alteri anteferrem. *Mart.* offerunt idem et Mss. rel., v. N.

τό τε βαρβ.) In lect. Mss. primo commune eſt hoc, quod τὲ mutatur in δὲ, ut alibi, in primis in §. et ſententia nova, qualis hic cum nova conſtructione in verborum aliis perſonis, tranſitu facto a ſecunda ad tertiam, ſed proprium hic eſt illud δὲ ſimul loco motum ſuo, quod iam ipſum Gloſſatoris operam arguit, cum a vulg. ordine *nimis* diſcedat lectio, haud dubie orta e marg., ubi quis pro τὲ poſuerat δὲ, ut melius in nova re perſonarumque mutatione; quod δὲ recipiens alter, alio poſuit loco; niſi et hoc fingas, τὲ aliquando ob pr. τὸ ſimile excidiſſe, et propter ſeriem δὲ ab aliquo adiectum eſſe, per ſe quidem conſiſtens cum pr. τὲ, ut τὲ — δὲ ad ſeſe referantur, ſed ut tamen vulg. τὲ — τὲ tueantur Ms. Ve. et P., unde Bg. in ἐν ἀ. opprimit praep., quae eſt potius altera ratio 1, 10, 11. (cf. G. Th. 1122, 16. 21.) etiam ap. Sch. in ἀ., qui in praep. „ab *initio*, (tertiam affert ſyn. Gr. ἀπ' ἀρχῆς, ſed) ἡγ. principatus *novi*, de imperio Rom.“ partim cum Bg. e P., ut Stp. Th. aliunde, h. l. pro imperio civili ſ. in cives, cf. Ind. Xen. Pol. Z., nobis *Regiment* ſ. *Regierung*, variante Noſtro pro βασιλεία §. 2., it. ἀρχὴ §. 19. e. (cf. 1, 4, 20. etc.) et quia hoc ipſum vocabulum hic alio ſenſu poſuerat iam. Caeterum Bg. ad τὲ Lat. *tum*, pro copulativa et *porro*, vix uſurus eram hic, ne cui in mentem veniret *tum*, pro conſecutiva et temporis *tunc*, et in Gr. alia τότε lectio cum Vern. vet.

κωλυθ.) Melior videtur Codicis lectio κολασθὲν ob id, quod ſequitur δέει τῶν πεπ. Nam κωλύειν iuſto lenius, neque δέος efficere videtur, quod melius in κολάζειν conveniret. Caeterum Herodiano ſolennis loquendi forma eſt τὸ βαρβ. pro οἱ βάρβαροι, quae quoque ſupra in fine c. 3. ac infra in fine c. 6. occurrit. *Stroth.*

In τὸ βαρβ. Bg. e P., ut partim Sch. in v. „κωλ. *repreſſa* barbarorum *natio*“ quo in v. ſane lapſus incidere librarii potuit, ut in affinibus ſubſt. κόλασις et κώλυσις ap. Dion. H. S. T. 1. 719, 8., ut tamen in lect. vulg., etiam P. cognita forte, ſenſus inſit aut idem, aut commodus, cum κολάζειν ſumatur pro coërcere, cohibere, reprimere, (v. Stp. Th. L. Ern. Ind. Mem. S. v. κολαστήρ. et Kypk. 2, 450.) aeque ac vulg. κωλ. cf. Stp. Th. L. Ern. et N. T. Schw., ut Lat. Bg. ap. G. Th. „retro premere conantem progredi ſ. erumpere“ quod in hoſtibus etiam fit cladibus noxisque inferendis, noſtro *zurück treiben.* Sin κολαζ. dicas eſſe punire ſ. caſtigare, noſtrum *züchtigen*, ſimiliter de hoſtibus valens, pro malis afficere propter iniurias atque irruptiones: id ſane per ſe non eſt vulg. κωλ., ſed tamen per adiunctum. Per Indd. quidem neutrum v. ſic de hoſtibus comparuit, potuitque Mss. lectio a Gloſſatore eſſe ad ſenſum iuvandum. Stp. Th. 2, 529. B. „κωλ. inhibeo, *reprimo*, Herodi. (3, 11, 6. e.) ubi exponi etiam poſſet κολάζειν ſ. κολούειν“ quo de ſuo loco.

καταθαρσ.) Cum P. conſentiens Bg. in formula εἰς τ. π., diſcedit ab eodem in v. κατ., ubi Stp. Th. ſub aliis phraſibus e P. hinc, ut et Lex. Baſ., quod monet de rectione cum „gen., ut κατατολμῶ, (a praep. pendente, cui et tribuit) *contrarietatem*“ ut alii, cf. Fab. Aeſ. Hſ., ubi

„ἡλικίας καταφρονῆσαν, τά τε *praebebit, aetatem noſtram aſper-*

monetur de hac forma Attica, pro vulg. per ρρ, Weſſ. ad Diod. S. 2, 28. l. et N. 22., ubi τῆς τῶν Σπαρτιατῶν δυνάμεως pro copiis militaribus et exercitu capias, et adeo v. cum gen. perſ., qualis caſus et ibi affertur, it. gen. rei, qui etiam ap. Noſtr. 6, 3, 10. τῶν ὑμετέρων ὅπλων καταθαῤῥήσας, καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης καταφρονήσας, ſed Luc. 2, 243. l. 47. καταθαῤῥοῦντες τῷ σίχῳ, ἠμέλουν λ., *fiducia* verſiculi, *negligentius agebant*, per ſubſt. ſyn. abl. nudum converſo particip., pro Lat. *confiſi* ſ. *freti*, ubi v. in bonam partem et cum dat. rei, et ipſo pendente a praep., ut rurſus cum dat. perſ., ſed acc. rei ap. Zoſ. 4, 51. 2. τούτῳ γὰρ πάντα ὁ βασιλεὺς κατεθάῤῥει, τῶν ἄλλων ὀλιγωρῶν, huic *enim* princeps *omnia* credere, *nec* reliquos *magni aeſtimare*, immo *omnia credebat*, concredebat, *reliquos* parum *curans* ſ. aeſtimans, *alios*, aliorum *negligens*, iterum in partem meliorem, pro Lat. *committere*; qua notione non habet G. Th. Lat. *fidere* ac *confidere*, ſed tamen noſtra lingua *vertrauen* et *anvertrauen*, it. *betrauen*, peculiare hoc titulis principum virorum; ut ibi §. pr. diſerte, τῶν τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένων, *ex iis autem*, quibus *erant* commiſſi *magiſtratus*; tenente G. Th. non Bg., ſed ſine Gr. „*praefidens*, — valde fidens" ap. Niz. modo per *confidens* explicatum, ut neſcias, quam vim ſuo tribuerit Bg., aliis quoque in Gr. praep. aliquid quaerentibus, ut L. Ern. „κ. in compoſ. notat — γ) valde, ſ. intendit ſignificationem" et Z. ad Vig. p. 619. b. m. „6) augendi vim habet, κατελπίζειν, omnino *ſperare*, — καταπιςεύειν ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, *confidere*, Polyb." ex Ind. Ern., forte pro ſimpl. ſumentis, cum omiſerit adv. augendi aliquod, ut Z. ipſe; hic ut ſit v. noſtrum in deteriorem partem adhibitum, et aut, pro ſimpl., audacter facere, audacem eſſe, animum et ſpiritus ſumere atque oſtendere, aut, cum vi illa intendendi, nimis audacem eſſe, (nobis *Muth* ſ. *Kühnheit* genug *haben*,) contra *nos*, ſuppleto pron. ἡμῶν, e pr. §. caſu alio ἡμῖν, aut ad redeundum in terras noſtras, ad bellum repetendum, ad iterum laceſſendum, per Vs. hanc, *barbara* gens *illa* (Germanorum etc. cf. 1, 3, 15., articulo pro pron. et hic ſumto,) *in* initio *novi* principatus *repreſſa*, repulſa cum clade ac iactura, *neque* in *praeſens* audax *erit*, rel., etiam Bg. e P. ad ſe relata οὔτε — τὲ ſervante.

τῆς ἡλικ.) Deeſt, vel relictum eſt ſubaudiendum ἡμετέρας. *Steph.* Relative dictum. Refertur enim ad gen. illos νέας ἡγ., atque idem eſt, ac ſi demonſtrative dixiſſet, τῆσδε τῆς ἡλ. ſ. τῆς ἡμετέρας ἡλ. *Sylb.* Longe melius Sylb. *Boecl.* Facile me adduxit Stp., ut cum eo excidiſſe ἡμετέρας vel ante, vel poſt ἡλικ. crederem, quod ob litterarum ſimilitudinem facile fieri potuit. *Stroth.*

A P. (unde et Bg. pron. retinet,) venit Stp., ut alias, ad emendationem aut ſupplementum, quod ſane tutius, cum et Mss. taceant, et alibi Noſter opprimat pron. poſſeſſ., etiam proxime in pr. νέας ἡγ., ubi id quoque ſupplet Vern. rec., ignorante Stp. Th. neutrum hoc participii, (in quo hic eſt cauſae notio, prodita etiam a P. per liberum abl. ſubſt. ſyn.) it. Lat. Bg., ap. G. Th. cum Gr. n., cf. ſimile illud 1 Tim. 4, 12. et ſupra 1, 4, 18. l. ad ἐπιβ.

τά τε) Pro his alius ſcriptor dixiſſet forte, „et futuro tempore verebitur nos bello iterum aggredi, ex recordatione eorum, quae olim experta eſt incommoda in bello, nobiſcum geſto" ſed Noſter brevius, *futura* formidabit, *mala* ſcil. et incommoda, e bello novo ſibi eventura; ſubintellecto ſubſt. πράγματα, futuras *res*, quae deinde definiuntur

„μέλλοντα φοβήσεται, δέει τῶν „πεπειραμένων.“ [k] Τοσαῦτα ὁ Κόμμοδος εἰπὼν, καὶ μεγαλόφροσι [l] δωρεαῖς χρημάτων	27. *nata et futura formidabit, metu experientia cognitorum.* Haec Commodus locutus, cum magnificis elargitioni-

k) In Ms. Ba. poſt πεπ. non clauditur verſus. *Mart.* quo de poſtea non amplius monemus. b) Ms. Ba. μεγαλφόν δωρ. χρ. (ρς) quod lego μεγαλοφρόνων δ. χ. tum propter accentum, tum propter abbreviaturam. *Mart.* Ms. Vi. μεγαλοφρόνοις δωρ. χ. v. N.

ex orationis ſerie, ut h. l. in partem malam; aut ſupplendo etiam *hic* Gr. illa μέρη τοῦ χρόνου ſ. καιροῦ, ut L. N. T. Krb. p. 386. e. „εἰς τὸ μέλλον, pro ἐν τῷ μέλλοντι μέρει τοῦ χρόνου, in *futurum*“ ut in Lat. hoc et Bg. cadet quoque ſupplementum utriusque ſubſt., *tempus* et *tempora*, it. *negotium* et *negotia*; tacentibus, ut de Gr. utr. Stp. Th., ita de ellipſi L. Boſ. Lindn. G. Th. Ind. Corn. N., Tac. et Suet., ſed de re potius formulam utr. me reperiente ap. alios, cf. Ind. Xen. Pol. Z. τὰ μ. cum Bg., it. Dem. τὸ μ. ſine Vs., cui add. 506, ult., et τὰ μ. 292, 5. 293, 26. 506, 10., ſed in periphraſi ſolenni cum inf. 294, 27. εἰ γὰρ ἦν ἅπασι πρόδηλα τὰ μ. γενήσεσθαι, quod v. et ſuppleri licet in abſoluto illo ſing. ac plur., eſtque iterum ap. Thuc. ſimul, v. Ind. v. μ., ubi τὰ μ. redduntur *res futurae*, cf. L. N. T. Schw. p. 888. N., libertatem P. hic et in ſq. deferente etiam Sch. „φ. metuet *futura*, — paſſ. πεπ. *tentatorum*, ſ. *experientia* cognitorum *metu*“ e Sb. Ind., ut Bg. forte „τὰ π., *experientia* nobis *cognita*“ ubi expleas aeque iſtud πραγμάτων iterum, ac συμφορῶν, δεινῶν, κακῶν, et in v. φ. cum dat. δ. agnoſcas non modo luſum verborum, cf. Exc. ad 1, 4, 7. i., ſed et gratam negligentiam; pro quo ſane popularius erat illud ſupra Lat. expreſſum, μνήμῃ τῶν π., ſed ut leniatur res aliquo pacto, ſi δέει, ut φόβος et ἐλπὶς alibi, ſumas univerſe, pro cogitatione; quo et pr. μνήμῃ redit; non cognito mihi ſimili quo, quanquam v. πειρ. paſſ. forma ac notione, cf. Stp. Th. Ind. Thuc. Ael. V. h. Luc. et Abr. L. Ariſt. p. 289. m., ſed tamen de perſſ. tantum, nec de rebus, ut hic, ubi et valeant Latt. paſſ. viciniora Gr., quam Sch., ad quae Noſter reſpexerit, *metu* expertorum, *compertorum*, i. metu eorum, quae ſunt experta iis, idque in malam partem, nobis *aus Furcht* vor *dem*, was *empfunden*, erlitten *worden*; in quo particip. ſupplebitur non modo cum Sb. dat. pron. perſ. αὐτοῖς ſ. αὑτοῖς, ſolennis in paſſ., ſed quoque adv. aliquod temporis, ἤδη, πάλαι, πρότερον, quale quid et a P. hic aſſutum.

τοσαῦτα) Bg. e P. hic aliter, quam 1, 4, 15., pro ſimpl. ταῦτα, cf. ib. cum Ind. Xen. Cyr. Z., ad Luc. 3, 355. N. 7. Suid. 3, 489. m., cuius locus eſt e Soph. Ai. v. 441., ubi Schol. eadem habet, cf. v. 791., ubi τοσαῦθ' ὁ μάντις εἶφ', Iohnſ. *talia* dixit *vates*, Scal. *haec*, ut iterum v. 842., at Proſ. Vs. *tantum*, ut Iohnſ. etiam v. 759., qui eſt Suidae locus alter.

μεγαλοφρ.) Sic ſupra §. 2. (e., ubi v. Exc.) μεγαλόφρονι ἐπιδόσει, pro *magnifica*, quaſi videlicet haec magnificentia a magnanimitate proficiſcatur, aut eius ſit comes. *Steph.* Thuc. 2, 40. (122, 1.) οὐ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους, cf. Ovid. A. A. 3, 653. ſq. *munera*, cre-

οἰκειωσάμενος τὸ ϛϱατιωτικὸν, bus adiunxiſſet ſibi animos

de *mihi* placant *homines* rel. Huius liberalitatis Commodi memoria in numo ap. Choul. de relig. Rom. p. 27. *Leisn.*

Lectio Ms. Ba., de Martini ſententia, adi. μεγαλοφϱόνων cum ſubſt. χϱημ. copulans, per ſe procedit, pro largis ſ. multis pecuniis, ſed dubito, an ſimul cum altero ſubſt. δωϱ., pro *donis* ſ. *muneribus* largae *pecuniae*, quale quid modo memini in noſtrate lingua, *ein* Geſchenk *von* vielem *Gelde*, non vero in Lat. et Gr., ubi nil reperi, niſi adi. aliquod e copiae genere cum ſubſt. δωϱ., ut deinde cognoſcetur; nec unquam ap. Noſtr. adi. μ. cum ſubſt. χϱημ. aut ſimilis notionis occurrit. Quod autem Ms. Vi. praebet, videtur prodere idem Ms. Ba. compendium, quod aliquis expedierit, ſed contra uſum loquendi, qui non fert adi. tale ſecundae declin., ſed tertiae, quod repererim. E Noſtri 8, 7, 19. νομὰς χϱημάτων μεγαλοφϱόνως αὐτοῖς ἐπαγγείλας forte in Ms. Ba. lectione latet iſtud adv., confuſis facile, ut alibi, ως et οις ſ. ω et οι, ut tamen nihil praeſtem ob adiunctum v. οἰκ., quod cum iſto adv. non ſatis bene convenit; ut nec e P. aliquid decerni licet. In vulg. lect., quam Ms. Ve. cum edd. tuetur, bona eſt ſententia; ubi mireris, Bg. non reddidiſſe ſeverius, *magnificis* ſ. *magnis* donis *pecuniae*, cuius ſubſt. ne Latinitatem quidem idoneam habet, v. G. Th., pro quo licuit *magnis* erogationibus *pecuniarum*, ex parte Cic., cf. ib., deſerente P. etiam Sch., praeterquam in v. οἰκ. formula „δωϱ. *donis* magnificis *ſibi* adiungere *aliquem*, χϱ. *pecuniae* largis *don.* animos *ſibi* fidos *facere*, οἰκ. quum *fidos ſibi feciſſet an.* eorum *pecunia*" quo de v. cf. ad 1, 5, 2. e., ubi et tetigimus δωϱ. χϱημάτων, hic abſolvendo addentes, δωϱ. cum gen. iſto aut alio non eſſe ap. Stp. Th., ſed per Indd. abſolute R. Or. V. 4. 6. 7. Dem. Iſ. Pan. Mor. (cui add. p. 20. e. 23. m.) Ael. V. h. Diod. S. et Polb. Ern., tum per notiones exquiſitiores, pro gratia Thuc. cum Heſych., pro ludis, ut Lat. *munus*, Rsk. ad Polb., tum in malam partem Abr. ad Aeſch. T. 1., ſed rurſus vulgari notione cum pr. παϱὰ Dem. (cui add. 461, 22. 462, 3. 595, 6.) cum gen. perſ., et quidem auctoris Soph. Ai. v. 1051. cum L. N. T., it. obiecti R. Or. V. 6. 7. Iſ. et Dem., ubi unus eſt locus cum gen. rei, ſed ſpecie tantum externa, cum in textu ipſo 264, 17. poſt δωϱ. recte comma edatur, ut ambiguus Diod. S. 2, 112, 35., cf. Weſſ., recte δωϱεὰν tuentem, qualis locus iam ap. Stp. Th. 1, 1002. G. e., ſed R. Or. V. 8. p. 483. i. „δωϱεὰς εἰς χϱήματα, am *Gelde*, μεγάλας" e V. 4. p. 86. e. εἰς χϱ. μ. δ., qui locus Ind. V. 8. p. 528. v. χϱ. repetitus vertitur „*Geſchenke* an *Gelde*" ſed Ind. v. εἰς p. 484. e. per Grr. modo, nec animadverſa illa praep. notione, niſi quod ib. „ἄτιμοι εἰς τὰ χϱήματα, quoad *fortunas*, et εἰς τὸ σῶμα, *ratione* perſonae *ſuae*" unde δωϱεαὶ εἰς χϱ. *munera* per *pecuniam*, quoad *pecuniam*, per periphraſin et formulam ex praep. cum ſubſt. valere poſſunt et reddi aut Noſtri illo gen. δωϱ. χϱημάτων, aut adiectivo *munera pecuniaria*, quorum tamen ap. G. Th. nihil, nec in v. *donum*. Equidem ſuſpicor, Noſtrum hic ad orationem variandam ita per ambages elocutum eſſe Lat. *donativum* et Gr. ἐπίδοσιν §. 2. e., cum haec huius loci cum illius definitione, ib. praebita, conveniant, in eiusque notione inſit tum δωϱεὰ, tum χϱημάτων, ut de militibus e contextu patet, cf. Suid. 1, 623. m., et ad penuriam Stp. Th. de δωϱεὰν, pro adv., L. N. T. cum Ind. R. Or. V. 6. 8. And. Dem. Dion. H. S. T. 1.

εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν.	militum, in aulam reverſus eſt.
Ὀλίγου μὲν οὖν τινος [m]	Equidem ad breve tem-

m) Stp. Sb. Lugd. et Bc. οὖν τινὸς, unde Ed. τίνος mendoſe, cf. Poſſ. Synt. p. 346. i., quo de accentu non amplius monemus.

εἰς τὴν β.) De v. ἐπ. cf. 1, 6, 16. m., ubi Bg. e P., ut et in ſubſt., ubi Stp. Th. 1, 624 D. „αὐλὴ ap. Homeri poſteros *aula*, domus regia, ſ. regia, ſine adiectione, domus principis. Herodianum obſervavi non αὐλὴν ſimpl., ſed βασίλειον αὐλὴν paſſim dicere“ v. Ind., ubi et ſyn. formula e gen. perſ. εἰς τὴν τοῦ βασιλέως α., quo loco et aliis intelligitur imperatoris aula et ſedes, quae fuit Romae, ſed hic, quae extra Romam, ut ſit omnino domus ubique terrarum, ubi imperator habitat, etiam ad tempus modo aliquod; variante Noſtro pro §. 14. τοῖς βασιλείοις, quod adi *imperatoriam* e P. non ſevere Bg. omittit, cf. Luc. 2, 7. l. 5. ἐς τὰς βασιλείους αὐλὰς, *in* aulas *regias*, et cum ſyn. adi. Eutr. Met. 9, 2, 3. Βαλβῖνος μὲν καὶ Πουπίηνος ἐν ταῖς αὐλαῖς ἀνῃρέθησαν ταῖς βασιλικαῖς, (pro quibus Noſter in eadem re 8, 8, 6. m. 13. e. τὰ βασίλεια, ſed §. 15., ut hic,) at α. ſine epitheto Fiſch. Aeſch. 3, 19. m. p. 44. e. ἐν ᾧ βασίλεια Πλούτωνος οὐχ ἧττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς, utr. ſubſt. copulato, ut ſyn., et noſtro ſubſt. poſito cum gen. perſ., ut ap. Hom. Ὀδ. δ', 74. Ζηνὸς – αὐλὴ, Vs. Cl. *Iovis aula*, ſed in N. *Iovis palatium*, cf. Ind. Luc. et Ioſeph., ubi et de domo Abrahami, ut pro villa Ind. Dion. H. S. T. 1., ſed ſenſu antiquo Orph. Ariſt. Kuſt. et Dem., in univerſum autem Stp. Th. L. Ern. cum N. T., in primis Krb., quem et v. ad Heſ. ἐργ. v. 730. ſ. 732. cum Graev. L. ad h. l., poſt Caſ. ad Ath. 2, 335. Per. ad Ael. V. h. 3, 4. p. 205. N. 3. et 8, 7. p. 538. N. 5., Cam. ad Soph. p. 221. i. Ern. ad Hom. Ἰλ. ώ, 161. Ὀδ. ύ, 355. et Cl. ad Ὀδ. χ', 376. N. ad Heſ. it. Suid. 1, 379. e., quo loco uſus et Valeſ. ad Harpocr. p. 59. a. e., ſed Suid. ib. καὶ αὐλὴ ἡ τοῦ βασιλέως οἰκία, domus *regia*, tum de cauſis notionis pro domo Stp. Th. Graev. ad Call. Di. v. 87. Krb. ad Heſ. et L. N. T.

ὀλιγ.) In hoc adi. Sch. „breui tempore“ per ſyn. abl., cui par formula e praep. illa P. cum Bg., qui ex eodem opprimit pron. τιν., forte de ratione horum, qui putant redundare τὶς poſt et ante adi., cf. Bud. C. 77, 14. Stp. Th. 3, 1547. B., L. Ern., ubi adeo dr. „eleganter redundare“ ut Ind. Ariſt. Kuſt. „ap. Atticos aliquando redundare“ Vig. p. 147. Nr. 11., ad Luc. 1, 2. N. 8. 744. N. 9., nominatim vero poſt adi. e notione numeri ſ. multitudinis Ind. Thuc. Lat. v. *pleonaſm.* et ad eundem p. 516. N. 30. 569. N. 28. cum Abr. Dil. p. 343. e. it. Fab. Aeſ. Hſ., quos contra vim tribuunt aliquam iſti pron. Ael. V. h. Fiſch. Aeſch., Z. ad Vig. p. 148. N. a. m. et Ind. Xen. Cyr. „τὶς additum adiectivis, in primis multitudinem ſignificantibus, habet vim augendi, — ὀλίγοι τινὲς, perpauci“ i. valde pauci, et ſic iterum ib. ad 1, 4, 27. p. 77. b. e. ex Xen. Ἀνβ., ubi et ſic in Vs. Th., it. Iſ. Ev. „τ. habet vim augendi, — ὀλ. τινὲς, perpauci, admodum pauci“ quod poſtr. repetitur ib. v. ὀλ., quae vis tamen adimitur in Thuc. Ind. l. l. et in Add. p. 670. b. m. p. 266. „τὶς cum ὀλίγος ſaepiſſime ex ſupervacuo ponitur ab Atticis“ ſubiectis locis tribus, ubi τὶς eſt ante id adi., ut ἄνδρες τέ τινες ἀπέθανον αὐτῶν ὀλίγοι, quem ſitum utr. et Lat. habent in ſuo, cf. G. Th. 249, 19.

χρόνου πάντα ἐπράττετο τῇ pus omnia gerebantur conſilio
γνώμῃ τῶν πατρῴων φίλων [n], paternorum amicorum, qui

n) Ms. Ba. φίλων· οἱ λ. Ita et colon eſt ib. mox poſt συμβ. *Mart.* Prius colon erat etiam in Ox.

ſqq. „*tres* aliqui *aut quatuor*, (quo loco utuntur ad Thuc. p. 569. N. 28.) *aliqua* quinque *folia*, — eximant *unum* aliquem *diem*“ in quibus, ut et reliquis cum adi. numeralibus non profecto obtinet illa augendi vis, ſed ſimplex illa noſtratium vocum *etliche*, einige, *ein*, quam et in noſtro adi. ὀλ. ſtatuo, ut Vern. rec. *eine* kurze *Zeit*, qui et habemus *einige* wenige *Zeit*; rem ſic me cogitante, ut copulentur duo adi., quorum τὶς teneat notionem univerſam, ſed ὀλ. magis definitam, unde Vern. vet. „einige, *wiewohl* kurze, *Zeit*“ pro qua Lat. *etſi* etc. reſtringendi ſ. excipiendi particula ſumas etiam Lat. *ſed*, eiusdem notionis, *aliquo*, ſed *brevi*, *tempore*, aut illa definientia magis Lat., *aliquo*, et *quidem* brevi, *tempore*; e qua notione proprie praemitti debet τὶς, ut ante vidimus, quod deinde negligentia quaedam ac libertas in ſcribendo poſtpoſuit; quod et cadit in ultimum exemplum G. Th., ubi *aliquem* cogitabimus *diem* univerſe, ſed *unum* pro[illegible]icum, ſ. tantum unum, non plures, cum exceptione adeo aliqua, quae et ipſa definit magis; nihil de ſyn. Lat. *quidam* et *aliquot* cum adi. aliquo tali praebentibus Indd. et G. Th., ſed fluctuante Hor. Turſ. p. 88. i. et p. ſq. m. de *aliquis* cum *certus*, etc. it. de *quidam* cum eodem aliisque adi. p. 895. e. 898. e. et p. ſq. m., quanquam magis inclinat in emphaſin, v. p. 88. m. Nr. 6. ſq. 898. m. cum Ind. Corn. N., ſed G. Th. in eodem 38, 81. ſqq. cum Schell. de ſtylo p. 56. i., (quem et cf. in Lex. v. *aliquis* g.) ſq., ſicut e P. „*igitur* breve *ſane* ad *tempus*“ pro vi pron. nihil duxerim, cum ille aut libere addiderit adv., cf. 1, 1, 4. e. alibique, aut in eo reſpexerit ad Gr. μὲν, ut G. Th. in illo v. i. comparat Lat. *quidem*; in ſqq. etiam abeunte P., unde Bg. iterum in v. ἐπρ., (ubi Stp. Th. ignorat rectionem cum rei dat. ſ. abl., quae analogiam ſaltem Lat. habet,) dum Sch. in γν. „τινὸς, *auctoritate*, ſ. iuxta mentem alicuius“ bene quidem in abl. per praep. reſoluto, in primis ad noſtratium rationem, a Vern. hic quoque adhibitam, ſed ut in Gr. γν., hic pro Lat. *ſententia*, recte Bg. dederit popularius, cf. 1, 2, 8. cum Ind. Xen. Pol. Z., ubi et alio ſenſu γνώμῃ cum ποιεῖν τι, ſyn. noſtro v. πρ.

τῶν π. φιλ.) Inter hos fuit Pompeianus, Lucillae ſororis maritus §. 11. et Pertinax 2, 1, 10. Dicendum autem erat πατρίων, ſi Grammaticos audias, ſ. potius πατρικῶν, v. Ammon. et Inttp. ad Luc. 3, 561. ſq. *Leisn.*

Ibi p. 562. N. 76. e. noſter locus etiam affertur, cf. 1, 5, 4. e. Mox pro P. liberis, Sch. in παν. „ἀ. παρῆσαν, (ſic in ed. Bc. utr. Ind. per affine v., cf. 1, 5, 4. e.) *amici* aſſidui, *toto die* ei *aderant*, συν. erant *cum* ipſo *toto die*“ vincente et hunc Bg. ſeveritate per propius Lat. in adi. π., quod pro adv. ponitur, ut Lat. alia, *nocturnus* et *pernox*, Gr. παννύχιος, noſtro ſimile, quoad compoſitionem, in quibus e πᾶν conflatis valet libera Vs. Sch., per adi. et ſubſt. in abl., vel cum praep. *per* totum *diem*, (quam poſtr. formulam, parem illi pr. abl. nudo et adv., reſpicit et G. Th. cum Gr. n. „*perdius*, qui per diem (totum) aliquid agit, (ſ. eſt alicubi et cum aliquo,) ut *pernox*, qui per noctem (*totam*, quod rectius

οἱ πανημέριοι συνῆσαν αὐτῷ, τὰ βέλτιϛα συμβουλεύοντες, καὶ τοσοῦτον ἐνδιδόντες χρόνον [o],	perdii erant cum ipſo, optima conſilia ſuggerentes, ac tantum indulgentes temporis,

o) Comma hoc in Ms. Ba., ut in edd. quibusdam, non item in Stp. etc.

ſimul exprimit in) *pernox*, παννύχιος, totam noctem durans" ſic afferens adeo tertium vertendi modum, per ſimpl. acc. *temporis*, ubi proprie ellipſis eſt prioris praep., ut noſtrum reddas etiam *totum diem*; quos omnes modos adhibent Stp. Th. ſub Lat. Bg. in Hom. Ἰλ. τ', 168. et Cl. Vs., it. in Heſ. ἀσπ. v. 396. Vs. et Ind., poſt quae Stp. „utitur et Herodot. l. l. οἱ π. σ. ἀ. Polluci (1, 64.) eſt πανημέριον ſ. πανήμερον τὸ δι' ὅλης ἡμέρας πραττόμενον" ubi Poll. per praep. quoque reſolvit, et ap. Stp. eſt iterum depravatum Noſtri nomen, etiam in Lex. Baſ., ubi et „Hom. Ὀδ. ό, 184. (Cl. V. toto *die*) i. e. διὰ πάσης ἡμ. ſ. δι' ὅλης ἡμ." cf. Ind. Ern. it. Orph. et Gs. ad hunc Arg. v. 1005., Call. Luc., praeter quem in nullo proſaico noſtrum reperi, Heſ. 2, 851. m. Fiſch. Praef. ad Well. Gr. ed. noviſſ. p. 11. m. et Palm. Ex. in A. Gr. p. 479. m. „*per* totam *diem*, ſine ulla noctis parte intelligi debet, (die populariter ſumto nec mathematice, ſed ib. Ind.) π. πλοῦς, diurna *navigatio*" per ſimpl., ſine πᾶν, aut hoc comprehenſo iam in Lat. iſto, cf. infra 1, 17, 13. παννυχ.

τὰ β. συμβ.) P. deſerit etiam Sch. in β. „*optima* conſ. *dare*" cum Bg. per phraſin, ubi, v. Lat. aſſumto alio, Gr. v. mutatur in ſubſt. affine, cui adi. Gr. accommodatum eodem caſu, hic variante Noſtro cum 1, 4, 9. per ſyn. adi., ſed cum §. 14. ib. ſine pron. caſu αὐτῷ, quia hic iam expreſſus erat in membro priori, e quo repetendus, cf. totum ap. Dem. 136, 3. τὸν τὰ β. — συμβουλεύσαντα, ſine Ind., cui add. 108, 4. 8. 26. 110, 18.

τοσοῦτον) Ad τοσ. ſubaudi μόνον. *Reisk.* idem monens ad Polb. p. 329. m. cum in aliis, tum in τοῦτο, ſed in noſtro adi. ſimiliter Abr. ad Aeſch. 2, 23. i. „τοσοῦτο eſt τοσ. μόνον" quomodo capias et τοσαύτην infra 6, 4. 11., qua de ellipſi nihil ap. L. Boſ. p. 559., ut hic diſerte etiam Vern. rec., *nur* ſo *viele Zeit*, cf. Abr. Dil. Th. p. 661. m., ut Bg. ratio, partim e P., in adi. cum gen., etiam ad Luc. 1, 204. ult. a Gs. adhibita, proprie alia Gr. eſt, v. c. ap. Ael. V. h. 12, 44. p. 800. i. τοῦ χρ. τοσοῦτον, tantum *temporis*, ubi ſuppleas μέρος ſ. διάϛημα, tacente L. Boſ. Ell. in utr. hoc ſubſt., ut de Lat. *ſpatium* ſ. *intervallum* explendo ad Bg. etiam Lindn. Hor. Turſ. et G. Th., qui ne habent quidem Bg. formulam, ſed rectionem modo Hor. p. 1048. i. et Gs. v. *tant.* 718, e. p. ſq. i. et l. 33. it. v. *temp.* 739, 45., cf. de noſtra formula L. N. T. cum Ind. Ael. V. h.

ἐνδιδοντ.) Alciphr. 3, 3. de foeneratore οὐδὲ εἰς ὥραν ἐνδιδούς. *Leisn.* p. 280. i., ubi Bg. Vs. *neque* in horam *concedens*, ſc. ταῦτα, ſortem et uſuram, ſed ut hic potius quaeratur, quis v. ἐνδ. uſurparit cum ſubſt. χρ., quod non deprehendi, nec ap. Stp. Th. (ubi nec Lat. Bg.) ſed 1, 995. e. modo contrariam formulam tropicam „ἐὰν ἐνδῷ καιρὸς, *ſi* tempus *dederit* ſ. *permiſerit*" et aliam cum acc. rei Ind. Thuc. Dem. Xen. Mor. Ἑλλ. et Cyr. it. Z., ubi pro ſimpl. δοῦναι, quod et ib. noſtro v. ſubſtituitur, Ariſt. Kuſt. Dion. Caſ. Abr. Auct. Dil. Th. p. 297. e. Tim. L. R. p. 74. N. 23., ut alio ſenſu Z. Xen. Bach. et Suid. 1, 739. m. ἐνδώσειν, ὁρίσαι,

ὅσον ἐνόμιζον αὐτάρκη. πρὸς σώφρονα τοῦ σώματος ἐπιμέλειάν P. παρεισδύντες δέ τινες | quantum putabant ſufficiens ad ſobriam corporis curam. 2. Sed, cum irrepſiſſent non

p) In Ms. Ba. hic punctum eſt. *Mart.* quod et nos ſelegimus cum edd. quibusdam et Ms. Bg., pro colo Stp. etc., e μὲν et δὲ, opinor, his §. §. inter ſe relatis, cf. 1, 2, 9. ſq.

προστάξαι, *definire*, praeſcribere, *imperare*, καιρὸν δὲ τῆς διαβάσεως καὶ τόπον αὐτὸς ἐνδώσειν ἔφη, traiectus *vero* tempus *et* locum *ſe* ipſis *praeſcripturum* eſſe *dixit*, quod eſt noſtrum *angeben*, i. indicare, definire, et ſimpl. Lat. *dare*, pro conſtituere, v. G. Th. 239, 35., ſed h. l. *dare*, pro concedere, permittere, nobis *verſtatten* et *vergönnen*, it. *geben*; Sch. faciente in ἐνδ. „χρ. πρός τι, indulgentes *tempus* ad aliquid" fere cum Bg., ut aliunde Bud. C. 1229, i., quo in Lat. ſaltem ſervatur praep. Gr., ubi G. Th., praeter Gr. n. „συγχωρέω, χαρίζομαι, — donare, concedere, permittere" et dare ſimpl., unde et L. Ern. reddit *praebere*, quod eſt idem cum *dare*, monens in pr. ἐν nihil de vi in compoſ., quam Z. ad Vig. p. 593. b. m. Nr. 7. nec in noſtro v. praeterit, ſed alio in loco ac contextu, qui hic requirit ſupplementum aliquod, v. c. extra ſocietatem et inſtitutionem ſuam, (quod latet in pr. οἱ π. σ. ξ.,) aut etiam aliud, e. g. ad alias res, praeter cogitationes et deliberationes de imperio et rebus publ., quod eſt ſimul in pr. τὰ β. σ.

ὅσ. ἐνομ. αὐτ.) ſc. εἶναι, cf. 1, 5, 19., P. deſerente tum Bg., nominatim in Lat. ad v. ἐνομ., (quod et ap. G. Th.) tum Sch., qui cum Bg. in αὐτ., ſed in „σωφρ. *moderatam* curam *corporis*" hic de re, pro non nimius, ſed iuſtus, legitimus, decens, conſentaneus non tantum valetudini ſervandae, viribus corporis firmandis animoque reficiendo, ſed etiam dignitati perſonae atque imperio, ut ne graviores curae ac res negligerentur prae cura ea corporis; quomodo iterum Sch. reddit cum Bg. in ἐπ., ſed in „σωμ. *corporis* valetudini *tuendae* cura *moderata*" fere cum P. liberius, tenente Stp. Th. tantum in ἐπ. „σώματος e Gal. *curatio* corporis" qui ſenſus eſt medicus, (qualis et in v. ἐπιμελεῖσθαι, pro θεραπεύειν ſ. ſanare, cf. ad Luc. 3, 368. N. 74.) ut h. l. popularis, dum curatur, ut corpus ſanum ſit ac firmum robuſtumque per honeſtas ac liberales exercitationes atque oblectationes; quam corporis curam cum inde a Socrate ap. Xen. Mem. 3, 12. commendaſſent philoſophi omnes, nunc Commodi amici ſapientem volebant moderatamque, parvo tantum ad eam conceſſo tempore, forte quod iam tunc in Commodo emineret ſtudium nimium oblectationum, ab imperatoris perſona alienarum.

παρεισδ.) *quidam*, qui *irrepſerant*. Sic hoc v. utitur Apoſtolus ep. Iud. v. 4. παρεισέδυσαν — τινὲς λ. *Leisn.*

Ibi utitur h. l. etiam Pric. poſt tria Plut., quorum unus habet act. cum εἰς τὴν πόλιν, de re improprieque, ἀργύρου καὶ χρυσοῦ ζῆλος παρεισέδυ λ., ſed duo med., ſimiliter tropice ac de re, ſed abſolute, ut reperitur phyſice cum praep. ap. Luc. 3, 96. l. 96., ubi muſca ἐλέφαντα λυπεῖ, ἐς τὰς ῥυτίδας αὐτοῦ παρεισδυομένη, *elephantem dolore* afficit, *intra* rugas *illius* dum *repit*, tum de perſ. in act. ap. Ioſeph., v. Kypk. 2, 453. i., et ap. Call. ep. 46, 5. *ſubrepens*, it. de re Geop. *ſubire*, quibus ditandi Bud. C. 212, 41. et Stp. Th., qui non tenet med., ſed act. tantum hinc ſine

των ἐπὶ τῆς αὐλῆς οἰκετῶν, δια- nulli ex aulico famulitio: cor-

Vs., ubi abſolute ponitur, nec tamen phyſice, (quaſi deſit εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν, ob mox ſq. τινὲς τῶν ἐπὶ τ. αὐλ. οἰκ., qui adeo iam in aula erant,) ſed tropice, pro, quum quidam ex aulae famulis ſeſe inſinuaſſent in familiaritatem et animum eius, i. amorem eius et benevolentiam adepti eſſent, cf. Krb. ad N. T. p. 409. e., reddente Sch. „*quum* irrepſiſſent *paulatim* corruptores iuventutis, cf. Iud. v. 4." ubi, ſecus ac Bg. et Leisn., retinet P. adv., cui ſyn. illud Krb. l. l. „*ſenſim* ſeſe *inſinuabant*, (praemiſſo etiam) clam *irrepſerunt*" qualem notionem ſecundariam neſcio an Bg. cogitarit in ſuo, ap. G. Th. „παρεισπίπτω, εἰσδύομαι, παρεισέρχομαι, latenter, more reptilium, ingredi" cum adv. *clam* et v. Bg. fere omnibus Intp. ad N. T. exponentibus noſtrum v., non item omnibus L. N. T., quorum Fiſch. *ſubirrepſerunt*, ignotum G. Th., ut Schw. etiam modo per *ſubrepere*; praeter quod ap. Kypk., tantum *irrepere*, ut in L. Ern., ſicut ap. Bud. C. Stp. Th. et Lex. Baſ. per alia Lat. ſine aliquo adv.; illam tropicam formulam, quae eſt in Krb. „fallo introeundo et me inſinuando" e Bud. et Stp. ductam, recte removente L. Ern., cum in v. *fallere* nihil ſit, quam adv. illud clam ſ. ſubdole, callide, qualia videas et a G. Th. adhibita in explicatis v. *obrepere* et *ſubrep.*, et in Cl. Cic. v. *irrep.*, unde h. l. famuli paraverint ſibi amorem Commodi *clam*, i. ut ipſe non id ſentiret, aut amici eius non animadverterent, quum famuli non id prae ſe ferrent, aut *callide*, arte aliqua uſi, ſimulando, blandiendo, ad gratiam voluntatemque agendo ac loquendo; quales artes a Noſtro deinde narrantur; me putante contra, verbum hic eſſe i. q. εἰσδύναι improprio ſenſu, ut Lat. *irrepere* et *inſinuare*, pro amorem alterius ſibi parare ac conſequi, ſed pr. παρὰ nec neceſſario, nec ſemper vim aliquam habere, cum 1) diſerte cum eo v. ſit adv. iſtius notionis ſecundariae, ut ap. Kypk. l. l. e Diog. L. λαθραίως παρεισδὺς εἰς τὴν πατρίδα, quod recte vertit „*in patriam* clanculum *ingreſſus*" cum ed. Menag. et adeo per ſimpl. 2) alia ſint v. v., ſimiliter compoſita, ubi eadem pr. παρὰ nec reddatur, nec quid ſignificare putetur, ut in L. Ern. v. παρεισάγω, παρεισβάλλω, παρεισέρχομαι, et Loesn. p. 252. m. „pro *intrare* ſimpliciter παρεισελθεῖν uſurpatur" ad quem locum N. T. pertinent Suidae 3, 48. e., cf. de pr. παρὰ, pro clam, (quae notio non obvia in Lexx., niſi in v. v. quibusdam, inde compoſitis, ut L. Ern. v. παρακούω,) ſeparatim agentem Z. ad Vig. p. 632. b. e. Nr. 12. cum Ind. Dem. v. παραδηλοῦν et παραδῦναι, ubi „irrepere, clam, callide inſinuare" quae notio poſtr. adv. pendeat ab illa, cum παρὰ in compoſ. valet depravationem et peccatum, v. L. Ern. et Z. l. l. p. 631. b. Nr. 2), p. ſq. Nr. 3).

τινες τῶν) i. quidam aulicorum. Gr. etiam dr. ὁ ἐπὶ τῇ αὐλῇ οἰκέτης. Sic ὁ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματος, ap. Lyc. adv. Leocr. §. 237. p. 197. (R. Or. V. 8. p. 672. carnifex,) ὁ ἐ. τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, cubicularius Act. 12, 20. v. et Act. 8, 27. (et L. N. T., nominatim Krb. v. ἐπὶ Nr. 11.) it. Ach. Tat. 6. p. 391. ὁ ἐ. τῶν δεσμῶν. *Leisn.*

Sch. „ἐπὶ officii ſ. dignitatis, οἱ ἐ τ. α. aulici" male ſine οἰκ., ſed peius h. l. per notionem iſtam, ubi modo eſt ſimplicis loci. In rel. Bg. e P., ſupplendo iterum particip. ὄντων, *quidam* famulorum, *in* aula *verſantium*, ſ. quidam famulorum, qui in aula erant, vivebant, habitabant, hinc quidam aulae famulorum, quidam aulicorum famulorum, quos

φθείρειν ἐπειρῶντο νέον ἦθος rumpere conabantur teneram

quidem (non vero amicos imperatoris §. pr., forte et ipſos Lat. *aulicos* appellandos, nobis *Hofleute,*) hic intelligo, res domi viliores, veſtes, cubicula, rel curantes, (qui, cum ſaepius eſſent ap. imperatorem, interdum et ſoli, facultatem ſane habuerunt idoneam ad animum eius corrumpendum,) cum is uſus τοῦ οἰκέτης ſit ap. Noſtr perpetuus, nec alter, pro amico regio, aliunde mihi notus; quanquam ſcio, eſſe interdum honeſtius leniorisque conditionis nomen ac latius, quam ſervi et δούλου, cf. Stp. Th., qui et iam habet Suid. 2, 663. m., non coll. ad Heſ. 2, 724. i. 726. i., Ind. Xen. Cyr. Z., par ut ſit Lat. *domeſticus,* v. G. Th., ap. quem ſine Gr. „famulit. — *aulicum* Spart. appellat famulos omnes Imperatoris" a cuius conſiliariis infra §. 22. clare diſtinguuntur οἱ περὶ αὐτὸν θεράποντες, qui idem cum noſtris, per variationem; ut et Suid. noſtrum οἰκ. explicabat l. l., cf. Heſ. 1, 1699. m. θέραψ. θεράπων, οἰκέτης, δοῦλος, ſed L. N. T. Schw. p. 528. N. 1. ex h. l. „irrepſerunt *autem* ſervi *aliqui*, aulae *praepoſiti*" nec recte vertens, nec recte comparans ad locum N. T., ut et dubitari poteſt, quod ad L. Boſ. Ell. p. 92. e. cenſetur „in οἰκέτης ſaepe δοῦλος ſubaudiri" cum per ſe ſit ſubſt.

διαφθειρ.) Sch. in „νε. iuvenilem *indolem*" adi. hoc ducens e ſubſt. P., *iuvenis* imperatoris *indolem*, quod aliquem deducat eo, ut putet, illum habuiſſe potius νέου, in gen., ad βασ. relatum; niſi memor ſit libertatis iſtius Intp., qui forte neſcivit, quomodo conciliaret νέον cum ἦθ, quomodo eadem res impedivit Vern., ut ſimpl redderent, *den* jungen *Herrn*, cum tamen haberemus ſimiliter *das* zarte *Gemüth* ſ. *Herz*, quod eſſe ἦθ., dictum in Exc. ad 1, 2, 6., ut adi. νέος cum Bg. Lat. etiam ap. Stp. Th. 2, 1028. G. e. aliunde, nihil ſimile afferentem ib. aut in ἦθ., quale quid tamen Ind. R. Or. V. 6. p. 849. i. τοὺς ἔτι νέους καὶ νέαις ταῖς διανοίαις χρωμένους, ed. Marb. Lyſ. p. 380. e. *iuvenibus* et *iuvenili* animo *obſecundantibus*; hac de vi v. χρ. tacente Rsk. Ind., qua nec opus, cum aeque procedat vulgari ſenſu, pro habere; ut tamen et h. l. reddas, *iuvenilem* animum *imperatoris*, i. non tam rudem, ignarum et rerum uſu carentem, quam credulum et cereum, flexilem, mollem in omnes partes ac formas, it. proclivem ad vitia resque ſuaves, quae et deinceps memorantur; quibus in animum Commodo revocandis pingendisque cupiditatem ei commovebant, ut a rebus ſeriis, gravioribus et moleſtioribus avocaretur ad voluptates et vitia; quod hic dr. *animum* eius *corrumpere*, i. depravare, vitioſum reddere, malis implere et cogitationibus, ſententiis, iudiciis, et cupiditatibus motibusque; ut G. Th. „teneriore — *animo*, i. molliori, — anni *teneri*, i. pueriles, (quod par illi pr. *iuvenilis*, nec tamen cum ſubſt. Bg., quod ibi non eſt diſerte pro animo, ut nec per Indd., pro quo tamen ſaepe ponitur, et hic a Bg. haud dubie, ſed) *corrumpo*, φθείρω, διαφθ.. — totum rumpere, vitiare" quae vis Latinae praep. et in Gr. per ſe cadit, pro totum, plene perdere ac pravum reddere, ſed h. l. redundat, cf. 1, 4, 12. m. διατ., in primis ob 1, 8, 5. e., ſicut et Lat. illud pro ſimpl. depravare ponitur, ſufficiens in Gr. noſtro vertendo, quanquam ex alia praep. compoſitum, cum Lat. propius *diſperdere*, ab ipſo Bg. in Gr. noſtro 1, 17, 8. e. adhibitum, non ſic de animo uſurpetur, quanquam eodem ferens et ad notionem ſimpl., (cf. G. Th.) ut diſerte Thom. M. p. 230. ſqq. διέφθορεν, ἀντὶ τοῦ ἔφθειρε, cf. Ind. Z. Xen. Cyr. et Bach. cum ſyn. ψυχήν.

βασιλέως q, ὅσοι τὲ κόλακες indolem imperatoris, quotquot

q) Hic in Ms. Ba. colon, ut punctum in edd. A. et B., v. N.

ὅσοι) Uno hi verbo *paraſiti* dr. ab hoc ipſo etiam 2, 6, 10. τὸ τῶν παρασίτων πλῆθος, de iis, quos circa ſe habebat Iulianus. *Steph.* Aliis dr. οἱ ἀμφὶ τὴν τράπεζαν, et τραπέζης φίλοι, et ſic potius dicendi ſunt. *Stroth.*

Stp. Th. 3, 118. F. i. „Philoſtr. κόλακα καὶ παράσιτον, καὶ μάγειρον, καὶ τοὺς ἐκ τῆς τραπέζης. At Herodi. l. 1. ὅσ. — τρ. (e P., ut Bg.) Cic. dicit, *omnium* menſarum *aſſecla.* (2, 312. C.) ap. Plut. ſunt αὐλικοὶ κόλακες, aſſentatores *aulici.* — Veteres autem poëtae τοὺς παρασίτους vocabant κόλακας" qui recte ib. τρ. tropice capit, pro cibo ac potu, in menſa poſitis, epulis, coena, cf. Suic. Th. L. Ern. et N, T., Ind. Polb. Ern., Xen. Κ. Cyr. et Bach., Ael. V. h., Plut. Krg., Rsk. ad Auct. Gr. V. 1. et ib. Diod. S. p. 89. m., reddente Sch. in „τρ. menſae *adulatores*, (ſed in κ. poſt P.) Tales Phocyl. v. 88. vocat τραπεζοκόρους" v. 86. ed. Schier. μηδὲ τρ. κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους, *neque* menſipetas *adulatores* fac *ſodales*, mutante etiam Bg. formulam Gr. iterum in ſyn. ex adi. et ſubſt., ſed in adi. non optimae Lat. eo ſenſu, quo Lat. tamen utuntur et in Hom. Ἰλ. ψ', 173. τραπεζῆες κύνες, menſarii *canes*, ſed χ', 69. τραπεζῆας πυλαωροὺς, *menſae* aſſeclas *ianitores*, quae Lat. ſunt prioris explicatio, cf. Gat. Adv. Miſc. Poſth. p. 876. e. Heſ. 2, 1407. i. cum N. 4. „Hom. Ὀδ. ρ', 309. (ſine Ind. Ern.) τρ. κύνες, (Cl. menſales *canes*,) Schol. οἱ περὶ τὰς τραπέζας ὄντες" mox ib. τραπεζεύς; παράσιτος λ. it. 1, 1397. i. ἐπιτραπεζίδιος, ὁ παράσιτος, cum N. 2. „menſarum *aſſecta*, — Belg. *een* tafel-*broeder*" nobis *ein Tafelbruder*, quo tamen hic non utar, Suid. 3, 497. i. et 1, 757. m., unde forte ap. Gat. l. l. pro ἐντραπεζέται leg. ἐντραπεζῖται, quod ſaltem analogiam cum τραπεζίτης habet, tum Ind. Plut. Krg. „τραπεζεὺς, ſectator coenae" ſed Gs. Chr. „menſae *aſſecla*, ab Hom. ſumtum, qui *canis* nomen (adi. ſ. epitheton) fecit" quod forte et Noſtro in mente fuit in formula ſua, (non ſic alibi tota reperta mihi,) furtum tamen tegenti arte aliqua, dum pro τραπεζεὺς ſumſit affine ſubſt. τράπεζα, et, pro iſtius caſu recto, obliquum τραπέζης, cumque τραπεζῆες, pro τραπεζεῖς, ſubſt. ibi pro adi. ſit, ut in Lat. v. c. *canis venator*: videas, Noſtri κολ. τρ. convenire, ac per ſyn. formulam mutari poſſe in κολ. τραπεζεῖς ſ. τραπεζῆες, et, quia vocab. κολ. eſſet univerſum, ſignificans interdum ſimpl. adulatorem, addito ſubſt. τρ. Noſtrum voluiſſe ſenſum illius magis definire, et forte ſimul innuiſſe eius notionem pro paraſita; unde, opinor, tum ſalva erit dicendi ratio Noſtri, tum nemini veniet in mentem correctionis in κολ. τραπεζεῖς, cum, etſi lapſu in η et ει facili, lectio vulg. ad ſententiam conveniat tamen. A Luc. quidem 1, 120. l. 6. componuntur, ut ſupra ap. Philoſtr. παρασίτοις καὶ κόλαξι — παραδοθησόμενος, *paraſitis*, aſſentatoribus — *obiiciendus.* Nobis ſuffecerint hic *Schmarotzer*, ſ. nova quodammodo *Tiſchſchmeichler* et *Tafelſchmeichler*, i. aſſentatores coenae cauſa, et qui propterea aſſentantur, ut ad coenam vocentur, aſſentando et adulando menſam coenamque petunt; ferente G. Th. in Bg. *adul.* Gr. n., ſed in adi. modo τραπεζίτης. De diſtinctione, P. iterum diſſolvit Noſtri periodum ac ſeriem, poſt βασ. inſtituens novam rem, puncto aſſumto, et *quippe*, pro nam, praemiſſo; ut Bg quoque videtur novare quid, dum τὲ poſt ὅσοι omittit, referens ille id forte non ad pr. τινὲς τῶν — οἰκ., ſed ad ſq. καὶ, ubi τὲ

τραπέζης, καὶ τὸ εὔδαιμον menſarii adulatores erant, et

redundare ſane poteſt, quia τὲ — καὶ ponitur pro uno καὶ, unde Bg. ſumſerit modo unum ſubiectum, unos illos ſervos, ante ſ. poſt ὅσοι intelligens voculam *nempe*, quaſi famuli iſti, ut genus aliquod, per ſeqq. tantum definiantur magis et per ſpecies aliquot. Mihi quidem ab illis famulis diverſi videntur, qui hoc membro pinguntur, et ὅσοι τὲ, ut 1, 4, 1. m., adhiberi iterum in re alia et nova, ſeries ut ſit tota haec, ut Noſter illa διαφθ. — βασ., quae ſunt proprie copula et praedicatum, poſuerit in medio, utrinque autem ſubiecta, pro, *ſed* corrumpere *conabantur*, ſ. corrumpebant *tenerum* animum *imperatoris* quidam *inſinuantes* ſe *aulicorum* famulorum, *qui* que *menſarii* adulatores *erant*, quod v. ſubſt. ἦσαν, hic oppreſſum, Bg. ſtatim explevit, copulans ita impf. cum ſq. praeſ. μετρ., ut in Gr. iunguntur ſqq. particip. temporis praeſ. cum pr. impf. ἐπειρ.

τὸ εὐδ.) Obſervat A. Schottus Obſ. h. 3, 12., Herodianum Demoſthenis valde ſtudioſum fuiſſe, et inter alia etiam hunc locum adducit, in quo ſit eum imitatus. Nam Dem. in orat. illa, adeo a Cic. celebrata, π. στεφ. ita loqui, τὴν εὐδαιμονίαν τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετρεῖν. Talibus ſcil. hominibus iam ante deditus Commodus, nunc ad conſuetudinem redit, v. Lampr. Comm. 1. et 2. *et patris* miniſteria *ſeniora* ſubmovit, *amicos* ſenes *abiecit*, ut paulo poſt ſequitur, ταῖς ὑποθήκαις καὶ συμβουλίαις αὐτῶν χαίρειν εἰπών, *valere iuſſis admonitionibus eorum et conſiliis*, Xiph. Comm. pr. *Boecl.* Haec phraſis, a multis uſurpata, a Dem. ſumta videtur Schotto Obſ. h. 3, 12. p. 142. Nam Dem. π. σ. (R. Or. V. 1. p. 324. l. 24. τῇ γ. μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχ. τὴν εὐδ. Sic Ach. Tat. 1. τῇ γ. μετρεῖν τὴν ἡδονήν. Aliter hanc phraſin effert Alciphr. 2, 4. p. 258. (e.) ἐν τινὶ πράγματι (ἐν ἐμοὶ καὶ τοῖς δράμασι) τὴν εὐδαιμ. κατατίθεσθαι, (Bg. V. *ut qui* in *me* et *comoediis* felicitatem *ponas.*) Hi ſunt, qui ſe ſomno, et conviviis, et delectationi natos arbitrantur, non laudi atque gloriae, ut Cic. p. Sext. c. 66. ait. *Leisn.* Falſam eſſe Cod. lectionem γάστριον iam ex loco Dem. Or. p. Cor. a Schotto allato patet. Certe imitatus eſt Herodi. illum, iisdem verbis dicentem τὴν εὐδ. τῇ γ. κ. τ. αἰσχ. μετρεῖν. *Stroth.*

Codd. lectio, quorum illa Ms. Bz. vetuſtam ſeriem oſtendit iterum omnium unam, merum eſt ſcribae vitium, e prioris vocab. ον ſyllaba, quae adhuc in mente haerebat, manu ſcribente vel invito atque inſcio domino, qualia quotidie ſcribentibus eveniunt, quam rem, veluti ſacram aliquam, ſtultitia ſevera ac fidelis reliquorum librariorum conſervavit. Et quanquam eſt vocab. tale γάστριον, (v. Heſ. 1, 804. i., ſuſpectum illud Stp. Th., nec L. Ern. memoratum,) ac ſenſum habet aliquem forte *felicitas guloſa*, i. felicitas ventris gulaeque, edendi ac bibendi, ſ. in his quaeſita: tamen hic orationis ſeries et conſtructio non id fert, cum τὸ εὐδ. unum ſubſt. hic non habeat locum, quia καὶ τοῖς αἰσχ. ſolitarium tunc ſtet, ac καὶ, pro *etiam*, ſ. etiam adeo, non ſenſum edat, ſed contra requiratur adhuc alius dat., et adeo γαστρὶ, qui caſus et firmatur loco Dem., quem Noſter imitatus eſt cum arte iterum, ut primo alium verborum ordinem inſtitueret, deinde ſubſt. τὴν εὐδ. commutaret cum ſyn. neutr. adi., quod, ignotum Stp. Th., uſurpat Thuc. p. 125. l. 87., ubi Schol. ἡ εὐδαιμονία, tum Luc. 1, 460. l. 96. et 54. l. 67. καὶ πορφύρᾳ καὶ δυναστείᾳ μετρεῖ τὸ εὐδ., purpura *que* et *potentia* felicitatem *metitur*,

γαστρὶ [r] καὶ τοῖς αἰσχίστοις qui felicitatem ventre ac ob-

r) τὸ εὐδαιμονγάστριον ſic eſt in Ms. Ba. *Mart.* ſed in Ms. Ve. τὸ εὔδαιμον γάστριον diviſa, ut in Excp. Ms. Vi. γάστριον modo, v. N.

ubi N. profert locum Dem., noſtrum et alia ſimilia, ac ſimul cum v. noſtro μ., quod pro aeſtimare, diiudicare, exiſtimare tenet Stp. Th. 2, 902. F. e. aliunde et e Dem. l. l., addens „ut Cic. *omnia, quae ad beatam* vitam *pertineant*, (quae eſt modo periphraſis ſubſt. *beatitatem* ſ. *felicitatem*) ventre *metiri*“ cf. Bud. C. 358, 38. L. Ern. et N. T. Rs. ad Polb. p. 160. m. Abr. L. Ariſt. p. 97. i., Poll. 6, 191. τὴν εὐδαιμονίαν μετρεῖ κέρδει et 3, 112. — μετρῶν χρήμασι, imitantibus et noſtratibus tropum in *meſſen*, abmeſſen *nach* rel., cf. ſine tropo Xen. Mem. S. 1, 6, 10. ἔοικας — τὴν εὐδαιμονίαν οἰομένῳ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν εἶναι, ubi ſubſt. τὸ εὐδ. et τὴν εὐδ. ceperim non tam philoſophorum more, cf. Suid. 1, 883. e. it. p. ſq., quam pro fine bonorum, ſummo bono, maxima voluptate ac ſuavitate; reddente Sch. „γαστ. *ventre*, voluptate gulae, *felicitatem* metiri“ quo Lat. *gulae*, it. ſevero Bg (e P.) reddit aliunde Stp. Th. 1, 818. C. e., non tamen interpretatus, quid ita improprie γαστ. ſignificaret, quod, cum κοιλία ſumtum proprie, vel de ventre ac parte corporis inferiori, vel de ventriculo, cf. ib. et Ind. Xen. Cyr. *Z.*, ut de ventriculi cupiditate, v. Ern. Call. Cer. v. 89., ſignificat deinde vel res, cibum et potum, quae in partes illas corporis deſcendunt, vel cupiditatem edendi bibendique, vel voluptatem e cibo ac potu, perceptam iſtis partibus cum gula et palato, v. Fiſch. de vit. L. N. T. Prol. 12. p. 7. ſq. Ind. Ern. Hom. et Xen. cum Cyr. Mor. et Z., Ael. V. h. Plut. Hſ. et Luc., e quo et illud huc pertinet 3, 233. l. 26. μέτρον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς τιθέμενοι, menſuram *felicitatis* (non *voluptatis*) in *ventris* voluptatibus *collocent*, cf. Ovid. Met. 15, 173. ne *pietas* ſit *victa* cupidine *ventris*, ubi noſtrates, ex conſuetudine Verſ. N. T. Phil. 3, 19. it. ſcriptorum Lat., ferunt ſeverum vocab.; Noſtro hic quoque per periphraſin innuente, quos Gr. uno v. appellant γαστέρας. cf. L. N. T. Ind. Heſi. Xen. Z. Bach. Heſy. Cup. Obſ. 3, 10. i., ſ. γαστριδούλους, v. Munth. Ind., it. γαστριμάργους, cf. Stp. Th. Ind. Fiſch. Aeſch. cum Suid. et Heſ. Sed gravior eſt res in τοῖς αἰσχ., ubi, tacente Stp. Th., ſubintelliguntur ſubſt. πράγματα ſ. ἔργα, ut diſerte R. Or. V. 8. Ind. And., it. ſimul cum τὰ κάλλιστα V. 4. p. 950. m., ut ſint, de vulgari notione, res turpiſſimae, turpiſſima facinora, ut Dem. locus aliquis redditur a Kuſt. ad Heſ. 1, 1200. N. 21., quae univerſa notio hic non ſatis commoda videtur, (quia Noſter tum dicturus erat καὶ τοῖς αἰσχροῖς ἄλλοις, aut ſaltem καὶ τοῖς αἰσχίστοις ἄλλοις,) ſed potior Bg. vis atque interpretatio, partim e P. ducta, ut τὰ αἰσχ. anguſtiori ſenſu ſint res ac voluptates obſcenae venereaeque, ſermones, ioci, geſtus obſceni et illiberales, utque tangantur h. l., qui 1, 13, 16. e. dr. γελωτοποιοὶ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταί, i. hiſtriones ac mimi. De impuritate quidem et hominibus impuris in univerſum Dem. illud ſupra accepit Kypk. 2, 318. m. „eiusmodi homines, voluptatibus mancipati, dicuntur — *felicitatem* ex *ventre* et *rebus* turpiſſimis *metientes*“ ſubiecto etiam e Dion. H. S. T. 1. 332, 11. οὓς — ὁρῶσι τῇ γαστρὶ (hic cum attic. ſine diſcrimine) καὶ ταῖς αἰσχίσταις ἐζηκότας ἡδοναῖς, qui *ventri* et *turpiſſimis* volupt. *vixerunt*; in quibus locis, ubi γαστὴρ praecedat, ſubiectas deinde voluptates cupiditatesque non intelligi univerſas, ſed praecipue illas impuras, ſatis effeciſſe videtur Kypk.

μετρoῦσιν, ὑπομιμνήσκοντες [f] 3. ſcenis metiuntur, admonen-

f) Ms. Ba. ὑπεμίμνησκον, quod Stp. rectius putabat. *Mart.* Sic et in Mss. rel. cum edd. Ing., v. N.

per loca, ibi prolata antea, quorum et eſt Luc. 3, 675. l. 3., ut de hiſtrionum mimorumque obſcenitate v. Carpz. Parad. St. p. 155. Stp. Th. 2, 941. B. i. ex Ovid. Triſt. 2, 497. *quid? ſi* ſcripſiſſem *mimos*, obſcena *iocantes*, et v. 515. *ſcribere ſi fas* eſt *imitantes* turpia *mimos*; ubi *turpia* et *obſcena* inter ſe permutantur, ut et alibi *turpis* et *obſcena* fames, v. Ind. Flor. Utque Noſter l. l. diſerte dixit, in aula Commodi invaluiſſe hos homines, quod et de Heliogab. 5, 7, 14. memorat: ſic quoque de Commodi turpi voluptate habet 1, 13, 15., ſed multo plura Lampr. p. 473. 478. e. 480. e. *appellatus eſt a* mimis *quaſi obſtupratus*, 487. 489. e. 501. ſq. 504. Hic interea cum Noſtro ut dicturus univerſe ſim in noſtrate lingua *die* ſchändlichſten *Sachen*: ſic e mea ratione quatuor Commodi corruptelae exiſtent, famuli, tum adulatores menſarii, ſuam illi cuticulam bene in menſa curantes, domino ac regi tantum ſermonibus blandis noxii, porro guloſi, voraces, potores, denique laſcivi, obſceni, impudici, qualis et ipſe Commodus, Lampr. l. l. p. 500. i. *etiam* puer *et* guloſus *et* impudicus *fuit.* Adoleſcens *omne genus infamavit hominum, quod erat ſecum, et ab omnibus eſt infamatus*; quanquam et haec iniri poteſt ratio, ut duo tantum ponantur genera corruptelarum ſumma, primum famulorum, alterum paraſitorum, qui deinde duplicis et ipſi fuerint formae, inſervientes gulae, et obſcenis rebus dictisque eximii; in quo comparari poſſunt ad 1, 13, 16. m. dicta de paraſitis pro ridiculorum genere, qui etiam e turpibus rebus captare riſum ſolent; ut poteſt in Gr. ſubſt. παρασ. haec notio fuiſſe; quanquam Lat. G. Th. modo ſic profert „*paraſitus*, παράσιτος, ἐπιτραπεζίδιος, qui aliorum menſas et cibaria ſequitur, quique ad voluntatem eius, in cuius contubernio ſit, omnia loquitur et facit, nihil repugnans, cibi et ventris gratia“ quod Lat. *omnia* etiam ad obſcena vagari poteſt.

ὑπομιμν.) Rectius ὑπεμίμνησκον, ut in vet. *Steph.* Perperam in Cod. legitur ὑπεμίμνησκον. Tota enim oratio pendet ab illo διαφθείρειν ἐπειρῶντο. *Stroth.*

In Mss. noſtris recurrit poſtea quoque mutatio particip. in tempus finitum, plerumque in pluribus particip., qualis cauſa hic eſt, ubi ſi fingas, olim ὑπεμιμνήσκοντο in med. fuiſſe: de more Mss. noſtrorum act. ὑπεμίμνησκον ſit gloſſema, mutans med. in act., ex illo το med. formae facile τες orto, ut τε alibi; unde lectio nova cohaereat cum pr. ὅσοι τὲ et ἐπειρῶντο, ſicut et quis, ad corrigendum inclinatior, propius veniat ad veſtigia lectionis vulg. per ὑπεμίμνησκόν τε, diviſis vocibus, quae coaluerint e ſerie Codd. una, accedente ς littera forte ab aliquo librario, qui reperiſſet ſimul ſcripta ὑπεμιμνησκοντε, quod ita ineptum inferioribus nominativis participp. apparet per lectionem vulg., quam deſeruit et P., dux ille fortaſſis iterum Stp. ad corrigendum. Cum Mss. noſtri de manu infida ſuſpecti ſint: videtur manendum in vulg. lect., cuius rectionem Stroth. recte demonſtravit, cum et Bg. manſerit in eadem, et libertas reliqua in hac regione fidem adimat P., e quo v. reddit Sch. partim „*admonentes* illum *deliciarum*“ non quidem adv. iſtius e vi ſecundaria retinens, ut nec Bg. hic, cf. 1, 4, 14. i., at e Gr. ſervans particip., et ſine criſi repetens coniecturam Stp., qui, in Th. brevior, non niſi

αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς [t], tes eum urbis deliciarum, tum

t) Ms. Ba. hic colon, ut iterum mox poſt δινγ.

ex Hom. habet conſtructionem cum acc. perſ. et gen. rei, qualis iterum ap. Luc. 1, 736. l. 98. et Ind. Fab. Aeſ. Hſ., ubi tamen Var. L. per acc. rei, cf. cum gen. perſ. Ind. Diod. S., cum dupl. acc. et rei et perſ. Dem. cum Xen. Cyr. Z., ſed med. ſemel modo ap. Stp. Th., non item paſſ., quod cum praep. et adv. ap. Ael. V. h. 8, 15. p. 557. i. in nobili illo de Philippi modeſtia, δεῖν αὐτὸν ὑπομιμνήσκεσθαι ὑπό τινος τῶν παίδων ἕωθεν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν, *a quodam* ex *ſervis* quotidie *hoc* ſibi *mane* in *memoriam* revocari, *quod* eſſet *homo*, vel idem paſſ. in ſenſu med., in primis in aor. 1., Ind. ib., Luc. et Fab. Aeſ. Hſ., (quae proſint ad N. T.) R. Or. V. 4. 7. Iſ. et Ant. 8. And. Dem. Thuc. Theophr. Fiſch.

τῆς ἐν Ῥ. τρ.) Formula eſt eadem cum illa §. pr. i. 1, 5, 11. e. it. 25., niſi quod hic cum praep. eſt nomen loci proprium, qualia exempla praebent Indd. ad ſuperiorem locum v. ἐν, ubi plerumque procedit ratio vertendi illa, quae mutat praep. cum ſubſt. in adi., ut Sch. in τρ. „ἐν Ῥ., deliciis *Romanis*" quo tamen vix h. l. utar propter ambiguitatem, cum latius id Lat. adi. ſumi queat de orbe imperioque Romanorum toto, nec anguſte de Roma urbe; unde fortaſſis Bg. e P. alteram delegit rationem per ſubſt. duo in regimine, ut tamen ſubſtitueret nomini proprio aliud nomen appellativum: ubi ſeverior equidem fuiſſem per *Romae deliciarum*; prae qua Lat. ſermonis paupertate in talibus urbium nominibus felicior eſt noſter, rationem Gr. aſſecuturus alio ordine, dum poſtponat alteri ſubſt. praepoſitionem cum ſubſt., *die Annehmlichkeiten* in *Rom*; tenente ſubſt. τρ. Stp. Th. 1, 1594. F. e. pro deliciis, i. mollitie, luxu et delicata vita, ſed H. i. „pro ipſis deliciis, (i. delicatis et ſuavibus rebus,) quae ad vitam illam pertinent" ex h. l. ſine Vs., hanc notionem non repetente L. Ern., ſed modo primam, quae et h. l. ſufficiat pro vita ſuavi, nobis *das Wolleben*; ut tamen Stephano favere videatur analogia tum Lat. in vocab. Bg., (quod per ſe dr. de animi, corporis ac ſenſuum ſuavitate, ſed deinde etiam de grata re ſ. perſ.) tum Gr. in voce ἡδονή, qua de ſupra; ut per Lat. *voluptas* etiam noſtrum Gr. τρ. reddit Gs. ad Luc. 1, 551. l. 3. it. 2, 807. l. 60., quanquam alibi ab ea diſtinguitur diſerte ib. 2, 421. l. 13., ut contra copulatur cum ſyn. ἡδυπαθείᾳ ap. Plut. Hſ. 9, 6., quod vocab. et ipſum tamen a L. Ern. *vita voluptaria* redditur, ut noſtrum Gr. per Lat. Bg. alibi, etiam per *luxum* et *luxuriam*, v. Ind. Plut. laud. it. Krg. Ael. V. h. Luc. cum L. N. T., ſicut de rebus iucundis capi poterit commode iterum ap. Luc. 1, 337. l. 6. (ubi Gs. *luxuria*,) Diod. S. 1, 129. l. 76. (ubi eſt cum πλοῦτος, it. ap. Iſ. Ev. e.) Eur. Cycl. v. 584., e quo poëta laudantur alia ad Moer. p. 407., qui male cenſet, χλιδή, Ἀττικῶς, τρυφὴ Ἕλληνες, cf. N. et Thom. M. p. 915. m., ut patet omnino latius, ad venerem etiam veſtitumque, v. ad Ael. V. h. p. 574. N. 3. et ad Philam p. 62. e., etiam ad victum utriusque generis, et res univerſas, unde ſuaviter affici poteſt animus et corpus, cf. Heſ. et Suid., ut ap. Noſtr. certe ſuavitatum talium quaedam partes mox ſequuntur, cf. ad externam ſpeciem ſimile N. T. 2 Petr. 2, 13. ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν, in L. Fiſch. et Krb. recte converſum „voluptatem *putantes* quotidianum *luxum*" ubi ἡδονή i. q. ſupra τὸ εὔδαιμον, ſumma voluptas et unica.

θεάματά τε καὶ ἀκούσματα quae viſu ac auditu iucunda ibi τερπνὰ διηγούμενοι, τήν τε eſſent, enarrantes, tum co-

θεαμ.) A P. diſcedit ad v. διηγ., praeter Bg., cf. 1, 1, 11., etiam Sch. „*recenſentes*, θ. iucundos ſcenicos ludos, ἀκ. auditu *viſu* que *iucundum*, praeſertim in ludis ſcenicis" Bg. e P. inſerente adv. loci ἐκεῖ, quod reſpicit pr. ἐν Ῥώμῃ, unde proprie reperendum erat pron. cum praep. ἐν αὐτῇ, cui par illud adv., utrinque ut requiratur particip. aliquod, v. c. ὄντα, quod et reſolutum ap. Bg. videas, e P., ſed ut iſtorum Inttp. rationem quoque hinc arceſſas, quod ſubſt. duo periphraſi per pron. relat. cum v. ſubſt. et per ſupinum verbi, in ſubſt. latentis, exprimant, ubi tamen procedebant forte Lat. priva *ſpectacula* et *auditiones*, ut Stp. Th. 1, 486. D. i. „ἀκ. τερπνὰ, auditiones *delectabiles*" ſine auctore, forte ex h. l., it. ap. Plut. Hſ. 9, 28. ἀκούσμασιν ἢ θεάμασιν, ſive *auditionibus*, ſive *ſpectaculis*; quanquam tenente G. Th. tantum „*auditio*, ἀκρόασις, ἀκρόαμα, actus audiendi" qui tamen et ipſe ap. Luc. 3, 604. l. 62. τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ᾄσεσον, *mirabilem* illam *auditiunculam* mihi *occine*, et in Chr. Gr Ind. „ἀκ. *auditio*, ut acroama" quo poſtr. Lat. et hic quis utatur, ut ap. Ael. V. h. 2, 13. p. 101. e. ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἵδε αἱ Νεφέλαι, *hae* itaque *Nebulae* viſae *illis* acroama *ſuaviſſimum*; quibus in locis ἀκ. ſumitur de re ſimiliter, ut hic, it. alterum θ., quae copulantur eodem ſenſu ap. Xen. Mem. S. 2, 1, 31. et cum adi. iterum ἥδιστος, quem locum Ern. Cl. Cic. Ind. Gr. L. v. ἀκ. etiam de re adhibet, explicans" quidquid ad aures ſuaviter deliniendas aut oblectandas comparatum eſt" quod procedit, ubi ἀκ. ſolum ſtat, non item, ubi cum adi. Noſtri aut ſyn. illo eſt Ael. et Xen., quod et cum ἀκρόαμα ap. Xen. Hier. 1, 14., ubi opp. quoque θ., cf. ib. Bach. Ern. Exc. 8. ad Suet. Aug. c. 65. Hdb. ad Xen. p. 70. i. et Ind. Plut. Hſ. v. ἀκ. noſtro, quod ſenſu univerſo, de omni re, quae auditur, fama, rumore, ſtrepitu v. Ind. Fiſch. Aeſch. Xen. Pol. Z., ap. Luc. 1, 91. e. 2, 710. l. 43. Dion. H. S. T. 1. 470, 46. 654, 23. 635, 26. Heſ. 1, 198. e. ἀκ., φήμη, ſine N., at Ael. V. h. 4, 15. p. 359. ἀκ. πεπαιδευμένα, *doctis* ſermonibus *audiendis*, ubi i. q. ἀκροάσεις alias, ſed de perſ. ap. Noſtr. 4, 6, 4. e. et Luc. 3, 2. l. 8., ad quem forte reſpicit Caſ. ad Suet. Aug. c. 74. e., ut de bonitate vocab. Moer. p. 67. et Thom. M. p. 29., ut ἀκρόαμα cum θ. infra ap. Noſtr., ſed de re R. Or. V. 3. 634, 5. V. 4. p. 953. e., at de perſ. Ioſeph. T. 1. p. 924. fere e., cf. Stp. Th., ſed θ. de re quoque ap. Luc. 1, 437. l. 52., cf. p. 325. l. 58.

τήν τε τ.) Pro P. duobus ſubſt. in δαψ. utitur Bg. tantum uno, ſed illo ne Lat. quidem ſecundum G. Th., ut ap. Stp. Th. modo „δ. copia, abundantia, (ſubiecto tantum h. l., ſic verſo,) *rerum* omnium *copiam* atque *abundantiam*" fere cum P., quem referunt Lat. Vss. omnium edd., praeter Ing., quae ſuſcepere Lat. Stp. e marg., in Th. praeterea tenentis „δαψιλής, — dapſilis, largus, (et ſyn. alia,) Plut. δεῖπνον δαψιλέστερον, epulum lautius et magis opiparum. Sed et homo *lautus* appellatur δαψιλής, — δαψιλῶς, large, — it. laute, opipare" cum Xen. loco, quem Ind. Ern. Mem. S. ſimiliter per poſtrema Lat. reddit, ut L. Ern. quoque per illud *dapſilis* in adi., quod ap. Lycophr. v. 779. et 957. pro magnus, ut ap. D'Arn. An. Cr. p. 55. pro multus, quae ad Call. Del. v. 125. pro vulg. lectione non uſurpabat Ern., ubi adeo in malam partem, cf. Ind. Loesn., Dion. H. S. T. utr. Ioſeph., Geop., Abr. L. Ariſt. p. 137. m.,

τῶν ἐπιτηδείων δαψίλειαν κα- piarum dapſilitatem enume-

pro ſplendidus ac liberalis ad Luc. 1, 452. b. m., ut adv. pro largiter Xen. Cyr. Diod. S. et Abr. l. l., ſed ſubſt. noſtrum pro copia, ac tali praecipue „quae prolixa largitate ad utilitates aliorum diffundatur" ad Luc. l. l. a. m., ubi e Diod. S. modo laudatur 1, 140, 62. τῶν δ' ἐπιτηδείων ἁπάντων — πολλὴν εἶχον δαψ., omnium *praeterea* rerum *copia* — affatim *ſuppetebat*, cui add. ib. 43, 73. 324, 80. et T. 2. 5, 89., tum ap. Thom. M. p. 601. μεγαλοψυχία, — ἡ ἐν ταῖς μεταδιδόσεσιν ἕτοιμος δαψ., ubi haud dubie pro animi affectione et Lat. *liberalitas*, ut vertitur ad Poll. 3, 118., ſed Suid. 1, 514. i. δαψιλέστατος, πολυτελέστατος, ſumtuoſiſſimus, *ſplendidiſſimus*, rel. et δαψίλεια, ἡ πολυτέλεια, *magnificentia*, λ., at Heſ. 1, 895. e. cum p. ſq. i. modo in vulgari notione, pro πολὺς etc., ut, quod D'Arn. l. l. ex Alciphr. 3, 55. p. 410. m. ποικιλίαν τῶν ὄψων δαψιλῆ vertit *ciborum* varietatem *multam*, id ipſe Bg. *varietatem* opſoniorum *dapſilem*, ſervata ſic iterum Gr. voce, quae et ap. G. Th. per „abundans, largus, — δαψίλεια Graece id valet, quod Lat. largitas, affluentia, — liberalitas, — *lectus dapſilis*, excellens et ſumtuoſus, *dapſile*, δαψιλῶς, abundanter, Suet. Veſp. c. 9. (immo 19. m., ubi N. tacent,) *dapſiliter*, i. opipare, large, magnifice, ſplendide, — laute. — *lautus*, λαμπρὸς, πολυτελὴς, ſplendidus, nitidus, delicatus, — *laute*, λαμπρῶς, eleganter, — *lautitia*, πολυτέλεια, munditia eſt, quae in veſtitu et cibo fit, (etiam in omni ſupellectili,) — *opipare*, πολυτελῶς, abundanter." Ex quibus omnibus, et quia Bg. adiunctum τῶν ἐπιτ. vertit, ut alias δαψίλεια vertitur, prope adducor, ut credam, eum h. l. δαψ. aliter, quam vulgo et a P. capitur, intellexiſſe, ac vel de lautitia, i. elegantia et pulcritudine, vel de praeſtantia et excellentia; quae notiones continentur in illa Suidae, pro magnificentia, quae forte eſt princeps vis, utpote notationi proxima, cum videatur proprie eſſe, ubi quis δαπανᾷ, ſumtus facit, multumque conſumit, in quo eſt magnificentia, quae et coniuncta cum copia et ſtudio rerum pulcrarum atque excellentium, it. cum liberalitate ſ. beneficentia magna; ut tamen de Bg. nihil praeſtem, cum poſſit peregrinam vocem δαψ. ſervaſſe vulgari ſenſu ob ſemel delectum Lat. ad τῶν ἐπιτ., ne concurreret *copiarum abundantia*, ut ſyn. alias; quae ambiguitas tamen facile vitari poterat alio Lat. ad τῶν ἐπ., v. c. *neceſſariorum* ſ. *neceſſitatum*, ut Sch. „ἐπ. εἰς τροφὰς (καὶ ποτὰ) *neceſſaria* ad cibum (et potum) 8, 5, 7. et abſolute (hinc) *neceſſariarum* rerum" immemor quidem illius ex 8, 5, 7. ἐπιτηδείων ἀφθονίαν, (quod cum noſtro compares pro vulgari τῆς δαψ. notione, maxime ex Heſ. l. l.) at bene reſpiciens ad ellipſin ſubſt. χρημάτων, tacente L. Boſ., ut ſint τὰ ἐπ. res aptae, commodae, utiles et neceſſariae, vitae neceſſitates omnes omnis generis, omniumque hominum, nec modo victus et amictus, ſed et cultus ac quaecunque ſupellex, interdum tamen in primis victus, in eoque interdum modo cibus, cibaria cuiuslibet generis, cf. Stp. Th. aliunde, L. Ern. et N. T. Fiſch. ac Krb., cum Kypk. 2, 422., ubi cum gen. rei, τὰ ἐπ. τοῦ σώματος, ſed abſolute, cum ſ. ſine Vs., Indd. R. Or. V. 4. 6. 7. If. 8. And. Dem. Xen. omnes, Diod. S. Gs. Chr. Fiſch. Theophr., ubi ſemel ſine artic. et cum adi. ἐλάχιστα ἐπ., it. Aeſch., ubi comparantur plena haec et adiuncta per praep., τὰ ἐπ. τὰ πρὸς τὴν δίαιταν, it. τὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἐπ., it. cum adi. et ſine artic. iterum, εἰ ὡς πλείστων δέοιτο πρὸς τὸ σῶμά τε καὶ τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων, cf. eiusdem de

ταριθμοῦντες[u], *διαβάλλοντές* rantes, atque vituperantes

u) Hoc comma erat in Ms. Ba. cum edd. A. al. et Ms. Bg., pro colo Stp. rel. it. puncto al.

vit. L. N. T. Prol. 12. p. 12. ſq., quibus add. per aliam praep. Ind. Xen. Cyr. Z. τὰ ἐπ. εἰς τὴν δίαιταν, it. Thuc. 495, 36. ὅσα περὶ τὸ σῶμα ἐς δίαιταν ὑπῆρχεν ἐπ., *rebus*, quotquot *ad* corporis *victum* ac *veſtitum* eſſent *neceſſariae*, pro *quae corpori* ad *victum* eſſent *neceſſaria*, et pro ἐς δίαιταν τοῦ σώματος, per periphraſin gen. aut dat. σώματι, ubi de militibus, ut duobus locis aliis Ind., ubi reddunt *commeatum*, cf. Z. Xen. Pol. et Cyr. cum Dion. H. S. T. 1. et Suid. 1, 836. m. ἐπ., τὰ πρὸς τροφὴν ἁρμόδια, ut G. Th. 1239, 69. „ſpeciatim *copia*, τροφὴ, pro commeatu ſ. annona" ſubiectis locis omnibus in plur., et de militibus maximam partem; quas res dum hic enumerant homines, gulae ventrique dediti, τὰ ἐπ. accipiam potiſſimum de victu, ubi iidem homines quaerere potuerunt vel abundantiam in penuria quadam, vel lautitiam in cibo ac potu viliori nec ita iucundo; ut vel ſic res de τ. δαψ. maneat incerta e contextu, poſſintque hic quoque eſſe ſubſt. duo pro ſubſt. cum adi., neceſſitates copioſae ſ. lautae, it. copiae multae ſ. lautae; faciente Sch. in „κ. enumerantes, *laudibus* ferentes *abundantiam*" partim cum Bg. et P., quod v. ap. Stp. Th. in act. tantum e Plut., alia quidem notione, ſed tamen et cum Lat. Bg., ap. G. Th. „ἐξαριθμέω, numero ab initio ad finem, recenſere" quo poſtr. Lat. et Stp. deinde utitur, ſed L. Ern. quoque ſimpl. Lat. *numero*, ut hic quoque capias, pro commemorare; quanquam et alii inclinant ad notionem ſecundariam illam Gs., pro commemorare ex ordine, deinceps, per partes eundo, nobis *hererzählen*, e praep., cf. Z. ad Vig. p. 619. b. m. Nr. 6) „κατὰ augendi vim habet, — καταλογίζεσθαι, enumerare, accurate recenſere" quorum primum modo eſt in R. Or. Ind. V. 4., ut non aliunde novi, ut hic, cum acc. rei, ſed cum pr. ἐν Ind. Dion. H. S. T. 1. cum Diod. S., tum paſſ. in L. N. T., quod Stp. modo tenet ſenſu med., quo de v. Ind. Or. R. V. 4. cum Bg., ſed ad Luc. 1, 394. i. *dinumerare*, quod G. Th. „διαριθμοῦμαι, numerare."

διαβάλλ. Lego δέ. *Reisk.* Tum ſane oppoſitio eſt magis manifeſta, ut, ſervata vulg. τὲ copula, licet ſubaudire particulam aliquam adverſantem, v. c. contra, pro *et* contra *vituperantes*, quo venias eodem ſine vi; ſicut ne opus quidem eſt iſto ſupplemento, quia vetus eſt mos nectendi enunciationes quaslibet, etiam contrarias, per copulativas meras propriasque; et τὲ pro δὲ ſaepe poſt μὲν ponitur, cf. 3, 13, 9. Z. ad Vig. p. 520. b. e. Nr. i.) et Hoog. Op. p. 654. e. Nr. 29., quod μὲν ſaepe opprimitur, ut h. l. in pr. particip. ὑπομιμν., manente tum τὲ pro δὲ tamen; ut quoque P. *ad haec* nihil innuit, quam meram copulam, cf. 1, 2, 3., quem Vern. hic non ſequuntur, inclinantes ad Rsk., at cum P. tamen periodum Noſtri ac ſeriem diſtrahunt, novam rem incipientes poſt καταρ., ubi et edd. Bc. numerum novae §. habuere, a nobis paulo ſuperius ad ὑπομιμν. locatum; errante Sch. in „δ. *vituperantes* locum" adiuncto hoc, ſed reddente cum Bg. fere e P., quod Lat. (nobis *ſchelten* ſ. *tadeln*,) ap. G. Th. cum Grr. al., at cum Gr. n. in v. „*culpo* —, reprehendere, contrarium eſt verbo *laudare*" nec Lat. Bg. tenente Stp.

τε πᾶσαν τὴν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις omnem in ripis Iſtri tem-

Th., ſed tamen notionem in his 1, 675. B. e. pro „generaliter criminari, inculpare, rel.“ qui et, ut hic, cum acc. rei ſemel profert e Plut. D. e. ſine Vs., cf. tamen Ind. R. Or. V. 4. cum Luc., ubi Gs. 1, 680. l. 38. τὸ μὲν ἐλευθέριον ἐπαινοῦντες, τὸ δουλοπρεπὲς δὲ διαβάλλοντες, *in laude libertatis*, et *ſervilis* humilitatis *vituperatione*, Ael. V. h., ubi 2, 18. p. 114. e. διέβαλε τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, *vituperavit*; ut reſpondeat proprie Lat. *traiicere* et *traducere*, (noſtrum *durchziehen* et *durchhecheln*,) male ſ. malum quid dicere de aliqua re ſ. perſ., (unde copulatur ap. Dem. 1023, 3. κακῶς γέ με ἐπιχειρήσειν λέγειν καὶ διαβάλλειν πειράσεσθαι,) atque adeo, ut h. l. Vern., male pingere ac deſcribere, ſive falſo, ſ. vere, cuius generis quaedam ſequuntur; ad perſpicuitatem addente Bg. e P. in adi. particulam *ut*, pro tanquam, Gr. ὡς, quae particula et alibi ap. Noſtr. in hoc v. diſerte adiuncta eſt.

τὴν ἐπὶ) Quod de Iſtri ripis dicitur, idem de patria ſua praedicat Heſiodus. *Sylb.* Videtur Commodus tunc fuiſſe in Pannonia ſuperiore. Ergo Iſtri appellatio in Danubium etiam ibi competit. Nullae autem hoc tempore in Pannonia vineae. Has enim Probus demum Gallos et Pannonios habere permiſit Eutr. 9, 11, (4.) Quid? ſi hic κρυερὰν accipias pro illaetabilem, horrendam? v. Graev. ad Heſ. p. 21. (m. v. 153. e.) *Leisn.*

Videtur Sb. illud Heſ. ἔργ. v. 640. Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ huc traxiſſe violenter, cum nulla ſimilitudo appareat: ſed Leisn. diſputat ſua de Pannonia ſecundum dicta ad 1, 3, 12. i., ut de Danubii Iſtrique finibus qui diſſenſus ſit, v. ap. Cell. in Not. Orb. A. T. 1. p. 376. e. ſq., ubi Agathem. ὁ Ἴστρος, ὃν μέχρις Οὐϊνδοβούνης πόλεως Δανούβιον καλοῦσιν adiuverit Leisn., ut omnino verum videatur, quod ib. p. 368. §. 25. ſcribitur, Iſtrum interdum latius acceptum nominatumque pro Danubio, quod in Noſtrum etiam cadat, cuius ibi Cell. iniecit nullam plane mentionem, cum tamen Noſter memoret Iſtrum non modo ſimpliciter, hic et §. 23. m. 4, 7, 2. 6, 7, 6., verum etiam ſic, ut indicet eius aliquem ſitum, curſum ac regiones, 2, 9, 1. m. et maxime 6, 7, 14., unde fortaſſis et argumentum aliquod duci queat pro eo, quod h. l. dr. in ripis eius fluvii, i. terris, ad ripas ſitis, tempeſtas κρυερὰ, cum ibi §. 15. ſit τοῦ δὲ χειμῶνος παγέντες ὑπὸ τοῦ κρύους, ſc. Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος, qua de natura harum riparum etiam nihil ap. Cell., ſed Sch. „*Iſter*, ita dici coeptus Danubius ad Savi confluentem, (cf. G. Th. ſine Gr.) ὥρ. qualitatem *temporis*, quod agitur ad ripas Iſtri“ obſcure, ut P. libere, prae quibus Bg. et ſevere et perſpicue magis, pro coeli aërisque conſtitutione, cf. G. Th., in quantum eſt utilis ſ. noxia ad terrae proventum ac fructus, aut calida ſ. frigida, it. ſerena ſ. pluvia et nebuloſa; quo ſenſu non tenet Stp. Th., niſi forte 4, 786. G., ubi in plur. profertur; quanquam ibi ὧραι videntur potius eſſe anni tempeſtates ſ. tempora, (cf. D'Arn. An. Cr. p. 43. e. Abr. ad Aeſch. 1, 109. Vig. p. 159. Nr. 12. Ind. Fiſch. Aeſch. cum Xen. Ἀνβ. Mor.) quam noſtrum, quo hic utar, *Witterung* ſ. *Luft*, Lat. *coeli temperies*, quomodo in ſing. redditur Gr. etiam Ind. Xen. Pol. Z. et in plur. Herodt. e p. 70. l. 80., ubi v. N., atque etiam in Vs. 73, 91., ut et capio Ael. V. h. 2, 17. p. 113. 9, 16. p. 603. i., cf. p. ſq. N. 7.

τοῦ Ἴστρου[x] ὥραν, μήτε ὀπώρας εὔφορον, κρυεράν τε ἀεὶ καὶ συννεφῆ[y]. „Οὐ παύσῃ δὲ, 4. pestatem, ut neque pomorum feracem, frigidamque semper et nubilam. *Non deſi-*

x) Ms. Ba. ὄχθαις Ἴστρου κ., ſine artic., quem tamen infra §. 23. in eodem nomine conſervat, cuius inconſtantiae plura ſunt exempla deinceps in eodem Ms.
y) συνεφῆ una ν littera in A. B. 1. L. B. 2. R., v. N., et colon hic in Stp. rel.

μήτε) Hoc μ., ſequente τὲ, (ubi Bg. e P. ſevere,) i. q. ſimpl. μὴ, ut Lat. Bg. pro non, quo de ſenſu tacent G. Th. 428, 72. ſqq. et Hor. Turſ. p. 559. Nr. 11. Ern. Cl. et Cic. Or. p. Quint. i. et Tuſc. 1, 4. ſ. 7. N. 17., niſi quod Ern. reſolvit in *et non* cum Cort. ad Sall. Iug. c. 1. e. Tum Sch., deſerto P. „ὀπ. locus, autumni fructibus ferax, εὐφ. tempus ferax pomorum, κρ. frigoribus obnoxium tempus“ at L. N. T. Schw. v. ὀπ. „*calumniantes* omne *tempus* anni *circa* ripas *Iſtri*, quippe *nec* fructuum *ferax*“ illud ὡς ſuppletum exprimens per ſyn. cum Bg., et ὀπ. quoque capiens univerſe, ut ad Luc. 2, 395. l. 99. Gs., qui et in Th. affert Bg. cum Gr. n. „generale eſt nomen omnium fructuum, qui ex arboribus eſui apti proveniunt, ſ. mollium, ſ. durorum“ quae definitio eſt quoque ap. Stp. Th. aliunde et Foeſ. Oec. p. 277. b. e., nec tamen ap. hos aliquid pro uvis, cf. tamen Xen. Bach. cum Fiſch. Anacr. p. 122. N. 8. 144. b. N. 10., ad quas uvas reſpexerit Leisn. ſupra per ſuas *vineas*; etſi mihi ignotum, quid hic querantur homines delicatuli, pomorum univerſorum, an uvarum praecipue ac vini penuriam, cf. Luc. 2, 298. e. τὸν φρουρὸν τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα, cuſtodem *aurei* auctumni *draconem*, per Lat. ſeverum, ſed poëticum, (cf. G. Th. 569, 83. „*autumnus*, pro eius proventu, Mart. — ſenibus *autumnis*, i. vino veteri“) L. N. T. Munth. p. 488. m. Loesn. p. 508. Caſ. ad Ath. 1, 795. Ind. R. Or. V. 7. Iſ. Dem. Geop. cum N. Suid. et Heſ. κυρίως δὲ ἡ σταφυλὴ, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων. Sed Stp. Th. „εὐφ. exponitur etiam *ferax*, fertilis; qua in ſignif. adiunctum alicubi habet caſum, videlicet gen., ut illa Lat. interdum. Herodi. l. 1. (hinc ſine Vs.) Sic et alibi cum aliis gen.“ quos tamen nec ſubiicit, nec nos cum eo ſubſt. alium, quam qui §. ſq. e. exſtat, invenimus, ſed abſolute in Ind. Geop. et ap. Plut. Krg. §. 177. τὸν ἀγρὸν εὐφ. καὶ εὔκαρπον, it. cum pr. πρὸς Dion. H. S. T. 2. et Longin. Mor., ſed Bg. ap. G. Th. cum Gr. al. „quod abundantem ex ſe producit fructum, (at cum Gr. n.) *fertilis*, — i. q. ferax“ quarum explicationum prior ducat ad Gr. εὖ, pro valde, ut ſit εὐφ. quaſi valde ferens, proferens, i. abunde; quanquam L. Ern. ab alia τοῦ εὖ notione ducit „*qui* facile fert.“ Denique Stp. Th. „κρ. frigidus, algidus. Herodi. l. 1.“ ſine Vs., addens deinde et Leisn. notionem ex Hom. Ὀδ. δ', 103. Heſ. Theog. v. 657. et ἔργ. v. 152., ut nec ego praeterea novi, niſi ex poëtis Orph. Ariſt. Kuſt. Theogn. v. 708., ſicut et Luc. locus eſt in carmine; ut pertineat ad Noſtri poëtica; tenente Suida 2, 383. i. modo affine κρυόεσσα, non coll. ad Heſ., ubi et κρυερὴν, ψυχρὰν, it. κρυερὸν Leisn. ſenſu, ſed Bg. ap. G. Th. cum Gr. al., at „*algidus*, κρυμῶν, κρυόεις, frigidus.“

συννεφ.) De vitioſa Var. L. cf. Valck. Eur. Ph. v. 1319. e., ubi de perſ. et improprie, cf. Stp. Th., ubi et de re ac phyſice „collectas nubes habens, ſ. coactas et congregatas. Herodi. l. 1. ὥρα κρυερὰ κ. συννεφὴς“

„ἔλεγον [z], ὦ δέσποτα, πηγνύ- nes, *dicebant, domine, conge-*

z) In Ms. Ba. παύσῃ δὲ ἔλεγον ὦ δ. deſunt commata. *Mart.* ſimiliter poſt δὲ et ἔλ. nihil in A. cum B. 1.

memoriter atque e P., cf. Poll. 1, 113. σ. ἀὴρ, nubibus *obductus*, ad quae N. 21. noſter locus laudatur et νεφελώδης, *nubilus*, it. συννέφελος, *obnubilus*, quod et 6, 110., tum Diod. S. T. 1. 349, 47. de Gallia ἐν ταῖς συννεφέσιν ἡμέραις, — κατὰ δὲ τὰς αἰθρίας λ., die *nubilo*, ſereno *autem* rel., et per Lat. idem ad loca Ind. Geop., Heſ. 2, 1309. e. συννεφὲς, σκοτεινὸν, cf. N. et Bg. ap. G. Th. „νεφελώδης, nubibus tectum, caliginoſum, (nobis hic *wölkigt*, neblicht, *trüb*, de ſimplicium genere, ut Bg., quod et in L. Ern., ut tamen ſeverius ſit illud ad Poll. compoſitum;) *obnubilus*, ἐπινέφιος" ſine explic., ſed Sch. fere cum P. „σ. anni tempus, quod perpetuis nubibus obtineretur."

οὐ π.) Sch. in π. cum Bg., qui e P. omittit δὲ, *ſolenne in* orationum initiis, quo de R. Ind. Dem. p. 192. i. „δὲ eleganter redundat in oratione ſtomachantis, rem mirantis una atque indignantis, τὸν δὲ βάσκανον! τὸν δὲ ὄλεθρον!" quae Gr., non item illam opinionem redundantiae, repetit Z. ad Vig. p. 528. m. „exquiſitus uſus particulae δὲ eſſe videtur, ubi ad indignationem ſignificandam adhibetur" ſed Hoog. Op. p. 248. e. Nr. 15. „ubi vero plane in orationum principiis adhibetur: infert abruptam orationis formam, indicatque iram et indignationem dicentis, vehementiorque deprehenditur affectus, quando interrogationibus additur" denique Z. Ind. Xen. Cyr. Nr. 6. „ſervit interrogationi 5, 1, 3." ubi ἑώρακας δ', ἔφη, τὴν γυναῖκα, ὦ Κῦρε, ἣν με κελεύεις φυλάττειν; et Th. Vs. V. 1. p. 263. l. 6. *vidiſti* ne, *inquit*, rel. ipſa etiam non exprimit δὲ particulam, quam et in tali cauſa equidem credo vim habere ſuam propriam, ut ſit adverſantis, obiicientis, vituperantis aliquid, ſed leniter, quae fiunt ſane plerumque cum ira et indignatione quadam; tenentibus quoque noſtratibus ſic *aber* et *und*, ut Hoog. l. l. adhibet tum *et*, tum *at* ſ. *vero*, quod poſtr. comparat ſolum Zeun. l. l., hic ut reddatur *non* vero *deſines*, ſ. *non* deſines *vero*, eodem tertio loco, ſed illa Vs. per *et* ſit potius e Gr. καὶ, ſimiliter uſurpato, cf. Xen. Mem. S. 1, 3, 11., et de v. παυ. med. cum particip. pro inf. Stp. Th. Spanh. ad Ariſt. Plut. v. 360., ad Luc. 3, 853. b. m. in Add. ad p. 861., ubi et cum inf., contra Thom. M. p. 696. Loesn. p. 111. i. Ind. Xen. Cyr. Z. cum Poſſ. Synt. et Dem. 43, 25. 49, 19. 82, 14. 99, 17. 109, 9. 218, 2. etc. Sed maius eſt illud ap. Vig. p. 195. i. „ſecunda perſ. fut. indic. ſaepe pro imperativo uſurpatur" ad quae Hoog. N. 82. b. e. „habet hoc idioma magnam emphaſin, ſi id fiat cum interrogatione. Ita Herodi. l. 2. c. 1. (§. 18.) οὐ παύσῃ — λέγων; non deſines? i. e. quin deſine dicere" ſed iterum Vig. p. 439. Nr. 3. „notandum eſt — tertio, negationem, etiam cum interrogatione, ut plurimum affirmare" ubi Hoog. N. „negativam quoque vim amittit adv. οὐ, cum fut. conſtructum interrogative, redditurque vel *quin*, vel per imperativum" ubi modo e Plut. aliquid ſubiicitur. In quo de alio imperat. modo, in quem fut. poſſit mutari, nos quidem concedimus; eſtque illud *non* ſ. *nonne* deſines *bibere?* i. q. debes deſinere bibere, ſ. non amplius debes bibere, it. deſine bibere, ne amplius bibe, it. deſines ſane ſ. profecto, quia ſunt, qui negativam cum interrogatione explicent per enunciationem contrariam, i. affirmantem, idque vel ſimpliciter, vel cum aliquo eiusmodi adv. e genere aiente; quan-

„μενόν τε καὶ ὀρυττόμενον πίνων *latam et effoſſam bibere aquam?*
„ὕδωρ[a]; ἄλλοι δὲ ἀπολαύσου- 5. *At alii fruentur calidis*

a) In Ms. Ba. hic non eſt interrogandi ſignum. *Mart.* Sed quid aliud? Modo in Pat. duo puncta, et in B. 1. comma, v. N.

quam hoc facile careas; in quibus nihil eſt, quam vis leniter imperandi, monendi, ſuadendi, cohortandi ac corripiendi; nec in negativa cum interrogatione per ſe eſt emphaſis, ſed alius eloquendi modus, quam oratione recta et aiente, interdum ille tantum ad variandum pertinens; niſi emphaſis illa quaeratur in eo, quod interrogatio aliquando adhibetur ad affectum indicandum, cf. Ern. rhet. §. 359., eſtque tum animi commoti, i. iraſcentis, dolentis, indignantis; quod et h. l. procedat, ubi aſſentatores et delicatuli homines non tam Commodi, quam ſua cauſa, fuerint in dolore, ira et indignatione ob miſeram huius regionis conditionem omniumque ſuavitatum penuriam. Similis ratio eſt in Lat. *quin* cum imperat. ſ. finito modo, quod reſolvi licet in principem notionem ſuam, pro qui non, i. quare non, cf. G. Th. 42, 59., ubi deinde l. 64. „cum imperat. corripiendi ſ. imperandi vim habet" cf. Hor. Turſ. p. 906., quanquam de poſtr. dubitari poteſt, cum ea vis iam ſit in ipſo imperativo.

ὦ δεσπ.) domine, qua voce Plin. iunior et Martial. honorant itidem imperatores. Sic autem et paulo poſt (§. 12.) *τέκνον καὶ δεσπ. Steph.* Non modo hic adulatores dicunt Commodum δεσπότην, ſed mox §. 12. Pompeianus eundem his verbis compellat, τ. κ. δ. Vulgo negant auctores, hanc compellationem eſſe tantae antiquitatis, v. Wolf. Cur. Phil. ad Actor. 25, 26. Niger infra 2, 8, 6. ait, deos populo Rom. τὴν δεσποτείαν ἁπάντων tribuiſſe. Plinius in ep. omnibus Traianum *dominum* vocat. *Leisn.*

De hoc ſubſt., cum honoris cauſa adhibetur, nihil Stp. Th., ut tamen notio iſta inſit in iſtius illa, cum „δ. dr., cuius dominio homines aliqui, ſ. populus, ſ. regio parent" quo et referuntur loca N. T. v. c. Luc. 2, 29. et Act. 4, 24., ubi idem vocativus, ſed ſine ὦ exclamandi, et de deo non eſt merum honoris nomen, ſed ſimul declarati in homines imperii ſummi, quo redit et ratio L. Schw., ubi e Ioſeph. „ἀλλὰ σὺ, δ. λ., *ſed* tu, *deus*" bene fortaſſis, ſi compares cum affini κύριε, cf. L. Krb. p. 361. m., ut de titulo *domini* in numis imperatorum Spanh. de Pr. et u. n. 2, 482. it. G. Th. cum Gr. n. in Bg., qui e P. opprimit voculam illam exclamationis.

ὀρυττομ.) quid ſit, ſatis clare intelligere ab ipſo Herodi. licet, qui 6, 7, (16. e.) Rheni (et Iſtri) aquam congelatam effodi ſcribit ſecuribus etc. *Leisn.*

Tenet hinc utr. particip. Stp. Th. 2, 1479. F. m. et 3, 261. A. m. e P., at Sch. in ὀρ. etiam Bg. ad πηγν., quod et ap. G. Th., ut alterum ad ὀρ. cum Grr. al., e quibus ſimul definiatur anni tempus, quo Commodus cum exercitu in his terris verſatus ſit, ut de hieme intelligatur.

ἄλλοι) Intelliguntur omnes, qui non in Pannonia erant ſimul in bello, ſed manſerant domi in Italia et Romae; ubi libere quidem Bg., per ordinem alium, ſed rectius, quam P., qui δὲ oppreſſit, deſertus a Sch. in „ψ. fluento *frigido*, v. ψ. latice *frigido*" tacente hinc Stp. Th., ubi Noſter videtur loqui de calidis fontibus ad uſum balneorum, et de fri-

„σι[b] πηγῶν τε θερμῶν καὶ *fontibus et frigidis laticibus,*
„ψυχροῦ νάματος, ἀτμίδων τε *aurisque et coelo, quae o-*

b) In Ms. Ba. per errorem eſt ἀπολαύσουσι, ac poſt hoc v. ſimul comma. *Mart.* In edd. alii hic errores, ἄλλοι καὶ Ing., τέθερμῶν Stp., pro quo Mart. in ſuo exemplo habuerit τεθερμῶν uno accentu tantum, ſed iunctis vocibus tamen, quas proinde e Ms. Ba. diviſas nobiscum dedit.

τὴν προν. ἐνεχ.) Exp. *poſtquam* imperii *curam* ſibi *commiſit*. Nam hic P. nimis ſibi indulſit. *Oxon.* Ven. ἑαυτοῦ ſine ſenſu; niſi excidiſſe credamus ἑτέροις poſt ἑαυτοῦ. Tribus autem potiſſimum rationibus adducor, ut id ad veritatem proxime accedere putem. Primum quia tota orationis ſeries id requirere videtur. Namque πατρῴοις φίλοις, quorum antea conſilio utebatur, opponuntur οἱ ἕτεροι, quibus poſtea imperium tradidit. Forſan dices, *ipſe* iis opponitur. At ſtatim narratur, *ipſi* imperium curae non fuiſſe, ſed potius illud Perennio filiisque eius tradidiſſe, quod aperte noſtram ſententiam confirmat. Deinde quia verbum activum ἐγχειρίζειν melius convenit ad ἑτέροις, quam ad ἑαυτῷ, quod poſterius valde inuſitatum foret: immo affirmare auſim, id nullibi obvium eſſe; neque Herodianus, qui ſaepiſſime hoc verbo utitur, alias ſic dixit. Contra iisdem fere verbis utitur infra c. 9. (§. 2.) τοῖς υἱοῖς ἑαυτοῦ — ἐγχειρίσαι πρόνοιαν τῶν Ἰλλυρικῶν στρατευμάτων, et 3, 2, (2.) Αἰμιλιανὸς, ᾧ τὴν προν. ἐγκεχειρίκει, et paſſim in aliis locis, quibus addo locum Ael. V. h. 6, 1. ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν αὐτῷ, in quibus omnibus ſervatur tranſitiva verbi activi ſignificatio. Si illud dicere voluiſſet Herodianus, Commodum non amplius paternis amicis obſecutum, ſuo arbitrio imperaſſe: dicendum illi fuiſſet, τὴν πρ. τῆς ἀρχῆς ἐδέξατο vel ἀνεδέξατο

ἀρχῆς ἑαυτῷ [x], ἐπιστήσας ſit ſibi ipſi, praefecto Prae-

x) Ms. Ba. τ. ἀρχ. αὐτοῦ, Ms. Ve. τ. ἀ. ἑαυτοῦ, at Ms. Vi. modo „ἑαυτῷ — ἑαυτοῦ" v. N.*

αὐτὸς, ut infra 2, 3, (12.) δέξασθαι τὰ ἐγκεχειρισμένα. Denique quoque Pol. ſic legit, uti ex illius verſ. patet, *cura dein* totius *imperii* aliis *demandata.* Quare non dubito, quin ἑτέροις in textum recipiendum ſit. At hoc non ſatis conſtat, utrum loco eius tam ἑαυτῷ, quam ἑαυτοῦ eiiciendum, an ἑτέροις huic ſuperaddendum ſit. *Stroth.*

Ad tuendam lect. vetuſtam haec videntur prodeſſe. Primo ſane dicetur, ἑαυτῷ opponi illis pr. πατρ. φίλοις, ut ſeries ſit, non amplius Commodum adhibuiſſe conſilia veterum illorum patris amicorum, ſed ſine iis ſolum reip. curam geſſiſſe, ab initio quidem. Sed cum Perennius veniſſet in eius familiaritatem: ille Commodum non modo deduxit ab omni cura negotiorum publ. ad mollitiem et delicias, ſed etiam adduxiſſe potuit, ut paternos amicos ſperneret, ſibique vindicaret ſoli rerum adminiſtrationem, ſpe fretus, fore, ut ita per Commodi ſtultitiam ignaviamque ad ſe denique devolveret omnia, cum et §. 4. Noſter narret Perennii artes eiusmodi, quibus amicos illos Commodo reddiderit odioſos ad necem usque. Sed de v. ἐγχ., praeter dicta ad 1, 5, 9. e., haec modo cognovi, non habere Stp. Th. exemplum cum acc. rei et dat. perſ., niſi phyſico et proprio ſenſu, non autem improprio, ut hic, quanquam hoc improprio quaedam cum acc. rei ſolo, ſine illo dat. perſ., quibus add. Ind. R. Or. V. 7. Iſ. cum Dem. Ael. V. h. Sb. e Zoſ. 1, 40, 5. et Rs. ad Polb., tum haec ſcribere D'Orv. ad Char. p. 246. e. „ἐγχειρίζειν et ἐγχειρισθῆναι, pro πιστεύειν et πιστευθῆναι, de rebus, ut ita dicam, non corporalibus, uti πρόνοιαν, ἐπιμέλειαν, puto priſcis purioris Atticismi Auctoribus rarius uſurpari, ap. alios paſſim" recte, cum illos rerum acc. repererim modo in Ind. Dion. Caſ., et praeterea v. ἐγχ. cum acc. perſ. in Ind. Xen. Cyr. et Ioſeph., cum dupl. caſu perſ., et dat. et acc., in Ind. R. Or. V. 4. Xen. Bach. Z. ex Ageſ., Ael. V. h. Plut. Hſ. Gem. Pleth., cum acc. perſ. et dat. rei R. Or. V. 7. Ant., ubi et ſimul cum adv., quale etiam de re, ſed ſine omni caſu ap. Xen. Oec. 8, 10. e., ubi Vs. ed. Th. V. 4. p. 328. explet caſus rei ac perſ. Iam, de quo Strothus quaerebat, quanquam non extat ap. alios v. ἐγχ. cum acc. rei et dat. perſ. iſto pron. ἑαυτῷ, et ſolus Noſter hoc v. ita rexit, et tantum hic, nec alibi iterum: tamen propter id ſolum lectio quaedam et rectio nondum videtur eſſe tentanda, ſed quaeritur hoc, an talis conſtructio vitioſa ſit, quoad vel ſenſum, vel uſum loquendi et analogiam. Igitur, ut vidimus, ap. alios eſſe cum noſtro v. dat. perſ. aliquem: ita et Noſter ei tribuit eiusmodi quendam dat., pron. recipr. ἑαυτῷ, qui primo vitii nihil habet a ſenſu, quia, ſive Noſtri formulam reddas cum Ox. e Stp. ad m. P., ſive cum Bg., ſemper exiſtit ſenſus commodus, quique nitatur analogia linguarum et ſimilibus formulis ſcriptorum Lat., in quibus nemo quid vitioſi quaerit, ut recte dicatur *aliquis* committere ſibi *aliquid*, ſ. *aſſumere* ſibi *aliquid*, quia dicitur *aliquis* quid *ſibi* vindicare, *arrogare*, tribuere, *iniungere.* Atqui haec paria ſunt noſtro Gr. ἐγχ. τὶ ἑαυτῷ. Deinde ſolenne eſt Noſtro, activa verba cum pron. recipr. ponere pro med., cf. 1, 2, 5. m. Sed Thuc. in his 373, 80. ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους ἡμῶν ἕνεκα μᾶλλον ἡγούμεθ' ἂν ἐγχειρίσασθαι αὐτοὺς, med. ſenſu adhibet v. ἐγχειρίζεσθαι, h. e. pro ἐγχειρίζειν ἑαυτοῖς, ut ſit, *pericula*

τοῖς ϛρατοπέδοις Περέννιον, ἄν- torianis Perennio, homine

ſibi *demandare*, imponere, iniungere, capere, i. e. tropo alio, pericula adire, obire, ſuſcipere; unde bene non modo Schol. ad v. 79. i. τὸν κίνδυνον αὐτοὺς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξασθαι ἡγούμεθα, ſed et Vs. ed. Duck., *imo vero* exiſtimamus, *ipſos* noſtri *cauſa* eo *facilius* pericula *ſuſcepturos*, bene etiam aor. reddens per fut., ubi etiam procedit praeſ. Sic, quod Strothus ad extremum requirebat, noſtra formula, τὴν πρ. τῆς ἀ. ἐνεχ. ἑαυτῷ, (quem ordinem legitimum Noſter laevitatis ergo mutarit,) eadem erit cum illa, τὴν πρ. τῆς ἀ. ἀνεδέξατο ſ. ἐδέξατο, quemadmodum ἐγχειρίζεσθαι τοὺς κινδ. eſt i. q. ἀναδέχεσθαι τοὺς κινδ. Proinde Noſtri dicendi ratio ad ſententiam valebit pro his, imperii curam ſuſcipere ipſum, imperium ſuſcipere ipſum, imperare ipſum ac ſolum et ſine paternis amicis. Quod quidem feciſſe vere Commodum, ſaltem ab initio, ut ſupra dicebam, et per tempus aliquod, oſtendit illud, quod ſtatim ſequitur, ἐπιϛήσας τ. ϛρ. Περέννιον, cum, praeficere aliquem alicui rei ac muneri, ſit in partibus imperii exercendi reique publ. adminiſtrandae. Ita quidem remotis, opinor, dubitationibus ſuper h. l., petitis cum e re ipſa, tum e verbis ac phraſi, quae reliquae ſunt duae, a P. et Mss. obiectae, videntur huiusmodi. Primo quidem P., nec Graece doctiſſimus, nec ſeverus in vertendo, ſed *liberrimus* ſaepe, ac ſenſum exprimens utcunque, non ſibi vindicet multum fidei auctoritatisque. Libertatem quidem eiusdem etiam hoc in loco arguat illud adi. *totius*. An et hoc in Gr. olim fuiſſe dicemus, aut Noſtro deinde obtrudemus? Accedit, per vicinitatem litterarum non videri ſimile vero, ἑτέροις excidiſſe; unde et ipſe Strothus fatebatur, locum ſe neſcire, ubi reponendum. Quo autem P. *aliis* ducere quem poſſit, paulo poſt dicetur. Omitto praeterea legem illam criticam, quae ſancit, ut locum aliquem prius interpretando, quam corrigendo, adiuvemus, utque intactus relinquatur, ubi ſententia ſit non abſurda, ſed commoda. Quam cum effecerimus explicando: nec opus erit ἑτέροις addito. Altera dubitatio a Mss. noſtris ſane leviſſima omnium eſt. Nam primo varietas eorum in ἑαυτοῦ et αὐτοῦ, (ſolennis illa, v. e. g. Luc. Ind. in V. L. v. ἑ., ubi et illa in ἑαυτῷ et ἑαυτοῦ, qualis in hoc ipſo Noſtri loco,) orta eſt e confuſis ſibi ſimilibus litteris ac vocalibus ω et ου, in primis ſine Iota, quod deeſſe conſtat in Mss. antiquioribus, cf. 1, 7, 6. 9. m. Porro illo Mss. lectio, quod et Strothus cenſuit, plane abſurda eſt, cum v. ἐγχ., etſi alias, ut ſupra monſtravimus, ſine dat. perſ. aliquo poſitum, etiam alibi ap. Noſtr., ubi dat. ille facile adiici mente queat, e prioribusque repeti, tamen h. l. requirat talem dat. perſ., ut quisque ſentit, nec Strothus negat, quod, eo dat. omiſſo, ambiguitas oritur, ut neſcias, ſitne ſupplendum ἑαυτῷ, an ἄλλοις ſ. ἄλλῳ, quae ſit ſcribentis negligentia ſupina, cum ad ſenſum in ſupplemento utr. multum interſit; ut adeo hic profecto opus habeamus quodam dat. perſ., non gen. Mss., in quo tamen, maxime in Ms. Ba. αὐτοῦ, quaerere aliquis ſuſtineat illa, iam ante poſita, ἄλλῳ ſ. ἄλλοις, quod poſtr. P. *aliis* prorſus reſpondet, ut credas, eum id in ſuo habuiſſe exemplo. Sed vel in hac tam blandiente coniectura, et a litterarum ductu parum modo abeunte, tamen nihil eſt veri ſanique, ſed non tantum violatio eadem legis ſuperioris criticae, verum et hoc incommodi, primo, quod a Noſtro deinceps non memorantur *alii*, iique plures, ſed modo unus ille Perennius, ſecundo, quod

δρα τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτην, quidem Italo, ſed qui mili-

illud ἐπιϛήσας ipſi tribuitur Commodo, adeoque dicuntur duo, a ſe diverſa, Commodum imperii curam et ſimul habuiſſe et tradidiſſe alteri; quae repugnant; niſi quis dicat, Commodum praefeciſſe per alios, ut Lampr. in Comm. p. 491. i. graviora *per* Cleandrum *faciens*, quam *fecerat* per *Perennem*, et p. 512. i. agebantur *quae* omnia *per* alios. — *Per* hanc *autem negligentiam*, *quum et annonam* vaſtarent *ii*, qui *tunc* remp. *gerebant*. Verum, ut haec poſſunt ac debent intelligi de tempore inſecuto, cum, ſemel a Perennio et Cleandro corruptus Commodus, ſeſe ignaviae dediſſet, cf. infra 1, 11, 15. e.: ſic ſemper res redit ad hoc, qui fuerint illi alii, quos tacet et Xiph., narrans, poſt mortem Paterni, praefecti praetorio, ſtatim Perennium ſucceſſiſſe 377, 20 ſqq. in iisque haec, τοῦ Κομμόδου ἁρματηλασίαις καὶ ἀσελγείαις ἐκδεδωκότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν τῇ ἀρχῇ προσηκόντων οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, πράττοντος, ὁ Περέννιος ἠναγκάζετο οὐχ ὅτι τὰ ϛρατιωτικὰ, ἀλλὰ καὶ τἄλλα διὰ χειρὸς ἔχειν, καὶ τοῦ κοινοῦ προστατεῖν. Iſtae vero difficultates non ſunt in lect. vulg., quam adeo ipſa illa commendat facilitas, ut interpretationem noſtram ſimilis locus ap. Lampr. p. 488. *tunc* Perennis *cuncta* ſibimet *vindicavit*. Addo hoc, etiam in depravata Mss. lectione vulgatam elucere ac deprehendi tamen, legemque Grammaticorum eſſe, ut vulgata ſervetur tum, ubi Mss. lectio ſit corrupta, quod facile oſtendit hic illius ſenſus abſurdus. Caeterum et ipſe Vern. vet. deſerit P., propior noſtrae expoſitioni, pro cuius Vs. dixerimus potius, *die* Beſorgung *der* Regierungsgeſchäfte *ſich* ſelbſt *anmaſſen* ſ. *zueignen*, it. *die* Verwaltung *des* Reiches ſ. *Staates*, cf. 1, 6, 23. m., ut tamen τῆς ἀρχ. maneat hic pro negotiis et rebus gerendis in imperio ac dignitate imperatoris; tacente G. Th. de Bg. formula, ſed Sch. ſequente partim P. in „πρ. imperii *curam* et *moderationem* demandare *alicui*, ἐγχ. *commendavit* curam *imperii*, ἑ. *ſibi*."

ἐπιϛήσας) E P. in Latt. etiam Bg., nominatim in v., ut alii, cf. Ind. Xen Z Pol. et Cyr., it. Sb. e Zoſ. 1, 11, 3., quod Lat., ap. G. Th. cum Gr. n., aliunde etiam agnoſcit Stp. Th., ſed τὰ ϛρ. modo pro exercitibus ſ. militibus, non autem peculiari ſenſu, de militibus Praetorianis, quo de tacet quoque L. Ern., non item Per. de Praetor. p. 661. i. 144. i. 233. m. 73. m. „quoniam hi milites, minimum novem millia numero, in una caſtra extra portam Viminalem ſub Tiberio fuerant conjuncti: inde factum, ut *in* urbe *Romana*, (ἐν Ῥώμῃ ſupra 1, 7, 12. m.) quando ſimpliciter *caſtra* memorantur, intelligantur *caſtra Praetoria*" et, cum caſtra locusque dicantur pro hominibus, ibi verſantibus, hinc *caſtra Praetoria* ſ. *caſtra* ſimpl. i. q. exercitus ſ. milites Praetoriani; ubi plur. Gr. τὰ ϛρ. vel univerſe pro ſing. capietur, vel ob amplitudinem; ſicut Lat. *caſtra* dicuntur pro uno tantum, et aeque *caſtra Praetoria*, ac *caſtrum Praetorium*, cf. Per. l. l. p. 143. m. 543. i. 244. m. p. ſq. e. 549., monens, in his ſubſt. Lat. ac Gr. proprie eſſe ellipſin vel adi. *Praetorium* ſ. *Praetoria*, vel *Praetorii* ſ. *Praetoriorum*, cf. p. 547. ſqq. cum Krb. ad N. T. p. 266. m., variante Bg. in nomine hominis, qui hic a Noſtro producitur, dum id exprimit, nunc in declinatione ſecunda, ut hic, nunc in tertia, rationem priorem ſequente P. perpetuo, ut poſteriorem Lampr. in Comm. p. 486. ſqq., it. Sb. Ind. Lat., in Gr. autem cum Noſtro faciente Xiph. 377, 20. ſqq. et Dion. Caſ. p. 1210., ubi tamen Vs. ſemper per tertiam declinat. eloquitur; qui quidem Perennius quomodo ſe in animum inſinua-

στρατιωτικὸν δ' εἶναι δοκοῦντα, taris haberetur, quo potiſſi-

rit Commodi, Noſter deinde memorat, per conceſſam voluptatem ac vacuitatem ab omni labore; ut tamen ap. Commodum acceſſerit forte et cogitatio potentiae, quam tenebat Praefectus Praetorio, qua de re ſubiiciemus quaedam, profutura quoque ad alia Noſtri loca, e Per. l. l. p. 596. e. „quibus ex omnibus liquet ſatis illa paene infinita eorum, qui Praetor. Cohortibus praeerant, potentia; unde et factum, ut tandem vix quisquam novus et novae familiae Imperator extiterit, niſi vel Praefectus ipſe, vel per Praefectos, et ut Imperatores haud facile quenquam iſthoc munere ornarint, niſi coniunctiſſimum et fidiſſimum ſibi amicum, ne alius quisquam hac tanta poteſtate adverſus ſe abuteretur, aut ea ſubnixus ad imperium adſpiraret, ut vel ſic tamen fecerunt quam plurimi. Curam et ſtudium id cavendi vide ſis in Commodo ap. Herodi. 1, 9, (24.) Quia ergo tanta fuit potentia in ſimplice illa Praetor. Cohortium praefectura, et quia idcirco Caeſares ad eam non niſi fidiſſimos ſibi produxere, ac denique quia, quae volebant, omnia per eos potiſſimum debuerunt in Urbe exſequi: nihil profecto mirum, ſi eos quoque potiſſimum adſumſerint in longe praecipuos rerum ſuarum Adminiſtros et Conſiliarios, atque adeo illi Praet. Coh. Praefecti praefuerint ſic tandem omnibus paene rebus, ad Imperatorem et Aulam pertinentibus (p. 832. i.) Caeterum, quia Imperatores ſummam ſibi vindicabant in Rep. poteſtatem, eam autem ac ſe ſimul tueri debebant per Milites Praetorianos: hinc ſane factum, ut, qui illis Militibus praeeſſet, maximam ap. Imperatorem, et ei ſecundam in Urbe et imperio obtineret potentiam."

τὸ μ. γεν.) Bg. e P. omittit ſubſt. τὸ γεν., in quo acc. primum conveniunt de ellipſi pr. κατὰ, cf. L. Boſ. p. 512. e., non item de ſenſu ac Vs. Cum enim ille acc., ſive cum artic., ut hic, ſive ſine eo, v. Gron. ad Herodt. N. p. 54. b. e., occurrit cum nomine regionis ſ. loci, ut h. l. Ἰταλ.: ibi tum vertunt quidam *genere*, v. c. Gs. ad Luc. 2, 97. l. 5., forte pro gente, quae duo ſaepe miſcentur, in primis ap. poëtas, ut idem Gs. diſerte ib. p. 604. l. 22. Καππαδόκην τὸ γ., gente *Cappadocem*, inverſo ordine, ſed Stp. Th. 1, 833. C. m. „γ. exponitur etiam *natio*. Syneſ. Σύρος τὸ γ., Syrus *natione*, Herodi. l. 1. (hinc, et tamen e P, h. e. cum Bg. neglecto τὸ γ.) Plut. τὸ γ. ἐξ Ὠρέου πόλεως, Orei *civis*" quod, ob ſq. praep. et nomen urbis, reddetur potius, *patria*, ſ. quoad patriam *ex Oreo* urbe; qua de vi τοῦ γεν pro patria ſ. loco natali v. Ern. Call. h. in Iov. v. 5., qui tamen et ipſe tantum in Lex. tenet „γ. — 2) gens, natio" ut L. N. T. Krb. cum „Συροφοίνισσα τῷ γένει, Syrophoenissa *gente*" at Fiſch. p. 231. e. „γ. genus, gens, natio, — Κύπριος τὸ γ., Cyprius *genere*" cf. p. ſq. i. Nr. 2, a), ſed Schw. p. 280. a. m. „γ. populus, natio, civitas" qui dat. ſ. abl. eſt proprie ille Lat. Stp. abl., ad noſtram formulam adhibitus, ſane ſyn., cf. 1, 7, 6., etiam ſine articulo occurrens ap. Ael. V. h. 1, 34. i. ἀνὴρ γένει Μάρδος, homo *quidem* genere *Mardus*, varians idem cum noſtro acc. ap. Pal. Fiſch. 6, 2. ubi Ind. „τὸ γ. Ἀρκάδιος, *natione*, genere, *Arcas*" cf. Ind. Fab. Ael. H. l., ſed ap. Fiſch. etiam κατὰ γένος Αἰθίοπες, per claſſicum locum, ob diſertam praep., in prioribus oppreſſam, quale plenum non eſt ap. L. Boſ. l. l., ſed ap. Dem. ſine Ind. etiam elliptica Noſtri formula 894. 2. et ἄνδρα τὸ μὲν γ. Μεγαρέα, μετοικοῦντα δ' Ἀθήνησι 1191, 27., ut ap. G. Th. v. *genus* nihil, quam pro gente, at ap. Virg. Aen. 5, 285. *Creſſa* genus

(διὸ καὶ μάλιϛα αὐτὸν ἔπαϱ- mum nomine eum praeeſſe

Pholoë, ubi Met. R. „ſecundum *genus*“ pro quo et ſevere dicas *quoad genus*, cf. Ind. Corn. N. v. i. „genere *Graecus*, — ſic vocatur, qui genus quidem ex Graecis ducit, domo tamen et patria Graecus non eſt“ quae eſt vera explicatio ac propria, ut primo ſevereque, etiam cum nomine loci, τὸ γ. cum affinibus formulis valeat i. q. 1, 7, 6., et illa Vern. utr. *einen* gebohrnen *Italiäner*, et *welcher* von *Geburt* ein Ital. *war*, (recte ſuppletum particip. ὄντα reſolventis,) qua cum notione coniuncta eſt altera pro gente ac natione, non tamen neceſſario et ſemper tertia pro patria, quia v. c. aliquis habere poteſt parentem Graecum, nec tamen ipſe natus eſſe in Graecia, ſed alibi, ubi parentes, migrantes alio, eum genuerunt, quae demum eius ſit patria; unde ſemper e contextu res et notio reperienda, ut hic ex adiuncto Ἰταλ., in quo vertendo diſſident hic Latt. Inttp., ut alii alibi, ſed ut res ſit eadem, quae 1, 3, 5. e. in Σικελιώτης, diſtinguentibus aliis Ἰταλιώτης ab Ἰταλὸς, aliis minus, quorum prioribus Ἰταλοὶ ſunt Italiae incolae antiqui, ac nati in Italia et ab Italis, ſed Ἰταλιῶται peregrini, in Italiam aliunde profecti, et in Italia commorantes atque habitantes, cf. Rhodig. Lect. Ant. l. 9. c. 26. e. Salm. ad Scriptt. h. aug. T. 1. p. 845. a. m. 2, 842. a. i. Stp. Th. Ind. Fiſch. Aeſch. Suid. 2, 154. m. Ammon. p. 77. m. cum N., it. ad Thom. M. p. 792. b. e., Men. ad Diog. L. p. 72. a. e. Weſſ. ad Diod. S. 1, 483. b. m. N. 29. Hemſt. ad Luc. 1, 389. b. m. N. 97. Ἰταλιώτης Σκηπίων, Italus *Scipio*, ad Dion. Caſ. p. 1121. e., ubi Gr. noſtrum cum P. hic redditur *Italicus*, quod propr. aliud Gr. eſt, cf. Stp. Th. et G. Th., ubi Bg. cum Gr. n., quae utr. Latina Sch. tenet, ſuntque et ipſa eadem, cf. Caſ. ad Spart. T. 1. p. 111. b. m. Burm. ad Suet. T. 2. p. 400. b. e. „Italici *ſunt* origine *Itali*“ (quo ipſo Lat. abl. reddas noſtrum τὸ γ.) Catan. ad Plin. ep. 9, 23, 2. e. it. 6, 19, 6. in textu *Italica praedia*, ſed in argumento *Itala*; ſicut ap. Noſtr. 2, 11, 7. et §. ſq. promiſcue ponuntur Ἰταλιῶται et Ἰταλοὶ, quod et agnoſcit Caſ. ad Spart. l. l., qui, ad iſtum locum reſpiciens, ſcribit „Itali — conſilio cati principis Auguſti, otio et pacis artibus dediti, parcius militabant.“ Iam, cum de Perennii natalibus nihil mihi innotuerit: ex ante diſputatis τὸ γ. Ἰταλ. capiamus ſic, ut fuerit natus in Italia a parentibus Italis, i. qui, niſi nati eſſent in Italia, certe tum ibi habitarent ac commorarentur, cum filius naſcebatur, et, de Burm. ſententia, ut non Romae natus fuerit, nec a parentibus, Romae habitantibus, ſed extra urbem Romam. Caeterum, ut plene formulam exponamus, addere placet haec, ex Ind. Ael. V. h. v. κ. a. e. „οἱ κατὰ γένος, gentiles, eiusdem gentis ſ. generis homines“ partim e Vs. ad latus 1, 34. e., ſed Fiſch. The. ib. „κατὰ γ., ſingulatim, — ſeparatim“ ut et in v. γεν., quod rectum, de lege, cum praep. cum ſubſt. facit adv., ſed ut ſeverius ſit *generatim* et *univerſe*, quibus paria haec *in genere* et *in univerſum*, utque Fiſch. expoſitio pendeat a notione alia ſubſt. γεν., cum ponitur non pro re univerſa, quae ſub ſe habet multas, ſibi ſimiles, ſed pro ſpecie ac forma, quae comprehenditur toto aliquo ac genere dialectico; tenente Stp. Th. 1, 833. D. e. tantum „κ. γεν. *generatim*, per generis complexum“ cum Fiſch. ratio valeat etiam e Lat. uſu vocabuli *generis*, v. G. Th. 795, 75. ſqq., in quibus facile reperitur ſenſus, quia non additur nomen regionis, ut ſupra; Lat. Bg. ad ἄνδϱα, e P., noſcente etiam Stp. Th. 1, 430. C. m.

χον ἐποίησε τῶν στρατοπέδων,) voluit exercitibus, adoleſcen-

„νὰ. ſimpl. pro ἄνθρωπος, ut *vir*, pro homo" ſed non ſubiiciente ſimile quid noſtro, (ut nec G. Th.) ubi ſtet cum ſubſt. generis ſ. loci, praeter iſtud ἄνδρες Ἀθηναῖοι, in quo aut redundare putant ſubſt. ἀ., aut varie reddunt, cum Bg., vel ſevero Lat. *vir*, cf. L. N. T. Schw. et Krb. cum Ind. Fiſch. The. Aeſch. et Pal. it. Vs. Ael. V. h. per loca Ind.

στρατ. — δοκ.) In στρ. Bg. deſerit P., quocum partim Stp. Th. 3, 1076. e. „στρ. dr. etiam, qui rei militaris peritus eſt, — Herodi. l. 1. — militaris diſciplinae peritum" modo gradum adi. tenens rectiorem, ſed notionem ex eodem iterum conſtituens, quae tenetur quidem lege illa et obſervatione Grammaticorum, ut adi., in κος ſ. ικος finientia, innuant peritiam, artem, facultatem alicuius rei, cf. Fiſch. Praef. ad Well. Gr. ed. noviſſ. p. 11. e., ſed a Stp. tamen firmata eſt tantum ex h. l. et Noſtri alio, non mihi reperta praeterea, niſi in E. Ern., ubi et altera haec Stp. l. l. G. m. „homo aliquis στρ. dr., qui militiae ſtudet" h. e., credo, favet, deditus eſt, vitam ſtemque militarem amat et tractat, quae notio, priori coniuncta, nec ab h. l. aliena, tamen quoque tacetur per Indd., ubi modo prima Stp. et L. Ern., pro eo, quod ad milites pertinet, iis conveniens eſt ſ. ſolenne, R. Or. V. 4. Dem. Xen. Pol. Z. Dion. H. St. T. 1. Luc. Plut. Hſ. et Ioſeph., cf. D'Orv. Ch. p. 674. i. et G. Th. in Bg. cum Gr. n., ubi „Plaut. militaris *homo*" ſine explic., etiam ibi in N., ut varie exponitur Hor. od. 1, 8, 5., ſed Cort. ad Sall. Cat. 45, 2. homines *militares* „h. e. magnum militiae uſum habentes, exercitati in rebus bellicis" quae iuvent Stp. notionem ad h. l., ut tamen forte Noſter e Lat. hauſerit; nihil in rem ac laudem Perenni ab hac parte tenente me e Lampr. in Comm. p. 486. ſqq. et Xiph., ſed Anglis ap. Heyn. H. 4, 1016. i., praedicantibus hominem, ut egregium belli ducem, *einen* vortrefflichen *Feldherrn*, ſed nullo teſte adhibito, forte e P. ducentibus, nobis ut ſufficiat *ein Kriegsmann*, Kriegskündiger, *Kriegsverſtändiger*; in reliqua parte huius loci viſo P. a Bg., qui vertit v. δ. act. per paſſ., de communi aliorum ratione, ut Stp. Th. 1, 1029. A. m. „δ. videor" ſed non, ut hic, de perſ. cum inf., quem Bg. opprimit, putantibus et aliis, redundare aut v. εἶναι, aut etiam v. δοκεῖν, quod modo periphraſin faciat verbi, in inf. adiuncti, cum melius illud ſtatuant, in hac formula non ſemper eſſe quid incerti, nec opinionis tantum, ut nec eſt in Lat. *videri* cum inf., quod recte comparant, nec equidem hic ſperno, *ſed* qui *militaris* eſſe *videretur*, quod deinde de animo i. q. putaretur, exiſtimaretur, quibus par Bg., v. G. Th. 854, 26. ſqq. Bud. C. 126, 44. 275, 38. L. N. T. Schw. et Krb. cum Obſ. p. 319. e., Kypk. 1, 181. 246. 2, 274. m. Munth. p. 149. e. Loesn. p. 327. Abr. ad Aeſch. 2, 200. i. et Dil. Th. p. 123. m. 447. e. 652. i. Bg. ad Ariſt. Plut. v. 422. Hſ. ad Plut. p. 26. Heyn. ad Epict. p. 136. m. Hdb. ad Xen. p. 71. m., ad Vig. p. 305. N. 55. a. Ind. Ael. V. h. v. e. Xen. Z. omnes cum Fiſch. Th. et Aeſch.

διὸ) Malim δι' ὃ κ. μ. i. e. ob *quam* potiſſimum *cauſam*. Incluſi autem parentheſi iſta, ne curſum orationis interrumperent. *Steph.* Sic Salm. emendat Achill. T. 1, 7. ad p. 421., pro διὸ παρῆν legendum monens δι' ὃ π. Berglerus legit cum Stp. δι' ὅ. *Leisn.*

Non opus pugna et correctione, cum ſint eadem; et Stp. eſt inconſtans, nec memor ſuorum in Th. 2, 1505. D. i. „διὸ, pro δι' ὅ,

τῇ τοῦ μειρακίου ἀποχρώμενος tis abutens iſte aetate, ſivit

quamobrem, quocirca, proinde. It. *διὸ καὶ* et *διὸ δὴ* eadem ſignificatione" ut Sch. „*δ.* coniunct. ex *διὰ* et *ὅ*, quapropter, *quamobrem.*" Nempe *διὸ*, ortum e *δι' ὅ*, ab initio ſcribebatur quoque ſic duabus vocibus, ſed deinde tantum una, haud dubie e ſerie Codd. omnium una, eſtque adeo primo ac ſevere cauſalis particula, ubi ſuppleas ſubſt. vel *αἴτιον*, (cf. L. Boſ. Ell. p. 23. m., unde exiſtit Lat. illud Stp. in N. *ob* quam *cauſam*,) vel *χρῆμα* ſ. *πρᾶγμα*, unde Lat. alterum Stp. ac Sch. *quam* ob *rem*, quod, per ſe dividendum, tamen vulgo ſimiliter una voce ſcribitur ex eadem Codd. conſuetudine, ſine diſcrimine ſenſus; ut in rel. Lat. iſtis *quapropter* et *quocirca* voces tantum alio ſunt ordine, et in primo etiam numerus alius, ſed id hauddubie i. q. propter quae, et poſterius *quocirca* potius Gr. *καθὸ*, pro *καθ' ὅ*, cf. Exc. ad 1, 1, 5. i. et G. Th. per illa Lat. omnia, quorum *quamobrem* habet Gr. noſtrum, quod h. l. etiam in notione cauſae valet, et pro noſtro *deßwegen* ſ. *weßwegen*, quanquam haec ſunt proprie Gr. *τοὔνεκα*, pro *τούτου ἕν.*, et *οὕνεκα*, ut Lat. Bg., e Stp. ad m. P., etſi liberius, tamen ſyn., pro qua de cauſa ſ. quare, cf. G. Th. 457, 4. ſqq., quae notio manifeſta eſt, ubi Gr. ſtat poſt diſtinctionem minimam ſ. comma, cum, poſt maximam et punctum, etiam accipi poſſit pro Lat. *igitur*, ſenſu inferendi, (quanquam et ibi ineſt cauſae notio quaedam,) aut pro particula Lat. aliqua ordinis et conſecutionis, quam tertiam vim ſumunt ob locum aliquem ſacrum, cf. L. Ern. et N. T. cum Ind. Ern. Polb. Rs. An. ad eundem p. 180. i. et Ind., it. Hſ. Plut. et Fab. Aeſ. it. Fiſch. Aeſch., ubi et *διὸ*, ſequente *καὶ*, quo de Stp. non bene, redundare putans, et hic in N. ac Vs. omittens cum Bg., pro etiam, cum ſit *διὸ καὶ* Lat. *unde et*, liberius converſum, ſed ſecundum ſuperiora *quam ob* rem *et*, ut diſerte ad Xen. Mem. S. 1, 2, 20. i. habet Vs. ed. Th. V. 4. p. 16. m., ſed male *καὶ* poſt *διὸ* reddit *tantum* Ind. Fab. Aeſ. Hſ. v. *κ.*; ut in *δὴ* „*διὸ δὴ*, *quare*" quo et tendit ſupra Stp., cum ſit Lat. *propterea igitur*, cf. ib. 110, 2. et 93. 2. *διὸ δὴ καὶ λ. propterea* igitur *et* ſ. *etiam*, cf. Heſ. 1, 998. m. *διὸ*, *διὰ τοῦτο*, ſine N., ut Suid. 1, 591. e. ſine explic. Sed Sch. in *καὶ* „*μ.* et *maxime*" videtur *κ.* copulaſſe cum ſq. *μ.*, ubi ſit potius Lat. *vel maxime*, cf. Exc. ad 1, 1, 1. e. Fiſch. Ind. Pal. v. utr. cum Wyttb. Plut. de ſer. n. v. p. 12. e., ubi tamen ſine Vs., tacentibus Stp. Th. L. Ern. Vig. et Hoog. Op., ut de Lat. *vel* cum illo adv. aut adi. *maximus* Hor. Turſ. p. 1088. e. Nr. 18. et Ind. Ern. Liv., ſed Corn. N. „*vel* maxima *laus*, *ἐπιτατικῶς*" quem locum una cum Cic. *vel maxime* G. Th. 937, 92. ſubiicit his „*vel* pro etiam ſ. adeo, in incrementi ſignificatione" ut Niz. modo per etiam, cum locis, ubi valet pro etiam adeo; quo ſenſu quoque ſumitur ſolum Lat. *etiam*; quae vis tamen intendendi ab h. l. aliena; et melius *καὶ* per ſe intelligendum ac pro ſimpl. *etiam*, ut *μαλ.*, cum Lat. *maxime*, pro praecipuè; cenſenti-[illegible] aliis, *καὶ* copulatum cum *μαλ.* redundare, ut Ind. Luc. v. *κ.* „*καὶ* [illegible], *maxime*" e Gs., ut ad Heſ. 2, 108. m. N. 24. „Gl. V. *καὶ μάλα*, immo" reſpiciente Sch. forte *et* cum ſuperlat. in aliis adi., (cf. Hor. Turſ. p. 286. i. Nr. 33.) qui et in „*ἐπ.* *praefectum* praetorianis *militibus*,— *ςρατοῦ* 6, 9, 6." bene haec comparans, at Stp. Th. 1, 562. D. i. „ap. Herodi. *ἐπ. τοῦ ςρατοῦ* ſ. *τῶν ςρατοπ.* praefectus *exercitibus*, ſ. praef. *praetorii*, ut P. alicubi vertit" ſine numeris locorum, quae ſunt 5, 5, 21. et l. l., reddente Bg. *τῶν ςρ.* etiam univerſe, quale quid ap. Lampr. in

ἡλικίᾳ [z] ἐκεῖνος, εἴασεν αὐτὸν eum deliciis vacare et cra-

z) In Ms. Ba. poſt ἡλ. eſt punctum, et tum ſcriptum eſt ἐκεῖνος δ' εἴασεν αὐτ. *Mart.* v. N.

Comm. c. 3. i. p. 480. m. filium *Salvii* Iuliani, *qui* exercitibus *praeerat*, ſed cum P. finire iam Sb. Ind. hinc „*praef.* Praetorianarum *Cohortium*“ non male Sch. ſupplente nomen illud propr., cf. §. hac init. et Per. de Praet. p. 144. i. 243. m. 549. e. 588. i. 661. i., qui et recte contendit, ap. Noſtr. nullibi eſſe ἔπαρχον τῆς αὐλῆς p. 76. e. 243. i. 247. i. 581. e. 589. e., quemadmodum et addere poterat, ne eſſe quidem ἐπ. cum ſubſt. iliis Stp. ap. antiquiſſimos Gr., nec omnino ἐπ. per Indd., praeter Dem., ubi tamen ſuſpectum habetur, et modo v. ἐπάρχειν R. Or. V. 8. Lyc. et Ioſeph., ſed ap. Suid. 1, 789. i. ἔπαρχος πραιτωρίων cum definitione anguſtiori, ſi non et corrupta; ut Lampridius nunquam Perennium diſerte nominat praef. praetorio, niſi ſemel oblique p. 491. i. *et* in *potentia* quidem *Cleander* Perenni *ſucceſſerat*, in *praefectura* vero *Niger*, ſed Xiph. 377, 20. τῶν δορυφόρων ἄρχοντα, ut Dio Caſ. p. 1211. l. 67. ſimpl. ἔπαρχον, qui eſt praef. praet. etiam alibi, v. Per. l. l. p. 245. m., ut Lat. *praefectus* ib. p. 240. et Plin. Pan. 67, 8., ſicut ἄρχων ſimpl. ap. Noſtr., ſed Angl. Heyn. H. 4, 1015. e. *der* Befehlshaber *der* Praetoriſchen *Leibwache*, pro quo ſufficiat *der Bef.* der *Kriegsheere* ſ. *der Praetorianer*; liberius agente Bg. in v. ἐποι., pro viciniori P., aut ſevero *fecit*, cum et Lat. ſic dicant, ne unum quidem proferente Stp. Th. exemplum in v. π. cum acc. perſ. dupl., quorum unus concretum habeat ex genere dignitatis ſ. muneris, cf. tamen Ind. Xen. Pol. Z. Fab. Aeſ. 53, 1. et L. N. T. Krb. p. 536. i. Nr. 14., quo in genere Schw. p. 1125. a. i. et N. 1. non bene comparat med. huius v., quo de cf. Ind. Z. Xen. Bach.

ἀποχρωμ.) Ad v. hoc (ubi Bg., e P., ap. G. Th. cum Gr. n.) v. Thuc. 472. 45. et ad Onoſ. p. 70. N. 4. in bonam partem, pro ſimpl. χρ., ut hic in malam, pro male uti, contra ius et fas, cum damno aliorum, et ad utilitatem ſuam, et cum dat. rei noſtrae, tropo remoto, propter aetatem alterius teneram male agere, et dum alter in aetate tenera neſcit, quid ſit agendum, et ad vitia quaedam et ignaviam mollitiemque inclinat; nihil tenente Stp. et G. Th., ſed in rem conſentiente Lampr. p. 486. e. *Perennis* autem *Commodi* animum *perſciens*, invenit, *quemadmodum* ipſe *potens* eſſet. *Nam* perſuaſit *Commodo*, ut *ipſe* deliciis *vacaret*, idem *vero* Perennis *curis* incumberet, *quod Commodus laetanter accepit*. Tum de lectione Ms. nulla ſeries huius §. exiſtat. Si enim poſt ἡλ. apodoſis initium fiat cum δ' illo novo: quanquam hoc δὲ, ut Lat. *vero* in eadem cauſa et apodoſi, accipi poteſt, tamen deinde laborant ſuperiora, in primis particip. ἀποχρ., quod non coit cum ἐνεχειρ. aut ἐπιστησ., quia iſta habent aliam perſ., Commodum, nec cum Περενν., qui eſt alius caſus, poſtulans ſimilem acc. ἀποχρώμενον. In quo etſi cogites lapſum, in ος et ον ſ. ς et ν frequentem: tamen violentior illa omnis Ms. lectio videbitur, credo, et tolerabilior vulgata, cuius haec eſt ſeries, ut finis protaſis ſtatuatur poſt ἑαυτῷ, quae et Bg. ratio fuerit; ubi tamen ἐπιστησ. habendum pro abſoluto nominativo, loco gen. conſeq., quos diſerte per abl. ſyn. refert Bg.; ubi et illud ſolenne, ut in participio, ſic abſolute poſito, deſit caſus aliquis perſonae, v. c. αὐτὸς, unde poſt ἑαυτῷ omnia rel. faciant apodoſin, cuius enunciatio principalis ſit in εἴασεν λ., ſed ſecundariae duae, ἐπιστησ. λ. et ἀποχρ. λ., quae, ex artificio periodi

τρυφαῖς σχολάζοντα καὶ κραι- pulae, a que cura et impe-

conficiendae, a Noſtro recte praemittuntur, ut enunciationes, continentes περιστάσεις, i. e. cauſam ac modum, cum parentheſi iſta. Sin protaſin dicas in στρατοπ. finiri: ſumta eadem enunciatio εἴασ. λ. pro principi, habeat praeeuntem adhuc illam ἀποχρ. λ., ſed in protaſi fuerint duae enunciationes, principalis, ἐπεὶ — ἐνεχ. λ., et ſecundaria, ἐπιστησ. λ., quod particip. tunc explicandum per *et* copulam, quae et neceſſaria eſt, ubi per *poſtquam* reſolvas, ob iam praeced. ἐπεὶ eiusdem notionis. Utrumvis placeat: apparet, lectionem et ſeriem vulg. ſibi conſtare, quam auctoritate ſua et P. adiuvat, quia pron. ἐκεῖνος etiam retulit ad v. ἀποχρ., quanquam ordinem Noſtri deſerens, (qui id pron. in fine poſuit cum aliis, per inverſam enunciationem dialecticam, variandi cauſa, opinor,) et praeterea Noſtri periodum divellens, omiſſa item parentheſi iſta, quam Noſter de induſtria adiecit, ut ſcriptor pragmaticus, quem dicunt, cauſas rerum per iudicium inſerens.

εἴασεν) Sic Lampr. *perſuaſit — incumberet*, (v. N. pr.) Quem tamen ap. Zonar. alio longe charactere commendatum habemus. Περέννιος ὁ τοῦ δορυφορικοῦ ἄρχων, τοῦ Κομμόδου ἁρματηλασίαις καὶ ἀσελγίαις ἐσχολακότος, ἠναγκάζετο τά τε στρατιωτικὰ καὶ τὰ τοῦ κοινοῦ διοικεῖν, etc. cui ſubinde ſubtexit διαγαγόντα τὴν ἀρχὴν ἀδωρότατά τε καὶ σωφρονέστατα. *Oxon.* Poteſt ferri participium σχολάζοντα, pro εἴασεν αὐτὸν σχολάζειν. Suſpicor tamen, hic infinitivum deeſſe, e. c. ἀπορρᾳθυμεῖν, vel talem aliquem. *Reisk.*

Similia Zonarae e Xiph. dedimus ſupra §. 1. ad ἐνεχειρ., qualem in re diſſenſum non amplius curamus, cf. mox N. Bc. et Fabr. ad Dion. Caſ. p. 1210. §. 56. Tum v. ἐᾷν cum particip. nec Stp. Th. novit, nec Ind. aliquis, ut tamen ſimile quid haberem, cum acc. perſ. dupl., quorum alter expreſſus adiectivo, cui par particip., ap. Hom. Ὀδ. λ', 109. τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάας, *has ſi quidem* illaeſas *ſinas*, cf. μ', 137. et Soph. Ai. v. 1343., tum Luc. 1, 501. i. ἔα τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, mitte *iſtum*, qui *non* longe *poſt* riſum *nobis* praebiturus *eſt*; ubi adeo Gs. in mente comma facit poſt τοῦτον, et reſolvit particip. per pron., intelligens id haud dubie pro quippe qui ſ. quia is; ut tamen et ibi ſumas particip. pro inf.; quam rectionem vindicet analogia aliorum v. v. ſyn., ut περιορᾶν, περιιδεῖν et περιόπτεσθαι de quibus diſerte Poſſ. in Call. p. 239. m. „περιορᾶν, περιιδεῖν, περιόπτεσθαι τὸν ὄχλον ὑβριζόμενον, ſinere *populum* iniuria *affici*. Nota autem, hic ὑβρ. pro ὑβρίζεσθαι, inf. in particip. mutatum eſſe“ ut Stp. Th. 2, 1422. B ſqq. v. περιορ. cum eodem exemplo aliisque monet C. m. „iungi — frequentiſſime participio, (D. m.) ſed interdum, multo quidem rarius infinitivo“ quam utr. rectionem etiam profert v. περιοπτ., ſed v. περιιδ. modo cum particip., (cf. Ind. Xen. Cyr. Z.) quod pro inf. ſolenne ſane in v. v. ſenſuum, qualia illa ſunt proprie, et maxime oculorum, ſed tamen, quatenus improprie adhibentur, etiam affectuum, ad quae Poſſ. Synt. p. 200. e., coll. p. 198. i., refert quoque v. v. concedendi, permittendi, ſinendi, ut in quibus haud dubie eſt aliquid voluntatis et propenſionis, cum *aliquid* dicamur *ſinere*, ubi non impedimus, (quod vix absque voluntate fieri poteſt,) et ubi quid non plene quidem volumus, ſed tamen aliquo pacto, cauſis adducti quibusdam; unde ἐᾷν, an-

πάλαις [a], τῆς τε Φροντίδος καὶ τῶν βασιλείων καμάτων ἀπη- 3. ratoriis laboribus avoca-

a) Hoc comma cum Bs. al. ſuſcepimus, ob eandem adhuc conſtructionem, pro colo Stp. rel., it. puncto al., tolerantes iidem adhuc e Bc. ed. numerum §. novae, olim tollendum.

numeratum verbis affectuum, habere poteſt participium, in talibus uſurpatum loco inf., nec h. l. ſine Codd. tentari debet, cf. Lat. *pati*, tacente G. Th., quod Virg. Aen. 7, 421. ſq. adhibet ſimul cum particip. et inf., *fuſos* patiere *labores* et *transſcribi*, ubi Heyn. „*pat.* — *fuſos* Graece, pro effundi et transſcribi" niſi putes, ib. omiſſum v. ſubſt. *eſſe*, cf. Ovid. Met. 12, 355. Haud *tulit* utentem *pugnae* ſucceſſibus *ultra* Theſea *Demoleon*; ſubiiciente Stp. Th. v. σχολ. (hic intra duo locatum ſubſt., aeque ad utr. pertinens) 3, 1210. F. e. hunc locum ſine Vs. notioni ſaltem Lat. Bg., qui ſeverior, quam P., ut ſit i. q. „ſtudere, deditum eſſe" i. cogitare, amare, uti, cf. Ind. Dem. Xen. Mem. S. L. N. T. et Loesn. p. 280. i., ap. G. Th. cum Gr. n., nominante ſupra Lampr. e ſubſt. duobus (iunctis iterum ſecum 2, 7, 1.) modo unum Bg. cum v. eodem, *vac. delic.*, ad quas, praeter illas ciborum ac potus, it. ſpectaculorum, referas quoque Xiph. ac Zon. ἁρματηλασίας et alia, narrata a Lampr. p. 487. ſqq., etiam a Noſtro deinceps.

. τῆς τε φρ.) Sch. „φρ. a *cura* reip. *abducere*, (cum Bg. aſſumta praep. alia, quae iam in v. ἀπ. regit adiunctum caſum,) κ. β. *laboribus*, pro regni adminiſtratione *ſuſceptis*" in poſtr. e P. partim, ducens, ut videtur, adi. β. cum Vern. vet. a ſubſt. βασιλεία, ut reddatur per ſyn. gen. τῶν τῆς βασιλείας καμ., cf. 1, 9, 24. e., cum derivarit contra Bg. a ſubſt. βασιλεύς, tandem eodem redeunte ſententia, cf. 1, 5, 4. i., ſed ſubſt. τῆς φρ., ut ſupra ap. Lampr. in plur., poſito abſolute, hic pro rerum cogitatione ſola in mente, ob ſq. καμ., cf. 1, 3, 1., tum tenente Stp. Th. 1, 70. e. modo haec „interdum ἀπ. pro avoco, ut Lat. *abduco*. Thuc. l. 2. (c. 65. i.) καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἀπάγειν τὴν γνώμην" *animos* que *illorum a praeſentibus* malis *abducere*, cum diſerta eadem Bg. praep., ſine qua cum Noſtro rexit Dem. 369, 5. βουλόμενος δ' ὑμᾶς ὡς πορρωτάτω τῶν πεπραγμένων ἀπάγειν, niſi gen. pendet ab adv., cf. 1, 7, 4. e., tenente R. Ind. tantum cum pr. ἀπὸ iterum, ſed absque illa praeterea cum gen. rei ſ. perſ. ap. Plut. Hſ., cf. Suid. 1, 262. m. D'Orv. Ch. p. 537. e. cum Abr. Dil. Th. Ind., ſed Sch. „cum gen. *abducebat* a *laboribus*" quo in Lat. ſevero G. Th. cum Gr. n. non explicat tropum, ſed in Bg. cum Grr. al. „quacunque ratione retrahere atque avertere" quae tamen modo ſunt alia tropica, ut non profutura illa ap. Gron. ad Liv. ep. 69. Niz. et Ind. Corn. N. cum Liv. Ern., cum extra tropum ſit, facere, ut quis non ſuſcipiat curam et negotia imperii, ut negligat, omittat, non amet, non cogitet ea, nec tantum ſuadendo ac perſuadendo, ut Lampr. l. l., cauſis proponendis, pravisque opinionibus ſuggerendis, v. c. de rerum laborumque moleſtia, ſed etiam miniſtrandis rebus ſuavibus et voluptatibus efficere, ut quis animum illuc flectat, cogitationes ac cupiditates, cf 1, 3, 4., opprimente Bg. pron. αὐτ. e P. et ob idem iam poſitum pr. §. e., cum tamen et alias frequens ſit talis repetitio pron., v. Abr. ad Aeſch. 2, 111. m. 334. m.

γεν αὐτὸν [b], καὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν τῆς ἀρχῆς αὐτὸς ἀνεδέξατο [c]· πλούτου τὲ ἀκρατήτῳ [d] ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῶν μὲν

vit, atque omnem adminiſtrationem imperii ipſe ſuſce-
4. pit: opumque impotente cupiditate, atque acquiſitorum

b) *Ms. Ba.* αὐτὸν· πᾶσαν δὲ τὴν δ., ſed *Ms.* Vi. conſentit tantum in poſtrema novitate, colon tenentibus poſt αὐτ. etiam Ox., punctum vero *A.* cum *B.* 2. R., v. N. c) Comma hic in A. al. v. N. d) Ms. Ba. ἀκροτάτῃ v. N.

καὶ πᾶσ.) Capit. (ſ. Lamprid.) *Perennis* autem — *accepit*, (v. ſupra) et paulo poſt (p. 488.) *Perennis cuncta ſibimet vindicavit*, *quos voluit*, *interemit*, *ſpoliavit plurimos*, *omnia iura ſubvertit*, *praedam omnem in ſinum contulit*. Dio in diverſum abit, ſtudioque hominis potius, quam veritatis, videtur duci, cum ait, *ignavia* Commodi *coactum* eſſe *Perennem*, ut *rerum ſummam* ipſe *adminiſtraret*, quod deſcripſit, ut ſolet, Zonaras. *Boecl.*

Cf. ad §. pr. e. v. εἰασ. et i. v. ἐνεχ., pro qua formula Noſter hic variat, non tenente Stp. Th. v. ἀνεδ. cum acc. rei, ſed tamen cum Lat. Bg., qui plane ut Sch., tota phraſi fortaſſis ducta e Lat., cum, praeter Suid. 1, 162. i., repererim modo in Geop. „ἀν. ἐργασίαν, *recipere*“ et Polb. Ern. „ἀν. πρᾶξιν, ſuſcipere *negotium*“ ſed ap. Luc. 2, 543. l. 50. τὸ πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, *in ſe* recipiens *omnia*, quod adiunctum monſtrat merum act., etſi h. l. illa vis med. procedit, cf. Plut. Krg., ſervante hic Bg. pron., ubi Sch. „ἀ. pron. relat.“, ſed ita, ut plerumque ſimul connotet, quae ipſe, ab aliquo diſtinctus, agit ſ. patitur, *er ſelber*“ quae oppoſitio ſane hic valet, ſed ut praecedat quoque aliud notione ſimplici αὐτὸν, qualis diverſitas etiam ſupra ap. Lampr. — ipſe *potens* — ipſe *deliciis* rel. Iam in rebus Mss. duabus, inter ſe implicatis, quoad interpunctionem, primo quaeritur, quorſum pertineat tota §. 4., de ordine, a nobis conſtituto, utrum ad priora adhuc, an ad ſqq. Qui poſt ἀνεδ. uſurparunt diſtinctionem maiorem, ut colon, ii ſepararunt a pr. illa πλουτ. λ. §. 4. Sed, dum ibi poſt ἀντιπ. iterum diſtinguebant magno ſigno, colo aut puncto: illos dat. ſolitarios reliquerunt et ſuſpenſos; niſi vel ſic ad pr. referre voluerunt. Prae qua rationa melior eſt haec, ut poſt ἀνεδ. fiat colon aut punctum, et ſic finiatur res illa de laboribus ac negotiis imperii, ſed, tractis dat. illis §. 4. i. ad ſqq., et commate facto poſt ἀντιπ., nova res et ſententia inchoët de avaritia, in quam et conveniunt, quae ſequuntur inde a τούς τε λ., quae et eſt Bg. ratio et Ms., qui poſt ἀντιπ. clare fert comma, ſed tacite cum Stp. colon poſt ἀνεδ. Sed lectio nova Mss., cum in καὶ πᾶσ. deletum καὶ mutatur in δὲ, recurrit infra 2, 2, 8. i., ſed eſt tum ignota P. ac Ms. Ve., tum violenta Gloſſatoris opera, ob tranſpoſitum δὲ, orta illa hinc, quod vel καὶ ob ſq. ſimilem ſyllabam πασ excidiſſet in Cod. aliquo, unde laboranti ſeriei ſuccurrebatur, addito δὲ, vel potius, quia Gloſſatori non viſus eſſet Noſter diſtinguere ſatis res et perſ. diverſas, quod per adverſantem δὲ ſolet fieri dilucidius.

ἀκρατήτῳ) Ms. ἀκροτάτῃ, praeter nullum Iota ſubſcr. de more, praebet primo ſexum alium adi., fem. pro communi, deinde vero ſenſum eundem, quanquam a tropo alio, ut Lat. dr. *ſumma* cupiditas, qua tamen notione tropica non reperi, cf. Stp. Th. et Heſ. 1, 206. e., niſi

προσκτωμένων ἀεὶ καταφρονή- quidem ſemper contemtu, non-

ap. Gat. Adv. Miſc. p. 451. A. m. ex Ariſtot. „ἐκ τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας λ., *ex* ſumma *libertate*“ videturque minus eſſe gloſſema, quam error oculorum in litterarum ſimilitudine, cum, praeter Mss. rel., etiam P. *inexhauſta* divitiarum *ſitis*, (unde Sch. partim in πλ. „*divit.* cupiditas *inexb.*“) videantur prodere lectionem vulg., quae et, de Bg. interpretatione, multo exquiſitior, utpote habens tropum ac metaphoram, ubi rei, vita carenti, tribuitur actio, ut *impotens* ſit *cupiditas*, quae ſui non eſt potens et compos, quae ſe non continet, ut v. c. *mulier* dr. *impotens*, cf. G. Th. 1013, 21. cum ἀδύνατος et ſyn. ἀκρατής, quanquam de Bg. notione adhuc dubitari poteſt, cum iſti adi. et verbali tribuitur vis act., nec paſſ., in qua ſola acquieſcit cum L. Ern. etiam Stp. Th. 2, 412. c., ubi „ipſa ἐπιθυμία dr. ἀ. ap. Herodi. πλ. ἀ. ἐπ., *divitiarum* effraeni *cupiditate*, ſ. *effraenata*. Ita enim interpretando mihi videor melius vim vocabuli exprimere, quam, ut alii, *immodica* cupiditate“ cuius prima Latt. ap. G. Th. etiam tantum paſſ. explicantur, at illud affine ἀκρατής ap. Stp. Th. p. 404. e. cum L. Ern. act. et paſſ., ſed tantum act., de re ac perſ., ap. Foeſ. Oec. p. 12. b. e. L. N. T. Krb., ad Moer. p. 25. N. 1. Ind. R. Or. V. 4. Fiſch. Aeſch. Xen. Cyr. Z. Dion. H. S. T. 1. Ael. V. h. cum Per. ad 2, 41. p. 179. b. e. Plut. Hſ. et Ariſt. Kuſt. ex Ran. v. 862., ubi ἄνθρωπον — ἔχοντ᾽ ἀχάλινον, ἀκρατὲς — στόμα, hominem — ore effreni, *incontinenti*, ſed Schol. μὴ χαλιναγωγούμενον, μηδὲ κρατούμενον, paſſ. adeo, ut Heſ. 1, 200. e. ἀκρατῆ, ἄπρακτα, ἀκράτητα, et 181. m. ἀκάθεκτον, ἀκατάσχετον, ἀκράτητον, quae paſſ. notio et h. l. valere poteſt; Bg. verſante forte liberius, ut, eodem tropo, cupiditas, quae non poteſt contineri ac domari, uno Lat. *indomita*, ſit i. q. nimia, vehemens, it. Stp. immodica, et ſumma; ut vel ſic Ms. lectio cum vulg. conveniat, ubi valebunt noſtra *zügelloſs*, zaumloſs, *ungezähmt*, it. *unbändig*, cf. de verbalibus in τος ſenſu utr., act. et paſſ., Abr. Dil. Th. p. 575. m. et ad Aeſch. 2, 162. m. 181. e. 371. m. et Fiſch. ad Well. p. 134. e., ſed de re ipſa in contrariam partem Dion. Caſ. p. 1211. l. 77. ἰδίᾳ μὲν οὐδὲν — πρὸς πλοῦτον περιεβάλετο, ἀλλὰ καὶ ἀδωρότατα καὶ σωφρονέστατα διήγαγε, unde hauſit ſupra Zon. ad §. 2. e. εἰωσ. N. Ox.

›τῶν μ. πρ.) perpetuo *contemtu*. Haec figura dr. ὑφ᾽ ἓν, quam exemplis illuſtrat Sch. in Ind. Faber ad Eccl. v. 115. Schott. Obſ. H. 1, 9. p. 12. ſq. 2, 42. p. 89. ſq. Nodis Cic. 1, 16. p. 296. ſq. et c. 17. p. 296. ſq. Sic Noſter εὐθὺς φυγή 8, 1, 10. *Leisn.*

Cf. ſupra ad 1, 3, 5. e., ſed Sch. in ἀεὶ „κ. ſemper *contemtu*, h. e. perpetuo *cont.* Videtur eſſe ſyntheſis adv. cum nom. ſ. ὑφ᾽ ἓν, cuiusmodi in illo Virg. *ſemper* — *deus* ecl. 1. et l. 1. v. 124. Lucr. *ſemper* — *florentis.* Sic Virg. l. 1. Aen. *ante* — *malorum.* Sic ap. Hom. Ἰλ. β. ἀειμενέτης, *ſempiternus*“ male miſcens illa, ubi adv. eſt cum adi. ſ. particip., cum figura iſta modo ſit in adv. cum ſubſt., ad Ariſtoph. l. l. diſerte ſcribente Fabro „ita et ap. Herodi. eſt ἀεὶ καταφρόνησις, perpetuus *contemtus*“ pro quo, cum in Ms. Bg. nihil plane reperiſſem, haud dubie culpa ſcribae, e P. ſtatim reſtitui adv., cum et Lat. haberent, ut Ter. *patris* ſemper *lenitas*, ut et Sch. porro ſervavit in ſubſt. κ. „*ſemper* contemtu *bonorum* iam *poſſeſſorum*, ut avari ſolent, h. e. nihili pendens, quae iam acquiſiverat“ per P. explicans, (pro, non magna ſatis nec ſufficientia, ſed pauciora putans parta,) in v. πρ. faciens cum Bg. e Sb. Ind.,

σει, τῶν δ' οὔπω παρόντων ἀπλήστῳ ἀντιποιήσει [e], τούς τε πατρῴους φίλους πρῶτος διαβάλλειν ἤρξατο, καὶ, ὅσοι

dum autem praeſentium inex plebili affectatione, cum pa ternos amicos primus crimi-nari coepit, tum quotquot

e) Comma hoc in Ms. Ba. cum ed. B. 1. et In., pro puncto Stp. rel. et colo al., v. N.

immemor ellipſis ſubſt. χρημάτων l. κτημάτων, tacente L. Bol., ut G. Th
in Bg., abſolute aeque poſito, ac Gr., cui tamen affine eſt illud, *No*
minor eſt virtus, quam *quaerere*, parta *tueri*; tenente Stp. Th. tantum
med. 2, 470. D. e. cum Lat. „inſuper acquiro, ſ. comparo“ cumulat
praepoſitione, cum iam ſit in Bg., cf. L. Ern. Ind. Iſ. Ev., ap. Luc. 2
893. l. 43. *conciliare*, Diod. S. 1, 155. l. 75. *adipiſci*, (i. q. l. 70. κατεκτή
σαντο,) Thuc. 183, 72. ſibi *adiungere*, Xen. Cyr. Z. 1, 5, 8. R. Or. V. 4
6. 8. Lyc., ſed V. 7. Iſ. ἀεί τι προσκτᾶσθαι, et Dem. μὴ πρὸς τοσούτοι
αἰσχροῖς καὶ ἐπιορκίαν προσκτήσησθε, cum eadem praep., non mihi reper
to alibi paſſ., *niſi* eſt ap. *Poll.* 4, 29., quem locum exſignaram olim ſi
nude, ut non certo nunc poſſem dicere, an et hic quaedam Lat. ſub
eſſet. Sed adv. ἀεὶ, quanquam, ut ante ap. Or. R. Iſ., copulari per ſ
poteſt cum pr. v. πρ., tamen h. l. potius ad ſubſt. ſq. κατ. pertinere vi
detur, quia Noſter etiam alteri ſubſt. ſq. ἀντιπ. dedit adi. ἀπλ., (ut iam
priori ἐπιθ. aliquod,) cui adi. par eſt adv. cum ſubſt., unde membrorum
exiſtit concinnitas, quam tamen Noſter hic noluit maximam, cum non
ad ſe referantur ἀεὶ et οὔπω, ſed οὔπω παρ. componantur cum nudo
προσκτ., cui adiungi debuit adv. ἤδη, iſti οὔπω oppoſitum, ubi τὰ οὔπω
παρόντα ſunt pro vulgari τὰ ἀπόντα, *abſentia*, forte e Lyſ. R. Or. V. 5
p. 433. l. 8. τῶν μὲν παρόντων καταφρονῶν, τῶν δὲ ἀπόντων ἐπιθυμῶν, pe
artem ſententiam mutante Noſtro, ſumtis loco participiorum ſubſtanti
vis, quorum ἀντιπ. caret Stp. Th., non item L. Ern. „ſtudium alicuius re
comparandae, vindicandae, tenendae“ mihi tantum cognita notione uni
verſa, pro ſtudio, amore, cupiditate ap. Ioſeph. 1, 222. m., deind
praecipua ac forenſi ap. Dion. H. S. T. 1, 711, 43., ubi eſt cum gen. rei
ut hic, ubi Sch. plane cum Bg., ap. G. Th. „vehemens ſtudium, ſed fere ni
mium“ at h. l. pro ſimpl. ſtudio ac Gr. ἐπιθυμία. (nobis *Verlangen*
Begierde, *Beſtreben*,) ob adiunctum ἀπλ., quod G. Th. tenet in Bg., paſſ
expoſito „quod expleri non poteſt“ ut Lat. Stp. Th. aliunde ſunt pla
niora, *inſatiabilis* et *inſaturabilis*, cf. Heſ. 1, 454. ἄπληστος, ἀχόρταστος
in N. tantum e Proverb., cf. tamen Ind. Dem. Xen. Z. Cyr. et Bach
cum Geop. et infra 1, 12, 11. m. ad ἀκορες.

πρῶτος — ἤρξ.) Redundare hic v. ἀρχ. cum inf., cf. 1, 3, 2. e., mon
ſtret adiunctum adi. πρ., pro adv. poſitum, quod cum eodem v
ap. Dem. 1462, 24., ut ap. Thuc. 127, 53. adv. πρῶτον, et Call
h. Di. v. 113. τὸ πρῶτον, tacente Stp. et G. Th., cum tamen et Lat
habeant ſic adi. et adv. cum v. *coepit*, it. ſyn. *prior*, cf. Ter. Hec
Prol. alt. v. 25. et Plin. ep. 2, 14, 2. e. 7, 31, 7. e., ut de Bg. ad διαβ
aliter, quam 1, 6, 3. m., ap. G. Th. cum Gr. n., hic pro crimina ac vi
tia iis tribuere, de iis confingere, et falſo memorare, animum eorum
conſilia et inſtituta carpere, noxia et indigna Commodo vocare, odio
ſa reddere ac ſuſpecta; unde mox explicandi variandique cauſa εἰς ὑποψ

πλούσιοί τε ἦσαν καὶ εὐγενεῖς, τούτους εἰς ὑποψίαν ἄγων [f], τὸ μειράκιον ἐφόβει, ὡς ἂν, αὐτοὺς διαχρησάμενος, ἀφορμὴν αὐτῷ

opulenti erant et nobiles, iſtos in ſuſpicionem adducens, adoleſcentem terrebat, ut illis interficiendis occaſionem ſibi

f) Ms. Ba. ἄγων τὸ μειράκιον, ἐφόβει. ὡς λ. commate ſtulto, ſed diſtinctione maxima ante ὡς ſolenni.

ἄγειν, reddente Sch. in πρ. cum Bg. Sed in P. Vs. per edd. omnes ἠρξ. comparet redditum *inſtitit*, ut in v. ὑπ. Sch. *inſtans* reperit, quod vix iuvat G. Th. v. *inſiſto* 1147, 19. et v. *inſto* 1156, 37., ut putem potius vitiatum ex *inſtituit*, quo Lat. et alii v. Gr. reddunt.

πλουσ. — κ. εὐγ.) Variatur in iunctis his tum per copulam, tum per ſyn., cum 1, 6, 8., cf. 1, 2, 3. m., libere verſante P., ſed Sch. in εὐγ. agente cum Bg., ſed de re ac Perennis ſaevitia conſentiente Lampr. p. 488. cum N. Caſ. 3. et p. 490. i. In ſq. formula Bg. e P. capit Gr. v. ἀγ. pro compoſ., per quod Lat. et explicat Stp. Th. 1, 60. E., tenens idem formulam totam ſine auctore, ſed 2, 1390. E. e. affines per Lat. idem, cf. Poſſ. Call. p. 684. e., pro, aliquem facere alicui ſuſpectum, et alteri excitare malam opinionem de aliquo, malique animi et inimici; reperiente me tantum ſimilem formulam εἰς ὑπ. καθιστάναι ap. R. Or. V. 6. it. v. ἀγ. cum εἰς εὔνοιαν aut ſimilem rectionem, cf. V. 4. in ὑπ. et ἀγ. V. 8. And. et Din. cum Dem. Xen. Cyr. Z. et Diod. S., ut ipſa Noſtri formula forte e Lat. fuerit, cf. G. Th. in v. Bg., mutante P. rectionem Noſtri, etiam ad ſq. ἐφ., unde partim Sch. „*perterrefaciebat* eum" quod Lat. et in Ind. Xen. Cyr. Z. et ap. Stp. Th. aliunde, non item Bg., ap. G. Th. cum Gr. n., cf. Dem. 129, 27. cum Ind. Ael. V. h., ut pro liberiore P. ad διαχρ. Sch. „quum *interfeciſſet* illos" cum aliis Intrp., cf. Ind. Geop. Stp. Th., cuius locus e Thuc. eſt in Ind., non item alius p. 82. i., Bud. C. 1057, 28. Kuhn. ad Ael. V. h. 3, 45. p. 320. a. i. N. 3., ut ad Thom. M. p. 222. διαχρῶμαι τὸν δεῖνα, — κρεῖττον, ἢ φονεύω, N. 6. etiam hic Noſtri locus ſine Vs. laudatur, Suid. 1, 581. i. nude, ſed Heſ. 1, 976. m. διαχρώμενοι, ἀναιροῦντες, cum N., ſed ante διαχρῆσθαι, καταχρῆσθαι, quod ap. G. Th. etiam in *abuti* „valde uti" non tamen uſurpato de perſſ., ut Gr. noſtrum, quod, e notione pr. διὰ, cum in compoſ. auget, continuat, abſolvit, (cf. L. Ern. Nr. 14. ſq. cum Z. ad Vig. p. 571. a. e. b. i. p. ſq. a. m. Nr. 2. ſq. et Nr. 7.) ſit propr. uti valde, plane, omnino, cf. Ind. Xen. Cyr. Z., et ſic abolere, tollere, removere e vita conſpectuque, ut, eodem ſenſu et uſu de perſ., viciniora Lat. *abſumere* ac *conſumere*, ap. G. Th. cum Grr. al.

ἀφορμ. αὐτῷ) P. αὑτῷ, quod ſit pro ἑαυτῷ, videtur legiſſe; alioqui Perennius ipſi Commodo hanc occaſionem praebuiſſe diceretur bona illorum diripiendi. *Steph.* Sive αὐτῷ legamus, ſ. αὑτῷ, participium διαχρ. ad Commodum, pron. αὐτῷ ad Perennem referetur aptius, ut arguit §. 16. infra. *Sylb.*

Sch. „pro α. P. videtur legiſſe ἁ. *ſibi*, nempe Perenni, non Commodo, (et tamen in v. π.) *praeberet* ipſi *occaſionem*" prius fere e Stp., qui in Th. non tenet formulam παρέχειν τι ἑαυτῷ, nec mihi aliunde notam, ſed forte ductam e Lat., cf. G. Th. in v. Bg., tenentibus et noſtratibus *ſich* etwas *verſchaffen*. quibus par e conſequenti P. *ut* ipſe *ha-*

παράσχοι g) καὶ ἐξουσίαν ἁρπάζειν τὰ ἐκείνων κτήματα. μέχρι μὲν οὖν τινος ἐπεῖχε τὸν	praeberet ac poteſtatem rapiendi illorum bona. Ali- 5. quamdiu quidem cohibuit

g) Ms. Ba. παράσχῃ v. N.

heret, ubi refert ſine, ſed Bg. clarius, pron. aſperum ἁ., ad Perennium relatum, ad quem et pertinebant pr. ἡρξ. et ἀγ., ſicut, niſi haec inferiora pertinerent eodem, non videres, quorſum Noſter tam multum graviterque de iſtius hominis avaritia diceret init. § πλουτ. — ἀντιπ., quo de homine non modo idem teſtatur §. 16., ſed et ſupra Lampr., ut, de Sb, ſententia, vulg. hic omnium pron. ἀ., pro altero ἁ, ſupra habuimus; ut tamen, perſpicuitatis ergo, et ne quis in legendo teneatur incertus, forte melius per aſperum edatur. Nec mihi obſit, quod etiam Commodo tribuuntur avaritia, caedes ac rapinae tum a Noſtro deinceps, nominatim 1, 17, 3. m., tum a Lampr. c. 7. e. p. 494. 513. i., cum non quaeratur, quid univerſe ac per ſe fieri cogitarique poſſit, ac per hiſtoriam adeo verum ſit, ſed, quid ſeries loci tota poſtulet. Ac quanquam διαχρ. de Commodo capi poteſt, ad μειρακ. relatum per ſyneſin, cf. 1, 5, 2. m.: tamen aeque, cum per hiſtoriae fidem, quam ante approbavimus, tum per ſeriem orationis, ad Perennium pertinet, ut de quo maxime ſermo inſtitutus eſt inde a §. 2., unde et διαχρ. melius cohaeret cum pr. ἀγ. de eadem perſ.; in quo participia diverſorum temporum iterum concurrunt, praeſ. et aor., ſed praeſ. pro eodem ſ. praeter.; ſicut Ms. modus alius in v. παρ., coniunct. pro optat., deinceps recurrens, fuerit lapſus in litteris ſimilibus ſine iota, cum ſaltem ὡς habeat modum utr., cf. 1, 1, 1. m. v. ὅπως et de ἀφ. 1, 3, 15., ſed de ἐξ., h. l. pro iure ſ. cauſa, N. T. Io. 1, 12. it. Stp. Th. 1, 1133. D. e. „poteſtas, — ius, — interdum cum inf. ἐξουσίαν δίδωμι λέγειν, — quod et ἐξ. παρέχω dr." ſine auctore; ubi oportuit adiici, poſt hoc ſubſt. poni inf. vel cum artic. gen. τοῦ, vel ſine eo, ut hic, cf. Dem. 625, 18. 739, 10. 747, 18. 763, ult. 775, ult. 807, 11. et N. T. Io. 10, 18., duo P. ſubſt. ad κτ. deſerente Bg. et cum Sch. Lat. ad v. ἁρπ., quod Stp. Th. phyſico hoc ſenſu non tenet ex proſaico, cf. tamen Ind. Dem. cum Xen. Z. Cyr. et Pol.

μέχρι) In hoc μ. cum τιν. variat Noſter per imperfectam formulam pro plenis §. 1. et 1, 6, 1., ſpectante huc Stp. Th. 2, 908. F. m. ſine numeris cum P. (ut Bg.) ſed de ellipſi ſubſt. χρόνου monente tantum D. e. in aliis, pro qua longior eſt illa μέρος. τοῦ χρόνου in N. T. L. Krb., cf. Ind. Xen. Cyr. Z. cum L. Boſ. p. 376. e. 378. m. Abr. Dil. Th. p. 60. i. „μ. τ. tam de loci, quam temporis ſpatio" (ubi tamen non monet, ſubſt. διάστημα ſupplendum eſſe ad notionem primam de loco,) Zoſ. 3, 18, 8. Dem. 893, 21. Suid. 2, 547. i. Heſ. 2, 589. i. μ., ἕως τινός, ſine N., cum poſuerit ſuo more, ut, reperiens alicubi plenum μ. τινός, modo μ. daret cum expoſitione tamen iuſta, (cf. de μ. τούτου Stp. per aliam adhuc notionem ac de re ſimpliciter Ind. Xen. Z. Pol. et Bach.) reddita formula cum P. etiam ad Vig. p. 408. a. e. N. 94. hinc, ſed cum Bg. v. ἐπειχ., ubi Sch. deſerit P. „*continebat* eum in officio" ſed Stp. Th. ſaltem notionem habet, non item de re cum acc. perſ., nec Bud. C. 886, e. nec Vig. p. 610. b. m., cf. Heſ. 1, 1333. m. ἔπεχε, κάτεχε, et Thom. M. p. 341. it. 1, 6. 12. e., h. l. cohibere ac retinere non tam a vitiis univerſe.

νεανίσκον ἥ τε τοῦ πατρὸς μνήμη καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους αἰδώς. ἀλλὰ γὰρ[h], ὥσπερ τινὸς πονηρᾶς καὶ βασκάνου τύχης ἀνατρεπούσης αὐτοῦ τὴν

adoleſcentem cum patris memoria, tum amicorum reverentia. Verum enimvero, quaſi quadam maligna et invida fortuna ſubvertente, quod in ipſo

h) Hoc comma in B. 2. L. al., ſed mox poſt τυχ. comma ineptum ib. et ap. Stp. rel.

quam praecipue a caede; variante Noſtro pro §. pr. e. μειρακ. per τὸν νεαν, ubi Stp. Th. ſaltem cum Bg., e P., cf. Caſ. Exerc. Bar. 1. p. 113. b. Fiſch. Ind. Pal. Heſ. 2, 661. ſine N., it. 1, 3, 2. e., ſed ad ἡ τ. π. μν. 1, 6, 19., tenente Sch. ſeverum in praep. et αἰδ. „*reverentia* erga *amicos*“ quam praep. cum ſubſt. αἰδ. habet Stp. Th. 1, 143. D. m. e Syneſ., cf. ad Luc. 1, 826. b. N. 54. p. ſq. cum loco hoc ſine Vs., Ind. Epict. H., mutante Bg. e P. formulam in ſyn. gen., qui eſt ap. Dem. 779, 28., cf. Stp. l. l. D. e., ſed Bg. ſubſt. ap. G. Th. cum Grr. al. et ſyn. αἰδος, ſed cum Gr. n. in v. *pudor* et *obſervantia*, cf. Dem. 776, ult. Thuc. 56, 94. cum Schol., Ind. Z. Xen. Cyr. Pol. et Bach., hic metus ac fuga turpitudinis, palam admittendae, ob iudicium iniquum aliorum, hic amicorum, ſimul cum cogitatione eorum honeſtatis ac ſapientiae; ad τοὺς φιλ. repetendo pron. αὐτοῦ, e pr. τοῦ πατρ., ut reſpondeat per variationem illis §. pr. τοὺς πατρῴους φ., cf. §. 1. m.

ἀλλὰ γ.) Primo in ἀλ. γ. ponitur ratio, cur praeceſſerit μεχ. τιν. λ. Deinde τύχη π. κ. β. eſt factum malum et ab invidia profectum, quod forte accidit. τύχη eſt factum fortuitum. Nam poſt hanc ipſam ſententiam narrat Herodi. factum fortuitum Lucillae, idque malum et ab invidia mulierculae profectum. Vel Auctor per π. κ. β. τύχην intelligit Nemeſin, numen illud felicibus omnibus timendum, de quo Salm. ad Inſcript. Herodis. Non enim dubitant gentiles, Fortunae reliquisque Diis, immo Iovi ipſi, malam invidiam tribuere. Iupiter enim ab ipſo Hom. inducitur invidens hominum felicitati Ὀδ. α', 435. 558. Ἰλ. ς', 270. (in quibus locis tamen eſt modo ἤχθηρε, *odit*.) De deorum invidia querelae ap. Aeſch. in Perſ. 93. 345. 362. 472. 515. 532. 720. 727. 774. 822. 829. 832. Herodt. 3, 40. 112. 7, 10. 8, 109. Romanis ſcriptoribus hoc eſſe ſolenne, ut inſperata, et quorum cauſae non ſunt manifeſtae, tam mala, quam bona, Fortunae Urbis, P. R. et Principis etc. adſcribant, docet Gron. ad Liv. 6, 30. (N. 4) Id vero ipſum et hic locus et alia Herodiani confirmant, v. 2, 4, 11. et alibi, cf. Cort. ad Sall. p. 253. (b. m. N. 3. e.) *Leisn.*

Sch. in ἀλ. „γ. dein, (e P.) *enimvero*, — γὰρ poſt ἀλλὰ videtur eſſe continuativum, (immo nihil eſt utr., quam Lat. *ſed enim*, v. alibi,) πον. maligna *ſors* 2, 4, 11. — β. *invida*, faſcinatrice *fortuna*, τ. *fortuna* maligna *atque* invida *ſubvertente* rectum *ingenium*“ v. Exc.

αὐτοῦ τὴν) Poſt κοσμ. deeſſe puto φύσιν. *Steph.* Poſt κοσμ. Schottus in Ms. lacunam eſſe notat; deeſſe autem φύσιν, γνώμην, ψυχὴν, ſ. ſimile ſubſt. *Sylb.* Deeſſe videtur φύσιν ſ. huiusmodi aliquid. *Oxon.* Aut ad κοσμ. addendum eſt γνώμην, aut femininis ſubſtituenda ſunt neutra, et leg. τὸ ἔτι σῶφρον κ. κ. *Reisk.* Intelligi poteſt γνώμην. Schottus lacunu-

ἔτι σώφρονα καὶ κόσμιον[i], συνέβη τὶ τοιοῦτο[k]. Λουκίλλα[l] 6. adhuc erat ſobrium ac moderatum, evenit huiuscemodi

i) Hic in Mss. et edd. nihil eſt varietatis, niſi quod Ing. φύσιν habent poſt κοσμ., v. N. k) Ms. Ba. συνέβη τὶ τοιοῦτον λ. v. N. l) Ms. Ba. λουκίλα τὶ ἦν λ. v. N.

lam h. l. in Ms: invenit: ſed forſan haec librario tribuenda eſt, quem offendebat elliptica haec loquendi forma, quique adeo aliquid omiſſum putabat. *Stroth.*

Ad L. Boſ. Ell. p. 359. m. in locis, ubi poſt verba aut particip. aut adi. deſit ſubſt. φύσιν, diſerte nominatur „Herodi. l. 1. c. 8. τὴν — κ." ſine Vs., quae ellipſis cum non ſit infrequens: nimis cupide Ing. φύσιν in textum rapuerunt; et quanquam P. etiam id ſubſt. aut in ſuo Cod. habuit, aut, tacentibus ſuper eo noſtris quoque Mss., tantum ſupplevit: tamen videas, id diſplicuiſſe Berglero, qui potius legerit ex his aliquid, αὐτοῦ τὸ ὂν ἔτι σῶφρόν τε καὶ κόσμιον, ſ. ὃ αὐτῷ ἦν ἔτι σῶφρόν τε κ. κ., ſ. αὐτῷ τὸ ἐνὸν ἔτι σῶφρόν τε κ. κ., niſi, vulgatam ſervans, ſupplevit poſt κοσμ. ſubſt. μερίδα, et ad ſenſum deinde modo reddidit; quod Gr. ſubſt., et alibi oppreſſum, v. L. Boſ. p. 193. ſq., expleverim potius, ne φύσιν ac reliqua illa Sb. faciant ſententiam ambiguam et fidei hiſtoricae repugnantem, quaſi Commodus nondum corruptum habuerit animum, ſed adhuc integrum, cum, praeter loca Lampr., ſubinde prolata, cf. §. 2. ἀποχρ., vel ipſe Noſter teſtatus ſit, eum iam aliqua ex parte fuiſſe depravatum, ut §. 2. e. 1, 6, 2. 6., ſitque ſeries ac ſenſus, adhuc boni quid in Comm. fuiſſe antea, nec dum omnem honeſtatis ſenſum exſtinctum, dum v. c. ad aliquod tempus recordaretur patrem et eius amicos revereretur, §. i., in quibus ineſt veſtigium aliquod animi, adhuc cogitantis de bono ac malo, et quaedam delicta timentis caventisque, verum deinde etiam hoc boni, quod in eo adhuc eſſet, illam aliquam pudoris honeſtatisque particulam et ſcintillam, reſtinctam etiam fuiſſe atque oppreſſam; ſicut tropice de animo μερὶς bene dicetur de rebus, quae ibi ſunt, de ſententiis, motibus ac cupiditatibus quibusdam moderatis et honeſtis, σωφρ. κ. κοσμ., cf. 1, 2, 3. e., quibuscum conſiſtunt, quae iam irrepſerant, pravae quaedam et immoderatae opiniones cupiditatesque, tum per experientiam, tum et per decreta S. S., cf. Rom. 7, 15. ſqq. 8, 4. ſqq.

συν. τὶ τ.) Ms. primum τί cum hoc accentu inverſo, qui alias eſt interrogantis pron., memini in Codd. aliis, ſed obſcure, et alterum in neutro pron. τ. cum ν ἐφελκ., ut in τοσοῦτον 1, 7, 9., infra redit, ſed per inconſtantiam, dum v. c. pro τοιοῦτον rurſus noſtri Codd. praebent τοιοῦτο 2, 5, 16., ut gloſſam e comparatione agnoſcas, ſed hic forte etiam aliam ex opinione formae Atticae, quae in illo per ν ἐφ. putatur, v. Fiſch. ad Well. p. 64. e. 138. m. Ind. Plut. Hſ. et Luc. ibique 1, 555. N. 86. b. e. 738. N. 40. 770. N. 8. 774. N. 5., cf. Ind. Dem., cui add. 316, 12. 387, 13. 354, p. it. τὶ τοιοῦτον ἔγκλημα 60, 24. 67, 24. 113, 15., tum affine noſtro συμβαίνει τὶ τοιοῦτον, οἷον λ. 38, 7., contra alio ordine τοιοῦτόν τι 108, 3. 366, 10. 386, 19. 534, 22. 535, 19. et τοιοῦτό τι 188, 23., tum, quoad Vs., Ind. Fiſch. Pal. cum ſyn. v. „ἐγένετό τι τοιοῦτον, *res ita habet*, — pro quo — dr. ἐγ. τοιοῦτόν τι" Stp. Th. 3, 455. F. m. „neutr. τοιοῦτο et τοιοῦτον, — et quemadmodum τοιόσδε τις dr. pro τοιόσδε,

ἦν τῷ Κομμόδῳ πρεσβυτάτη quippaim. Lucilla erat Commo-

vacante pron. illo τὶς, ita etiam τοιοῦτός τις“ nec tamen ſubiiciens τὶ cum neutro aliquo, neque v. τὶ p. 1548. D. ſqq., errans idem in τὶς quaſi pleonaſtico, quod hic Bg. exprimit, ſecus ac alibi, ſed ut ſufficiat Lat. *quid tale* ſ. *tale quid*; ferente G. Th. „*quidpiam*, τι, (hoc accen-tu,) aliquantulum“ non vero ſcripturam illam Ms. Bg. per duplex *pp*, cf. de ſyllaba *piam* 1, 13, 14. e., ſed de Bg. ad τοι. 1, 5, 4. e.; noſtratibus hic quidem, ubi narrandi quaſi quoddam fit exordium, ſ. res breviter proponitur ac nunciatur, potius utentibus illo *dieſes* ſ. *folgendes*, ſine τὶ, quam ſevero *etwas dergleichen*, quomodo τὶ τοι. redditur Ind. Plut. Hſt. v. τὶς m. alio in contextu, ſed Sch. in v. σ. „τοι. *ita* res *accidit* ſ. evenit“ cum Bg. et P., cf. aliunde Stp. Th. 1, 652. B. ſqq., ut Dem. Ind. add. συνέβη τὶ τοιοῦτον 1273, 11. et συμβέβηκε δὲ τοιοῦτόν τι 1238, 25., cf. 66, 16. 70, 4. 137, 5. 139, 19., ap. G. Th. in v. Bg. cum Gr. n. et viciniore per praep. Gr. ἀποβαίνω et etiam Lat. *contingere*, et 1213, 91. „contingit *aliquid*, συμβαίνει, γίνεται, pro accidit.“

Λουκ.) Cauſam huius conſpirationis aliam refert Capit. (ſ. Lampr. in Comm. c. 4. i. p. 482.) *crudelis* vita *Commodi* Quadratum *et* Lucillam *compulit ad eius interfectionem conſilia inire.* Sed Herodiano noſtro mos eſt, interiores cauſas indagare, cui ob id haud dubie praecipue in talibus credendum. Certe, cum Dio (Xiph. 375, i.) diſerte tradat, Lucillam οὐδὲ ἐπιεικεστέραν, οὐδὲ σωφρονεστέραν τοῦ ἀδελφοῦ, *neque moderatiorem, neque continentiorem fuiſſe fratre*: non eſt veriſimile, ſolam crudelitatem fratris ipſi eam mentem conſiliumque inieciſſe. *Boecl.*

Qui hic iterum ſapit e Caſ. ad Lampr. l. l. N. 2. „cauſam huius conſpirationis aliam affert Herodi., qui omnia diligentiſſime perſequitur“ Anglis ap. Heyn. H. 4, 1014. ſq., cum et ipſi a Noſtri partibus ſtarent, non in N. reprehenſis. Ms. primum, λ unum in nomine proprio, de more eius, cf. 1, 2, 2. m. in κομοδ., non mihi deprehenſum, nec ap. Lat., cf. Exc. ad 1, 2, 1., neque ap. Gr., cf. Anton. ad ſe ipſ. 8, 25. i. cum N. Sed Ms. alterum, τὲ inſertum, hic vitioſe habet, cf. 1, 3, 13., et forte alieno loco e marg. ſuſceptum eſt, cum quis Gloſſator ponendum voluiſſet poſt ſq. τῷ aut αὐτῇ, niſi ortum e pr. ſyllaba λα, cum ſaepe in Codd. vitioſe quid repetatur e pr. vocabuli fine aut eodem aut ſimili, in primis per maiuſcula elementa; quanquam, de ſolenni confuſione, etiam pro τὲ ſuſpiceris δὲ fuiſſe ab initio, pro γὰρ, quod et ipſum in principio narrationis procedat, et magis fortaſſe, quam ſi illud τὲ ſuſtineas, ut Hebr. ו, v. c. ap. Iobum init., et interdum Lat. *et* ſ. *atque*, cf. G. Th. 511, 11. ſqq. et 416, 13. ſqq., ſicut denique in iſto τὲ latere poteſt δὴ, pro *ſcilicet* ſ. *igitur*, quae etiam confuſa eſſe poſſunt a ſimilitudine litterarum quadam; ut tamen, cum Mss. rel. et P. taceant, ſemper agnoſcas Gloſſatorem, qui forte offenſus ſit eo, quod Noſter ita ſimpliciter narrare inciperet et ſine qua copula et particula.

πρεσβ. παντ.) Reineſ. ad oram libri (edit. Par. 1.) corrigit illud πάντων, mutatque in πασῶν. Sed nihil videtur mutandum eſſe. ſi Herodianus hoc dicere voluit, Lucillam fuiſſe maximam natu non modo ſororum, ſed et fratrum Commodi. An hic conſtructio eſt non πρὸς τὶ ῥητὸν, ſed πρὸς τὸ σημαινόμενον, de qua Kuſt. ad Ariſt. Plut. v. 291.? Huc pertinet Hor. *fortiſſima* Tyndaridarum. *Leisn.*

Per veritatem hiſtoricam ſane Lucilla fuit maxima natu fratrum ac

πάντων ἀδελφή [m]. αὕτη πρότερον Λουκίῳ Βήρῳ αὐτοκράτορι συνῴκει, ὃν κοινωνὸν τῆς βασιλείας Μάρκος ποιησάμενος, ἐκδούς τε [n] αὐτῷ τὴν θυγα-

do maxima natu ſoror. Haec prius Lucii Veri imperatoris coniux fuerat, quem cum conſortem imperii Marcus adſciviſſet, nuptumque dediſſet ei filiam,

m) Hic colon in Stp. rel. n) Ms. Ba. ἐκδοὺς δὲ αὐτῷ λ. τ. N.

ſororum Commodi, et omnino Marci liberorum, cf. Exc. ad 1, 2, 1., quem poſtr. gen. παίδων quoque hic ſuppleas, quod ipſum neceſſe eſt, ubi deſcendas ad illam ſyntheſin ſ. ſyneſin, cf. L. Boſ. Ell. p. 257. i. et ſupra 1, 5, 2. m. et 3., quae hic enallage generis, ut etiam vocatur, eiusmodi eſt, cum genus adi. diſcrepat a genere adiuncti ſubſt. et ſimul vicini adi., quo de cf. ad Luc. 2, 132. b. e., ubi „μία πάντων φιλοσοφία, pro πασῶν“ ex 1, 582. a. N. 45., ubi a. e. aliud ſimile Ienſ. profert, inter ſoloecismos referens; ut Noſtri formula eſt ad ſenſum eadem cum illa 1, 13, 2. ἡ πρεσβυτάτη τῶν Κομμόδου ἀδελφῶν, a Bg. omiſſo, ut alibi, e P. adi. παντ.

αὕτη) Leisn. in Vol. aliquo ad h. l. ſignarat modo „Capitol. — et Dio —“ cuius poſtr. ſunt ap. Xiph. 363, 18. ſed prioris p. 408. 425. e. 317., ubi de Marco p. pr., *poſt exceſſum divi Pii* — fratrem *ſibi* participem *in* imperio *deſignavit*, quem *Lucium* Aurelium *Verum* Commodum *appellavit*, Caeſarem *que* atque *Auguſtum* dixit, *atque* ex eo *pariter coeperunt* remp. *regere*, cf. p. 326. 406. ſq., ap. quem deinceps etiam ſimplic. audit *Verus*, it. *Lucius*, it., ut ap. Noſtr., *Lucius Verus* p. 427., ſemel quidem, ſed fere ſemper ap. Anglos Heyn. H. 4, 991. ſqq. cf. Xiph. l. l. 8. 16. 40., at Sb. Ind. v. συν. ex h. l. „de femina maritata“ cf. Dem. 841, p. et ſupra 1, 6, 11., e P. ſumente Bg. aliud tempus.

ὃν κοιν.) Stp. Th. 2, 298. B. ſq. modo affert locum Noſtri e P. 2, 12, 5. e. ſimilem, cuius formulam per v. med., (quo variat cum act. §. 2. m.) partim cognovi ex Ind. Xen. Cyr. Z. „π. κοιν. participem reddere“ ſed cum ſyn. vv. ap. Zoſ. 4, 1, 4. ἑλέσθαι κοιν. τῆς β., imperii *conſortem* ſibi *deligere*, 1, 30, 1. αἱρεῖσθαι — τῆς ἀρχῆς κ., *imperii* conſortem *facit*, quod ſeverum Lat. v. et hic procedebat, 3, 1, 4. ἑλέσθαι κ. τῆς ἀρχ., *imperii* conſ. *deligere*, ubi non ita bene, ut in loco primo, vis med. v. iſtius expreſſa, cf. Phil. in Flacc. p. 748. F. m. et ap. Noſtr. 5, 7, 10. c. θέμενος αὐτὸν κ. τῆς ἀρχ. et 3, 9, 1. κοινωνοὺς τῆς βασ. καὶ αὐτοκράτορας ἀποδείξας, et, praeter Lampr. ad N. pr., etiam p. 412. *principatu* etiam *imperatoriae* poteſtatis *indulto*: ſibi *que* conſortem *fecit*, quum *illi* ſoli *ſenatus* detuliſſet *imperium*; ubi noſtrates fere *Reichsgehülfe*, pro quo cum Vern. vet. Angli ap. Heyn. H. 4, 991. m. *ernannte* ihn *zu* ſeinem *Mitregenten*, ſed Xiph. 363. i. Μάρκος — προσειλήφει ἐς κοινωνίαν τοῦ κράτους εὐθὺς τὸν — Λούκιον Βῆρον λ.

ἐκδούς τε) Sch. fere cum P. „quum *locaſſet* ei *in* matrimonium *filiam*“ cf. 1, 2, 3. i., ubi med., pro quo hic per act. iterum variatur, cf. Ind. Xen. Cyr., cum Bg. phraſi, et Angl. ap. Heyn. l. l. e Capit. l. l. Tum Ms. δὲ pro τὲ, ut alibi, hic praebetur in membro ſecundo, ubi per ſe ſtare poteſt, quaſi μὲν omiſſo in primo membro, ut tamen ad notionem

τέρα, δεσμὸν εὐνοίας ὀχυρώτα- vinculo benevolentiae firmiſ-

ſit idem cum vulg., quod cum Mss. rel. diſerte refert P., ſaepe cum δὲ varians ac confuſum, ſicut, μὲν omiſſo, etiam τὲ adſuit 1, 6, 3. c.

δεσμ.) Mss. ἰσχυρ. aut gloſſa eſt, aut lapſus librarii, variantibus iſtis adi. duobus et alibi, cf. ad Xen. Cyr. Z. 2, 4, 17. p. 229. a. e., ubi recte pro ſyn. habentur, et ad Thuc. p. 28. a. e. N. 65. p. 498. a. e. N. 43., ubi tamen ἰσχ. praefertur, ut et ſubſt. ap. Ioſeph. 1, 275. ſ. 20. l. 3. i), quae omnia, una cum v. ὀχυροῦν, ſine Var. alias occurrunt, v. Ind. Fiſch. Aeſch., Z. Xen. Cyr. Pol. et Bach., Dion. H. S. T. utr. Luc. et Ern. Polb., cuius in Lex. „ὀχ. pro ἰσχ." ut Stp. Th. „ὀχ. i. q. ἰσχ." nec e Noſtro et pauperrimus, etiam in derivatis inde, cf. Suid. 2, 749. e. 1, 931. m. cum N. „ἰσχυρῶς, alias ὀχ." Heſ. 2, 830. e. p. ſq. i. 1, 1565. m. cum N. 7. „ἰσχυρόω, quod idem, ac ὀχ." Sb. Ind. hinc „ὀχυρὸς δεσμ." tantum in poſitivo, aliunde tamen afferens ſuperlat., nihil ut teneat Stp. Th. in δ., huc valens, ubi δεσμ. εὐν. videtur eſſe Lat. *vinculum* cum gen. aliquo, ubi G. Th. cum Gr. n. „metaph. ad *connectendas* amicitias *vel* tenaciſſimum *vinculum*, — amicitiae, — *vincla* amoris *arctiſſima*, — omne illud, quo quid continetur et conſervatur" praeſidium, adiumentum, vulgo medium, res apta hic ad conſervandam benevolentiam mutuam, cf. Thom. M. p. 204. et Moer. p. 127. (per vanum diſcrimen inter δεσμὸς et δεσμὸν,) phyſice, vel abſolute vel cum gen. rei ſ. perſ., L. N. T. Foeſ. Oec. Ind. Hom. Orph. Soph., R. Or. V. 6. Dem. Ael. V. h. Diod. S. Fiſch. Pal., Fab. Aeſ. Hſ., tropice vero, abſolute Orph. h. 12, 4. Theogn. v. 459. cum Cam. Schol. Gr., R. Or. V. 4. p. 271. l. 8. Demad. ἐκβαλεῖ — μέγιστον εἶχον δεσμὸν τὴν τῶν Μακεδόνων φρουρὰν, V. 3. p. 685. e. Plut. Hſ. ex 17, 8., cum gen. rei ſ. perſ. Orph. h. 46, 5. ὃ δ' ἀνέδραμε δεσμὸς ἁπάντων, hic *cuncta* ruentia *fulſit*, Bacchus, immo *tunc* vinclum (fulcrum) *hic* omnium *obivit*, i. tum vero ille circuivit, tanquam fulcrum omnium, i. ſtator, conſervator, et 86, 4. de morte, ἡνίκ' ἂν ἐκλύσῃς φύσεως κεκρατημένα δεσμὰ, *quando* perrumpis *naturae* vivida *clauſtra*, immo *quando* naturae *ſolves* (exſolves) firmiſſima *vincla*, Long. Mor. 40, 1. e. p. 226. m. Plut. Hſ. ex 19, 2. πειρατέον — τοὺς τῶν ἡδονῶν ἥττους — γάμῳ καταζεῦξαι. δεσμὸς γὰρ οὗτος τῆς νεότητος ἀσφαλέστατος, *ubi* adoleſcentes *voluptatibus* nimiis *dediti* ſunt, — *animus* appellendus *eſt* ad *eos* matrimonii *vinculo* colligandos; *quod* eſt *tutiſſimum* iuventutis *vinculum*, immo *tentandum*, ſtudendum *eſt* voluptatibus *obnoxios* — coniugio *alligare*. Vinculum *enim* hoc *eſt* iuventutis *firmiſſimum*; ubi eſt retinaculum, frenum, impedimentum; quo ſenſu et capio illud N. T. Marc. 7, 35. ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, *ſolutum* eſt *vinculum* linguae *eius*, i. remotum eſt, quod linguam eius, loquelam, loquendi facultatem, coërcebat et impediebat, ubi bene Luth., ut hic Vern. Tum Sch. „εἰς. *affinitatem* cum *aliquo* faciens *fortiſſimum* benevolentiae *vinculum*" cf. 1, 6, 11. it. de πρὸς 1, 5, 5., Noſtro bis ponente v. ποι. in non magno intervallo, per gratam negligentiam et quandam ſpeciem polyptoti, aut eadem notione, aut diverſa; ut priori quidem ratione ſeverius, quam Bg. e P., reddas, *vinculum benev.* firmiſſimum *affinitatem* illam *cum eo fecit*, quod eſt per inverſam enunciationem pro *affinitatem* illam *cum eo fecit* vinc. *ben. firm.*, (reddendo cum Bg. art. τὴν per pron.) i. effecit, ſtuduit efficere, ut affinitas iſta eſſet vinculum benev. firm., ſ. affinitatem iſtam adhibuit pro praeſidio optimo, certiſſimo conſumandae ac conſervandae

τον [o] τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο. ἀλλ᾽ ἐπεὶ συνέβη, τὸν Λούκιον τελευτῆσαι, μενόντων [p] τῇ Λουκίλλῃ τῶν τῆς [q]

ſimo hac affinitate ſibi adſtrin-
7. xerat. Sed poſtquam evenit, ut Lucius moreretur, manentibus adhuc Lucillae principa-

o) Ms. Ba. et Vi. ἰχυρ. v. N. p) μελοντ. A. B. 1. cnm B. 2. R. operarum vitio. q) Ms. Ba. τῶν βασ., omiſſo τῆς artic., ut τῶν contra in B. 2. L. Par. Ox. et Pat. v. N.

benev.; unde non opus ſit legere δεσμὸν εὐν. ὀχ. τῇ πρὸς αὐτὸν ἐπιγαμίᾳ ἐποι., quaſi error iterum inciderit in ν et Iota poſtſcr., hoc ſenſu, *iſta* cum *eo* affinitate *fecit*, nexuit *vinculum* benev. *firm.*, i. tropo remoto, benevolentiam mutuam fecit firmiſſimam, ſ. maxime firmavit; cum ad ſententiam hanc redeat tandem lectio vulg., etiam altera *illa* notio v. ποιεῖσθαι pro putare, ut ſit, *illam* cum *eo* affinitatem *putavit* vinculum, *praeſidium* benev. ſervandae *firmiſſimum* et optimum; qua de notione v. Stp. Th. 3, 426. E. e. 428. A. m. ſq. D. m. ſq. 431. D. m. p. ſq. B. m. e Bud. C. 413, 42. (unde et Vig. p. 281. m. Nr. 14.) lib. de V. med. p. 41. m. 407. m. Kypk. 1, 66. e. Ind. Xen. Cyr. Z., tacentibus L. Ern. et N. ad Thuc. l. l. ap. Kuſt., quanquam ib. Vs. exprimit eam notionem, quam et noſtrates norunt, v. c. *ich mache* mir *das* zur *Ehre*, et h. l. tangit oblique Vern. vet. *in* Meynung *daſs* rel., tacente Capit. de re, non item plane de diſcordia Marcum inter ac Luc. Verum p. 343. ſq. 426. i. 428. 430. ſq. 433., quanquam et in contrariam partem narrante p. 412. c. 4. 424. m. 427. e., unde Angli ap. Heyn. H. 4, 997. m.

συν. τὸν Λ.) De morte Lucii (ſic breviter nominati, v. N. ad §. pr. i.) Capit. varie tradidit p. 345. cum N. 347. 431. 433. e. p. ſq. i. 437. e., unde Angli ap. Heyn. H. 4, 997. e., reddente Bg. inf. poſt v. σ. per ὥστε, ut Stp. Th. aliunde 1, 652. C. i., cuius locum e Thuc. 24, 21. ignorat Ind., ut Dem. haec 40, 7. 57, 12. 111, 14. 155, 11. 241, 6. 245, 16. 281, ult. 1301, 10. ult. 1303, 5. 12. rel. cf. L. N. T. Krb., ubi et ſevere redditur, ſed in Schw. dicitur v. σ. tum redundare, et ab aliis adeo Attice, v. Miſc. Obſ. A. V. 10. p. 304. Fiſch. ad Well. p. 342. i., ad Plat. Phaed. p. 176. N. 14. et Ind. The., Z. ad Vig. p. 297. a. e. it. ad Xen. Oec. 8, 15., in Ind. tamen reddens per adv., Munth. p. 277. e., cum Bg. deſerente Sch. ad v. τελ. P., qui plena formula utitur ſyn., cf. G. Th. 767, 100., pro quo et in ſyn. Lat. *defungi* ſimilis eſt tum notio, tum ellipſis, monente Stp. Th. 3, 1388. e. ad Gr. v. de ſubſt. omiſſis βίον ſ. ζωὴν, ut de aliis alii, cf. L. Boſ. Ell. p. 50. L. N. T. Krb. et Schw. it. Ern., Vig. p. 604. i. Ind. Xen. Z. Cyr. et Bach., Ael. V. h. Iſ. Ev. Fiſch. Aeſch. et Pal. cum Dem., cui add. abſolute ſic etiam 1023, 8. 20. 1084, 11., ſed et plene 1013, 8. τῷ μὲν Σόλωνι συνέβη, τελευτῆσαι τὸν βίον, 1016, 21. 1083, 9. etc., comparantibus quibusdam recte, ut ſeveriſſimum, Lat. *finire*, pro mori, cf. G. Th. cum Gr. n., quanquam et in hoc ſtatui licet ellipſin ſubſt., v. c. *vitam*, ſpiritum, *animam*, diſerte interdum additorum, v. G. Th. Nr. 1. Ind. Tac. Ern., ut de Gr. v. cum pr. ὑπὸ Gottl. ad Plat. Phaed. p. 123. it. ad Plat. Menex. p. 49. b. e. cum Ind. Xen. Z. Pol., at de morte violenta ib. Bach., variante Noſtro cum 1, 2, 1. μεταλλάττειν et 1, 4, 18. ἀναπαυ., non aſſequentibus hic noſtratibus tropum Gr.

μενοντ.) In hoc v. reddit Sch. cum Bg., at e P. ſervato libere adv. tem-

βασιλείας [r] συμβόλων [ſ], Πομ- tus inſignibus [t], Pompeiano

r) B. 1. βασιλίας, qua vocali non aliunde notavi, cf. 1, 4, 16. i. ſ) συμβουλίων Ms. Vi. mendoſe.

poris, ubi Stp. Th. uſum v. de re cum dat. perſ. ignorat, non vero notionem 2, 877. C. m. „μένειν dicuntur, quae manent, nec mutantur" et h. l. alicui relinquuntur, (quo P. reſpicit,) nec adimuntur, quorum uſu nemini interdicitur, quibus cui porro uti licitum eſt, cf. L. N. T. ex Act. 5, 4. Aeſch. Theb. v. 909. cum Schol. & et Abreſch. 2, 121., ſed ſine dat. illo Fab. Aeſ. 75, 2. et Call. h. Di. v. 78., ubi et ſimul εἰσέτι, ut ἔτι ap. Luc., tropum tenentibus etiam noſtratibus, etiam Lat., quanquam tacente G. Th., non item Cl. Cic., tum ſtantibus gen. conſeq. hic, (ut alibi enunciationibus e genere cauſarum,) in oratione media, cum locandi eſſent proprie poſt enunciationem primariam et apodoſin, atque adeo poſt ἐξεδ., ut reſolvatur particip. per ita, ut ſ. dum, aut, ſi ordo Gr. ſervetur, per *et* copulam. Sed Ms. articulus hic omiſſus eſt vel lapſu librarii ob vicinitatem ſimilis ſyllabae, (quod et cadit in edd. illas,) vel ingenio ac comparatione aliorum locorum aliusque formulae per unum modo in duobus ſubſt. articulum, quo de genere univerſo v. Exc., non ſibi conſtante Ms., et v. c. tolerante utrumque 1, 15, 7. m., aut alterum quoque intrudente 1, 17, 2. e., ut nihil tribuamus ei in partem utr., ſive adimat artic., ſive adiiciat, idque h. l. etiam ob Mss. rel. auctoritatem, in vulg. tacite manentium, ubi Stp. Th. 1, 704. A. m., praeter P. hinc, ſine numeris, cum Sch. et Bg. „β. σύμβολα ſ. βασιλικὰ σ., inſignia imperii ſ. imperatoria" it. Bud. C. 866, 32., qui ſubiicit §. ſq. etiam, forte explicandi cauſa, ut ſq. τιμαὶ ſint genus univerſum iterum, ſed reliqua partes ac formae duae, tum ὁ βασ. θρ. ἐν τοῖς θ., tum τὸ πῦρ προπ., comparante Sb. Ind. ad Zoſ. „τὰ σ. τῆς ἀρχῆς, inſignia" 4, 45, 2. e. magiſtratus *inſign.*, tria Noſtri loca, hunc, 2, 3, 5. e. 2, 8, 11. e., ut ad Lampr. p. 941. a. N. 3. Salm. „*ſigna* heic ſunt vexilla, quae feſtis diebus, in pompis ac ſollemnibus proceſſibus, imperatoribus praeferebantur, multo auro argentoque radiantia. Herodi. l. 2. (2, 3, 5. e.) de Pertinace, — cum in ſenatum deſcenderet e palatio, non paſſus eſt *ignem* ſibi *anteferri*, nec *vexilla* imperatoria *tolli*. Ubi vides imperatori, e palatio in curiam deſcendenti, praelata *vexilla*, et *alia* imperatoria *inſignia*, quae σ. βασιλικὰ appellat Herodi.; nec ſigna vexillaque eo tantum nomine paſſim vocat, ſed πυρὸς προπομπὴν, et *reliquum* regium *apparatum* lib. 1. σ. βασιλείας vocat, ἀλλ' — ἐξεδ. Quaenam illa eſſent σύμβολα, poſtea explicat: καὶ γὰρ — αὐτῆς. In Pertinace vero σ. βασιλικὰ, quae *attolluntur*, ſunt *vexilla*." Per ſe h. l. τὰ τῆς β. σ. ex formula illa duorum ſubſt. pro adi. et ſubſt., ſunt eadem, quae illa alterius loci τὰ βασιλικὰ σ., et in univerſum intelliguntur ſigna et indicia, quibus agnoſcatur regia ſ. imperatoria dignitas, conditio ac poteſtas, cum in maribus, tum in feminis, ſed, pro ratione aut temporum, aut locorum ac regionum, aut perſonarum, it. ſexus, non uno capienda ſunt modo, ut v. c. ap. Etruſcos Dion. H. S. T. 1. 195, 33. σ. τῆς ἡγεμονίας, οἷς ἐκόσμουν αὐτοὶ τοὺς σφετέρους βασιλεῖς, *principatus* inſignia, *quibus* ſuos *reges* ornare *conſueverunt*, quae fuerint, deinceps traditur et p. ſq. l. 9. ſq. σὺν τοῖς ἄλλοις κόσμοις βασιλικοῖς λ., inter *caetera* regia *inſignia* ac *ornamenta*; ut poſtea narratur, quae fuerint Romanorum regum inſignia; qualia haud dubie quaedam fuerunt et priorum ante Tarquinium;

πηϊανῷ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐξέδο- pater eam nuptum dedit.

ut poſt exactos reges 268, 22. τῶν παρασήμων, (quo Gr. explicat Bud. l. l. noſtrum σύμβολον) ἃ τοῖς βασιλεῦσι παραδέδοται, πολλῶν ὄντων, tam *multis regiis inſigniis*, quae et poſt ſequuntur, 269, 23. τὰ λοιπὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας σ., *cum* reliquis *regiae* poteſtatis *inſigniis*, tum ap. Liv. 1, 8. i. de Romulo, — *ſi ſe ipſe* venerabilem *inſignibus* imperii *feciſſet*, cum *caetero* habitu *ſe auguſtiorem*, tum *maxime*, lictoribus *duodecim* ſumtis, *fecit*, cf. ſqq. et 30, 15. e. it. Flor. 1, 5, 6. *inde* faſces, — *omnia* denique *decora* et *inſignia*, quibus *imperii* dignitas *eminet*. Verum hic quaeritur de temporibus ſerioribus, ubi imperatores Rom. haud dubie habuerunt, unde dignoſcerentur a privatis, nec modo veſtes, lecticas, currus, nec modo corporis capitisque ornatum ac cultum gemmeum, nec modo ſatellites, anteambulones, pediſequos, ſed et alia, ut vexilla ſuperiora, it. ignem praelatum, it. ſedem praecipuam in theatris et in curia, denique adeo faſces laureatos, de quibus locus eſt claſſicus 7, 6, 3. ſq., ubi genus univerſum, πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπή, explicatur tribus formis ac partibus, armatis quidem praecedentibus, tum virgis laureatis, denique igne praelato; ut alibi ſaepe purpura et pallium purpureum memoratur, ſed ſedes in curia 2, 3, 8. e. 11. e. 17., tum currus ſ. lectica pretioſior 5, 8, 13., quorum inſignium quae ad feminas nominatim pertinuerint, quae eſſent e domo imperatoria, qualis hic Lucilla, non dixerim, praeter ea, quae Noſter mox ponit, de ſella in theatris ac praelucente igne; niſi quod communia eſſe potuerunt etiam illa, famulitium et comitatus, veſtitus et cultus, lectica et currus; quibus Lucilla tum domi, tum inde prodiens, ac inter homines verſans reliquos, prae ſe tulerit imperatorium genus ortumque, in primis, cum nupſiſſet Pompeiano, impari genere ac dignitate, v. 1, 6, 11., ad quam leniendam ſortem pater fortaſſe gratificatus eſt ei imperatoria illa inſignia, quae ap. Amm. M. 17, 12, e. p. 123. e. *conſpicuae* fortunae *inſignia*, Ind. „i. e. regia" et 31, 12. m. p. 532. i. *theſauri* — et *principalis* fortunae *inſignia* caetera — *ambitu moenium tenebantur*; quae non tenet G. Th. in „*inſigne*, παράσημον, σύμβολον, — *inſignibus* atque *infulis* imperii, — *maiora* praeferunt *faſces illi* ac *ſecures* dignitatis *inſignia*,, quam *poteſtatis*, — rex ſedens cum *purpura* et *ſceptro* et *illis* inſignibus *regiis*, — Liv. inſignia *imperii*, i. faſces, — *qui* Hieronem — *nec* veſtis *habitu*, nec *alio* ullo *inſigni* differentes *a* caeteris *civibus* vidiſſent, conſpexere *purpuram* ac *diadema*, ac *ſatellites* armatos, *quadrigis* que *etiam* alborum *equorum* interdum *ex* regia *procedentem*" tacens de inſignibus imperantium ſerioris aetatis, etiam de aliis inſignibus imperatoriis, i. imperatoris bellici ac ducis exercitus ſummis, de quibus Lipſ. de mil. Rom. 2, 12. Op. T. 3. p. 95., ubi v. c. equum, certo modo ornatum" inter imperii inſignia — ponit" P. non intelligentibus Vern., ubi dicamus *die kaiſerlichen Ehrenzeichen* ſ. *Kennzeichen*, ſ. *Ehrenz.* des kaiſ. *Standes*, cum, quae nos hodie per Germaniam uſurpamus *Reichsinſignien* ſemibarbare, ſ. *Reichskleinodien*, quanquam eiusdem ex parte generis, tamen non ſint huius loci, ubi Noſter ſcribit peculiari ratione, ac partim ad analogiam Lat. ap. G. Th., ſed et Gr. ap. Dion. H., cf. Heſ. 2, 1293. e. ſine N. it. p. ſq. cum Suid. 3, 395. e. ſq.

Πομπ — ἐξεδ.) Dio autem ap. Xiph. de Pompeiano, ni fallor, iuniore dicit: οὗτος μὲν ἐνεγγύητο τὴν θυγατέρα Λουκίλλης. Utrumque tamen verum eſſe poteſt. *Stroth.*

το[t]. οὐδὲν ἧττον μέντοι[u] καὶ ὁ Κόμμοδος ἐφύλαττε τὰς[x] τι-	8. Nihilo ſecius tamen et Commodus conſervabat hono-

t) Ms. Ba. ὁ πατ. ἐξεδ. αὐτὴν λ. v. N. u) μέν τοι diviſum in A. 2. al., v. Exc. ad 1, 2, 9. x) τὰς omittunt A. al. v. N.

Locus ed. Sb. eſt 374, 44., ubi dr. Κλαύδιος Πομπηϊανὸς, et Commodo inſidiatus pugione, quo de ad §. 10. ſq., ſed de noſtro Pomp. ib. modo 364, 5. 374, 32., nec tamen de connubio iſto; hic iterum Noſtro variante in v. ἐξ. med. pro act. §. pr., ubi alius Ms. Ba. ordo in pron. aut v., non adiutus a Mss. rel., infraque rediens, e gloſſa eſt, nec laevitatem iuvat, vel ſic hiatu aliquo relicto tamen.

οὐδὲν ἧττ.) Sch. in „οὐδ. nihilominus" praeter ſyn. illud P., quod Bg. ſervat meliore ordine, ſed Stp. Th. 1, 1477. B. i. recte comparat οὐχ ἧττ., cum οὐδὲν pro οὐ ponatur, cf. 1, 5, 5. m. μηδὲν ἧτ., pro quo hic variatur, cf. Suid. 2, 729. e., ſed Heſ. 2, 804. m. ὁ. ἡ., μᾶλλον, in quo repeti e pr. debet οὐδὲν, quod plenum οὐδ. μᾶλ., Lat. *non magis* ſ. *nihilo magis*, i. q. nihilo minus, (cf. G. Th. 174, 46. 439, 97. Ind. Corn. N. cum Cort. ad Sall. Cat. 9, 1. e.) quod valet pro aſſeverandi aliqua particula, (v. c. aeque ſ. pariter, quae accedunt ad Gr. Suid.) aut pro Gs. *hoc* non *obſtante*, (noſtro *dem ungeachtet*,) i.e. tamen, noſtro *doch*; unde ſq. μέντοι ſumetur pro Lat. *vero*, (cf. 1, 2, 9.) et tota formula ſic, ut aſſeratur aliquid, quanquam praecedente in contrariam partem alio, quod per ſe impediunt ea, quae ſequuntur; ut h. l. Pompeiani inferior conditio et obitus Marci videbantur Commodum adducere, ut ſorori non amplius permitteret honores prioris temporis imperatorios. *Tamen* vero *etiam* Commodus *eosdem* ei *ſervabat*, quod Lat. ad ἐφυλ. ſufficiebat, non ita libere agente Bg. quam P., ſed ex eodem tamen ad τὰς τιμ., h. l. extra animum, pro rebus externis et ſignis honoris ac inſignibus illis §. pr., ſicut formula tota hic, φ. cum acc. rei et dat. perſ., par eſt iſti ib. μένειν ad ſenſum, ut P. quoque intellexit, niſi quod diſcrimen hic eſt illud antecedentis ac conſequentis, cum, cui honores ſervantur aut ſervat aliquis, ei demum manere honores dicantur, tenente G. Th. in v. *ſerv.* cum Gr. n., modo 415, 69. *integra* omnia *bonitati tuae* di *ſervarunt*, ſed in Bg. tantum rectionem ſimilem, nec Stp. Th. quid tale, ubi ſit pro, alicui quid relinquere nec adimere, cf. tamen ap. Luc. 1, 586. l. 85. τὸ σοὶ φυλαχθῆναι τὴν δίκην, *tibi* ut *cognitio* cauſae *ſervaretur*; quanquam ibi etiam eſſe poteſt Lat. *reſervare*, nobis *aufbehalten* ſ. *vorbehalten*, i. alicui ſoli relinquere ac praecipue, nec alii iniungere et tradere, quo ſenſu v. cum perſ. dat. et acc. ib. 3, 435. l. 90. σοὶ ὁ ἀνοητὸς (ἐγὼ) ἐμαυτὸν φυλάττων, *tibi* me *ſervans* homo *inconſideratus*, i. ap. te modo eſſe ac coenare volui, non ap. alium. Sed Stp. Th. 3, 1551. C. e. cum P. dedit „K. ἐφ. τιμ. τῇ ἀδ." ſine τὰς art. adeo, quem in ed. ſua, tacentibus hic Excp. Mss., credas Stp. non de ingenio dediſſe, ſed ex Cod. aliquo, ut exciderit contra in Cod. eo, unde A. 1. ducta, lapſu librarii, ob vicinitatem utrinque ſimilem, niſi et eadem ex cauſa in iſta ed. omiſſus artic. operarum vitio; alioqui me noſcente ſcriptorum ipſorum inconſtantiam in artic. addendo ſ. opprimendo, cf., praeter ſuperiora quaedam, R. Or. V. 3. p. 196. e. N. 41. Fiſch. Aeſch. p. 97. a. e. N. 6. (cum Wolf. N. in Axioch. ed. Fiſch. pr. p. 53. i.) et ad Plat. Apol. p. 73. a. N. 30. it. ad Phaed. p. 200. a. i. cum Gottl. p. 45. i., ut critico in ta-

μὰς τῇ ἀδελφῇ[y]. καὶ γὰρ ἐπὶ rem ſorori. Nam et ſolio τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆςο imperatorio ſedebat in thea-

y) Colon hic in Stp. rel.

libus locis verecunde ſit verſandum, ſed interpreti non argutandum in notione ac vi aliqua, quod, praeter multos, nuper iterum accidit in Schulz. Coniect. in N. T. p. 32. e. 34. 38. 49. i. et ad Rom. 5, 13. in ἐφ' ᾧ et ἐφ' ᾧ alii nuperrime.

καὶ γὰρ) Sch. in καὶ hunc locum ſine Vs. ponit poſt illum 1, 6, 12. m., ubi Bg. quoque καὶ poſtponit, ut h. l. e P., quaſi reſpondeat ſq. καὶ ſocio, quomodo et alii faciunt, v. ap. Hom. Ἰλ. ώ, 602. V. Cl. et Ern. ad Call. h. Di. v. 83., cum procedat etiam ſevero ordine, pro Lat. *etenim*, i. e. pro ſimpl. γὰρ, cf. Stp. Th. 1, 817. A. aliunde, L. Ern. v. κ. Nr. 15. Ind. Ael. V. h. v. utr., Fiſch. Aeſch. v. κ. e., Iſ. Ev. Xen. Z. Pol. et Cyr., Fab. Aeſ. Hſ. v. κ. m. Abr. Dil. Th. p. 229. i. Hoog. Op. p. 560. ſqq. it. Hom. Ὀδ β', 117. et G. Th. „*etenim*, coni. cauſalis, καὶ γὰρ (ſic potius, quam interiecto commate,) pro quia" ſ. nam; ut tamen ad ſenſum h. l. non ſit diſcriminis multum in ratione utr., cum utrinque ſequatur enunciatio duplex, ſed, de Bg. ratione, magis diſtincta, dum copula et particula diſtribuendi ac diſtinguendi repetitur.

ἐπὶ τ. β. θρ.) Verba ἐν τοῖς θ. abſunt a Ven., quae tamen vix abeſſe poſſunt. Sed multa paſſim in eodem Cod. omiſſa ſunt, quae in edd. leguntur. Exhibet contra haud pauca, quae in edd. noſtris male omiſſa ſunt. *Stroth.*

Hic non apparet cauſa, cur tria illa vocab. ſint omiſſa, verum illud, plane non poſſe abeſſe, quia alias reliqua pars enunciationis, ἐπὶ τ. β. θρ. καθ., non ſit ſatis circumſcripta ac definita, ſed nimis vaga lateque patens, cum ἐπὶ τ. β. θρ. ſederi poſſit varie ac multis in locis, etiam domi; unde debuit aliquid hic adiungi, quod et agnoſcit P., modo ille in numero ſingulari diverſus, quem ſevere Bg. dedit, et proprie etiam poſſumus accipere, cum conſtet, Romae fuiſſe plura loca talia, in quibus ſingulis imperatori cum familia datum locum praecipuum veroſimile eſt, (podium cogito ſ. ſuggeſtum in eo, v. G. Th. in v. *pod.* et Lipſ. de amphith. Op. T. 3. p. 26. m.) ſive hic intelligantur ſcenica illa theatra, ſ. amphitheatra, quo ſenſu poſtr. ponitur Gr. ap. Noſtr. alibi, cf. Lipſ. l. l. p. 13. ſqq. cum Ind. Dion. Caſ., tacente L. Ern. et Stp. Th., qui 1, 1578. A. v. θρ. habet „ap. profanos ſcript. frequenter reperitur βασίλειος θρ." ſine ullo exemplo et auctore, nihil etiam p. 724. E. m. v. β., quam alium e Noſtro locum, nec Strodtm. lib. ad Ammon. Spec. 1. p. 9. m., reperiente me per Indd. ſubſt. θρ. de diis ac regibus ap. Ael. V. h. Ariſt. Kuſt. et Luc. 1, 471. l. 47. de Minoë, ἐτύγχανε — ἐπὶ θρ. τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος, qui *in* ſolio *quodam* ſublimi *ſedebat*, ap. quem et univerſe pro ſella et de hominibus quibuscunque 2, 124. l. 90. 783. l. 83. 85. 3, 54. l. 57. 426. l. 88. 91., ubi a σκίμποδος diſtinguitur, cf. Ind. Xen. Bach. Suid. 2, 207. e. Heſ. 1, 1735. e. ſq. cum N., ubi laudatur Salm. in Tert. de pall. p. m. 174. e., quem cf. ad Spartian. T. 1. p. 232. b. e. ſqq., ſed G. Th. „*thronus*, θρόνος, ſedes ſ. ſolium, — *ſedes*, θρόνος, — *ſolium*, βασιλικὸς θρόνος ἐμβατὴ, — pro ſella regia" quo poſtr. Lat., cum Gr. n., utitur Sch. e P., vertens cum eodem in v. „κάθημαι, — impf. κ." ubi Bg. per ſimpl. cum Sb. Ind., tacente Stp. Th. de impf. hac forma ſine

ἐν τοῖς θεάτροις [z], καὶ τὸ πῦρ tris, et ignis in pompa

z) In Ms. Ba. verba ἐν τοῖς θεάτροις deſunt. *Mart.* etiam in Mss. rel., v. N.

augmento, praeter 1, 1383. B. e. „in impf. dr. etiam ἐκάθηντο Utitur autem eo Thuc., ut τῷ καθῆντο Dem.“ cf. E. i. et R. Or. V. . 235, 22., ubi in textu κάθηντο, ſed Ind. ἐκαθ., rurſus V. 9. p. 207. m. „καθῆντο —, ἀντὶ τοῦ ἐκάθηντο, Wolf.“ ubi Tayl. „καθῆσο (κάλλιον), ἢ ἐκάθητο κ. Thom. M.“ cf. ad Dem. 285, 2. καθῆτο V. 9. p. 277. i. „καθῆσο Aug. Regg. — κάθητο Cod. γ.“ et ad 300, 26. V. 9. p. 291. c. Harl. p. Cor. p. 121. N. 75. 380. e. N. 47. 449. N. 82., ad Thom. M. p. 485. a. N. 1., ubi et Noſtri locus hic adhibitus, Suid. 2, 223. m. καθῆσθαι, καὶ καθῆσο, ἐκαθέζετο, *ſedere*, — *ſedebat*, ſine χρήσει, non coll. ad Heſ. 2, 105. m. Nr. 7., tum de v., quoad rectionem, cum pr. ἐπὶ et triplici caſu, ἐπί τινος, — τινὶ, — τὶ, Abr. Dil. Th. p. 398. m., ubi e Diod. S. ſimile quid noſtro, καθίσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλικὸν θρ., ex 2, 211. l. 20. *in regia* ſella *conſederat*, pro quo l. 23. 27. 43. ſimpliciter θρ., in Vs tamen *regia ſella*, it. cum Bg., porro v. κ. tropico ſenſu Ind. Z. Xen. Cyr. Pol. et Bach., ſed ap. G. Th. in v. Bg. cum Gr. n. compoſ., ſed et cum ſimpl. ἧμαι — ἕζομαι, pro quo ſimpl. etiam noſtrum v. valeat, etſi per ſe pr. κατὰ poteſt innuere motum phyſicum e ſuperiori ad inferius, nobis *ſich* nieder *ſetzen*, cf. Z. ad Vig. p. 619. a. i. Nr. 2., in quo ſit Lat. *deſideo* et *deſido*, quorum hoc poſtr. modo ap. G. Th. ſine Gr. ſic dr., cf. in rem Spanh. de Pr. et u. n. 2, 269. e. „illuſtre huius rei — exemplum in Lucilla obſervat Herodi., quae quum primo L. Vero, Marci in imperio Collegae, dein privato Pompeiano foret nupta, *ſellam* tamen *Imperatoriam* aliosque priores Auguſtae *honores*, Commodi indulgentia, retinuit. Unde quoque eadem mortua, inſtar Auguſtae, conſecrari meruit, ut ex eius numis cum ſolita Divae appellatione adhuc liquet.“

καὶ τὸ πῦρ) De igni, auguſtis praeferri ſolito, v. Turn. Adv. l. 1. c. 29. *Sylb.* Egit de illis *inſignibus Principatus* Lipſ. ad 1 A. Tac. 7, 5. ignem etiam inter inſignia imperatoriae maieſtatis fuiſſe vel praecipuum, unus ex antiquis, diverſis locis, docet nos Herodianus, inquit Caſ. ad Capit. Maximin. (T. 2. p. 32. a. N. 4. e., allato Noſtri loco 7, 1, 21. e.) Addendus eſt Pierius Hierogl. l. 46. tit. *inſigne auguſtale.* Congruebat huic ſymbolo *ignis* variis rationibus. Nam et divinitatem regalis imperii notat; quippe cum, antiquiſſimo Perſarum more, dei ſymbolum ignis eſſet; et claritatem faſtigii dignitatisque regalis clariſſima ſignificatione indicat; et incomparabilem actus regalis vim ſalubritatemque, ad inſtar efficacis et benefici ſideris, oſtendit; et puram virtutem moremque regalem, purgatiſſimi elementi charactere ſignat; denique, quidquid ad praecipuas imperii ἐξοχὰς vel ex philoſophiae arcanis, vel ex reverentiae et obſequii inventis afferri ſolet, comparatione ignis illuſtrari poteſt. Nec diſconvenit τὸ μοναδικὸν ſolis, ad quem hieroglyphica veterum ſapientia omnia de igne φιλοσοφήματα pariter ac νοήματα retulit, τῷ μοναρχικῷ τῆς βασιλείας. Et quod Perſae de coelo lapſum ignem finxerunt, quam accommodatum eſt ad divinam, a deoque datam, deique in terris vicariam regum maieſtatem! De caetero non abſurde cogitaverit, qui crediderit, Romanos de occulto praecipuoque imperii pignore, i. e. de Veſta cogitaſſe, cum ignem imperatoribus ſuis auſpicii ſingularis ac fatalis ergo, ut opinabantur de Veſtali igne, praeferrent. *Boecl.* Praelatus ignis olim habitus eſt Imperatoriae maieſtatis inſigne; quod Eurip.

προεπόμπευεν[a] αὐτῆς. ἐπεὶ δὲ 9. praecedebat eam. Poſtea ve-

a) Schott. m. ſ. προέπεμπεν minus recte, Ind. *Sylb.* e lapſu librarii. Mox poſt αὐτ. colon in Stp.

Schol. in Phoen. videtur annotaſſe. ἐχρῶντο οὖν, inquit, κατὰ τὸ παλαιὸν ἀντὶ σαλπιγκτῶν τοῖς πυρφόροις. οὗτοι δὲ ἦσαν ἱεροὶ Ἄρεως, ἑκατέρας ϛρατιᾶς προηγούμενοι μετὰ λαμπάδος, ἣν ἀφιέντες εἰς τὸ μεταίχμιον, acierum ſc. interſtitium, ἀνεχώρουν ἀκίνδυνοι. ἐσώζοντο δὲ πυρφόροι, εἰ καὶ πάντες ἀπώλοντο. Unde natum eſt proverbium ap. Zenob. cent. 5. pr. 34. ἐπὶ τῶν πανωλεθρίᾳ πεσόντων, οὐδὲ πυρφόρος ἐσώθη. Prolixius haec diſſerui, quoniam non temere alibi, quam in Herodiano occurrit hic mos. Libet etiam ſubtexere huius ſymboli rationes ex Pier. Hier. 1. divinitatem imperii regalis, 2. faſtigii claritatem, 3. efficaciam ſ. ἐνέργειαν, 4. puritatem. *Oxon.* Si Hadr. Turnebus non falleretur, 1. Adv. 29. exſtimans, ignem ap. Hor. Sat. 1, 5, 34. Aufidio, tanquam ſupra humanam conditionem ſe efferenti et divino, eſſe praelatum: hic ritus, nempe ignis praelatione aliquem honorandi, vetuſtior eſſet, quam vulgo creditur. Nam etſi Lipſ. Exc. A. ad 1 An. et I. Nic. Loenſis IX. Miſc. 13. ex M. Antonino et Herodi. docere volunt, huius inſtituti ante Antoninorum tempora Romae nullum eſſe veſtigium, eumque honorem imperatorum proprium fuiſſe: Nihilo minus Turnebo magna doctorum pars ſuffragantur, Lambinus, Torrentius, Pulmannus, Rutgerſius, Dacerius et Baxterus, v. ad Suet. Tib. 14. ed. Burm. p. 510. (T. 1. b. ad *fine* regio *inſigni.*) Videntur autem imperatores hoc inſigne adſciviſſe, imitaturi Iovem, ut, cuius inſignia reliqua, ſceptrum et aquilam, ſibi vindicarant, etiam hoc, nempe ignem, quaſi fulmen, ſibi vindicarent. Hoc inſigne Iovis vel praecipue ex fabula Semeles conſtat ap. Ovid. Met. 3, 283. ſqq., v. infra 1, 16, (9. e.) 2, 3, (5. m.) Luiſin. 3, 6. (immo 7, 6, 4. m.) legit αὐτῇ. Sed 2, 3, (5. m.) ipſe Herodi. τὸ πρ. genitivo iungit. Dempſt. ad Roſ. Ant. a nullo animadverſum ſcribit, ignem imperatoribus praelatum in lucerna. Ut aquilae, in ſignis militaribus collocatae, Perſis in uſu fuere, et ab his ad Rom. tranſiere, ut oſtendit Lipſ. ad Tac. Exc. ad A. 2, 17. (1, 7.) et Otto de tutela viar. 1, 6. p. 109. ita a Perſis mos ignem praeferendi imperatoribus ad Rom. perveniſſe videtur, v. Spanh. de U. et P. N. T. 1. p. 171. Phil. Car. An. in Curt. 3. p. 566. ſq. In acie Darii Numinis loco, et religioſa cum primis pompa, praelatum fuiſſe ignem ſacrum et aeternum, auctor eſt Curt. 3, 3, 9. Equidem Perſas ignem coluiſſe, paſſim auctores teſtantur, Strab. v. Plut. de prim. f. Max. Tyr. diſſ. 38. Apud Luc. formula extat, qua Perſas uſos eſſe ait, quoties illi igni pabulum aut hoſtiam ſubiicerent: Ede Domine Ignis. Hic ignis praeferebatur in caſtris regi, quocunque ille expeditionem moveret. Unde ap. Rom. imperatores mos derivatus, paucis interpretum obſervatus. Id quod numiſmata primum oſtendunt vetera, in quibus ante faciem regis vel imperatoris Rom. flamma ardens conſpicitur. Sunt deinde aliquot loca animadverſa ap. Herodi. l. II. VII., quae affirmant, in more poſitum fuiſſe, ut ignis principibus praeferretur. De ritu ignem imperatoribus praeferendi v. Fabr. ad Dion. 71. p. 1199. *Leisn.*

Hic quidem nos nihil, niſi Ox. illa e Schol. l. l. v. 1379. ed. Barn., ſed ed. Valck. v. 1386., prorſus videri ab h. l. aliena, nec ritu ex iſto huc trahi quid poſſe, niſi forte nomen πυρφόροι, quo inſignire liceat homines, qui hoc tempore Auguſtis ignem praetulerint. Sed de tota re

Κόμμοδος γυναῖκα ἠγάγετο [b], ro quam Commodus uxo-
Κρισπῖναν ὄνομα [c], ἀνάγκη τὲ rem duxit, Criſpinam no-

b) Comma hoc modo erat in B. 2. L. ut mox poſt ἔγεν. nullibi. c) Ms, Ba. κρισπίναν τ' ὄν. v. N.

ſubiecimus Exc. et fortaſſis Eſchenbach. Diſſ., illud mirati, cum ſuper hoc argumento nihil deprehendebamus ap. Fabr. in Bibl. Ant., reddente Sch. in ſubſt. π. „*ignis* praeferebatur *ipſi*, in ſignum honoris imperat. — πρ. praecedebat in pompa eam ignis“ cum Bg., niſi ordine alio.

γυναῖκ. ἠγαγ.) E P. reddit Bg. non modo in adv. (ap. G. Th. cum Gr. n.) ſed etiam in formula γυν. ἠγ. cum aliis, neglecta vi med., forte e Lat. ratione, et quia reperitur etiam cum dat. perſ. alienae, pro dare uxorem alicui, v. c. filio, cf. Bud. C. 510, 23. Stp. Th. 1, 63. G. ſqq., qui vim med. retinet „matrimonio *ſibi* aliquam *coniungere*“ Obſ. Miſc. A. T. 10. p. 350. lib. de V. med. F. p. 33. 128. et W. p. 4. 317., ad Thom. M. p. 6. N. 4., ad Luc. 1, 793. a. e. 3, 421. N. 70. b. e. L. Boſ. Ell. p. 76. m. 236. e. Z. ad Xen. Pol. p. 6. b. e. cum Ind., recte ſtatuentibus ellipſin εἰς οἶκον ſ. οἰκίαν, quibus add. ap. Herodt. 27, 88. γυναῖκα — ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία, *uxorem* duceret *domum*, quae et deſunt in Lat. Bg., ubi et ſuppleri poteſt dat. perſ. *ſibi*, it. ſyn. *ſecum* ſ. *ad ſe*; ut ſit plene, uxorem ducere ſecum in domum, ſ. ad ſe in domum; ut in Gr. etiam requiras πρὸς γάμον, alibi diſerte adiunctum, quod proprie magis faciat Lat. *in* matrimonium *ducere*, it. quod adiungitur ap. Suid. 1, 25. m. ἄγεται, μνηστεύεται, ἐπὶ γάμον λαμβάνει, *uxorem* ducit, *in* matrimonium *accipit*, cf. Heſ. 1, 1598. e., ubi lego, ἠγγυᾶτο, ὁ λαμβάνων, ἤγετο, commatibus additis, unde noſtrates *ſich* eine *Frau*, Gemahlinn *nehmen*, cum non habeant propius, cf. in rem Capit. in Marco p. 394. m. *filio* ſuo *Brutii Praeſentis* filiam *iunxit*, nuptiis *celebratis* exemplo *privatorum*, ubi Caſ. N. „Criſpinam, filiam viri conſularis“ cuius feminae non iterum mentio fit ib. nec ap. Lampr. in Comm., ſed ap. Xiph. 372, 18. γυναῖκα τῷ υἱεῖ — Κρισπῖναν συνῴκισεν, *Criſpinam* filio *in* matrimonium *collocavit*, qui et ipſe Marco rem tribuit, cum Noſter Commodo tribuat, in qua pugna forte ſic ſuccurras, ut factum ſit non diu ante mortem Marci et ſuſceptum a Commodo imperium, ac v. ἠγαγ. et ἐγεν. ſumamus pro plusq., ne nunc demum Commodus fecerit.

Κρισπῖν.) E qua tuliſſe Commodum liberos, docet Spanh. ad Call. p. 725. *Leisn.* Quem locum in ed. Ern. non reperi, ignarus idem, an quis Ms. τ' ὄν. toleret pro τὲ, iungendo cum nomine proprio pr. Κρ., pro Lat. *et quidem* ſ. *idque*, ut alias cum particip. καλούμενος, cf. 1, 2, 2, m., in quam copulam cum P. hic nihil edat, crediderim potius, mendum incidiſſe in ο et ου iterum, et Gloſſatorem cogitaſſe τὸ artic. et formam contractam τοὔνομα, quae et ipſa recta eſt poſt nomen propr., cf. 7, 1, 21. m., et alibi quoque variat, v. Fiſch. Pal. 24, 3. p. 67. N. f), quanquam in contrariam partem, ut pro τὸ ὄν. afferatur nudum ὄν., quale exemplum profert L. N. T. Schw. p. 981. e. ex Diod. S., inverſi tamen ordinis, „γυν., ὄν. Ζαρῖναν, *mulierem*, cui *nomen* erat *Zarinae*“ ubi de ellipſi pr. κατὰ recte monet l. l. m. b. Nr. 10. e., quanquam non bene vertens, nec ſevere, *ſecundum*, quoad, *qua nomen*, nec per ſyn. abl. cum Bg. et Sch., tacente P. et L. Boſ. de ellipſi p. 510. e. ſqq., cf. L. N. T. Fi. p. 795. e. cum Ind. Ael. V. h. v. ὄν.

ἐγένετο, τὴν προεδρίαν ἀπονέμεσθαι τῇ τοῦ βασιλεύοντος[d] γυναικὶ, δυσφόρως τοῦτο φέρουσα ἡ Λουκίλλα, καὶ τὴν ἐκείνης τιμὴν ἑαυτῆς ὕβριν νομί-

mine, ac neceſſe fuit, primum locum tribui principis uxori, aegre id ferens Lucilla, atque illius honorem ſui contumeliam exiſtimans; ſuo

d) Ms. Ba. τῇ τοῦ βασιλέως γυν. v. N.

ἀνάγκη) Bg. e P., tenente Stp. Th. modo ſyn. „ἀ. ἐστὶ, neceſſitas *eſt*, pro neceſſe eſt" cf. Luc. 2, 181. l. 95. cum Ind. Thuc. et Dem., primam Stp. formulam neſciente G. Th., ſed et noſtratibus tenentibus, per ſubſt., quale et Bg. eſt.

τῇ τοῦ βασ. γ.) Ms. gloſſema hic apertum in ſubſt. pro particip., ut Bg. e P., cf. 1, 2, 1., ſervante Sch. in v. „ἀπ. *attribui* ei *princ. loc.*" non tantum cum Bg. paſſ., ſed et Lat. compoſ. cf. §. 1. m., forte capiente P. pro med., quo de nihil ap. Bud. C. Stp. Th. et per Indd., ut tamen habeat analogiam a primitivo νεμ., etiam in med. uſitato, ubi ſuppleas pron. αὐτὴν, ut ὑπ' αὐτῆς in paſſ., cognito aliunde Stp., qui in ſubſt. πρ. locum tenet noſtrum ſine Vs. et Bg. Lat. e P., cf. Ind. Fiſch. Aeſch., Xen. Pol. Z., R. Or. V. 8. Din. et Dem., ſed per ſyn. cum Bg. formulam ex adi. et ſubſt. *ſedes prima* Stp. e Bud., it. per alias Caſ. Ex. Bar. 15. p. 270. b. Krb. Decr. R. p. I. p. 275. i. et Decr. Byz. p. 17. m. „ius προεδρίας ſ. primi et primarii loci in theatris et ſpectaculis" Caſ. ad Th. Char. F. ed. p. 70. m. Schol. Ar. Equ. v. 572., e quo hauſit Biſ. ad Theſm. v. 841. cum Suida 3, 181. i. Heſ. 2, 1026. e. ſine N., ut Schol. Eur. ad Or. v. 92. ἡ πρώτη καθέδρα, ap. Poll. 4, 121. cum Stp. Lat., etiam in theatris, at 8, 133. primus *accubitus*, cf. N. 30.

φθάσεις) Ms. φθάσῃς iterum lapſus in litteris, aut gloſſa, ut εἰ et εἰ μὴ ſtet cum coniunctivo, ut alias, deinde non cum indicat. fut., quod rectum tamen, cf. Ind. Xen. Z. Pol. et Cyr. it. Bach., unde ſumſerit librarius ſuum pro aor. ſ. fut. coniunct., quod ſaepe pro altero fut. indicat. a librariis poſitum, cf. Fiſch. ad Well. p. 174. m. 401. e., nihil ut definiatur e P. „*niſi — praevenias*“ quod tum Ms: aor. fuerit, tum vulg. fut., cui praeſens coniunct. interdum ſubſtituimus, cf. 1, 5, 16., in vulg. etiam cum Mss. rel. manente Bg., quocum plane Sch. in ſq. v. διαφθ., ubi Stp. Th. modo 4, 141. F. e. „paſſim ap. hiſtoricos, et nominatim Thuc. *interficio*, itidemque (paſſ.) διαφθείρεσθαι, interfici, it. ſimpl. mori“ ſine loco ullo; quorum illud de act. tantum repetit L. Ern., ſed de paſſ. ea notione v. Ind. Xen. Bach. et ad Heſ. 1, 974. N. 10. Schol. Hom. „διαφθέρσει, διαφθερεῖ, ἀπολέσει“ unde paſſ. noſtrum ſit i. q. §. pr. ἀπολέσθαι, per variationem, et compoſ. i. q. ſimpl., cf. L. Ern. „φθείρομαι, pereo“ Heſ. 2, 1503. m. φθείρεται, — ἀπόλλυται, et contra Suid. 3, 616. m. φθεῖσθαι, διαφθείρεσθαι corrumpi, *perdi*, non coll. ad Heſ. 2, 1504. e. φθίσθαι, ὀλέσαι, i. e. *periiſſe*, ſ. *perire*, pro ὀλέσθαι, niſi ſic ſtatim corrigendum; pertinente Bg. phraſi vel ad variandum, vel ad adiuvandos noſtrates; unde et Vern. vet., *ſo wird* es *gewiſslich* um *dich* gethan *ſeyn*; pro quo tamen habemus, *ſo biſt* du *verlohren*; formulam Bg. non explicante G. Th. v. *actus* 219, 34., nec Intrp. ad Ter., quae i. q. P. hic *occidiſti* et §. pr. *periiſti*, quanquam copulantur in motu animi „*perimus.* Actum eſt, — *actum eſt* de *me.* Iam *morior*“ cf. Weſt. ad Ter. Ad. 3, 2, 26. Denique Bg. libere in εἰ δὲ, ubi vel εἰ modo reddiderit, vel ſimul δὲ, quia ſolent quidam pron. relativ. vertere ſimul per particulam adverſantem, v. c. *qui* per ſed is ſ. is autem, ut et *quod* per ſolam partic. talem, cf. G. Th. 55, 55. cum Hor. Turſ. p. 890. e. Nr. 30. et Schell. de ſtylo Ind. v. *quod* ante *ſi*, nominatim p. 361. i. 441. e. it. v. *qui* e p. 289. i. 312. Nr. 5. etc.

ὑπό τιν.) Sch. in „δαιμ. divina *ſorte*, τιν. *ſorte* quadam *divinitus* huc *impulſus*, ἐπ. impulſo *ſorte*“ partim e P., ut Bg., qui tamen ſuppletum ab illo adv. *huc*, pro ad id ſ. ad eam rem, non repetit, ut Stp. Th. 1, 897. e., non item 3, 1451. B. e., qui neſcit v. ἐπ. paſſ., pro impelli, ſed comparat θείην τύχην Herodoti 1, 896. i., ſed et ib. aliorum „τύχῃ θείᾳ, *ſorte* quadam *divina*, (quibus Lat. hic uſurus eram) τύχη ἐκ τοῦ θείου, — τύχη δαίμονος“ quae poſtr. ſunt ſyn. et prior gen. periphraſticus idem cum adv. Bg., qui (cum Noſter in mente habuiſſe videatur Lat. ſimul *divinum fatum*, i. deorum auctoritatem ac voluntatem, cf. 1, 5, 13. i.) ſequitur lectionem ap. Liv. 1, 4. i. vulgatam, quam deſerit Bauer. in Chr. et G. Th. cum Gr. n. 720, 76. forte „*quadam*, an *divinitus*, (ubi *forte* nihil, quam fortuito ſ. caſu, ſed cum Gr. al.) — *qui* ad *illa* arma *fato* ſumus *neſcio* quo *reip.* miſero — *compulſi*“ et in altero v. nihil, quam ſententia profanorum ſimilis 995, 53. e Cic. p. Mil. *niſi* eum *dii* immortales *in* eam *mentem* impuliſſent, *ut* rel.

εἴτε καὶ τολμήσαντος, ἵνα δόξαν ἄρηται g, πρότερον ἄγνωστος καὶ ἄσημος ὢν, εἴτε καὶ h ἐλπίσαν-	auſo homine, ut gloriam auferret, prius ignotus et obſcurus, ſive etiam ſperan-

g) Hic comma fuit in Ms. Ba. cum A. al., pro colo Stp. rel. h) Ms. Ba. εἴτε ἐλπ., v. N.

εἴτε κ. τολμ.) Bg. e P. omnia, omiſſo καὶ, pro etiam, tum addito pron. non tantum rei αὐτὸ ſ. τοῦτο, ſed etiam perſ. αὐτοῦ, quod tamen deinde iterum mutavit in ſubſt. aliud, cf. 1, 6, 21. i., ut contra Lat. *homo* et *vir* ponuntur pro pron. demonſtr., etiam Gr. ἀνὴρ et ἄνθρωπος infra; ad v. τολμ. ut ſuppleas praeterea διὰ τοῦτο, vel ſimile quid cauſale, ob ſq. ἵνα, ante quod et Lat. ſaepe omittunt *propterea*; deſerente Bg. med. vim v. αἰρ., a P. oſtenſam, ſed vicinius reddente, cf. lib. de V. med., et formulam tenente Stp. Th. tantum 1, 208. B. m. ſine auctore, et E. cum Bg., cf. 1, 5, 24. e. ad δοξ. ἀποφέρεσθαι, pro quo compoſ. variatur hic per ſimpl., cf. Suid. 1, 308. i. ἄρασθαι, ἀπενέγκασθαι, ἢ λαβεῖν, reportaſſe, *accepiſſe*, non coll. ad Heſ. 1, 512. i. et 526. i. ἄρηται, ἀπενέγκηται, non aliunde me noſcente formulam Gr., niſi ex Lat. et affinibus ſubſt. ap. Stp. e poëtis, unde ad ſq. adi. ἀγν. nihil notaram, cf. ad §. 3. i. λανθ. e Luc. cum Ind. alio loco de perſ., it. Fiſch. The. ac L. N. T., ubi Sch. deſerit P. „*incognitus*, non celebris, ἄσ. non inſignis vir“ quod poſtr. affert Stp. Th. 3, 765. E. hinc ſub „ἄσ. *obſcurus*, i. e. ignotus, ignobilis, qui inſignis et praeclarus non eſt“ e P. dans notionem, nec alium locum de perſ., cf. tamen Plut. Hſ. 7, 19. cum N. et Ind., ſed cum adiuncto ap. Abr. Dil. Th. p. 189. e. „Chryſ. οὕτως ἦν ἄσ. καὶ ἀφανὴς“ ut Ind. Fiſch. Pal. „ἀνὴρ οὐκ ἄσ., non *ignobilis*, i. nobiliſſimus et clariſſimus“ it. cum praep. ap. Eur. Herc. F. v. 849. ἀνὴρ ὅδ' οὔτ' ἄσ. οὔτ' ἐπὶ χθονὶ, οὔτ' ἐν θεοῖσιν, *vir* hic *non* eſt *obſcurus*, cf. Suic. Th. p. 545. e., ubi et „Gl. ἄσ. ignobilis. — Aliae *ignobilis*, ἄγνωστος, ἄσ.“ ſed Suid. 1, 349. e. ἄσημον, τὸ δυσγενὲς, — καὶ ἄσημος, ὁ ἀγενὴς, cum Latt. prioribus, non coll. ad Heſ. 1, 568. e. ἀσήμων, ἀφανῶν, ἀγνώστων, et 2, 808. e. οὐκ ἄσημοι, ἐπιφανεῖς, de noſtra ratione, nec per ſuperlat. et emphaſin e negativis; ut appareat, hic copulari utr. per copiam ſyn., nobis *unbekannt — unberühmt*, ap. G. Th. 523, 3. 16. „obſcuri *homines*, i. ignobiles, (et in hoc) ἄσημος, νώνυμος, incognitus, (ubi ἄγνωστος,) ignotus, (ubi ἀγνὼς, ἀγνώριστος,) vilis“

εἴτε καὶ) Ms. omiſſum καὶ, pro etiam, ut alibi, at h. l., in triplici ad ſe relata particula εἴτε — εἴτε καὶ — εἴτε καὶ, ſublato καὶ ſecundo, cum P., qui adeo, cum primum καὶ ab eodem oppreſſum habuerimus in N. pr., nudas dedit tres εἴτε, quas et plures reperi ſine καὶ, ut et binas, cf. Ind. Xen. Pol. Z., ap. Dem. 482, 19. Aeſch. Fiſch. 2, 19. i. L. N. T. Schw. et Hoog. Op. p. 366. ſqq., ubi p. 368. Nr. 7. e Dem. εἴτε — εἴτε καὶ, in ſecundo membro cum καὶ tantum, quale quid et ap. Stp. 1, 1103. A. m., non mihi reperta iterum ratione huius loci, niſi infra ap. Noſtr. ſemel, nec Ms. illa εἴτε — εἴτε καὶ — εἴτε, per ſolum καὶ in medio membro, ut tamen per ſe procedat καὶ duplex, in ſecundo ac tertio membro, quod et Mss. ſervant rel., nihil ferente G. Th. in *ſeu* et *ſive*, at Hor. Turſ. p. 1000. ſq. tantum *ſive* — ſive *etiam*, et *ſive* — *ſive* — ſive *etiam*, quae eſt forma Bg., in v. ἐλπ. tempore P. deſerentis.

τος, ἀμοιβῆς μεγαλοδώρου παρὰ τοῦ βασιλέως τεύξεσθαι [i], ἀφασία τὸν Κόμμοδον καταλαμβάνει [k]. καὶ πάντες

te, praemium ingens ab imperatore ſe conſecuturum; ſtupor Commodum occupat: 13. omnesque ut ſuſpicantes

i) Ms. Ba. τεύξεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως λ., ſed Ms. Vi. τεύξασθαι παρὰ τ. β., ſed poſt τεύξεσθαι edd. omnium, erat colon in Stp. al., at punctum in Bc. 2.
k) Colon hic in Stp. et al.

ἀμοιβ. μεγ.) Bg. e P. per omnia, niſi quod de ſuo explet iterum pron. ἑαυτὸν ad v. τ., reſpiciente huc, opinor, Stp. Th. 1, 391. E. in „ἀμ. compenſatio, retributio, in bonam et malam partem. — A P. ap. Herodi. redditur etiam *praemium*“ ſic modo ſine numeris, cf. Zoſ. 4, 40, 9. e. τὰς παρὰ τοῦ βασιλεύοντος ἀμοιβὰς προσεδέχετο, *ab* imperatore *praemia* quaedam *expectabat*, quo cum Lat. eſt etiam in loco ap. Suid. 1, 145. m. ἀμ. θαυμαστὴν ἐφέρετο, *praemium* admirabile *conſecutus eſt*, non coll. ad Heſ. 1, 279. i. 281. i., non tenente Stp. adi. μ. de re, pro magnus, ſed 1, 1002. A. e. ſq. de perſ. ac praeterea hoc „μεγαλόδωρον, ου, τὸ, ſplendidum *et* magnificum *munus*, v. l. ex Herodiano“ quod non eſt ap. Noſtr., ſed forte ductum ex h. l., ſumto duplici genitivo, quaſi ἀμοιβὴ μεγαλοδώρου eſſet *retributio* ſ. *praemium* magni *doni* ſ. magnae multaeque pecuniae, pro ἀμοιβὴ μεγάλου δώρου, ut tamen neutrum hoc pro ſubſt. non repererim, niſi in L. Baſ. cum Stp. Lat. et auctoritate „apud Herod.“ nec in L. Ern., ſed adi. noſtrum de perſ. ap. Luc. et Ariſt. Kuſt., comparans id adi., pro magnificus et magnus, (cui par Bg. e P.) cum μεγαλόφρων 1, 5, 2. e., quod ſimiliter a perſ. ad rem translatum ſenſu univerſo, pro μέγας; habente Stp. in v. τ. 3, 1441. F. m. et p. ſq. C. act. cum pr. παρὰ et Lat. Bg., ſed p. pr. G. i. fut. τευξ. modo cum ſyn. pr. ὑπὸ, quod cum noſtra praep. iterum v. ap. Dem. 549, 4. 813, 17. coll. l. 10. ſine Ind. et ap. Xen. Cyr. 1, 6, 10. m. p. 106. pen., cf. Z. Ind. et Heſ. 2, 376. e. ſine N., et ap. G. Th. 1171, 75. v. *conſequi* cum Gr. τυγχάνειν, ſed per aliam explic., quam hic, pro accipere et impetrare. De Ms. aor. pro fut. cum v. ἐλπ. habuimus alibi, ſed ut h. l. cum P. etiam Mss. rel. maneant in fut., et error modo in litteris inciderit; ſicut Ms. Ba. alius ordo in v. et inf. locato in medium, recurrens quoque deinceps, debetur librarii libidini ad laeviorem fortaſſis orationem, in vitato ſic hiatu, et quia etiam alias ap. Gr. et Lat. verbum et inf. non ſolet claudere agmen, ſed medius ire.

ἀφασία) Loquendi impotentia. *Oxon.* S. Emp. Hyp. 1, 20. 2, 16. *Leisn.* qui et ſub N. Ox. „O. M. V. 110.“ cf. ad Heſ. 1, 636. e., non coll. Suid. 1, 391. it. Schol. *Ariſt.* Th. v. 911. cum Biſ., ubi, P. deſerto, Bg. cum Sch. et partim e Stp. Th. 4, 53. i. „ſtupor, quo vox et ſermo intercipitur, ſ. quum quis neſcit, quid dicat. Herodi. l. 1. ἀ. — κ. haeſitat, et neſcit, quid dicat“ ubi deinde tantum loca e Noſtro, niſi illum e Plat. referas ad eandem notionem, qua de v. ad Heſ. l. l. duo alia ex Eurip., ubi cum Bg. redditur in ed. Barn. Iph. in A. v. 837. et Hel. v. 556. ἔκπληξιν — ἀφασίαν τε λ., *admirationem* et *ſtuporem*; quorum prius eſt quodammodo ſyn., ut Stp. comparat recte Hom. ἀμφασίη, quod Schol. exponit, ἀφασία, ἔκπληξις, ἀφωνία, cf. Heſ. 1, 292. i. et Suid. 1, 148. m.

ὑπώπτευον μὲν τὰ λεχθέντα, πιϛεύειν δὲ οὐ προσεποιοῦντο. κελεύει δὲ αὐτὸν συλληφθῆναι ὁ Περέννιος [1], οἷα δὲ μεμη-	quidem aliquid illa dicta accipiebant, nec tamen, quaſi crederent, prae ſe ferebant. 14. Iubet autem eum comprehendi Perennius ut furio-

1) Ms. Ba. περέννιος· οἷα δὲ μεμ., ſed punctum in A. cum B. 2. R., ut nihil in B. 1. R. cum Ms. Bg., v. N.

ὑπώπτευον) E P. totam §. hanc ſumſit Stp. Th. 2, 1391. F. m. (et nominatim) „*ea* dicta *ſuſpicabantur*" quae ſevera, ut et haec *ſuſpectabant* illa *dicta*, ſ. ſuſpecta habebant, ſ. *ſuſpecta* omnibus *erant*, tamen ſane fuerint obſcuriora; ut Bg. recte diſceſſerit; quanquam ad noſtratium ingenium valuerint potius haec, *in* dictis *illis*, ſ. *ſuper* illa *dicta* ſuſpicionem *hauriebant*, bey *dieſen Worten*; quia h. l. ὑποπτεύειν τὶ eſt, in re aliqua mali quid cogitare, ſ. de re ac ſuper re, et ſuſcipere cogitationem mali ſceleriſque cuiusdam, it. ſecundum dicta illa opinari ac cogitare tacite, ſecum, aliquid mali imminere, ſ. putare, dicta illa minari et indicare aliquid mali, ſceleris, inſidiarum, ſ. propter illa dicta cogitare, Perennem aliquid mali in Commodum moliri; quibus par illud G. Th. in v. Bg., cum Gr. n. „occulta opinione aliquid malum putare imminere" Commodo; cf. de Bg. in artic. τὰ cum particip. per pron., fere e P., 1, 8, 15., ſed in καὶ per ſyn. τὲ Bg. de ſuo iterum; ut παντ. h. l. reſtrictive, qui praeſentes erant in theatro, praeter Commodum ac Perennem, ſ. omnes reliqui, quo de ſupra, quo redit P. *caeteri*, libere addentis illud *non* de *nihilo*, i. non ſine cauſa, et μὲν cum δὲ mutantis in clariores conceſſivas *etſi — tamen*; unde Bg. partim, qui in ſqq. eundem deſerit e noſtratium plane ratione, leviter immutato ordine Gr., quaſi eſſet, οὐ πρ. δὲ πιϛ. ſ. οὐδὲ πρ. πιϛ., adhibens iterum formulam ſuam Lat., cf. §. 1. m., accepto v. πρ. pro indicare, declarare verbis ac vultu; ut pateat hic latius, quam 1, 6, 8.; qua ratione Bg. ſimul expreſſit neg. οὐ, aliis Intrp. fere peremtam cum hoc v., cf. Stp. 3, 440. i. „pro *diſſimulare*, (ut hic P.) dicunt μὴ πρ." e Bud. C. 405, 23., qui addit „dr. et οὐ πρ. (1340, 19. 43.) μὴ πρ. ſimulo *non*, h. e. diſſimulo" quo Lat., it. per *ſimulare* ſine neg., reddunt etiam Vig. p. 442. i., ad Thuc. p. 198. N. 72. 573. N. 92. cum Abr. Dil. p. 815., lib. de V. med. W. p. 37. F. p. 30. e. 443. m. „frequentiſſimum eſt hac notione in Herodiano" ſine loco, Ind. Ael. V. h. Fiſch. The. et Pal. it. Xen. Mor. Ἀγβ. cum Cyr. it. Z. et Pol. cum Bach., cum Bg. etiam, ut et Ind. Dion. Caſ. et ib. p. 993. N. ad §. 89., ſed cum neg. ſine Ind. ap. Dem. 59, 26, 104, 4. 147, 14. Thom. M. p. 753. Suid. 3, 197. i. οὐ μὴν προσεποιήθη, ἀντὶ τοῦ ἐφανέρωσεν, ἐνεδείξατο, 204. e. Heſ. 2, 1050. m. 1044. m. N. 31., ſicut in hoc v. cum inf. tota res poteſt inverti, ut neg. videatur pertinere ad inf., πρ. δὲ, οὐ πιϛ., quod noſtratibus aptiſſimum, *doch* thaten *ſie*, als *wenn* ſie *es* nicht *glaubten*, tamen et alterum habentibus, *doch* thaten *ſie* nicht, *als wenn* rel.

κελεύει) P. deſerit Bg. tum ordine ſevero, per nominativum in fine enunciationis et finitum v. in fronte, tum in ſubſtituto nomine pro pron. αὐτ., cf. §. 12.

οἷα δὲ) For. καὶ οἷα δὴ μεμ. *Steph.* Quam audaciſſimam conjecturam, ab iſto

νότα [m] καὶ ψευδῆ λέγοντα [n] ſum et vaniloquum, igni

m) μεμν. ſic ſine Iota in B. 2. R. al. n) Comma hic abfuit modo in Baſſ.

verbis Lat. datam ad m. P., ſed non ab Ing. probatam, repetiit Sch. ſine criſi in v. δὲ, praemiſſis „οἱ. δὲ, ac *pro*" e P., quem, ſicut et Stp. rem, deſerit Bg., auſus tamen copulam *que* interſerere ante alterum inf., ſublato δὲ, quaſi e ſq. ſyllaba με ortum eſſet, aut δὲ illo in δὴ cum Stp. mutato, pro *ſcilicet*, nec tamen in Vs. expreſſo; certe ut pendeat comma in Ms. Bg. poſt λεγ. a δὲ hoc eiecto, quod ille non animadvertit, pro τὲ hic ſtare, ut tamen iam oſtenderat P. ſuo *ac*, intra inf. utr. poſitum, ut rectio eſſet, ὁ δὲ Περ. κελ. αὐτὸν συλλ. καὶ, οἷα μεμ. κ. ψ. λεγ., π. παρ., quod noſtrum καὶ Herodianus cum δὲ commutavit, forte ob mox idem καὶ poſt μεμ.; unde omnia videntur plana, et poſt λεγ. comma ſublatum a nobis, ut magis appareret, δὲ cohaerere cum inf. ſecundo; ſuper οἷα hinc tacentibus Stp. Th. Bud. C. 1372, e. aliisque, ad 1, 3, 5. laudatis, ſed Sb. Ind. ex h. l. vertente „οἱ. δὴ, *veluti*" qui adeo, ut alii, δὴ non reddens, cf. ib., coniecturam Stp. ex parte amplectitur; ubi neceſſario et καὶ Stp. ſuſcipiendum ſit, ſi ſeries orationis atque conſtructionis ſibi conſtare debeat, quia alioqui alter inf. ſequitur per aſyndeton, quo hic non opus, ut nec iſto δὴ poſt οἷα, quod ſolum occurrit ſaepe, eſtque nihil, quam exquiſitum neutrum plur., pro ſing. οἷον, et utr. pro adv. aliquo, et i. q. ὥστε, ὡς, Lat. *quaſi*, et Sb. illud, et Bg., rel., cf. 1, 3, 5., quibuscum additur participio hic etiam. Tum, ſi illi poſtponitur δὴ, aut δὲ etiam: e contextu ſemper iudicandum eſt, quid iſta ſubiuncta ſibi velint. Nam ab initio quidem enunciationum, poſt punctum, δὴ erit *igitur*, et δὲ adverſ. *autem*, ſed in media oratione δὴ *ſcilicet*, at δὲ i. q. copula τὲ ſ. καὶ, ut hic. Quem quaſi canonem interpretandi qui adhibiturus eſt in legendis ſcriptoribus, is ſenſum ubique reperiet commodum. Sic ap. Herodt. 1, 61. p. 29. l. 46., ubi, poſt punctum, ab initio eſt οἱ. δὲ παίδων λ., non male vertitur *verum quum*, quia οἱ., ut Lat. *quippe*, ut, *utpote*, mutari poteſt in cauſalem *quum*, cum, *quia*, in primis, ubi ponitur cum particip., ut ib. quoque; ubi et libere Lat. *verum* praeponitur, pro ſeveris *quum vero*. Sed ib. 1, 66. p. 31. e. οἱ. δὲ non bene Vs. *ex quo*, pro *ut vero*, ſ. *ſed utpote*, et 2, 28. p. 115. l. 36., ubi eadem res, quae noſtro loco, videtur eſſe, ut οἱ. δὲ ſtet in oratione media, ſi ſumatur, καταvοέειν habere poſt ſe primo ἐούσας particip. pro inf., deinde ſimul etiam alium inf. μὴ δύνασθαι, ubi adeo recte N. Valck. δὲ tuetur contra Gron., ubi Vs. *quippe*, ſolum οἷα exprimens, ſed Vig. p. 121. ex iſto loco „οἷα δὴ — utpote *autem*" quod eſt potius οἱ. δὲ, male etiam converſum ib. 1, 189. p. 89. l. 35., at recte 3, 25. p. 206. l. 52. ſed *veluti*, ubi et οἷά τε V. L., e gloſſa, ut pro οἱ. δὲ aliis in locis potius legendum οἱ. δὴ, pro *utpote ſcilicet*, cf. D'Orv. Ch. p. 461. m., quomodo intelligo et loca Ind. Dion. H. S. T. 1. et ap. Abr. L. Ar. p. 70. e., cuius locus e Thuc. 8, 84. p. 555. l. 2. *ut* redditur, ſed prior e Xen. Cyr. in Ind. Mor. *utpote*, at in ed. Th. V. 1. p. 17. *ut*, ubi cum particip., vertendum libere *quia ſcilicet*, cf. de οἷα ſolo, ſine δὴ, Thuc. 2, 5. p. 100. l. 11. Vs. *quippe quod*, pro ſimpl. *quod*, i. quia, ſed de οἷα, pro οἷον, cf. ad Luc. 2, 59. l. 36., ad cuius locum v. Fiſch. Anacr. 4, 7. p. 12. a. e.

[illegible] λ.) Sch. ψ. „λέγειν, falſa *dicere*" deſerto P., unde, vel etiam e Stp. ad m. P., mutat Bg. participia in adi., ſine neceſſitate, ſed tamen

πυρὶ παραδοθῆναι. ὁ μὲν δὴ ἀκαίρου παῤῥησίας τοιαύτην ὑπέσχε δίκην. οἱ μέντοι περὶ

que tradi. Ille itaque intempeſtivae libertatis tales dedit poenas. Qui vero circa

in poſtr. cum vicinitate quadam in compoſitione et notatione; monente Stp. Th. aliunde 2, 768. e. recte in notionem v. μαίνεσθαι „aliquando accipi pro παραφρονεῖν, ſicut et *furere* et *inſanire* ap. Lat., et tam de dictis, quam factis, uſurpari" ut h. l. ſane eſt, non compotem eſſe mentis cogitationisque, ac neſcire, quae loquaris et agas, et proinde loqui aegri ſomnia ac res vanas; unde ſtatim ſubiicitur ψ. λ. *mendacia*, falſa *loquentem*; non proferente Stp. 4, 716. e. ψ. neutrum ſic ſine articulo, ſed cum eo tantum „τὰ ψ. λέγουσιν, ἢ τἀληθῆ" qui in ſqq. ad Ariſt. Eq. v. 64. poterat uti illis Suid. 3, 702. e. „ψευδῆ, ψευδῶς, καὶ ἐπὶ ὀνόματος, *interdum* adverbialiter *accipitur* pro *falſo*, it. *pro* nomine (adi. ſ. ſubſt. etiam) *ponitur*, *et* ſignificat *falſa* ſ. *ficta*" it. *mendacia* ſubſt., non coll. ad Heſ. 2, 1576. i., copulante Noſtro perf. μεμ. pro praeſ. cum praeſ. λεγ., cf. Suid. 2, 529. e. μέμηνε, μαίνεται, inſanit, *furit*, ubi et ſine Iota, quod Stp. Th. ſervat, ſed variat etiam alibi, cf. Luc. 1, 225. l. 3., ap. quem tamen ſaepe editur cum Iota, v. Ind. et ap. Phil. in Flacc. p. 751. F. m. τὸν μεμηνότα συλλαβὼν, *illum* inſanum *coniicere in carcerem*; in ſq. formula nihil ferente Stp. Th., nec G. Th. formulam Bg., ubi tantum in ſubſt. „*dare* ulmos *igni*, i. imponere foco" quod ſimplex et Gr. habent, v. c. Dion. H. S. T. 1. 364, 40. τὸν χάρακα π. δοὺς, caſtris *incenſis*, et 619, 2., cf. Ind. v. π., ubi factum id in rebus, ut ap. Noſtrum ſepulturae cauſa ſucceſſores dicuntur imperatorum mortuorum παραδοῦναι τὸ σωμάτιον πυρὶ 3, 15, 16. 4, 13, 16., ſed ap. Zoſ. 1, 65, 6. ὃν — συλλαβὼν — παραδέδωκε ζῶντα τῷ πυρὶ, cum artic. ſine diſcrimine, *quem* comprehenſum *vivum* igni *tradidit*, Probus imperator eum, qui cum aliis Aurelianum et Tacitum necarat; quo de ſupplicio nihil ap. Fabr. in bibliogr. ant. p. 754. ſqq., nec alibi de cauſa, utrum ſumtum de mendace ac calumniatore, an univerſe de iis, qui graviſſime peccaſſent; tacentibus totam Noſtri rem hanc Anglis ap. Heyn. H. 4, 1015. et Lampr. p. 488. ſqq.

ὁ μ. δὴ) Bg. in δὴ aliter, quam 1, 8, 14., ſed ad ſenſum, ut §. 6., deſerto P., cum 1, 4, 18. ὁ μὲν οὖν variante Noſtro, ubi Bg. μὲν reddebat, hic neglectum non ſevere, cum opponatur in ſq. οἱ μέντοι, pro οἱ δὲ aliorum locorum.

ἀκαίρου π.) Leisn. in m. Ox. „O. M. V. 5, 20." ad adi. ἀκ., ubi Sch. „*intemp.* libertatis *dicendi*" partim cum P., e quo Bg. reddit mero ſubſt., non item Stp. Th. aliunde, nobis *Freymüthigkeit*, cf. L. N. T. cum Heſ. 2, 885. e. ſine N., ap. G. Th. in Bg. 75, 5. „libertas *fandi*, παῤῥησία, — hoc ſenſu abſolute ſaepe Curt. Tac. Iuſt. — *parrheſia*, dicendi libertas, (ſine auctore, et in adi. cum Gr. n.) quod eſt opportuno contrarium" non opportunum, cf. Ind. Xen. Cyr. cum Pol. Z., libere agente P. in pron., unde Bg. iterum in formula ſq.

οἱ μέντοι) Opprimente P. formulam, accommodato nomine proprio ſtatim ad ſqq., cf. 1, 6, 22., reddit Sch. in „οἱ π. αὐτὸν, *ſectatores* eius" obſcurius, ſed profert L. N. T. Krb. p. 501. i. Nr. 13. haec „περὶ — circumſcribit perſonam ſ. nomen proprium, ut οἱ π. τὸν Κομμ. *Commodus* ap. Herodianum" ſine numeris quidem, ſed ut haud dubie huc reſpicia-

τὸν Κόμμοδον, ὅσοι τε εὐνοεῖν [o] προσεποιοῦντο, καὶ πάλαι μὲν ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Περέννιον διακείμενοι [p], (βαρὺς γὰρ καὶ

Commodum erant, quive illius ſe ſtudioſos videri volebant, cum et antea infenſo in Perennem animo eſſent, (odioſus

o) Ms. Ba. εὐνοεῖν αὐτῷ προσεπ. v. N. p) In Ms. Ba. verba βαρὺς — ὕβρει tantum commatibus includuntur. *Mart.* ut in A. cum B. I. L.

tur, cum nullibi praeterea ap. Noſtr. ita diſerte cum τὸν Κομμ. ſit οἱ περὶ, cuius vis illa exquiſita vix h. l. obtinet, in primis, quia omnia ſqq. et extrema διαβ ἐπειρ. modo de pluribus valent; ut et contra ſumit vulgari ratione L. Schw. p. 1074. e. „interdum huiusmodi locutio fautores, ſocios, comites, familiares denotat. Herodi. 1, 9, 15. οἱ — προσεπ. qui *circa* Commodum *erant*, et *quicunque* ſtudium *erga* eum *prae ſe ferebant*. Subint. ὄντες, ὑπάρχοντες, caet.“ diverſus a Bg. in ὅσ. τὲ, ubi variatur pro §. 1. καὶ ὅσ., cf. 1, 6, 2. m., ut de Bg. in τὲ 1, 4, 19. m., ſed cum Bg. etiam phraſi uſus ad v. εὐν., it. explens pron. αὐτῷ, e P. quodammodo, quod a Ms. additum eſt e gloſſa, cum non modo taceant Mss. rel., ſed nec cauſa appareat in vicinitate litterarum, quare exciderit, ductum e loco, ad ſenſum affini, §. 1. m., vel ex indole linguarum, addentium hunc dat. perſ., qui e pr. τὸν Κομμ. facile repetetur; redditurο me brevius, *quique* bene *ei* velle *ſignificabant*, latius hic, quam §. 13. e., patente v. πρ, praeterque verba ac vultum, quoque ad facta, cf. §. 1.

ἀπεχθῶς κ.) Sch. in adv. „ἀ. ἔχειν πρός τινα, *infenſum* eſſe *alicui*“ recte ſic comparans ſyn. formulam 1, 12, 11., ſubiecto noſtro loco ſine Vs., at Stp. Th. in adv. modo „ἀπ. ἔχων ſ. διακείμενος πρός τινα, qui odit, exoſus, *peroſus*“ quod poſtr. hic eſt P. liberius, pro ſeverioribus illis Sch., quia v. διακ. cum adv. tractatur, ut v. ἐχ., per v. ſubſt. et affine adi., eſſe inimicum erga aliquem ſ. alicui, i. odiſſe aliquem, et privum v. ἀπέχθεσθαι, cf. L. Ern. Suid. 1, 259. i. ἀπεχθὴς, ἐχθρὸς, et ἀπεχθησόμενος, ἀντὶ τοῦ ἐχθρὸς γενησόμενος, non coll. ad Hei. 1, 447. i., ſed totam formulam Noſtri ap. Dion. H. S. T. 1., ubi et altera Stp. ἀ. ἐχ. πρὸς λ., pro qua Dem. ἀ. ἔχειν τινὶ, Lat. ut liceat ſevere reddere, *infenſe*, *inimice*, inimiciter *adverſus* Perennem *animati*, cf. in hoc poſtr. particip. cum Gr. n. G. Th. „*hoſtili* animo *adverſus* — principem *animatus*, Ulpian. — *male* animatus *erga* principem *exercitus*, Suet.“ ubi ſimilis illi Bg. abl. ſubſt. cum adi., par iſle per ſe adv., pro quo et per v. ſubſt. efferas, eſſe infenſo animo.

βαρὺς κ.) Dio tamen 72, 10. laudat, quod fuerit continentiſſimus, et totum Commodo imperium praeſtiterit, niſi quod Paterno fuerit caedis cauſa. *Leisn.*

De re ac diſſenſu cf. 1, 8, 2. e. ſq.: ſed Sch. in „ἀφ. *intolerandus* ſuperbia“ ut Stp. Th. 1, 722. C. m. modo „β. etiam *gravis*, i. e. moleſtus, odioſus, ut Herodi. 7.“ quod adi. alibi ap. Noſtr. eſt cum ἐπαχθὴς et ἀπεχθὴς, ut pro pr. formula ἀπ. διακ. quodammodo hic varietur, cf. β. cum adiuncto etiam ap. Luc. 1, 697. l. 83. βαρὺς αἰτῶν σὺ καὶ ὀχληρὸς δοκεῖς, *ſi petas*, gravis *videris* ac *moleſtus*, ſed abſolute ap. Dem. Ind. „β. homo protervia, inſolentia, importunitate, arrogantia *gravis*“ quae tamen adiuncta non inſunt per ſe in Gr. adi., cum hic diſerte addantur, ſed ap. G. Th. „*gravis*, βαρὺς, ἐπαχθὴς, (in ſqq. modo pro mo-

ἀφόρητος ἦν ὑπεροψία καὶ ὕβρει,) τότε q καιρὸν εὔκαιρον ἔχοντες, διαβάλλειν ἐπειρῶν-	enim et intolerabilis erat ſuperbia et contumelia,) tunc occaſionem opportunam nacti, cri-

q) Unae Ing. τότε δὲ καιρ. v. N.

leſtus, aut aliter, nec pro odioſus, quae tamen notio cum illa eſt coniuncta, at cum Gr. al.) *moleſtus*, — *odioſum* et *moleſtum eſt*, — omnis *arrogantia* odioſa *eſt*, tum *illa* ingenii *atque* eloquentiae *moleſtiſſima*, (ubi componuntur, ut ſyn., it. cum Grr. al.) *odioſus*, — qui moleſtus eſt, (557, 34. 40.) nihil *odioſius*, nihil *moleſtius*, — *alterum* eſt *gravius* et *odioſius*" unde ſervaſſem Lat. ſeverius alterutrum; tenente Stp. ἀφ. cum Lat. Bg. de re tantum, cf. Ind. Luc. et Dion. H. S. T. 1., ſed de perſ. abſolute Ael. V. h., cum dat. perſ. Zoſ. 1, 6, 3. e. 1, 13, 6. 1, 20, 5., et ſimul cum adiuncto ſyn. ἀνεκτὸς Plut. de diſcr. ad §. 382. ſine Ind. Krg., (pro quo Dem. ſine Ind. 578, 17. οὐ γάρ ἐςι φορητὸς ἄνθρωπος,) ſed cum dat. rei ſ. modi, ut hic, Thuc. 312, 40., cf. Suid. 1, 397. m., non coll. ad Heſ. 1, 646. e., ſed ap. G. Th. in Bg. de perſ. quidem, at non cum abl. aliquo rei, ut nec in „*intolerandus*, ἀφόρητος, i. q intolerabilis" ſed cum tali abl. forte Ind. Tac. v. *intolerantior*; Noſtro amante adi. cum hoc caſu, adiuvando illo per pr. ἐπὶ, cf. 1, 2, 3. e. λαμπρ., ut de ſubſt. ὑπ., hic in malam partem, ap. Stp. Th. ſub Lat. Bg. „idem cum ὑπερηφανία. Herodi. l. 1. β. — ὕβ." e P., cf. Heſ. 2, 1462. e. ſine N., Dem. 577, 17. cum adiuncto ſyn. ὑπερηφανίας, ut cum aliis Luc. 1, 366. l. 68. 473. l. 81., cf. p. 63. i. et 61. l. 86., ſed cum praep. ap. Suid. 3, 545. e., ut bonam in partem Ind. Dion. H. S. T. 1., ponente Noſtro cum hoc quoque per copiam ſyn. alterum ὕβ., ubi Stp. Th. 3, 1713. G. i. „β. γ. κ. ἀφ. ἦν ὑπεροψία καὶ ὕβρις, ſuperbia *eius* et *contumelia* erat *intoleranda*" memoriter.

τότε) For. τότε δὲ καιρ., ut haec reſpondeant illis καὶ πάλαι μὲν ἀπεχθ. *Steph.* Ea aemulationis aulicae ars et conſuetudo eſt, ut cupide arripiant occaſiones premendi alter alterum, qui ſibi ſemper mutuo imminent. Etiam cum abeſt faſtus et ſuperbia, quae Perennem exoſum reddidit, ipſa dignitatis aemulatio infeſtos affectus ciet. Eundem ludum luſit, accommodato plane ad hunc hiſtorici locum exemplo, Craterus adverſus Philotam ap. Curt. 6, 8, (2.) *Erat* (is) *Philotae ob aemulationem dignitatis adverſus.* Ergo, cum audiret, reum agi Philotam criminis maieſtatis, ſuſpectumque contumaciae iam pridem regi fuiſſe, ſciret, *non aliam premendi inimici occaſionem aptiorem futuram ratus, odio ſuo pietatis praeferens ſpeciem*, (§. 4.) aſperrime in eum ſententiam dixit (§. 5. ſqq.) *Boecl.*

Properanter nimis et hic recipientibus Ing. coniecturam Stp., haud dubie iterum ductam e P. „*nacti* que *opportunum tempus*" ubi copula compareret, recte non obſecutus Bg., ut ſeriem orationis adiuvaret, non modo reſolvit ſuperius particip. διακειμ. cum Stp. ad m. P., ſed quoque καὶ illud ante πάλαι recte intellexit pro *etiam*, a Stp. ibi neglectum, et denique μὲν cum eodem ib. oppreſſit, innuens ita, opinor, μὲν poſitum eſſe abſolute, nec δὲ ſequente, ut Lat. *quidem*, in primis poſt adv. temporis, quale hic πάλαι, poſt quod eſt iterum μὲν 2, 1, 16., ut adeo non opus ſit illo Stp. δὲ, quanquam id per ſe hic ob ſimiles litteras in τότε

τα. ἐχρῆν τε ἅμα [r] τὸν Κόμμοδον τὴν ἐπιβουλὴν ἐκφυγεῖν, καὶ τὸν Περέννιον σὺν τοῖς παισὶ [ſ] διολέσθαι κακῶς.

16. minari conabantur: oportebatque ſimul Commodum inſidias effugere, et Perennem cum filiis male perire.

r) Ms. Ba. et Vi. ἐχρῆν τε ἄρα τὸν K., ſed Ing. ἐχρῆν δὲ ἅμα λ., v. N.
ſ) Ms. Vi. παισὶν διολέσαι κακ. v. N.

potuerit excidere. Sed ad Noſtri ſeriem perſpiciendam proderit inſuper animadvertere non tantum plura iterum particip. hic, ſine copula iuncta, verum etiam poſterius particip. ac membrum τότε — ἐχ. exquiſite interiectum orationi mediae, cum proprie debuerit ſtare poſt ἐπειρ. et in fine §. atque enunciationis, intelligendum illud cum pr. διακειμ. eadem in notione cauſae, ſimilique reſolvendum cauſali, cum ſ. quia; retinente v. ἐχ. vim ſuam, quod Bg. e P. ad ſenſum convertit cum Stp. ad m. P., qui in Th. formulam ἐχ. καιρ. modo affert 2, 10. E. e Thuc. ſenſu alio, ubi 1, 42. p. 32. l. 11. de re; ut Lat. formula Bg. potius eſt alia Gr., etſi ſyn., κ. εὑρεῖν, qua de infra; ſupplente pron. αὐτὸν ad v. διαβ. P., non item Bg. aut Ms., cf. §. huius initio.

ἐχρῆν λ.) Malim ἐχ. δὲ ἅμα λ. *Steph.* iterum e P., ubi et Mss. ἄρα comparet, ſed quoque res alia „*ſed* ſcilicet *ita* futurum *erat*, ut *et* Commodus *inſidias evitaret*, et *Perennius* etc.“ e quibus legas ἐχρῆν δὲ ἄρα ἅμα τὸν K. λ., cum illa duo *et* — *et* clare referant Gr. ἅμα — καὶ, ſed ob ἅμα facile exciderit ſimile ἄρα, quod ap. Noſtr. eſt poſt δὲ cum alibi, tum in ſimilibus locis formulisque 1, 16, 1. ἔδει δὲ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον παύσασθαι μεμηνότα, καὶ λ. et 5, 3, 1. ἐχρῆν δὲ ἄρα Μακρῖνον — ἅμα τῷ βίῳ καὶ τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι, quorum in primo καὶ — καὶ reſpondet noſtro ἅμα — καὶ, a Bg. redditum, ut ſyn. τὲ — καὶ 1, 8, 10. e. Sed τὲ ac δὲ ſaepe confuſa; ut tamen τὲ pro δὲ valere poſſit, cf. 1, 6, 3. e., aut etiam ſua vi, et P. verſatus eſſe libere, cum et Bg. toleret vulg. Sed Mss. ἄρα conſiſtit cum utr. τὲ ſ. δὲ, pro P. *ſcilicet*, cf. Exc. ad 1, 2, 8. Stp. Th. 1, 508. E. m., e Bud. C. 1275, 27. Vig. p. 473. Nr. 3. ſq., ad Dev. p. 69. N. 1. cum Hoog. Op. p. 113. Nr. 10. ſq., ac poſt δὲ ap. Xen. Cyr. 1, 3, 8. i., ubi Z. Ind. redditur etiam *haud dubie* et *ſane*, quae h. l. etiam procedunt; reddente Sch. in ἅμα cum Bg. Sed ἐχρῆν, ut et ſyn. ἔδει, pertinet ad Noſtri placitum de fato, cf. Stp. 4, 620. e. „ſed et hoc ſciendum eſt, ἐχρῆν ſ. χρῆν interdum poni pro *fatale erat*“ ſine auctoritate, ad Dion. Caſ. p. 392. l. 93., ubi ad ἔδει γὰρ, (quo et Noſter utitur 4, 12, 5.,) prolatum ex App. χρῆν γὰρ, ſed ſuper ἔδει iſto ſenſu nihil ap. Stp., nec quid ap. G. Th. in v. *decet*, oportet, *fatum*; ut tamen compares Liv. 1, 4. i. debebatur *fatis*, cf. ap. Dem. ſine Ind. ἐχρ. 162, 25. 234, 21. 246, 1. 248, 2. 22. ſq. 292, 1., ſed altera forma χρῆν 293, 10. 16. 326, 5. 602, 4., Bg. deferente P. in v. ἐκφ. tempore, ſed totam formulam neſciente Stp. it. G. Th., ut Noſter ſcripſerit modo ad analogiam et nominatim ad Lat. Ind. Corn. N. *effugere* inſidiantes *ſibi*.

σὺν τοῖς παισὶ λ.) Ms. ν ἐφελκ. ante conſonam iam adfuit, ſed praeterea confuſae finitiones σαι et σθαι aderunt infra, cf. §. 11. e. v. δι. ad Heſ., P. deferente etiam Sch. in δ. „med. interire, κακ. male *interire*“ quod Lat., ut et Bg., eſt e conſequenti, cum ſit proprie paſſ., ut redditur aliunde a Stp. Th. *interimi*, it. vicinius *diſperire* ac *diſperdi*, ubi modo in adv.

ἦλθον γὰρ μετ' οὐ πολὺ στρατιῶταί τινες [t] λαθόντες τὸν τοῦ Περεννίου παῖδα [u], καὶ νομίσματα ἐκόμισαν, ἐκτετυπω-

17. Venerunt enim non multo poſt milites quidam clam Perennis filio, ac numos attulerunt, expreſſam haben-

t) Comma hic fuit in B. 2. al. u) Hic colon in Ms. Ba., ut punctum in B. 1. L. et B. 2. R.

κ. habet cum eo affinia *ἀπολέσθαι* et *ἀπολέσαι*, e Dem., (ignorante Ind., ut et haec 87, ult. 99, 24. 315, 24. 580, 9. 883, ult.) ſed ut non explicuerit, quid cum adv. id ſignificaret, at G. Th. 190, 8. *male* — „*mori* Plin. ep. 3, 16, (11.) i. difficulter, (ſed ſine explic. l. 57.) male *perdere*, *κακῶς ἀπολέσαι*“ it. in v. Bg. e Stp. ad m. P. 789, 100., comparante me dicta ſuper *κακῶς θανεῖν* a Cup. Obſ. 1, 8. p. 5. ſqq. et ſuper *peſſima morte* ab Ern. ad Tac. An. 2, 71. m. N. 4.. ut *male perimi* ſ. *perire*, de perſ. ac morte dictum, ſit mori non naturali modo, ſed violento ac turpi, nec placide, ſed acerba ratione, nec cum honore, ſed turpiter ac foede, cum dedecore, nobis *ſchimpflich*, ſchmählich *umkommen*, in primis de perſ. magni loci, ut hic, per gladium, laqueum, crucem, rel., ſicut Perennis pater traditur violenter necatus, noctu capite ei abſciſſo, §. 19., ſed et filius §. 23. per aliquos occiſus, cf. v. δ. de re ap. Thuc. et Heſ. 1, 999. m. ſine N., reddente Bg. compoſ. per ſimpl., ſed G. Th. „*diſpereo*, *διαπόλλυμι*, ita perire, ut res diſſipetur in partes, (e notatione, ſed deinde i. q. ſimpl.) perire, — *male partum* male *diſperit*, Plaut. (ſine explic., etiam in N., ubi adv. eſt i. q. malo inhoneſtoque modo, contra leges ethicas, cf. Abram. ad Cic. Or. Phil. 2, 27. i.) *diſperii*, i. q. perii, ſ. actum eſt de me, ſ. interii, (quae proſunt ad §. 11. e.) *depereo*, *ἀπόλλυμαι*, *παραπόλλυμαι*, valde perire, (ſed mox per ſimpl.) deperierunt *naves*, i. perierunt, — pro mori Cic.“ cf. Niz., ut alterutri v. hic fuiſſet locus.

μετ' οὐ π.) Bg. e P. fere, tacentibus de hac formula Stp. Th. L. Ern. et N. T. Fiſch., non item Schw. p. 900. a. i. 1135. b. e. „paulo *poſt*“ et Krb. p. 541. i. „*μ. ὀ. π.* ſc. *μέρος τοῦ χρόνου*, non *adeo* multo *poſt*“ cum poſſit et alia ſtatui ellipſis, cf. 1, 8, 10. e. et ad L. Boſ. p. 84. m. *διὰ πολὺ* e Schol. Thuc. „*διάστημα χρόνου δηλονότι*“ ut pro noſtro eſt ap. Dem. ſine Ind. 133, 27. *μ. οὐ πολὺν χρόνον*, etiam ap. Ael. V. h. Ind. v. *μ.*, ubi noſtrum redditur cum Bg., ſed Fiſch. Pal. v. *μ.* „*χρόνον*, non *ita* multo *poſt*“ addita particula *ita*, ut a Krb. ante *adeo*, pro Lat. *admodum* ſ. *valde*, noſtroque, *ſehr*, eben, *gar*, cf. 1, 3, 8. m. ad *πολλοῦ*, Ind. Corn. N. et Hor. Turſ. p. 459. m., ſed ap. G. Th. „*multo*, *πολλῷ*, *πολὺ*“ cum formula Bg., ſed ſine animadverſione, etiam in Corn. N. Ind., ubi et Gr. ordine, *poſt* non *multo*, ut ap. G. Th. in praep. e. *poſt* haud *multo*, fere ut hic P.; tenentibus noſtratibus plenum, *nach* nicht *vieler*, langer *Zeit*, (cf. 1, 6, 24. ſyn. *οὐ πολλῷ χρόνῳ*, pro quo variatur hic,) ſed et ellipticum quid, uſurpatum a Vern. rec., *nicht* lange *darauf*, ſcil. *Zeit* ſ. *Zeiten*. Pro Sch. „eo *inſcio*“ Bg. e P., cf. ad §. 3., quo in λ. cum acc. perſ. manet eadem vertendi ratio per adv. ſ. praep. illam Bg., quae quoniam a ſuo verbo, hic ἦλθ., non ſolent divelli commate: melius poſt *τιν.* comma omittitur.

νομ. ἐκομ.) Bg. e P., at Stp. Th. in v. *νομ.* hinc ſine Vs., (cf. Z. Xen.

μένα [x] τὴν ἐκείνου εἰκόνα. tes illius imaginem: cum
λαθόντες δὲ [y], καίτοι [z] ἔπαρ- 18. que fefelliſſent, quan-

x) Ms. Ba. etiam ſic habet. *Mart.* etiam tacite Mss. rel., cum edd. v. N. y) Hoc comma erat in B. 2. L. al. z) καί τοι diviſum in A. 1. al., quo de non amplius monetur.

Cyr. et Pol.) ſed 2, 319. G. in v. κομ. non memor huius loci, ubi ponitur abſolute, pro portare ſ. ferre ſecum, in marſupio et manibus, cum demum §. ſequente exprimatur caſus perſ. tertius, cui attulerint, cf. L. N. T. Ind. Xen. Cyr. et Dem., ſed ſine Ind. Ael. V. h. 2, 7. p. 82. m. 3, 20. p. 285.

ἐκτετυπωμ.) Vel ἐντετ. *Steph.* nihil tamen novans in Th. v. νομ. in N. pr., ſed plane tacens in εἰκ. et v. „ἐκτυπόω, — exprimo, effingo, (quod ne tenet quidem in paſſ., ſed affine) ἐντυπόω, *imprimo*, ut ἐντετύπωται οὐλὴν τῷ μηρῷ, femori *cicatricem* habet *impreſſam*“ ſed Sb. Ind. hinc „ἐκτ. pro ἐντετ.“ de more, dubitans de lect. vulg., aut explicans eandem, mihi ut repertum ſit v. noſtrum, praeter Poll. 9, 131., in act. ap. Xen. Pol. Z. Dion. H. S. T. 2. et Dion. Caſ., ubi et alterum ἐντ., et inter alia hoc, τὸ νόμισμα, — ὅσον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐντετυπωμένην εἶχε, (quae eſt illa formula Bg. ac Stp., in v. paſſ. cum acc. rei, per auxiliare v. *habere* et participii caſum accommodatum ad caſum adiuncti ſubſt.) ſed ap. Suid. modo ἐκτυποῖ, ἐξομοιοῖ, ut Heſ. tantum ἐντ. 1, 1264. e ſq., unde per ſe rectum ſit utr., et vulg. non tentandum ſine Cod., cum et Lat. Bg. de imagine uſurpetur, frequentiusque altero v. *imprimere*, cf. G. Th., et conſtructio ſtabiliri queat ex eodem altero, aſſumta praep. quadam, v. c. κατὰ ſ. διὰ, ut dicatur *quid* impreſſum *per* rem aliquam, ſ. re aliqua, (Virg. A. 5, 536. *craterem* impreſſum *ſignis*,) ſ. a re aliqua, cum ei eſt impreſſum aliquid, ſ. aliquid impreſſum habet, atque adeo *numus* impreſſus *alicuius imaginem*, pro numus, cui impreſſa eſt imago, ſed *numus* expreſſus *alicuius imaginem*, pro quoad ſ. ſecundum imaginem, quod tamen erit i. q. in quo eſt expreſſa imago, et redibit deinde ad prius, cui impreſſa eſt imago; pro quibus ſane Lat. dicitur potius *numus* alicuius *imagine* eſſe *ſignatus* ſ. percuſſus, quod poſtr. hic P. habet, cf. G. Th., praeter v. *moneta* Nr. 3. ſq., in iſtis v.; tenente Sch. in „εἰκ. imaginem *in* nummis *impreſſam*“ ubi G. Th. nihil, ſed in v. *mon.* l. l. „typus ſ. forma, numis impreſſa, — *denarii* duo — *una* moneta *impreſſi*“ i. in materia ſ. maſſa, rudi adhuc et vacua, a typo ſ. exemplo preſſi percuſſique. Tum pron. ἐκείνου haud dubie refertur ad proximum τὸν τοῦ Περ. παῖδα, etſi nihil aliunde habeo in rem ipſam ac numos, a Perennis filio percuſſos ſua imagine.

λαθόντες) Cum in Ms. Bg. tantum reperiſſemus „*cum* que *patefeciſſent* rel.“ ubi poſt *que* caetera ſcriba omiſerit: explevimus interpretationem, et, quia Bg. reſolverat participium, tenuimus eandem rationem, λαθ., cum acc. perſ. iterum, interpretati per Lat., quod ſimiliter cum Gr. ponitur, pro latere, et cum acc. tali etiam, ubi *aliquis* dicitur *fallere* ſ. latere *aliquem*, cum facit aliquid inſcio et clam aliquo; ut ſenſus ſit, cum id feciſſent inſcio Perenni et clam ipſo, cum veniſſent ab exercitu, in urbem, in aulam, ad Commodum, clam Perenni patre, ita, ut nihil ſentiret eius rei; quo et redit, ſi quis, ut Bg. ipſe alibi, adhibeat ἓν διὰ δυοῖν in participiis, per copulam iunctis, λαθ. καὶ — δειξ., ubi, καὶ

χον ὄντα [a], τὸν Πεϱέννιον, καὶ δείξαντες τῷ Κομμόδῳ τὰ νομίσματα, διδάξαντές τε [b] τῆς

quam Praefectus erat, Perennem, et oſtendiſſent Commodo eos numos, ac patefe-

a) Hic nullibi comma erat, v. N. b) Mss. tres δείξαντές τε λ. v. N., ſed B. I. R. διδάξαι τά τε τῆς λ. mendoſe.

copula omiſſa, e particip. λ. fiet adv. λανθανόντως — δείξαντες λ., per Lat. *clam* exprimendum hic, quia hoc regit caſum aliquem, qui hic cum λ. adeſt; unde habeas, *clam* vero, *quanquam* Praefectus *erat*, Perenni *patre* cum *oſtendiſſent* Commodo *numos* eos, *ac* patefeciſſent *inſidias*, ſ. *cum* vero, *quanquam* Pr. *erat*, clam *Per.* patre *oſtendiſſent* rel., ſ. *cum*que, *quanquam* Pr. *erat*, clam *Per.* patre *oſtendiſſent* rel., de ratione Bg., ſumentis iterum δὲ pro τὲ e P. „*eos* que *ignaro* etiam *Perennio*“ a quo libere additum *etiam*; niſi quis putet, eum habuiſſe ſimul in ſuo Cod. καὶ, quod ante ſimile καίτοι exciderit, cum Noſter interdum per δὲ καὶ pergat, quanquam et per ſolum δὲ, cf. 1, 3, 13., monſtrante P. praeterea bene ordinem ſeverum, λαθ. δὲ τὸν Πεϱ., καίτοι ἐπ. ὄντα, quem mutarit Noſter ob laevitatem, vel novitatis ſtudio; unde et omiſerit pron. αὐτὸν, quod ad τὸν Πεϱ. requirebatur ob pr. aliam in ἐκείνου perſonam, ut eſſet *ipſum Perennem*; quo et P. illa particula pertineat, ſumta pro etiam adeo, cui par eſt interdum illud noſtrum pron. *ipſum*; ut P. libere addiderit; quanquam multo dilucidius erat, ſi Noſter dediſſet τὸν Πεϱ. τὸν πατέϱα, quod ſupra ſupplebam. Tum Sch. „καίτοι — cum particip. „quo monet bene de rectione, tacentibus Stp. Th. Bud. C. et Hoog. Op., ubi tamen de καίτοι γὲ p. 614. Nr. 16. hoc uſu, ſicut de noſtro ap. Dev. p. 186. i., qualem rectionem habent et Lat. conceſſivae, in quibus deinde reſolvitur participium in v. finiti temporis. Sed Stp. 1, 562. D. m. „ponitur etiam interdum ἔπαϱχ. ſine adiunctione; et ſic utitur Herodianus quoque, ubi P. interpr. *Praefectum*“ ſine loco, cf. 1, 8, 2. m., ubi et dictum, quanta ap. imperatorem eſſet Praefecti Praet. auctoritas et familiaritas, ut iſti ſemper adeſſet, ac velut a latere, ut nihil ſine eo fieret, ac nemo ad ipſum veniret, aut quid referret, niſi conſcio et volente Praefecto illo; quod et ex h. l. firmatur, ubi Noſtri hoc, *quanquam* Pr. *erat*, valet i. q. tam familiaris, tam praeſens et vicinus vigilque, ut omnia per eum fierent, et ad principem venirent. Nihilo ſecius milites iſti, quomodo adirent ipſum imperatorem, repererunt, haud dubie per inimicos Perennis, quos Noſter ſic recte atque utiliter §. 15. praemiſerat, qui fuerint circa Commodum, abſente interdum Perenni, tanquam ad veſperam et noctem, ubi domum ille abiiſſet ſuam, cum ipſi in aula perpetuo degerent, etiam noctu, cf. 1, 6, 2. Denique Sch. in „δειξ. quum *oſtendiſſent*“ fere nobiscum, quibus in reddendo artic. per pron. praeiverat P., ignorante Stp. v. δεικν. cum dat. perſ., cf. Ind. Xen. Cyr. Z.

διδάξ.) Perperam in Cod. ſcriptum eſt δείξαντες. *Stroth.* Recte, ſed ut neſcias, ſitne vitium e pr. v. repetito, quod adhuc in memoria recenti fuerit, cf. 4, 1, 7. m., an gloſſa, quaſi quis in marg. voluerit ſenſum docere ac comparare cum pr. v., quia ſane διδάσκειν hic ſumitur improprie, ut Lat. *docere*, et pro δεικν. „oſtendere, i. e. declarare, manifeſtum facere“ ap. Stp. Th., qui in v. διδ. tacet de hac notione cum L.

ἐπιβουλῆς τὰ λανθάνοντα [c], | ciſſent inſidias latentes, ipſi
αὐτοὶ μὲν ἔτυχον μεγάλων | quidem conſecuti ſunt magna
δωρεῶν. ἀγνοοῦντος δὲ ταῦτα | 19. munera, ignoranti autem

c) Ms. Ba. τὰ λανθ. τῆς ἐπ. v. N.

Ern., cf. (praeter alia Ind. R. Or. V. 4. Dem. Ael. V. h. Xen. Bach. et Cyr. Z. Gs. Chr. Long. Mor. Fiſch. Aeſch. cum Pal., Iſ. Ev., Abr. Aeſch. T. 1. cum Dil. Th. et Ariſt. Kuſt.) in Ind. Xen. Cyr. Z. et Fiſch. The. „διδ. *docere*, de eo, qui narrat aliis aliquid" quo et referas duo loca extr. Ind. Thuc., quorum in primo Vs. diſerte habet *narrare*, cf. Abr. Dil. p. 161. i. et ad Thuc. 547, 21., ubi Vs. ſervat Lat. ſeverum, quod G. Th. cum Gr. n. „cognitionem dare" quocunque modo, etiam extra ſcholam, ut Sch. „quum *patefeciſſent*" fere cum Bg., e P. partim, ap. G. Th. „detegere, manifeſtare, palam facere, — *patefaciendum* mihi, h. e. declarandum" quae et ipſa ſunt pr. δεικν. Sed in ſq. τῆς ἐπ. τὰ λ. alius Ms. ordo eſt Gloſſatoris, ob laeviorem orationem, ut hiatus caveretur, ſed a Noſtro ſic inſtitutus, opinor, non tam, quod novitatis ſtudio iterum diſpliceret ordo vulgaris, quam potius, ne quater concurrerent τές τε τὰ τῆς ſyllabae, ab eadem incipientes littera; nihil dante Stp. Th., ſed Sch. „ἐπ. inſidiarum *totus* ordo *occultus*, λ. *ſecreta* inſidiarum, *totum* ordinem *latentem*" partim e P., quorum medium aſſequitur formulam Gr. aliquo pacto, non tamen repertum ap. G. Th., ſed ſimile 545, 37. 48. occulta *inſidiarum*; reſolvente Bg. formulam in caſus eosdem, ut ſit i. q. τὴν ἐπιβουλὴν λανθάνουσαν, quod eſt diſerte infra 4, 4, 6., quae formula e neutro participii plur. cum gen. ſubſt. ſimilis eſt illi e neutro adiectivi cum gen. ſubſt., v. c. τὸ πλεῖστον τοῦ στρατιωτικοῦ 1, 13, 4., hic ut ſuppleas ſubſt. πράγματα ſ. μέρη, quaſi cogites inſidiarum rationes, περιστάσεις, modum; tacente L. Boſ. Ell., etiam G. Th. ad illud ante ſimile, ubi expleatur ſubſt. *negotia*, ſed ib. modo in adi. 545, 24. *nullae* ſunt *occultiores* inſidiae, *quam* hae, *quae* latent *in ſimulatione officii*.

αὐτοὶ) Noſtro adhibente iterum pron. hoc, (ubi Sch. cum Bg.) ut opponat ſequenti τοῦ Περ., ſed variante cum §. 12. per v. act. et adiuncta ſyn., tenet Stp. Th. in ſubſt. tantum ſimilem phraſin Iſocr., ap. quem et in Paneg. init. οὕτω μεγάλων δωρ. ἠξίωσαν, cf. ed. Mor. p. 20. e. 23. m. p. ſq. i., ubi Ind. „δ. praemium" quae notio et hic apta, cf. Ind. Evag. ex 13. i. et Dem., cui add. 80, p.

ἀγνοοῦντος) Atqui Zonaras aliam longe rationem affert Perennii interfecti. Quippe cum tumultuantes in Britannia milites compeſcere voluiſſet, nonnulli clam Romam profecti ſunt, quos Commodus ita excepiſſe dicitur, Ὦ συστρατιῶται, τί βουλόμενοι πάρεστε; οἱ δὲ, ἥκομεν, ἔφασαν, ἐπεὶ σοὶ ἐπιβουλεύει Περέννιος, etc., quocum Lampr. contentit. *Oxon.*

Ad Lampr. p. 490. m. locum, ſupra §. 4. i. prolatum, nihil in N., ſed ad Dion. Caſ. p. 1211. N. §. 57. c. ac 59. „quare haut ſcio, an multum fidei hoc loco habendum ſit Herodiano 1, 9., qui, hanc ſeditionem prorſus tacens, longe diverſam interitus Perennis cauſam narrat, quam pluribus ibi legi malim. — Peſſime contra de Perenni ſentiunt Lampridius et Herodianus; et difficile eſt, utra in parte veritas conſiſtat, pronunciare. — Quanquam vero Dionem hic falſum eſſe iudicat Paul. Voet in N. p. 110, tamen Herodianus non tantum omittere vera, ſed et afferre

τοῦ Περεννίου, μηδέν τε τὶ [d] τοιοῦτον προσδεχομένου, νύκτωρ ὁ Κόμμοδος πέμψας [e],

haec Perenni, nec quid tale expectanti, noctu Commodus per ſubmiſſos abſcin-

d) Ms. Ba. καὶ μηδέν τι τοιοῦτ. ſed Ing. μηδέν τε τοιοῦτ. v. N. e) Hoc comma erat in A. al. v. N.

plurima inaudita videtur, quae, ſi vera fuiſſent, Dionem fugere non poterant, qui tunc iam rebus interfuit ſenator, caet." Hic Bg. e P. mutat gen. conſeq. in dat., pendentem a v. ſq. ἀποτ., ne opus ſit in hoc v. explere dat. pron. perſ. αὐτῷ.

μηδέν τε) Particula τὶ redundat, (cf. repugnantem Sch. ſupra 1, 5, 5. m.) niſi ſcribas μηδέ τι τοι. *Steph.* Primo Ms. τὲ copulam in aliam καὶ mutat, alio etiam loco poſitam violenter, ut infra aliquoties, cf. 1, 17, 9. e., ſed hic forte, quia durum viſum, copulari δέν τε τὶ τοι ſyllabas ſimiles, in quo ſecus egit Gloſſator idem §. pr. m.; niſi dicas, in aliquo Cod., cum τὲ excidiſſet ob τὶ ſimile, alium librarium copulam, hic neceſſariam, per καὶ reſtituiſſe; nihil tamen ut e P. definias, cum potuerit τὲ, ſeverum Lat. *que*, libere per *ac* reddere, ut Bg. §. pr. m. Tum idem Ms. retinet τὶ cum μηδὲν, ab Ing. praecipitanter e Stp. nutu reiectum, non item a Sb. Ind., qui modo voluit ſeparari in μηδ' ἕν — τι, cf. 1, 5, 5. m., ubi καὶ μηδέν τι ἧττον, e quo forte per comparationem lectio Ms. fluxit; ubi et de Vs. in τὶ cum neg. μηδὲν, quod hic quoque ſecuti ſumus, cum in Ms. Bg. iterum explenda eſſent a μηδὲν — προσδ., cf. prorſus ſimilem locum 3, 1, 2., ut tamen non pugnem, ſi quis μηδὲν non pro ſimpl. μὴ capiat, ſed ſevere, ac τὶ pro Lat. *quidquam*, et pro adv. aliquo, v. c. *plane* ſ. *prorſus*, cf. 1, 5, 5. m., ad modum Lat. *nihil quidquam*, quod habet hic Sch. in τὶ, ſed in „μ. nihil *tale*" deſerto P., nihil tenente Stp. Th., niſi 3, 1548. D. ſqq. τὶ in univerſum redundare, et ad 1, 1159. G. nominatim „ut in οὐδέν τι μᾶλλον vacat τὶ, ſic et alibi ſaepe οὐδέν τι pro οὐδὲν dicitur" qui in ſq. v. πρ. ſub Lat. Bg. (qui vertit e P. aut e Sb. Ind., ubi ſimul *ſperans*,) poſt laudatum Bud. C. 787, i. modo ſic „utitur autem et Hom. iſto v. hac in ſignif." cf. Ind. Thuc. Xen. Bach. Z. Dion. H. S. T. 1. et Rs. ed. V. 2. 945, 3. οἷς οὐδὲν προσδεχομένοις, quos *nihil* tale *expectantes*, L. N. T. Suid. 3, 195. e., quo de medio, pro act. ſimpl. poſito, tacetur in lib. de V. med.

πέμψας) Sic fere ſemper Gr. loquuntur, ipſique tribuunt, qui aliquid per alium perficit. Eundem in modum de Herode dicitur Matth. 14, 10. καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην, ubi Grot. perperam Hebraismum in his verbis quaerit. *Stroth.*

In v. π. Stp. Th. 3, 196. modo ſimilia haec affert E. m. „Xen. πέμψας — ἠρώτα λ. (ſine Vs.) — Plut. πέμψας γὰρ ᾔτει λ., *miſit*, qui *peterent*. — In quibus locis ſubaudiendus relinquitur acc. πρέσβεις ſ. πρέσβυν" quod ſane procedit ibi et aliis locis, ſed non ubique, nec hic, potiusque ſubintelligetur pron. τινὰ ſ. τινὰς, pro loci ratione; quam ellipſin in noſtro v. ac ſyn. ἀποστείλας ſtatuunt Krb. L. N. T. v. utr. Kypk. 1, 73. m. et ap. L. Boſ. p. 329. i., ut tamen ſuppleant et alia ſubſt. p. 12. e. ſq. 81. e. Ind. *Ael. V. h.* et Polb. Ern. cum Abr. ad Aeſch. 1, 561. i. 563. m. et Dil. Th. p. 258. e. ſq. it. D'Orv. Ch. p. 51. e., ut ſine aliqua ellipſi monitum de phraſi ad Plut. Hſ. p. 134. e., ubi καὶ ὁ μὲν πέμψας ἀνεῖλε τὸν

ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν [f], καὶ τὴν ταχίςην [g], ὅπως τὴν τῶν πραττομένων γνῶσιν φθάσωσιν [h]; ἐκπέμπει τοὺς πορευσο-

20. dit caput: et aſtutum ut geſtorum famam praevenirent, emittit, qui proficiſcan-

f) Nihil hic in Ed., ſed, pro colo Stp. rel. et puncto al., rectius in B. 1. comma, ob conſtructionem continuam; quapropter et olim numerus novae §. removebitur. g) A. 1. τηνταχίςην cum B. 2. R., quae et nullum hic habent comma, v. N. h) Sic eſt etiam in Ms. Ba. Malebat Stp. φθάσῃ, quod neſcio, an ferri poſſit, niſi ad Perennii filium pertineat. *Mart.* v. N.

Θεόκριτον, qui *Theocritum* interfici *iuſſit*, aeque libere, ac P. cum Bg., cuius formulam per particip. paſſ. v. Lat. compoſ. et praep. non tenet G. Th., at „*ſubmitto*, — immittere, ſpeciatim clanculum — *percuſſores*" procedente poſt hoc particip. commate hic quidem et alibi, cum plena eſt enunciatio, quod contra omittendum, ubi ſtat ſolum, ut in loco ſacro, at in Stp. e Plut. tolerabitur forte, ob γὰρ adiunctum. Sed Sch. in ἀπ. „τ. κ. αὐτοῦ, *abſcindi* curat *caput* eius" expleto etiam gen. pron. αὐτοῦ e pr. Πορ., cuius auxiliari verbo par eſt illud *iubet* caput *abſcindere* ſ. *abſcindi* ap. Vern. vet., qui et bene reſolvit particip. per copulam, *ſchickte* — einige *hin*, und *ließ* ihm *den* Kopf *abhauen*, inclinans cum Bg. et P. ad ellipſin pron. plur. τινὰς, quo de hic non ita liquet, ut de Perennis filio §. 23., ubi ſane plures memorantur, id negotii exſecuti; prorſus ignorante Stp. Th. formulam ἀπ. τ. κ., quae eſt ap. Fiſch. Pal. 32, 3. Ind. „amputare *cap.*" ut e Xen. modo tenui alium, quam Stp. locum, in Praef. ad Thuc. ad p. 293. καταπέμψας ἀποτέμνει αὐτοῦ τὴν κ., ubi cum aor. quoque, ut hic, copulatur praeſ., cf. ap. Luc. Ind. v. κ. 1, 322. l. 10. ἀποτεμὼν τὴν κ., abſciſſo *capite*, 508. l. 60. caput *praeciſum*, it. 510. l. 85. et 2, 556. l. 30. cum Suid. 1, 298. i., non coll. ad Heſ. 1, 490. e.

τὴν ταχίς.) De ſcriptura harum vocum, quoad copulantur, vel minus, nihil habeo, praeter dicta ad 1, 1, 1. e. de οὐχ ἥκ., redeunte re deinceps, etiam in Ms. Ba. 2, 7, 5. e., ubi iungit, e vetere Codd. ſerie omnium una, hic tacite dividens, inconſtanter adeo, ut, quoad Vs., non P. liberum repetit Sch., qui, praeter caetera Lat., recte per ſuperl. reddit *citiſſime* et *celerrime*, quibus alii non ſevere Lat. *quam* praefigunt, cum ſic vertatur potius aliud Gr. ἢ ſ. ὡς τάχιςα, cf. Ind. Fiſch. The. et Ael. V. h., ſed cum ellipſi aliqua, nec tamen definita Bud. C. 1363, 47. p. ſq. l. 19. e Dem. ſine Ind. 235, 14. it. Stp. Th. 3, 1273. E., ſed expleta pr. κατὰ Barl. ad Luc. Tim. p. 148. m., tum ſuppleto ſubſt. aliquo L. Ern. „ſc. ἡμέραν ſ. ὥραν, quam *primum*, Philox. *aſtutum* Gl. V." ut Bg., ap. G. Th. cum Gr. al. et per Lat. *ſtatim*, quod hic ap. P. cf. ad Vig. p. 11. i. et L. Boſ. p. 46. i. per plena κατὰ τ. τ. τέχνην, ſ. βάδισιν, ſ. ὁδὸν, quod poſtr. cum illo ὥραν h. l. commodum, ob ſq. v. ἐκπέμπει, cf. Luc. 1, 144. l. 21. et Suid. 3, 463. m. τ. τ. ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ ταχέως.

bilitur; ut corrupta eſſe poteſt illa Mss., et vel η e σι, (Πεσιν. pro Πεσσιν.) vel tantum in vocalibus η et ι, ſi ſumatur ſimplex fuiſſe in Codd., de more, pro dupl. σσ; nec vocali Mss. illi η faveat G. Th. „*Peſſinus*“ ſic cum linea impoſita, ad longam indicandam ſyllabam, quod vitium operarum fuerit, cum brevem illam mediam oſtendat Ricciolus. Deinde, ut Noſtri §. 2. i. ὡς λεγ. ſevere a Cell. vertuntur: ſic poſt χωρ. et αὐτ. habes diſtinctionem noſtram, colon utrinque, pro quo tamen olim ſumemus duo commata una cum ſignis parentheſis, quod ſic orationis ſeries optime demonſtratur, cum caeteri inf. quoque pendeant e ſuperiori λόγος ἐςὶ, quantumvis aliter rem ac parentheſin inſtituente Bg., qui et in poſtr. formula Πεσσ. δὲ ὀν. ἁ. (ubi iterum deficit v. ἐςὶ,) e P. cum Cell. utitur exquiſita ratione, in caſu nominis proprii, ad pron. accommodando, cf. 1, 2, 2. i., et ſimul δὲ cum pron. ἁ. mutando in aliud pron. relat. Caeterum Sch. „Πεσσ. *Peſſinus*, ager Phrygiae, ſic dictus, quod eo ἔπεσε, cecidit, *coelitus*, ut fabula fert, ſimulacrum Cybeles. Unde Stp. colligit, potius ſcribendum fuiſſe Πεσιν.“

τὴν δὲ πρ.) Sch. in „πρ. *nomen* accepiſſe *a* re aliqua, — λ. *nom. acc.* occaſione *alicuius* rei, — ἐκ, *ex*, occaſione“ quae notio praepoſitionis mihi non innotuit, nec Lat. *ex* niſi huc trahâs G. Th. 446, 3. ſqq., ut tamen ſufficiat altera, pro ἀπὸ, ut Lat. *ex* pro a dr.; ſicut tolerarim ἐκ, pro διὰ, in notione cauſae, ut Lat. *ex* pro propter adhibetur, cf. §. 1.; deſerente Bg. in rel. P., praeter Lat. ad πρ., ut ſupra, ſed Stp. Th. tenente tantum 4, 1723. e. „πρ. ἔχειν ἀπό τινος, appellationem *habere ab aliquo*, pro denominatum eſſe ab aliquo“ quae eſt illa praep. Bg. e P., Latinis quidem ſane frequentior, ut tamen et norint alteram, cf. G. Th. v. *nomen* 455, 98. et v. *capio* 745, 28. „Caeſ. b. G. 1, 15. (1, 13, 7. *quare, ne committeret*, ut *is* locus, *ubi* conſtitiſſent,) *ex* calamitate *populi* Rom. *et* internecione *exercitus* nomen *caperet*, i. denominaretur“ pro quo ſimpl. v. ſevero ad λαβ. dedit Bg. compoſ., e Sch. forte.

ἐκ τοῦ πεσ.) Si ὀφθέντος ſcribas: cohaerebit hoc participium cum pr. πεσ. *Steph.* Non probat Bg. coniecturam Stp., quam proponit et Barn. ad Eur. Bacch. v. 58., qui et καὶ omittit ante πρωτ., quod tamen Stp. loco non movet. Quo admiſſo, ſuperſederi hac emendatione omnino poteſt. *Leisn.* Verba haec καὶ πρωτ. — ὀφθ. iungenda ſunt his, quae praecedebant, κατεν. λογ. εἰς — χωρ., ita ut inf. ὀφθ. pendeat a v. λογ. et v. Πεσσ. — οὐρανοῦ tanquam parentheſis uncinis includenda ſint. *Stroth.*

Haec parentheſis ratio prorſus et Bg. eſt, quam nemini invideo, credens tamen, brevioris iſtius parentheſis, ſuperiori N. propoſitae, modum, a Πεσσ. — αὐτῷ, rectius excludere inf. λαβ., qui a pr. λογ. ἐςὶ pendet, non item inf. ὀφθ., qui non eſt tentandus; ut καὶ omiſſum eſt potius operarum culpa, quam voluntate Barn., l. l. ad ἐν πόλει Φρυγῶν, urbi *Phrygum*, ſic habentis „Peſſinuntem, urbem Phrygiae, notat, de qua Liv. l. 29. Herodi. l. 1. αὐτὸ — Διοπετὲς, (ut ſupra in V. L.) ὡς λέγουσι — τεχνιτῶν ὅςις ἐποίησεν ἐγγ., — κατεν. λόγος εἰς χῶρον. Πεσσ. — αὐτῷ, τὴν — τὸν τόπον, — ἐξ οὐρ. πρ. ἐκ. ὀφθ. Lego ὀφθέντος.“ Iam dico, pendere inf. ὀφθ. a pr. ἐκ, ad hanc rationem oratione conſtruenda, τὸν δὲ τόπον λαβεῖν τὴν προσηγ. ἐκ τοῦ ἀγ. ἐξ οὐρ. πεσόντος, καὶ (τοῦ) πρωτ. ἐκ.

νοῦ [h] καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι. ὡς δὲ παρ' ἑτέροις εὕ-

que primum ibi apparuiſſe. 4. Ut autem apud alios in-

h) Omnium edd. et tacite etiam Mss. comma hic ſuſtulimus, v. N.

ὀφθ., ubi primo formula λαβ. τὴν προσηγ. ἐκ duplex adiunctum habet, ſubſt. τοῦ ἀγ. et inf. ὀφθ., qui par eſt ſubſt., ſive articulus adſit, ſive abſit, qui hic latere in pr. τοῦ poteſt ac fieri totius rectio ἐκ τοῦ — ὀφθ., ubi deinde pr. ἐκ ſ. ἐκ τοῦ regit inf., interiectis aliis orationis partibus, cf. 1, 4, 11., pro ἐκ τοῦ ἀγ. — καὶ ἐκ τοῦ ὀφθ. ἐκ. πρ., in qua poſtr. parte Noſter omiſerit pr. ἐκ, ne ter in vicinia repeteretur; quae rectio ut magis appareret: comma poſt οὐρ. omiſimus, totam rationem, in inf. ὀφθ. a nobis inſtitutam, reperientes quoque in Vs. Stp. ad m. P. „*nomen* — ex *eo*, quod *ceciderit* ſimulacrum, *ibi* que *primum* fuerit *conſpectum*“ ubi manifeſto nobiſcum copulat duo haec, quae Bg. et Stroth. divellunt, cum ſint ibi omnia ſub una rectione ac formula *ex eo*, *quod*, quae alias proprieque valet in praep. cum inf., cf. Ind. Xen. Cyr. Z. v. ἐκ a. e. Nr. 3. m., pro ſeveris, *nomen* cepiſſe — *e* lapſo *coelitus* ſimulacro *et* ex *eo*, quod *primum* ibi *comparuiſſet*. In quo Noſter ſane poterat primam ſcripſiſſe tantum partem, locum cepiſſe nomen e ſimulacro, coelitus delapſo, ſed addidit et alteram, ibi etiam primo conſpectum eſſe id ſimulacrum, non quo ad nomen loci urbisque aliquid afferret vel ad notationem, verum quia ſimul coniunctum erat, et ingenio feraci copioſoque, quale Noſtri, ſimul ſuccurrebat. Tum, ſi quis forte in prima parte adv. loci ἐκεῖσε, *ibi*, (pro quo mox ſq. §. per ἐκεῖ variatur, cf. 1, 6, 8. 18.) requirit: id e ſq. petetur; ut contra licuiſſet Noſtro id in primam collocare partem, et in ſecunda omittere; reddente Sch. cum Bg. in v. πεσ, ſed Vern. vet. ſtulte ſubiiciente in N. „*Peſſinus* von νοῦς *und* πίπτειν“ pro a πεσεῖν cum finitione ſubſt. in ους, unde proprie habeas πεσεινοῦς, quod ducat ad ſuperius G. Th. per longam ſyllabam, et ad Mss. πεσηνοῦς, cui propinquum Eurip. πέσημα et poët. πέσσημα. Caeterum in Ms. Bg. poſt *delapſo* erant tria illa puncta .·., indicium futurae Notae, cuius nihil eſt ſub textu repertum.

ὡς δὲ) His verbis duas cauſas reddit Herodi., cur bellum inter reges Lydiae et Troadis ortum fuerit. Alii enim, inquit, id ortum ſcribunt περὶ ὅδῶν, vel potius ὅρων, alii ob raptum Ganymedis. Solus Herodi. tradere priorem cauſam videtur, quae non improbabilis eſt, propterea quod Phrygia Lydiae eſt finitima, et idcirco de *finibus* inter utriusque populi reges lis oriri facile potuit. Quod ad alteram cauſam attinet: eandem tangunt, praeter Herodi., Euſt. ad Ἰλ. XX. p. 1280. l. 20. ἡ δὲ τοῦ Γανυμήδους ἁρπαγὴ ἄωρον αἰνίττεται τοῦ παιδὸς θάνατον, λ. τινὲς δέ φασιν, ὑπὸ τοῦ Ταντάλου αὐτὸν ἁρπαγῆναι, καὶ ἐν κυνηγεσίῳ πεσεῖν, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ μυσίῳ ὀλύμπῳ. οἱ δὲ ἱστοροῦσιν, ὑπὸ τοῦ Μίνωος ἁρπαγῆναι, καὶ τὸν τῆς ἁρπαγῆς τόπον ἁρπάγην κληθῆναι. φασὶ δὲ καὶ, ὅτι βιαζόμενος κατεκρήμνισεν ἑαυτὸν, τῷ δὲ πατρὶ ἐπέμφθη πλάσμα, ὅτι θύελλα καὶ νέφος ὑφήρπασεν αὐτὸν οἰνοχόον τῷ Διΐ. Diſerte ait, Ganymedem raptum a Tantalo. Euſ. in Chron. ſcribit, regem Troëm bellum intuliſſe Tantalo, qui filium Ganymedem rapuiſſet, idque tradere poëtam Phanoclem. Qua in narratione Phanocli cum Herodiano convenit, praeterquam, quod Troëm ponit pro Ilo filio. Sed Tros fuit pater Ili, Aſſaraci et Ganymedis, cf. Diod. S. IV. Pauſ. Corinth. Troëm fuiſſe patrem iſtorum, probat Meziriac ad

ῥομεν, Ἴλῳ τῷ Φρυγὶ καὶ Ταντάλῳ τῷ Λυδῷ i) πόλεμον

venimus: Ilo Phrygi ac Tantalo Lydo bellum ibi geſtum

i) Λύδῳ Bc. vitioſe, v. N.

epiſt. Didus et Cenones et Paridis T. 2. p. 142. etc. Etiam de loco rapti Ganymedis diſſentiunt Strabo et Athen. Prior l. 3. ait, oſtendi illius ἁρπάγειον in confinio Cyziceni et Priapeni agri, poſterior l. 3. apud Chalcidenſes. Suidas longe aliter raptum illum narrat ex Phanocle, (v. Ἴλιον 2, 115.) Porro Echemenes Ganymedem a Minoë raptum tradit ap. Athen. XIII. *Leisn.*

Hic nos quaeramus de verbis, ubi liberum P. deſerit partim Sch. in v. „εὑρ. *comperimus* ap. *alios* ſcriptores“ non male expleto ſubſt. συγγραφέσι, reddente Bg. e Stp. ad m. P., qui in Th. formulam ignorat, nec mihi aliunde notatam, niſi e Liv. 3, 23. e. *eodem anno deſciſſe Antiates*, ap. *plerosque* auctores *invenio*, quem locum tenet quoque G. Th. in Bg. cum Gr. n., it. quem *Tarentum* veniſſe, *reperio*; quae ſunt verba ſolennia ap. hiſtoricos et ſcriptores, pro cognoſcere ac legere, ut Gr. per variationem i. q. §. 1. ἱϛορ. παῤ.

Ἴλῳ) Ὁ Ἶλος οὗτος δὲ υἱὸς εἰς τοῦ Τρωὸς ὑπῆρχε, Tzetzes Chil. 4, 962. cf. Hom. Il. 20, 230. ſqq. *Stroth.*

Cf. Intp. ad Virg. Ge. 3, 35. et alios, it. Theocr. Id. 16, 75. ſimili cum epitheto, ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου, *ubi* ſepulcrum *eſt* Phrygii *Ili*, ſed inverſo ordine.

Ταντ. τῷ Λ.) Scribi debet ultima circumflexa, ut in corp. ſcript. Hiſt. Rom. Tantalum Lydum fuiſſe, inter omnes conſtat; quare falli videtur Oroſius, quando eum regem Phrygiorum appellat; et Sophoclem reprehendit Tzetzes, quod Phrygium eum feciſſet. Verba huius leguntur Chil. 5, 444. ſqq. Παῖς τῆς Πλουτοῦς ἦν Τάνταλος, καὶ Τμώλου βασιλέως λ. Ibidem pluribus legi poteſt de Tantali peccato et poena narratio. Sophoclis verſus, quem allegat Tzetzes, exſtat in Ai. Fl. v. 1315. Euripides vero non Tmoli, ſed Iovis filium appellàt Iph. in Aul. v. 504. et Or. v. 5., ubi poſteros eius enarrat, Διὸς πεφυκώς, ὥς λέγουσι, Τάνταλος λ. et ulterius in Iph. in Taur. ſtatim ab init. Hyginus Tantalum Iovis et Plutones filium appellat f. 155., in quo corrigi debet f. 82. *Plytones.* Cum his conſentit Schol. Hom. Poena Tantali, cuius meminerat Eurip. l. l., varie narratur. Cum Eurip. conſentit Plato in Crat. p. 2. 262. Lucr. 3, 994. et Cic. de fin. et Tuſc. 4. 4. Homerus vero Od. XI. v. 581. dicit, eum ſitientem, aquam, quae ad mentum eius ſurgebat, bibere non potuiſſe, neque capere fructus, capiti illius impendentes, quem ſequitur Luc. in Tim. et alibi, cf. Pind. Ol. 1. Hor. Serm. 1. Ovid. Met. 4, 6. Athen. 6, 6. Max. Tyr. diſſ. 4. p. 54. Oroſ. l. l. c. 12. et Suid., qui utramque poenam iungit. Ab hoc diſtinguendus eſt Tantalus iunior, Thyeſtis filius, illius Tantali pronepos, unus ex iis, quos Atreus occidit, atque fratri ad comedendum appoſuit, cf. Hyg. f. 244. Tantali nomen eſſe quaſi ταλάντατον Plato vult ap. Euſ. Praep. Ev. l. 12. c. 6. p. 518. Multa de eo proverbia habentur, in quibus notum illud τὰ Ταντάλου τάλαντα ταντ αλίζεται, quod allegatur ab Apoſtolio et Suida, v. Fiſch. ad fr. 50. Anacr. p. 278. ac Eraſm. Ch. 1. c. 6, 22., ubi tamen effertur male ταλαντιζ. Ταντ αλίζεσθαι reddendum eſſe videtur *Tantalico more* uſurpari. *Stroth.*

ἐκεῖ γενέσθαι λέγουσιν, οἱ μὲν περὶ ὁδῶν [k], οἱ δὲ περὶ

dicunt, alii de limitibus,

k) In Mſs. et edd. nihil variatur, v. N.

Qui, cum in Chr. edidiſſet τ. τῷ Λύδῳ, ſubiecit in N. „forſan melius Λυδίῳ. In Lugd. circumflectitur in ultima.“ Priori accentu in penult. etiam erat in Sch. „Λύδος, *Lydus*, qui eſt ex Lydia, regione Aſiae minoris, Λύδῳ τ.“ pro quo circumflexus eſt ap. alios, v. c. Herodt. 4, 88. et Ind. Luc., ap. quos et Λύδιος Herodt. 4, 8., in quod non opus eſt vulg. reliquarum edd. omnium, et tacite etiam Mſs., corrigere, ut de Tantalo cf. Suid. 3, 428. e. 434. ubi dr. Φρὺξ, ſed ap. Sch. „τ. Lydiae rex, aliis Corinthi, cui cum Ilo Phryge pugna fuit vel de *via*, vel ob raptum Ganymedis“ ut a Strotho ex Eur. opportune prolatum ὡς λεγ., ut *dicunt*, ad §. 2. profuturum. Tum Sch. in „γεν. fuiſſe *bellum*“ ſed e P. plane in πολ. *pugnam* retinet, quomodo cum Vern. vet. nos etiam capimus, ſenſu anguſtiori ac de parte tantum belli, quod proprie dr., cf. Stp. Th. et 1, 1, 5. m. Exc., P. deferente Bg. ad γεν., pro illo Sch. aut *factum eſſe*, tenente G. Th. rectionem cum dat. perſ., ignoratam a Stp. Th., qui tamen habet 1, 825. E. m. „Ariſt. γέγονας ἀληθῶς, ὡς λέγουσι, πλούσιος;“ e Plut. v. 346., ubi et v. 337. ſqq. λόγος γ' ἦν, ὡς ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος, quae et ipſa proſunt ad §. 2. et 3., quanquam alio ibi poſita ſenſu, nec hiſtorico, ut ap. Noſtr.

περὶ ὁδῶν) Hanc lect. agnoſcit etiam P. Vs. „de *via*.“ Sed veriſimilior If. Caſaub. coniectura, qui Adnott. ad Strab. l. 1. ὅρων ſ. ὁρίων mavult, (non ὀρῶν, ut erat ap. Sch. v. ὁδ.) ut certamen fuerit de *finibus* ſ. *limitibus*, ſicut infra 4, 14, 14. *Sylb.* Probat ergo Bg. coniecturam Fabri ad Phaedr. 3, 20., legentis ὅρων pro ὁδῶν. Idem ante Fabrum monuerat Caſ. ad Strab. l. 1. ſub fin. p. 45. l. 10., ubi Strabo cauſam reddit, cur ſaepe de quibusdam locis finibusque orta fuerit controverſia. Meziriac hanc emendationem, nec Fabro nec Caſ. laudato, profert ad Ovid. Her. T. 2. p. 333. Nec negandum, frequentius de *finibus*, quam *viis*, bella et lites exiſtere, v., praeter 4, 14. 14., etiam Sen. de Brev. v. c. 3. Greg. l. X. οἱ περὶ γῆς ὅρων πρὸς ἀλλήλους μαχόμενοι, Pric. ad Apul. Mil. IX. p. 563. Sed nihilo minus leguntur etiam et contentiones et caedes ortae de *via*, v. Diod. S. 4, 66. p. 266. (ed. Weſſ. 4, 64. T. 1. 308, 8. ſqq. ὁ μὲν Λάιος ὑπερηφάνως ἐκχωρεῖν τῆς ὁδοῦ προσέταττεν. ὁ δ' Οἰδίπους ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε τὸν Λάϊον λ.) it. Eur. Ion. v. 635. (οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ πονηρὸς οὐδεὶς, *neque me* deturbavit *de* via *improbus quisquam.*) Scriptura horum verborum nimis diſtans non adeo proclivem mutationem admittit. Deinde credo, publicae lectioni ſuum et optimum et neceſſarium ineſſe ſenſum. Sic D'Orv. ad Ch. p. 564. de alia re. *Leisn.* (qui et ad m. Ox. „F. ὅρων, de *finibus*“ cf. §. 1. ad εὐρ., ut de F. emendatione et N. ad Phaedr. monuit etiam Bc. in ed. 1662. in extr. F. epiſtola.) Caſ. et cum eo Mezir. Comm. in ep. Ovid. legendum putat ὅρων aut ὁρίων. Non male. Finitima enim Phrygiae Lydia eſt. At ipſa urbs Peſſinus, ad quam pugna illa facta dr., ſi Ptolemaeo fides eſt, ad Paphlagoniae fines ſita erat, atque ſic ab Lydiae terminis longe diſtabat. Recepta lectio ita explicari poteſt, ut dicamus, idem illis eveniſſe, quod Oedipo et Laio, de quibus v. Eur. Phoen. v. 37. ſqq., neutrum ſcil. alteri, in via obviam facto, cedere voluiſſe, atque ita pugnam inter eos ortam eſſe.

τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς [1] alii de raptu Ganymedis:

1) Pro puncto rel. edd., hic interea dedimus colon, quo et Mſ. Bg. tendit; quanquam comma B. 2. L. rectius erat ob continuum adhuc in ſq. infinitivum.

Sed tum in ſingulari numero legendum eſſet π. ὁδοῦ, quae mutatio non expeditior foret illa altera in ὅρων. Caeterum litterae δ et ρ quoque permutatae ſunt in Bion. Id. 1, 18., ubi in Ald. exſtat ὠδύραντο pro ὠρύσαντο. *Stroth.*

Qui eadem fere ſubiecit in N. ad Chr., ſervata lectione vulg., ubi in maiuſculis Mſſ. litteris Δ et Ρ non multum diſtant a ſe, ut per ſe confuſae queant eſſe. Nec tamen cum Bg. quis tuto faciat, qui manifeſto deſerit vulg., cum P. et Mſſ. nil novent, et pro vulg., per ſe non abſurda, etiam hoc aliquis afferre poſſit, quod bella ſint orta de *viis*, an per eas merces et alia devehi liceret, nec in univerſum quid certo conſtet de Ili ac Tantali cauſa; ſicut illa dubitatio e geographia non habet magnum momentum, cum de *finibus* terrarum potuerint belligerare, nec tamen neceſſario ut pugnam inirent in ipſis illis finibus controverſis, ſed alio in loco proculque a finibus; cf. Luc. 1, 514. l. 78. τοὺς μὲν γὰρ περὶ τῶν ὅρων διαφερομένους ὁρᾷς, ὅσοι εἰσὶ, *iam de finibus* litigantium *vides quantus ſit numerus.*

περὶ τῆς Γαν.) Veterum de Ganymedis raptu fabulae inter ſe minime conveniunt. Namque non nulli eum a Tantalo raptum dicunt, in quibus eſt, praeter Herodianum, Euſt. ad l. 20. Ιλ. v. 234. et Oroſ. l. I. c. 12., alii ab Minoë, Cretae rege, ut Echemenes in Cret. ap. Athen. l. 13. et Suid. in Μίνως, cuius prolixae narrationis partem, eorum in gratiam, quibus Suidas ad manus non eſt, apponam. Ἀφικόμενος ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἀκούων κλέος μέγα ἐν Φρυγίᾳ τοῦ τε Τρωὸς τῆς Τροίας βασιλέως καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς πόλιν Δάρδανον, ἐν ᾗ ᾤκει ὁ Τρώς. ἦσαν δ' αὐτῷ τρεῖς παῖδες, Ἴλλος, (ſic ſane et in ed. Kuſt. et tamen in Vs. *Ilus*, ut ap. Hom. Ιλ. ύ, 232. Ἶλος,) Ἀσσάρακος, Γανυμήδης, οὗ δὴ μέγιστον ἦν ὄνομα κάλλους πέρι. ξενιζόμενος οὖν παρὰ τὸν Τρῶα ὁ Μίνως, — καὶ τὸν Γανυμήδην θεασάμενος, ἔρωτι αὐτοῦ ἔσχετο. ἐγκελευσάμενος δὲ τοῖς Κρησὶν, ἁρπάσας τὸν παῖδα, ἐνέθετο εἰς τὴν ναῦν καὶ ἀπέπλει. ὁ δὲ τόπος ἐκλήθη ἁρπαγία. Idem etiam Strabo l. 3. et Steph. Byz. teſtantur. Ὁ δὲ παῖς κατ' εὐπέτειαν ὑπὸ τῆς λύπης ἑαυτὸν ξίφει διειργάσατο, καὶ αὐτὸν ὁ Μίνως ἐν τῷ ναῷ ἔθαψεν. ἐξ οὗ δὴ καὶ λέγεται Γανυμήδης μετὰ Διὸς ὑπάρχειν. Alia vero eiusdem Suidae narratio exſtat ſub v. Ἴλιον, (— κατὰ δὲ τὴν Φρυγῶν χώραν Τρὼς, ὁ πατὴρ Ἴλου, ſic h. l. et in Vs., καὶ Γανυμήδους, ἐβασίλευσεν, — καὶ μετά τινα χρόνον) ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Γανυμήδην, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ σφόδρα, θυσίαν ἐπάγειν καὶ δῶρα τῷ Εὐρῶπι Διὶ (Kuſt. Εὐρωπαίῳ, Iovi Europaeo) ὑπὲρ εὐχαριστίας, δεδωκὼς αὐτῷ ἄνδρας ν'. νομίσας οὖν ὁ Τάνταλος, ὅτι κατάσκοπος ἐπέμφθη τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐκράτησεν αὐτὸν, πρὶν ἢ καταλαβεῖν τὸ ἱερόν· καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἐθεράπευσεν. ὁ δὲ μικρὸν διατρίψας, καὶ νόσῳ πιεσθεὶς, ἐτελεύτα. λυπηθεὶς δὲ ὁ Τάνταλος, αὐτὸν μὲν ἔθηκεν ἐν σορῷ. — οἱ δὲ ποιηταὶ ἁρπαγῆναι τὸν Γανυμήδην ὑπὸ τοῦ Διὸς ἔγραψαν, τὸ ὀξὺ τοῦ θανάτου μυθολογήσαντες. Sed hoc alias τοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος ἀγανοῖς βελέεσσι tribui ſolebat. Alii denique Ganymedem ab ipſo Iove, ut etiam ex adductis Suidae locis apparet, raptum eſſe dicebant: modum vero alii aliter narrabant, de quo mox plura. *Stroth.* Non opus eſt omnes de raptu Ganymedis fabulas referre. Nonnulli eum a Iove raptum dicunt.

ἰσοῤῥόπου δὲ ἐπὶ πολὺ τῆς μά- 5. cumque anceps diu eſſet

Auctor eſt Hom. Il. 20, 219. ſqq., adde Apoll. Rh. Arg. l. 3. v. 115. Hyg. Poet. Aſtron. l. 2. c. 16. Luc. Dial. Iup. et Gan. Hor. l. 4. Od. 4. Ovid. Met. 10, 157. Pind. Ol. 10. et innumeros alios. Suidas in v. Μιν. eum ab hoc rege raptum dicit. At Euſt. ad l. 20. Il. refert, eum a Tantalo, Lydiae rege, ob inſignem pulcritudinem raptum eſſe. Hinc certamen ortum eſt, ut non nulli quidem volunt, inter Troëm, patrem Ganymedis, et Tantalum, ut alii narrant, inter hunc et Ilum, fratrem Ganymedis, a quibus, quum neuter dimittere eum vellet, laceratus eſt. In Chr. *Idem.*

Nobis non placet addere, niſi Diod. S. 1, 318. e. ſqq. Xen. Symp. 8, 30. Hom. Ἰλ. ύ, 234. Ovid. ep. Her. 16, 197. Cic. Tuſc. Qu. 1. c. 26. e., ubi etiam aliis diis, praeter Iovem, raptus tribuitur ille, Virg. Aen. 1, 28. 5, 252. ſqq. Caſp. Barth. Adv. l. 24. c. 12. p. 1195. cum Grut. Lamp. T. 1. p. 501. c. 98., ubi poſt huius loci Vs. P. §. 3—6. haec. „Si ſuper hac fabula ſententias diverſas expetis: lege Fulgent. in l. mythol. Tranſeuntur et parerga Herodiani haec verba, nomen ex ea clade loco eſſe impoſitum. Scito enim, locum, ex quo raptus, ut ait fabula, vel laceratus, ut tradit hiſtoria, fuit Catamitus, *harpagium* nominari, a v. Gr. *harpazo*, quod *ſignif.* rapio.“ Quae ſi eo valent, ut Noſtrum reprehendant: non is dixit, Peſſinuntem a raptu illo nominatum, ſed a *lapſis* ibi, h. e. occiſis in pugna hominibus, et raptum iſtum modo narrat, ut adiunctam iſti cladi bellicae rem, ut §. pr. aliud quid Noſter addebat; reddente Sch. in „Γαν. Gan., nomen proprium, a Iove rapti, ut fabula fert.“

ἰσοῤῥοπ.) Variante Noſtro in ſubſt. μαχ. cum §. pr. πολεμ., ſed Sch. vertente in „γεν. facta *pugna*“ ſequitur in adi. ἰσ. Bg. forte Stp. Th. 3, 677. e., qui poſt noſtra e P. „ubi tamen non minus commode, ut opinor, ἰσ. μ. poſſit quis reddere, *ancipitem* pugnam“ cum proprie, ſecundum dicta ad 1, 10, 9. m., tropo remoto, *pugna* ſit *aequalis* et *Mars aequus*, quando neutra pars cedit ac vincit, ſed utraque adhuc pugnat pari modo, paribus animis atque viribus; quo fit ſane pugna *anceps*, i. dubia, cum neſcitur, uter hoſtium vicerit ſ. victurus ſit ceſſurusque; ut Verſio ſit illa a conſequenti, cf. Thuc. 68, 18. (ſic, non, ut in Ind.) καὶ μάχης γενομένης ἰσ. πρὸς Κορινθίους, *et* pugna *aequo* Marte *cum* Corinthiis *commiſſa*, ſed 492, 30. ἰσ. τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, dum *navale* praelium *ab* illis *ancipiti* Marte *committeretur*, ubi Schol. ἰσοπαλοῦς, ſed Diod. S. 2, 46. pen. ἰσ. ἦν ἡ μάχη, in *aequilibrio* pugna *erat*, cf. Ind.; tacente G. Th. in v. *praelium* et *certamen*, ut v. *pugna* tantum tenente „*exitus* incerti *pugnarum*, Mars *que* communis, (et v. *Mars*, pro ipſo bello ſ. pugna, ſine explic.) *aequo* Marte *contendere*, — anceps *Mars*, plus *quam* dubio *M.*, — *pugnatum* incerto *M.* (220, 3.) Mars *communis*. Hoc dicto incertum ac varium belli eventum notabant veteres, (in Bg. adi. Nr. 5.) dubius, incertus, ad utrumque eventum indifferens, — *certamen.* — Marte *ancipiti* bellum *geſtum eſt*“ Ind. Iuſt. „anceps *certamen*, h. e. dubium, — *aequo* Marte *utrinque* diſceſſum, h. e. pari fortuna belli“ cf. Heyn. ad Virg. Aen. 7, 540. V. L. et Liv. 9, 12. m. *lux pugnae initium fuit*, *quam* aliquamdiu *aequam* — Fregellani *ſuſtinuerunt*, quod Lat. cum Gr. noſtro, e tropo, a libra deſumto, reddiderim, *da* die *Schlacht* lang *gleich* ſ. *ohne* Ausſchlag *war* ſ. *blieb*; formulam ἐπὶ πολὺ,

χης γενομένης, ἑκατέρωθεν πε- pugna utrinque multos ceci-
σεῖν ἱκανοὺς, καὶ τὴν συμφορὰν diſſe, atque hunc caſum no-

hic valentem de tempore, eoque continuo, reddente Bg. e P. et iam Sb. Ind. v. πολ., ſed aliunde cum Bg. etiam Stp. Th. 1, 1213. F. m. breviter, ſed 3, 482. C. pluribus, cum ellipſi „διάστημα χρόνου“ e Schol. Thuc. ſine Ind., quo forte reſpicit Ind. L. Boſ. Ell. „ἐπὶ π. ſc. διάστημα“ ubi p. 84. ſq. plane tacetur; ut formula tangitur modo, ſine auctore ac ſupplemento, ad Vig. p. 609. a. m., at cum alio μέρος τοῦ χρόνου affertur in L. N. T. Schw. p. 527. a. cum „Herodi. 1, 11, 5. et 3, 14, 6.“ it. Krb. v. π. p. 541. i. Nr. 4. e., ſed in L. Ern. modo per ſcripturam aliam ἐπιπολὺ, tum ſine ellipſi Ind. Xen. Z. Pol. v. ἐ. a. e. „ἐ. π. valde, (de modo adeo, ubi opus ſit alio ſupplemento, v. c. μέγεθος, ſ. ſimpl. μέρος, et cum articulo) ἐ. τὸ π. plerumque, (de tempore quidem, ſed alio, quam hic, et in partes quaſi diviſo, ut in illo ὡς τὸ π. et ὡς ἐ. τὸ π. cf. Xen. Bach. Z. v. ἐ. e., tum in Cyr. ib.) ἐ. π. longe“ de modo ſ. ſpatio, cf. ib. N. ad 5, 4, 45. et 8, 8, 5. it. Fiſch. Aeſch. v. ἐ. e. et v. π. m., ubi πολὺ ſic ſolum ſine praep. eodem ſenſu, ſed Ind. Epict. H. „ἐπιπ. multum et diu“ haud dubie pro diverſis locis excitatis, quia, ſi iſta duo coniunguntur, *multum* eſt i. q. ſaepe ac frequenter, cf. G. Th., ut Kypk. 2, 145. e. tantum ex Epict. c. 41. i., ubi ed. H. diviſum ἐ. π. *diu*, ſed 33, 14. i. *frequenter*, de tempore iterum illo ap. Xen. Z., ſed ἐπιπ. ἐπικινεῖσθαι 33, 10. m. diuturniore *commotione*; pro quo ib. i. τὸ πολὺ, *ſaepe*, i. q. iſtud pr. *frequenter*, ubi iterum ſine praep., ſed cum artic.; comparante me Lat. ap. G. Th. v. e. vale *multum*, ſcil. *tempus*, i. diu, it. plenum *ad* multum *tempus* ſ. *temporis*, it. *ad* multum *diei*, cf. Cort. ad Sall. Iug. 52, 2. et G. Th. v. *ad* 86, 69., it. *in longum* v. *in* 1024, 3. et adi. 120, 58. it. v. *durare* 292, 56., quia Gr. πολὺς, de tempore, i. q. longus, cf. alibi. In ſq. membro Bg. deſerit ordinem fere e P., ad cuius ἐκ. Lat. cum Bg. addit Sch. „*ab* utraque *parte*, acie, πεσ. *cecidiſſe*, in praelio“ ad ſenſum hic quidem adiuncto non male hoc, ſed ut diſerte addatur alibi, cf. Stp. Th. 3, 310. G. „πεσ. ἐν τῇ μάχῃ“ et L. N. T. Schw. p. 1095. N. pen. nec modo dicatur de iis, qui in pugna procidunt, pereunt, interficiuntur, verum etiam, extra pugnam, univerſe omnique modo, (ut et Lat. Bg., v. G. Th. 672, 48. Ind. Corn. N. Iuſt. Amm. M. cum Tac. Ern.) cf. Xen. Ind. Cyr. Z. et L. N. T. rel., ubi et de animantibus, ut avibus, e Matth. 10, 29., de corpore hominum Ebr. 3, 17., de perſ., non modo, ut hic, abſolute 1 Cor. 10, 8. Apoc. 17, 10., ſed etiam cum dat. inſtrumenti, στόματι μαχαίρας Luc. 21, 24., ut cum alio adiuncto ἐν τῷ ποταμῷ Ind. Xen. Bach. Z., tum Heſ. 2, 963. e. πίπτωσι, φονεύωνται, ſine N. et Luc. 2, 295. l. 55. it. 3, 449. l. 44. πολλοὶ ἂν — ἔπεσον, multi *perierant*, cf. Ind., ubi ſyn. adi. cum noſtro ἱκ., qua de notione (ap. Bg. fere e P.) cf. Stp. Th. 1, 1688. B. Heſ. 2, 35. m. ἱκανὴν, — πολλὴν, ſine N. cum L. N. T., ſed per Indd. de re tantum alioque ſenſu, dum Noſter ipſe variat 1, 12, 19. πολλῶν ἐκ. πιπτ., quem ſolum locum tenet Stp. Th. in adv., quo de v. Ind. Thuc. cum Cyr. Xen. Z. et Heſ. 1, 1125. e., ubi in ἑκάτερθεν, ἑκατέρωθεν τῶν δύο μερῶν, ante τῶν exciderit pr. ἐκ, ob priorem ἐν ſyllabam, ut deinde legatur, commate interiecto, ἑκ., ἐκ., ἐκ τῶν δ. μ.

καὶ τὴν συμφ.) Iam ſupra dictum eſt, a Strabone et Steph. Byz. raptum hunc Harpagiis prope Cyzicum factum commemorari. Chalcidienſes

ὄνομα[m] δοῦναι τῷ χωρίῳ. ἔνθα καὶ τὸν Γανυμήδην[n] ἁρπασθέντα ἀφανῆ γενέσθαι λόγος[o], ἀνθελκόντων αὐτὸν[p] τοῦ ἀδελ-	men dediſſe loco. Ubi etiam Ganymedem raptum diſparuiſſe fama eſt, dum utrinque trahunt ipſum frater et

m) In Ms. Ba. ὄνομα deeſt. *Mart.* mendoſe. n) Ms. Ba. γαννυμ. v. N., ſed mox poſt ἁρπ. nullum comma nobiſcum fecit modo B. 1. R. o) Hic colon in Ms. Ba. p) Ms. Ba. αὐτῷ τοῦ ἀδ., v. N.

vero eum apud ſe factum affirmabant, teſte Athen. l. 13. Virgilius Aen. 5, 252. et Luc. dial. Iov. et Gan. eum a monte Ida, oves paſcentem, raptum narrant. *Stroth.*

Diximus iam ſupra, nondum hic de raptu agi, ſed tantum de cauſa urbis Peſſinuntis appellatae, et τὴν συμφ. modo reſpicere proximum ἐκ. πεσ. ἱκ., et nominatim v. πεσεῖν, a quo Πεσσινοῦς Noſter derivat, ſicut §. 3. a πεσόντος, ſed utrinque de opinione ſcriptorum quorundam; quam eſſe veram Herodiani ac loci huius ſententiam, arguit et hoc, quod de raptu Ganymedis mox ſeparatim narratur, ſed non quoad locum maxime, verum quoad res alias, et in primis quoad modum; ut apparebit quoque ex iis, quae poſt dicentur; hic reddente Sch. in ὃ „nomen *impoſuiſſe*" fere cum P., ut Bg. in artic. τὴν per pron., cuius Lat. ad συμφ. non tenet Stp. Th., ſed L. Ern., ut ap. G. Th. in v. 455, 90. et ſubſt. 241, 8. formula Bg. tota, de re ac cum dat. rei, ex qua analogia Noſter hic ſcripſerit, neſciente illam me aliunde et plane Stp. Th., cf. ad χωρ. §. 3. m. et 1, 10, 6.

ἔνθα) Bg. per Lat. ſuum e P. voluit haud dubie ſenſum voculae Gr. definire, ut hic eſſet pro *ibi* ſ. *hic*, quod Sch. praemiſit, de loco, cum iſta Lat. alia dicerentur etiam de tempore, pro tunc, ut Gr. et ſeverum Lat. *inde*, cf. Stp. Th. et G. Th. cum Gr. n., qui vero non profert Bg. pro ibi, ut tamen ſaepe adhibetur; non ſequente Bg. ad ἀφ. γ. Sap. in m. P., quem recte culpat etiam in Th. 4, 16. F., ipſe ib. p. 14. C. m. reprehendens Lat. Bg. v., ut vix ſatis Lat., quod, cum Gs. in Th. ignoraſſet, tamen quoque alicubi in Encyclop. uſurpavit, cf. Heſ. 1, 635. cum N., Ind. Thuc. Dem. Xen. Z. Cyr. et Bach., Luc. et Ael. V. h. 1, 15. p. 22. m. ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περιστεραὶ γίνονται, *evaneſcunt* ex *eo* loco *columbae*, ſed Ind. „non amplius conſpiciuntur" ut h. l. non amplius viſum eſſe, cf. §. 3. de λογ. (ad quod Bg. ſeverior hic e P.) et in notationem nominis proprii Γαν. ap. Xen. Symp. 8, 30. e v. γάνυται et μήδεα, i. ἥδεται et βουλεύματα, quod v. cum etiam ſcribatur per dupl. νν, forte reſpexit illuc Gloſſator Ms. Ba., cf. Stp. Th. Luc. 2, 486. l. 47. Suid. 1, 467. e., non coll. ad Heſ. 1, 804. Denique ad Flor. 3, 19, 12. *ac ne de* duce *quidem ſupplicium exigi potuit, quamvis in manus venerit. Quippe dum circa deprehendendum eum multitudo contendit, inter* rixantium *manus* praeda *lacerata eſt*, Noſtri non in mentem venit Freinshemio, haec in N. ſubiicienti. „Simile in Plut. mihi lectum memini de quodam formoſo puero, duarum partium manibus, dum utrinque trahitur, diſtracto. Acteon ei nomen fuit"

ἀνθελκ.) Leisn. in m. Ox. „Suicer in ἀνθολκή" ubi tamen non ſit mentio noſtri v., in quo fere cum P. aliunde Stp. Th. „contra traho, *in diverſum trabo*, ad me viciſſim traho" cf. abſolute ſ. cum praep., it.

φοῦ καὶ τοῦ ἐραςοῦ. ἀφανοῦς δὲ γενομένου τοῦ σώματος, ἐκ-

6. amator: cum autem diſpa-ruiſſet corpus, divinitate do

proprie et tropice, Ind. Thuc. Fiſch. Aeſch. Luc., it. ap. Gem. Pl. 1, 18. p. 38. e. Onoſ. 1, 12. Dion. H. S. T. 1. 171, ult. de Fufetio ἀνθελκόμενος ὑφ' ἑκατέρας ἐπὶ τἀναντία, a *nitentibus* in *contraria*, ſed ed. Rs. V. 1. 502, 12. *ab* utrisque *bigis* in *contrarias* partes *tractus*, ubi, ob adiuncta diſerta, recte redditur per ſimpl., ſed hic a Bg. ſic, ut praep. ſeparata mutetur in adv., quod ſane inſit in illis Stp.; de ἀντὶ in compoſ. ſuper hac vi tacentibus L. Ern. et Z. ad Vig., cf. Heſ. 1, 378. m. ſine N. Sed in Mſ. Ba. alio pron. caſu fuerit error iterum in ου et ω, cum teneant caſum vulg. Mſs. rel. ac P., et in novo αὐτῷ ſ. αὐτῷ durior ſit ſyntheſis, pro plur. αὐτοῖς, ob plur. v. ἀνθ., nec cognitus mihi aut Stp. Th. dat. hic perſ. cum v., reddendus ille *ad ſe*, et denique magis neceſſarius acc. vulg.; reſpiciente Sch. in „ἐρ. paederaſte, amatore maſculo" notionem in malam partem, aliunde notam Stp. Th., hic ut deſit gen. perſ. αὐτοῦ.

τοῦ ἀδελφ.) Euſ. in Chron. refert, ob raptum Ganymedis certamen ortum eſſe inter patrem huius, Troëm, et Tantalum. Neque in deſignando Ganymedis patre conſtantes ſunt veteres. Homerus eum loco ſupra allegato filium Trois dixerat: Hyginus vero eundem f. 224. Aſſaraci, f. 271. autem Erichthonii filium, appellat. Aratus Phaen. Troili et Callirhoës. Porro Tzetzes ad Lyc. eum fratrem Laomedontis, atque ita filium Ili, Lucianus vero in Charid. filium Dardani dicit, niſi generatim progeniem huius eſſe ſignificare voluerit. Quo melius haec intelligantur, addam ſtemma Dardani ex Hom.

Iupiter
|
Dardanus
|
Erichthonius
|
Tros

Ilus — Aſſaracus — Ganymedes

Ilus
|
Laomedon

Tithonus — Priamus — Lampus etc.

Priamus: Hector — Troilus — Paris

Aſſaracus
|
Capys
|
Anchiſes
|
Aeneas

Stroth.

De Noſtri ſententia, in qua hic acquieſco, in ἀδ. Ilus et in ἐρ. Tantalus innuitur, cf. Luc. 3, 622. l. 28. Tzetz. ad Lyc., praeter illa ad §. 3. m. ad Πεσσ., ubi diſerte, ὁπότε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμήδους ἐμάχοντο Τάνταλος ὁ ἐραςὴς Γανυμήδους καὶ Ἶλος ὁ ἀδελφὸς, etiam v. 29., ubi in poſteris Dardani non nominatur Ganymedes, ſed ad v. 1232. Τρὼς γεννᾷ Ἶλον, Ἀσσάρακον καὶ Γανυμήδην, ὃν μυθικῶς ὁ Ζεὺς ἀφαρπάζει, λ. it. v. 1306., ſed rurſus omittitur Ganymedes in maioribus Aeneae ap. Dion. H. S. T. 1. 50, 41., quanquam ibi non neceſſario requiritur, cum modo tangatur linea, Aeneam maxime attingens; unde et de Ilo nihil ib.; ut ap. Tzetz. nihil mihi deprehenſum de Ganymede, fratre Laome-

θειασθῆναι τὸ πάθος τοῦ μει- natum caſum adoleſcentis abi-

dontis, nec in Car. Stp. Dićtion. hiſt., ſed in Lex. mythol. Schwab. p. 1137. e.

ἀφαν.) Sch. „*non apparente* amplius *corpore*, inconſpicuo *facto*“ deferens P., ut Bg. eiusdem *que* in δὲ, cf. 1, 9, 18., quod hic etiam pro γὰρ valeat.

ἐκθειασθ.) id, quod adoleſcenti acciderat, divinitus contigiſſe, fabuloſe eſſe traditum, tanquam a Iove raptus foret, ſ. ita id divinitus contigiſſe creditum, ut haec opinio locum fabulae de Iovis raptu dederit, ut καὶ ſit pro δηλονότι ſ. ἤγουν. *Steph.*

Qui haec dedit ad m. P. et Gr., tacens in Th., non item Bud. C. 390, 18. „ἐκθ. δὲ τὸ π. τ. μ. εἰς Διὸς ἁρπ. καὶ μῦθον, *ad* Iovis *raptum* et *fabulam* relatum *eſſe*“ cum libera lect. memoriter; reddente Sb. Ind., ut 1, 7, 9. e. „divinum praedicare“ quod vetat adiuncta hic pr. ἐς, habens illa brevitatem in dicendo et colorem poëticum, ubi ſane non valet ſevera Vs., ſed aſſumi debet aliud v., ut Bg. inſtituit, reddens v. privum iterum phraſi, idque per particip., pro inf. cum copula *et*, v. c. *divinitate* donatum *eſſe* et *abiiſſe*, tum uſus v. auxiliari aliquo act., pro paſſ., veluti, *caſum* illum *pro* divino *aliquo* habitum *eſſe* ac *mutatum* in *fabulam*, atque adeo *in* Iovis *raptum*, ſ. diis eſſe adſcriptum et attributum; ut tamen Bg. ratio in v. aſſumto a noſtra non diſcrepet ſenſu, quae noſtra modo popularius v. adhibet, pro exquiſito, cf. G. Th. 14, 14. „*abire* in *rem aliquam*, pro in eam rem tranſire, mutari, redigi“ (cf. 1, 1, 5. i., nobis hic, *in* eine *Fabel* eingekleidet *werden*,) ubi non comparet Bg. phraſis, *divinitate* aliquid *donare* ſ. *aliquem*, quae, analogiam certe habens, nihil aliud eſt, quam, de perſ., deum facere aliquem, ſed de re, ut hic, aliquid facere divinum, dicere, a deo factum, deo tribuere, pro facto div. habere ac praedicare; τὸ παθ. cum Bg. aliunde reddente Stp. Th., in quo variatur cum §. pr. τὴν συμφ., et articulum τὸ per pron. licet verti, ſed cum Bg. inclinat Stp. in N. in ἓν διὰ δ., aſſumens non modo ad μυθ. articulum τὸν, per pron. expreſſum, ſed etiam praepoſitionem περὶ, vel faciens duplices gen. ἐς μ. τῆς Δ. ἁρπαγῆς, per praep. adiutos; quibus vix opus, ſi καὶ ſumatur ſenſu explicandi, pro idque ſ. et quidem, ſ. atque adeo, (quo et redit Stp. illud pro ſcilicet ſ. hoc eſt,) cf. 1, 1, 8. Stp. Th. 4, 1115. F. m. Graev. L. Heſ. p. 35. m. Hoog. Op. p. 552. i. Nr. 10. p. ſq. Nr. 13. Find. Iſ. Ev. p. 8. N. 23. cum Ind., ubi et per illud *atque adeo*, quo equidem libenter utor, quia καὶ ſic ſua vi retinetur, et *adeo*, pro Lat. *igitur*, tantum pro ſupplemento haberi poteſt; quod et cadit in illud *et quidem*; cum omnino in omnibus linguis copula *et* ita capiatur, ut poſſis interdum explere aliquam particulam talem, v. c. *adeo*, it. *quidem*, ſ. pron. *id*, ut exiſtat *et id*, et hinc ſyn. *idque*; ſicut in Δ. ἁρπ. apparet, ſubſt. poſtr. non dici paſſ., ſed act., quod et Bg. reſpexerit in ſuo, ignorante id Stp. Th., (non tamen notionem pro „ipſa rapiendi actione“ ap. G. Th. cum Gr. al. et ſine explic., at cum Gr. n. *raptura*, ſed cum loco tantum dubiae lect.) nec tenente cum gen. perſ., qualis hic, ſed modo cum gen. rei, nec tamen e N. T. et Ind. Xen. Cyr. Z.; deferente Sch. per omnia P. „ἐκθ. *divinis* honoribus *affectam* eſſe *calamitatem* et *fabulam* celebratam, — π. *calamitatem*, quam paſſus eſt adoleſcentulus ille, *in* deum *relatam eſſe*, — ἐς — μ. *in* fabulam *verti*, (quod accedit ad

ϱανίου ἐς μῦθον [q] καὶ Διὸς	iſſe in fabulam illam de Iovis
ἁϱπαγήν. ἐν δὲ [r] τῷ πϱοειϱη-	7. raptione. In hoc, quem

q) In Ms. Ba. hic erat colon, ut in edd. omnibus comma, a nobis ſublatum, v. N. r) Ms. Ba. ἐν δὴ τῷ λ., ſed Bc. 2. ἐπὶ δὲ λ., v. N.

noſtrum ſupra, ſed in) μ. *fabulae* occaſionem *dare*, ἁϱπ. *raptum*, quo Iupiter rapuit Ganymedem" quo et ipſo vim a[illegible] ſubſt. innuit; in totam ſententiam ut compares Liv. 1, 4. e. inde *locum* fabulae *ac* miraculo *datum*.

Διὸς ἁϱπ.) De modo, quo Ganymedes a Iove ſublatus ſit, haud minor eſt ap. vett. diverſitas. Homerus raptum eius generatim diis tribuit Il. 20, 233., hymno in Ven. vero v. 203. Iovi ipſi. Quocum conſentit Apoll. Rh. Arg. l. 3. v. 115. et Iuſt. Mart. Ap. 1. p. m. 38. Nonnulli eum per aquilam Iovis raptum eſſe dicunt, in quibus eſt Hor. l. 4. Od. 4. Arat. Phaen. fr. p. m. 174. Hyg. Poet. aſtron. l. 2. denique Ach. Tat. l. 2. c. 37., qui raptum eius quaſi depingit. Legi merentur, quae ad h. l. de pictorum ingeniis et vitiis Salm. et Cl. Boden. annotarunt. Aliter haec explicat Fulg. Mythol. l. 2. haud procul a fine. Dicit nimirum, Iovem regem in ſignis bellicis ſibi aquilam auream feciſſe, ſicuti Romanorum quoque hoc ſignum fuerit, Ganymedem vero bellando, his ſignis praeeuntibus, rapuiſſe. Alii denique Iovem ipſum ſub forma aquilae rapuiſſe hunc puerum affirmant, ut Ovid. Met. 10, 155. et Luc. dial. Iov. et Gan. Turpem ac ſceleſtam fuiſſe cauſam, quae Iovem ad rapiendum Ganymedem impulerit, plurimorum veterum ſententia fuit. Hinc Eur. Or. v. 1394. Γανυμήδεος ἱπποσύνα Διὸς εὐνέτα. Mittam Luc. l. l. Serv. et Don. ad Virg. Aen. 1, 28. Mart. ep. XI, 44. Xenophon Symp. ſub fin. tamen honeſtiorem fingit cauſam. Demonſtrare conatur ex Hom. nomen Ganymedis eſſe idem ac ἡδυγνώμων. *Stroth.*

Cf. ad §. pr. i. et 4. e., ubi et alium ex Hom. dedimus locum, et ſuper cauſa e Cic. Tuſc., qui rem tangit ib. 4, 33. ſ. 71. cum Gierig. ad Ovid. Met. 10, 143.

ἐν δὲ) Ms. δὴ, pro *igitur* haud dubie, ut ſignificetur, Noſtrum redire ad §. 3., poſt epiſodium quoddam et parentheſin aliquam; qua in cauſa tamen et δὲ valet, cf. 1, 3, 5. et Abr. Dil. Th. p. 780. m., prorſus tacente Bg. e P., ſed participium reſolvente ſic, ut artic. ſit pro pron., et quaſi ſevere reddendum *in* illo *praedicto Paſſ.*, cum aliis itidem adhibito act. et ſimpl., cf. Wolf. Iſ. Ev. 286, 52. τῶν πϱ. *horum*, quae *diximus*, it. 295. p., ſed p. pr. l. 46. τοῖς πϱ. iis, *quae* ſupra *diximus*, et ed. Find. p. 20. i. l. 3. p. 32. pen. 36. i. l. 2. Guar. p. 11. e. *ex* his, *quae* dicta *ſunt*, it. p. 19. m., ſeverius per paſſ., ſed p. 21. e. *ea*, quae *diximus*, ubi non dixerim cum editore p. 32. N. 20. 36. N. 14., cum in Cod. habuiſſe ſimpl. εἰϱ., ſed potius, libere vertiſſe ac de more Lat. elegantioris, quae non utitur illo v. ſevero *praedicere* ea notione, ut ſit i. q. ſupra dicere, de loco, ſed potius de tempore, cf. G. Th. cum Gr. n. et "*praedictus*, πϱοϱϱηθεὶς, pro ſupra ſ. paulo ante dicto" tantum e Vellei. et Quintil., quibus add. Ind. Amm. M. Plin. ep. 10, 15, 2. e. *ut* ante *praedixi*, ubi i. q. ſimpl., ob adiunctam particulam, et ad Suet. Aug. c. 90. e.; in quo equidem mitior ſim; quanquam et vitari poteſt, reddenda praep. ſeparatim per adv., v. c. *in* ante *dicto* ſ. *prius*, cf. Xen. Mem. S. 2, 1, 23. i. τὴν πϱόσθεν ϱηθεῖσαν, *illam*, de *qua* prius *diximus*, ed. Th. V. 4. p. 75., tenente Stp. Th. modo 1, 1149. F. e. "πϱοειϱῶ, —

μένῳ Πεσσινοῦντι [ſ] πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ [t] πο-

diximus, Peſſinunte olim quidem Phryges Orgia colebant

ſ) Ms. Ba. πέσην. et Ing. Πεσιν., cf. §. 3. m. et hic comma fuit per edd., etiam in Chr. Str. t) Ms. Ba. ἐπὶ ποτ., v. N.

προείρηκε, — prius ſ. ante dixit, et προείρηται, ante dictum eſt" non item participium noſtrum, cf. 1155. E. et 4, 1719. D., quocum ſumſimus in Ind. thema προερέω, ut L. Ern. it. N. T. Fiſch. et Krb., pro aliorum προῤῥέω, ut L. N. T. Schw. Ind. Luc. et Xen. Cyr. Z., it. Sch. „ante dicto" ſub particip. maſc. generis, quod e P. ſervat Bg. in Lat. nomine urbis, ubi G. Th. modo affert fem., ſed pro maſc. diſertum canonem Gramm. March. p. 198. i., nec tamen addita cauſa, quae fuerit in ellipſi ſubſt. alicuius, ut τόπος ſ. χῶρος; unde exiſtat appoſitio, ſolennis illa etiam in ſimili *Roma urbs*, tacente L. Boſ. et Poſſ. Synt. p. 111. e. Denique ed. Bc. ἐπὶ tribuerim potius lapſui operarum, quam correctioni; quanquam vulg. ἐν ſane hic pro ἐπὶ cum nomine loci (cf. 1, 7, 12. m.) capiendum, ob mox ſq. diſertum ἐπὶ τῷ ποτ., ut Galli non in urbe, ſed ad eam extraque ſua habuerint ſolennia in campo certo ad ripam fluminis; ut hic apud nos fit, ante urbem in campo, Eliſtrae flumini vicino, cum avem, in aëre ſuſpenſam, globulis petunt.

Πεσσιν.) Galatiae urbem fuiſſe Ptolem. et Steph. Byz. teſtantur, et Strabo l. 12. Πεσσινοῦς δ' ἐςὶν ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ μεγίςων, ἱερὸν ἔχον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, σεβασμιοῦ μεγάλου τυγχάνον, λ. cf. Amm. Marc. l. 22. c. 22., ubi quoque commemorat, ſe ſuper adventu ſimulacri Cybeles in Italiam pauca cum aliis, huic materiae congruentibus, ſunt verba ipſius, in actibus Commodi principis digeſſiſſe per exceſſum. *Stroth.*

Praeter allata ad §. 3. m., illam dubitationem, cui terrae ſit aſſignanda Peſſinus urbs, Phrygiae, an Galatiae, ſuſtulerint dicta a Cell. in Not. o. ant. T. 1. p. 147. m., pendeatque omnis illa ſcriptorum diverſitas a temporum diſcrimine, ut quondam fuerit Phrygiae, ſed deinde Galatiae. In παλ. μὲν hic Bg. ſeverior, quam §. 3. m., relato μὲν ad δὲ §. ſq. i.

ὠργίαζ.) Proprie ὀργιάζειν eſt Bacchi ſacra celebrare, ſed deinde quoque myſteria caeterorum deorum. *Stroth.*

Stp. Th. „orgia ſ. ſacra perago, ὄργια τελῶ, — it. τελῶ Διονύσῳ Heſ. — Sine caſu autem (dat. nominis) Herodi. l. 1. ὠργ. — Γαλ., orgia *peragebant*" pro qua formula Bg. adhibet aliam e P., non illam diſerte reperiendam in G. Th., ſed tamen per analogiam in v. 1019, 67. ſqq. *caerimonias* colere — *feſta*, — ſacra *Muſarum*, haud dubie pro illo Stp. et obſervare; repetente Gs. notationem, propoſitam in v. *orgia*, ad Luc. 3, 595. N. 95., cf. alias ap. Harpocr. p. 265. v. ὀργεών., Stp. Th. Bud. C. 508, 30., L. Ern. Foeſ. Oec. p. 279. a. i. Heyn. ad Virg. Ge. 4, 521. „*orgia*, quo nomine omnia ſacra enthuſiaſtica et myſtica appellabantur" Heſ. 2, 775. m. cum N., Suid. 2, 708. e. cum p. ſq. i., ut hic de ſacris Cybeles intelligendum eſt e contextu et ſqq. Gallis, eius deae ſacerdotibus, et quia conſtat, eandem a Phrygibus, qui et h. l. diſerte memorantur, in primis cultam, cf. Heyn. Hiſt. T. 2. p. 108. ſq., cumque magna ſimilitudo fuerit inter Cybeles ac Bacchi orgia, cf. Barn. ad Eur. Bacch. v. 58. cum Dion. H. S. T. 1. 50, 16. ſqq. ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἃ νῦν Ἰδαῖα — λέγεται. ἔνθα μητρὶ θεῶν ἱερὸν ἱδρυσάμενος, ὄργια καὶ τελετὰς κατ-

ταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι [u], ad fluvium Gallum praeter-
ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν fluentem: a quo etiam nomen

u) Hic punctum in A., ut duo in Ms. Bg.

ἐστήσατο, ἃ καὶ εἰς τόδε χρόνου διαμένουσιν ἐν πάσῃ Φρυγίᾳ, λ. *myſteria et ſacra inſtituit*, ſed ed. Rs. V. 1. 156, 4. inverſo ordine *ſac.* et *myſt.*, it. rurſus Sb. 91, 17. ſqq., et loco picturae, ſi quis aveat ſcire, quomodo Phryges ac Galli ſacrum iſtud celebrarint, Luc. de Syria dea, quam 3, 461. e. ait proxime accedere ad Rheam, (quam eandem cum Cybele putant, cf. ſupra §. 11. i.) c. 49. ſq. p. 485. ſq., ἑορτέων δὲ πασέων, τῶν οἶδα, μεγίστην τοῦ εἴαρος ἀρχομένου ἐπιτέλουσι — ἐν ῥητῇσι δὲ ἡμέρῃσι, (cf. 1, 10, 11. ἦρος ἀρχῇ — τελοῦσι — ὡρισμένης ἡμέρας) — Γάλλοι — τελοῦσι τὰ ὄργια, λ., quod a Noſtro hic exprimitur privo v., ſed in Monteſalconii Antiqu. ed. Vern. p. 111. e. *worauf* die *Galli* die *ſo* genannten *Orgia* feyerlich *begehen*; pro quibus mihi hic placuerit perſpicuitatis cauſa, *das* Feſt *der* Cybele *begehen* ſ. *feyern*, cf. Klauſing Dactyl. p. 9. m. ſqq.

ἐπὶ τῷ π.) Strabo l. XI. et Stp. Byz., in quo verba γάλλος ποταμὸς Φρυγίας οἱ περίοικοι προμαθίδαν Ποταμογαλληνοὶ ita emendanda puto προπάλαι ἦσαν, aut, quod magis placet, ὠνομάσθησαν. *Stroth.*

De Ms. articulo omiſſo iterum hic facile iudices, quam potuerit ob utramque vicinitatem, ſed maxime ob ſq. πο ſyllabam, excidere. Sch. „F. G., nomen propr. fluvii Phrygiae, cf. Voſſ. theol. Gent. l. 1. c. 20. p. 155.“ cf. Cell. Not. o. a. T. 1. p. 155. m., ubi e Strab. τοῦ Πεισινοῦντος, ſed p. ſq. i. Nr. 3. „Gallus, a *quo* nomen traxere Matris deum ſacerdotes.“ Et Herodi. l. 1. c. 11. ἐν τῷ Πεσσ. πάλαι Φρ. — παραῤῥ. — ἱερώμενοι, Peſſinunte *Phryges* olim *orgia* colebant *ad* Gallum *fluvium*, qui *praeterfluit* urbem, *a quo* evirati *deae* ſacerdotes *cognominantur*. — De amne Gallo ergo cum Strab. facimus: Plinium, Herodi. et Ovid. deſerendos eſſe cenſemus; niſi olim Peſſinuntius amnis etiam Gallus vocatus fuit, et Strabo de eo tantum loquitur, qui ſua id nomen aetate ferebat“ Suid. 1, 466. i. ad Ovid. Faſt. 4, 363. ſqq. N. it. Car. Stp. in Diction. hiſt., G. Th., Onuphr. P. in Graev. Th. *T. 9. p. 367.* N. 3. et Not. ad Stp. Byz. — Sed ap. Heyn. Hiſt. T. 2. p. 109. m. Galli dicuntur nominati „*von dem* Fluſſe *Gallus*, der *durch* Peſſinus *gieng*“ cui rei, in N. non reprehenſae, videatur repugnare h. l. v. παραῤῥ. vulgari notione, qua, tacente P., (cf. Alb. Gl. N. T. p. 170.) exprimit Bg. cum Sch., ut eidem ſubiicit hunc locum ſine Vs. Stp. Th. 3, 690. B., qui tamen et D. „interfluo, ut humor, penetrans male adſtrictam rimam“ unde fortaſſis elicias quid pro Anglorum opinione; ut tamen non repetat hanc notionem L. Ern., ſed addat aliam pro „elabi, excidere“ quae ſit eadem cum illa Stp. et apta huius loco; ut et G. Th. cum Gr. n. „*praeterfluo*, ultra ſ. iuxta fluere, — per metaph. pro elabi, pertranſire“ nihil ut mihi innotuerit e geographicis in partem alterutram. Mox Sch. in „ἀ. *a* quo *denominantur*, (cf. §. 3. τὴν προσηγορ. λαβ., quocum variatur ex parte,) ἐπ. cognomen *ab* aliquo *gerere*“ quod vicinius, quam Bg., et noſtrum *führen*; quanquam habent Lat. etiam ſeverum *nomen ferre*, cf. G. Th. 635, 91. „*nomen* inſani *ferre*, i. vocari inſanum“ ex Hor. ep. 1, 6, 15., ubi poteſt eſſe pro compoſ. *auferre*, quod etiam noſtrates tenent, *einen Namen* davon *tragen*, i. q. accipere, tandem eodem rediens, cf. Ind. Suet., tenente Stp. Th. nihil, quam Lat. Bg. in ſubſt.

οἱ τῇ θεῷ τομίαι x ἱερωμένοι. habent evirati deae ſacerdotes.

x) Ms. Ba. τιμία v. N.

ἐπ., ut ſit pro ſimpl., et per variationem i. q. §. 5. m. ὄνομα, cf. ad Ariſt. Plut. v. 1168. Schol. C. D'Orv. Suid. 1, 846. e. ἐπ., ὀνόματα, ad Herodt. N. Gron. p. 56. b. i. Luc. 3, 452. i. Thuc. 167, 6. Ind. Dem. (cui add. 270, 27.) et Z. ad Vig. p. 610. a. i., ſed Ind. Xen. Bach. pro vulgari notione et cognomine, quod et hic procedit, et ſacerdotes illi ferunt, praeter hoc ſacerdotii.

οἱ τῇ θ. τ. ἱ.) v. Neap. ad Ovid. Faſt. 4, 361. et ipſe Ovid. (ib.) Apul. Metam. VIII. Spencer. p. 555. et 557. Quomodo Gallis virilia amputarentur, tradunt Intp. ad Min. Fel. c. 24. (§. 6.) *Leisn.* (etiam ib. c. 21. §. 11. ſq. it. Luc. 3, 486. l. 69. ſqq., ubi et ὄργια ποιέωνται, celebrant *orgia*, etc.) Galli enim dicebantur, atque antiſtes eorum archigallus. Plin. h. n. l. 5. c. 32. *Flumina ſunt in ea, praeter iam dicta,* Sangarium *et* Gallus, *a* quo *nomen* traxere *matris* deum *ſacerdotes*. Stp. Byz. καὶ ὅτι τὸν Γάλλον καὶ τὸν Ἄττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα. Καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τύραν ποταμὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι. Ἀπὸ ἐκείνου γὰρ τοὺς τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλοῦσι. Ovid. Faſt. l. 4. *Cur* igitur *Gallos*, qui *ſe* excidere, *vocamus?* caet. Etym. M. Γάλλος ὁ τῇ μητρὶ θεῶν ὀργιζόμενος (forte ὀργιαζ.) ὁ ἄλλος τὶς γενόμενος καὶ μεταβάλλων τὴν φύσιν ἐξ ἀνδρῶν. Καὶ οὔτε ἀνὴρ ὢν, οὔτε γυνή. Ἐξετέμνοντο γὰρ οἱ τελούμενοι τῇ θεῷ· ἢ ἀπὸ Γάλλου ποταμοῦ τῆς Φρυγίας, παρ' ὃν ἐτελοῦντο. cf. Plin. h. n. l. 35. c. 12. ſub fin. Cum furore agerentur Galli: *gallari* dicebantur, ut *bacchari* dicitur. Varro ap. Nonium. v. Salm. Plin. Ex. c. 52. p. 765. Strabo l. 12. p. 851. Alm. οἱ δ' ἱερεῖς τὸ παλαιὸν μὲν δυνάσται τινὲς ἦσαν, ἱερωσύνην καρπούμενοι μεγάλην· νυνὶ δὲ τούτων μὲν αἱ τιμαὶ πολὺ μεμείωνται. *Stroth.* Galli enim dicti ſunt, et, qui illis praeerat, archigallus. Videantur de his et toto Cybeles cultu Antiquitatum ſcriptores, in Chr. *Idem.*

Noſter quidem igitur a fluvio nomen eorum derivat cum aliis, cf. Ovid. l. l. Feſt. in v. et G. Th., tacente de Cybeles ſacerdotibus huius nominis Fabr. Bibl. Ant. p. 646. i., cf. Heyn. hiſt. T. 2. p. 109. ſq. ad Heſ. 1, 797. m. Ioſeph. Ant. I. T. 1. p. 248. b. i. N. x) ſq. cum Suid. 1, 466. i., ubi in ῥήσει quadam editur Πισσινοῦντος, *Peſſinunte*, et 3, 206. i. v. προστηθ. cum N. Kuſt., Dion. H. S. T. 1. 91, 21. Liv. 38, 18. m. 37, 9. e. Intp. ad Iuv. ſat. 6, 511. ſqq. et Monteſ. Ant. Tab. 43. f. 2., reddente Sch. „τ. *caſtratus*" praeter P., quod Bg. ſervat, expreſſo ſubſt. per particip., ſed contra participio ἱερ. per ſubſt., cui propterea dedit gen. pro dat. Gr., pendente a particip., ut proprie ſit, *evirati*, deae *ſacrati*, cf. Stp. Th. 3, 1397. A. m. „Herodi. l. 1. οἱ — ἱεράμενοι, (alio hoc accentu, quam in ed.) evirati *matris* deum *ſacerdotes*, (Suid. 3, 485. i., ſed ap. Heſ. 2, 1399. e. nihil, quam rectum τομία, unde lectio Ms. depravata oriebatur, una cum alio errore in extrema ſyllaba; cf. L. Ern. et Ind. Dem., tum 1, 1649. G. m.) Herodi. l. 1. loquens de Gallis ſacerdotibus, ἀφ' οὗ — ἱερωμένοι, deae *ſacri.* — Bud. ἱερωμένον τῷ θεῷ ap. Herodi. eſſe tradit non ſolum *ſacrum deo*, ſed etiam *ſacerdotem*; in qua tamen ſignif. frequentius eſt ἱερώμενος ab ἱεράομαι" ap. Bud. C. 1132, 19. ſine numeris „Herodi. τῷ θ. ἱερωμένον pro *ſacerdote* dixit et pro *eo*, quod *deo* ſacrum eſt" quod, de perſ. adhibitum, poteſt eſſe ſyn., quanquam

ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίων ηὔξατο τὰ πράγματα, φασὶν, αὐτοῖς χρη-	8. Cum autem res Romanorum creſcerent, aiunt ipſis ora-

contra non omne, quod deo ſacrum, etiam ſacerdos eſt; Sch. tenente „ἱερόομαι, paſſ. ἱερωμένοι τοῦ. θεῷ“ e P., ut Bg., ne allato quidem altero themate, ubi Stp. Th. 1, 1650. D. e. „ἱεράομαι, ſacerdos ſum. — Bud. C. (l. l. l. 27.) ἱεροῦσθαι quoque in eadem ſignif. accipi tradit“ ſed L. Ern. poſt Stp. Lat. „ἱερώμενος, ſacerdos, ἱερωμένη, feminá ſacerdos“, ut ad Herodt. p. 271. a. N. 78. „ſacerdos ἱερώμενος et ἱερωμένη dicebatur, dei deaeve ſacerdos ἱερᾶσθαι θεῷ“ ſed ad Thuc. 318, 6. ἡγησάμενοι (αὐτοὺς) — ἱερῶσθαι, quod *exiſtimarent*, ipſos *deo* eſſe *conſecratos*, V. L. ἱερᾶσθαι, et in N. praelatum e Thom. M. p. 469. ſq. et ex uſu ſermonis Gr., ap. vet. ſcriptores, ubi „ἱεροῦσθαι dicantur *ea*, quae *conſecrantur*, ut ἀναθήματα, ſed ἱερᾶσθαι, *qui* ſacerdotio *funguntur*“ cum Schol. Thuc. l. l. faciente Suid. 2, 103. cf. 98, i. et Heſ. 2, 25. i. 30, i. L. Ern. „ἱερόω, — ἱερῶσθαι, ſacratum, ſacrum eſſe, ἱερωμένος θεῷ, deo ſacer, ſacer“ ſed Ind. Dion. Caſ. „ἱερόομαι, ſacerdotio fungor, — ἱερωμένην τῇ Ἑστίᾳ“ quo in particip. feminini ſexus tamen dubitabitur ſemper, a quo derivetur themate, it. utrum ſit praeſ., an perf., cf. Heſ. 2, 29. e. ἱερωμένη, ἱερατεύουσα, ſine N.

ἐπεὶ λ.) Loquendi genus Lat. admodum familiare: *cum* res *romana* creviſſet. *Stroth.* Loquendi genus Livio aliisque Lat. admodum familiare: *cum r. r. cr.*, in Chr. *Idem.*

Totam formulam Noſtrum e Lat. duxiſſe, in primis e Liv. 1, 9. m., crediderim, cum nec mihi aliunde cognita ſit, et plane ignorata Stp. Th., qui in v. paſſ. adhibet Bg. Lat. act., in ſubſt. pauperior modoque tenens 3, 529. G. ſq. „τὰ τῶν Ἑλλήνων πρ., ap. Dem. *fortunas* Graeciae, — res *Graeciae* — *ſtatum* rerum *Graeciae*“ quae non ſic diſerte in Dem. Ind., et ap. Thuc. aliter explicantur ab Abr. Dil. p. 110. e. „per periphraſin, pro οἱ Ἕλληνες“ h. l. τὰ πρ., ut Lat. *res*, pro dominium, imperium, (unde mox per variationem τὴν ἀρχὴν,) ſ. pro potentia, cf. 1, 10, 7. Ind. Polb. Ern. ex 4, 77. i. T. 1. p. 541. m., ubi et Vs. *imperium*, Ind. Dem. et G. Th. 174, 51. p. ſq. l. 17., ſubiecto uno Liv. „res *Romana* erat *ſuperior*, — de praelio“ ex 2, 51. i., nec in v. *Rom.* allato exemplo, ubi Bg. eſſet ſeverior formula per gen., quam non iterum inveni, at alteram per adi. praeterea in Ind. Liv. Ern. cum Flor., ſed Sall. Cat. 6, 3. poſtquam *res* eorum, *civibus*, moribus, *agris* aucta, *ſatis* proſpera *ſatisque* potens *videbatur*, ubi Cort. adhibet e Liv. 1, 9. m., cui add. ib. i., qui Sall. locus valere poteſt pro explicatione, quoad v. ηὔξ., ubi Bg. e P. ſine neceſſitate deferit Gr., pro *auctae eſſent* ſ. *augeſcerent*, cf. Cort. l. l. ex Enn., *qui* rem *Romanam* Latium *que* augeſcere *voltis*; nobis hic ſufficiente *das* gemeine *Weſen* der *Römer*.

φασὶν ἀ. χρ.) Libros Sibyllinos id monuiſſe, ſcribit Sil. 17, 2. Flor. ep. 29. Aur. Vict. de V. Ill. c. 46. et Liv. 29, 10. ſed Pythium Apollinem Val. M. 8, 15, 3., qui forte defendi poteſt e Liv. l. l. et ſq. cap. *Leisn.* Nimirum per libros Sib. Liv. l. l., in Chr. *Stroth.*

horum plerisque *tanquam* ſ. *veluti*, ab Inttp. ſaepe liberaliter addita, in Vs. locum non inveniunt" non obſequente Bg., et recte, cum illa Lat., it. *ut* ſeverius, potius libere ab Inttp. opprimantur, et Lat. quoque habeant illa cum particip., cf., tacente G. Th., tamen Ind. Tac. et Hor. Turſ. p. 1041. Nr. 9. cum perf. „*tanquam* ſcyphum *furatus*, (praemiſſis,) *tanquam* poſt verba, pro *quod*" quo exemplo caret Ind. l., ſed in Ern. Amm. M. cum praeſ. „*ut* abundat" me quidem capiente tales particulas, ut Z. in Gr. Ind. l. l., in notione cauſae, et *ut* pro utpote ſ. quippe, ac deinde reſolvente per quia ſ. ſimilem cauſalem et participium in tempus finitum; ut ſit h. l., *quia* erat *iudicanda*, ſ. cum eſſet iudicanda, ſ. cum deberet iudicari, ſc. ſemel, deinde, certo aliquo die, nobis *da* aber *ſo* ihr, ſ. *über* ſie, *das* Urtheil *ſollte* geſprochen *werden*, ſ. *da* ſie *ſollte* verurtheilet *werden*, ut Stroth. Ind. Chr. v. μελλ. ex Aeſ. Fab. ἡ δ' ἀναιρεῖσθαι μέλλουσα, ἐδεῖτο „*da* ſie *getödtet* werden *ſollte*" fere eodem redeunte, ſi quis ὡς cum particip. capiat de conſilio et pro Lat. *ut* finali, Gr. ἵνα, cum Markl. ad Lyſ. l. l., *ut* autem *iudicaretur*, ut de ſe iudicari, iudicium fieri poſſet; ad pr. rationem, quae mihi videtur potior, accedente Sch. in ὡς., ubi noſtrum locum ſubiicit prolatis ad 1, 9, 22. e., ſed in „μ. κρ. damnanda" periphraſi in v. μ. cum inf. reſoluta in privum fut. particip. κριθησομένη, ſed, quoad ſenſum, cum P., ignorante Stp. Th. infinitivum hunc v. κρ., cf. tamen Ind. Dem. et 729, 5. περὶ τῶν μελλόντων κρ. it. 722, 24., et Stp. 2, 425. C. „κρίνω, pro κατακρίνω, damno" male ſequentibus Vern. hic P., cum μελλ. reddebat Lat. *metuens*, ſine uſu loquendi, ſed formulam Bg., delectam forte ad conſervandum aliquo pacto participium Gr., tenente G. Th. 1250, 15. 595, 17. ſine explic., cum *ſubire iudicium* ſit nihil, quam iudicium, ſententiam iudicum, pati, experiri, cognoſcere, audire, et i. q. iudicari. Caeterum, et hic P. orationem contrahente, reddit Bg. δὲ per δὴ, ut alibi, nec forte ad Sb. voluntatem corrigens, qua notione ne opus quidem, ſi δὲ iterum ſumatur enunciationes copulare more antiquo.

ἱκετεύει) In hoc v. Sch., praeter Lat. *obſecrare*, adhibet cum Bg. e P. phraſin, ut aliunde Stp. Th. affinem cum ſolenni, ap. G. Th. cum Gr. n. „*ſupplicare*, — humiliter et cum reverentia flexis genibus, precari" cf. Suid. 2, 110. e. Thom. M. p. 160. et p. ſq., et cum inf. iterum Z. Ind. Xen. Cyr., ſed ſine Ind. Dem. 835, 2., cum praep. 842, 7. et 1343, ult. πόλλ' ἐμοῦ δεηθέντος, καὶ τούτου ἱκετεύσαντος πρὸς τῶν γονάτων, quam praep. vitioſe omittit Ind. p. 649. i., cum acc. rei Thuc. 127, 60. cum N.; de re ut anquiri poſſit, cur Veſtalis rogarit populum, nec potius Pontifices, qui habuere notionem, iudicium ac ius ſupplicii in talibus cauſis et criminibus, cf. Dion. H. S. T. 1. 127, 39. p. ſq. l. 28. 200, 5. 556, 26. 597, 29. it. Liv. 4, 44. e. *Poſtumia*, virgo *Veſtalis*, de *inceſtu* cauſam *dixit*, crimine *innoxia*, rel. 8, 15. m. 22, 57. i. duae *Veſtales* —, ſtupri *compertae*, (en ipſum Bg. et de femina clare!) — *L. Cantilius* —, *qui cum Floronia* ſtuprum *fecerat*, rel. 28, 11. m. et Lipſ. de Veſta et Veſtal. Op. T. 3. p. 43. e. ſqq., quibus in locis non fit mentio populi eiusve iudicii, ſed, recentiori tempore, Imperatorum Rom., (ut ap. Suet. Dom. c. 8. m. inceſta *Veſtalium* virginum — *varie ac ſevere coërcuit*, et Plin. ep.

τῇ Πεσσινουντίᾳ[r] θεῷ τὴν κρίσιν[ſ.] καὶ, λυσαμένη τὴν

ſinuntiae deae illud iudicium. Atque cum ſolviſſet zonam,

r) In Ms. Ba. hic erat, ut in Stp. *Mart.* ſed in Ing. Πεσιν., ut ſupra, cf. §. 8. e. ſ) Ms. Bg. punctum hic etiam in A. et al.

4, 11, 5. ſqq., ſed tanquam Pontificum maximorum, ut diſerte Plin. ib. §. 6. *Pontificis* maximi *iure,*) porro Praefecti urbi, cf. Lipſ. l. l. p. 46. m., cum Noſtri aetate debuerint etiam populi in hac re partes fuiſſe quaedam, forte quod inceſtus Veſtalium pertineret ad iudicia publica, v. Nieupoort. p. 151. i., quibus vindicabantur crimina publica, quae vel adverſus remp. fuerant commiſſa, vel reip. ſalutem laedere videbantur, cf. Heinecc. Ant. Rom. P. 2. p. 314. e. Nr. 4. et Cl. Cic. v. *cauſa* p. 368. m., cum inceſtus talis ſalutem reip. laeſerit, i. civium omnium, quod eo deorum ira ac poena excitari credebatur, cf. Dion. H. l. l. 556, 18. 597, 16.

ἐπιτρέψαι) Bg. adhibet de ſuo artic. τὴν pro pron., ſed e P. ſyneſin in verbo plur. numeri, ad ſubſt. ſing. τὸν δημ. relato, tum formulam totam cum Stp. Th. 3, 1627. E. i. ex h. l. ſub „ἐ. committo, i. permitto" quam Gr. ita plenam non iterum tenui, ſed ſine caſu rei acc. τὴν κρ. eodem ſenſu, cf. Stp. l. l. Bud. C. 199, 29. Ind. Xen. Mem. S. Bach. et Pol. Z. cum Dem. Thuc., cui add. 23, 87. ad p. 337. N. 48. Suid. 1, 839. i., qua de ellipſi nihil ap. L. Boſ. p. 171. e., ut tamen defendi queat ille acc. adiunctus a ſimili τὴν δίαιταν, cf. in hoc ſubſt. Ind. Dem. it. R. Or. V. 6., nihil proferente G. Th. in v. v. *perm.* et *comm.*, ubi modo 1054, 74. „*committere* eſt tradere, ἐπιτρέπειν, (ſed in ſubſt. 422, 11.) ſenatui *liberum* arbitrium *de* ſe *permitterent*, (quae phraſis eſt ex parte hic P., ſed rurſus nihil in v. *ſententia* et *iudicium*, quam 1250, 11.) permittere *omnia* iudicio *alterius*" cf. tamen ap. Iuſt. 1, 10, 3. plenam P. phraſin et 11, 12, 4. regni *arbitria* victori *permittere*, it. Suet. Dom. c. 8. m. et Cal. c. 14. i., ut ad hanc Lat. analogiam Noſter ſcripſerit.

λυσαμένη) Zona ſ. cingulo a Claudia tractam navem, etiam tradunt Aur. Vict. de V. Ill. c. 46. Hieron. ap. Hard. ad Plin. 7, 35. it. Lact. Inſt. 2, 7. (immo de orig. err., cf. ſupra §. i. ad ἀλτ.) *Alii id fune factum* ſcribunt, Sil. 17, 41. Propert. 4, 11, 51. Ovid. Faſt. 4, 325., alii crine, Sid. Ap. carm. 24, v. 41. ſq. *Leisn.*

Diſſenſum ego quidem non componam, qui in poëtis probabilis, multa miraculi maioris cauſa fingentibus. Propertii mihi erant 4, 12, 51. *Vel tu*, quae *tardam* moviſti *fune* Cybellam, *Claudia*, turritae *rara* miniſtra *deae*; dante Sch. in „λ. quum *ea* recinxiſſet *zonam*, — ζ. λύειν" Lat. P., ſed in poſtr. Gr. neglectum med., ubi Stp. Th. non plene praecipit de formula, cum h. l. virgo Veſtalis ſimpliciter ſibi ipſa cingulum ſolvat, non iſtis de cauſis, quas ille memorat, ſed in univerſum, utque zona utatur ad rem aliquam, ad eam navi innectendam, navemque trahendam, valente adeo hic quoque vi med., a Bg. e P. deſerta, cum aliis Inttp., non modo in iis locis, ubi mas id in femina facit, (cum ibi tamen etiam reſpicias illud *in* uſum *ſuum*,) verum et, ubi femina id facit ſibi, cf. lib. de V. med. Fiſch. p. 15. m. W. p. 8. Call. in Iov. v. 21. in Del. v. 209. in Di. v. 14. Röv. ad Muſ. v. 272., ubi de ritu ſolvendae zonae exponunt, ſed Noſtri immemores.

ζώνην, ἐπαφῆκε τῇ πρώρᾳ τῆς νεὼς, προσευξαμένη [t], εἰ παρθένος εἴη καὶ ἁγνὴ, πει-	immiſit eam prorae navigii, precata, ut, ſi virgo ſit et caſta, pareret navis. Fa-

t) In Ms. Ba. hic colon.

ἐπαφῆκε) Forte ἐφῆπτε vel ἐπαφῆπτε, innexuit, *illigavit*, et in ſq. προπροσευξαμένη. *Reisk.*

Quorum nihil eſt neceſſarium; primam partem, in P. Vs. vetuſta non comparentem, at in ed. Stp. expletam, dante Bg. aliter tamen, ac fere cum Io. Hartung. ap. Grut. Lamp. T. 2. p. 712. i. Nr. 10. „zonam *recinxit* et *immiſit* prorae *navis*" quibus Bg. addidit modo pron. αὐτὴν e pr. ſubſt. ζων., reddente Sch. in v. bis compoſ. „*iniecit* zonam *prorae*" ubi Stp. Th. modo novit rectionem et Lat. Bg, pro quo Gs. ap. Luc. non bene fortaſſis adhibet *emittere*, tenens in Th. „*immitto* ἐνίημι, ἐφίημι, ἐμβάλλω, (quod eſt Sch. Lat.) ἐπαφίημι, (ſed non per conſtructionem eandem cum dat. rei ſ. loci, quam habet ſane Lat. Sch. ib. 1119, 85.) particulam *ſpongiae* inicere *naribus*, i. immittere" cf. Ind. Geop. cum Heſ. ſine auctoritate 1, 1317. m. ἐπαφῆκεν, — ἐπέδωκεν, quod ſit Lat. *indere*, ap. G. Th. cum Gr. al., ſed rectione eadem, etiam expoſitum per Bg. Lat.; ut vel ſic exiſtat ſenſus, quem Rs. voluit; reddente etiam Sch. in „πρ. prorae *navis*" ſed afferente Stp. Th. (cuius locum e Thuc. ignorat Ind.) cum ſimili gen. e Plut. τὰς πρ. τῶν νεῶν, qui interdum abeſt, cf. Ind. Luc. cum L. N. T., quo de nihil in L. Boſ. Ell., ut ap. G. Th. cum Gr. n. etiam modo abſolute, cf. Suid. 3, 217. m., non coll. ad Heſ. 2, 1067. m., et Schol. Lycophr. v. 286., cuius notationem Stp. ignorat; hoc e Noſtri loco ut pr. §. m. ἡ ναῦς ἀνέδραμε forte clarius explicetur magisque definiatur. Nempe *retro* ire *navis* dr. primo, dum redit, qua venit via, deinde, cum puppis praeit, ſequente prora, et denique, cum recta navis, praeeunte prora, fertur ac trahitur adverſo flumine, quod poſtr. conveniat illi loco, cum hic ſacerdos tradatur prorae illigaſſe zonam, navemque ſic traxiſſe; ut de fluvio adverſo teſtantur Ovid. v. 298. et Sil. v. 44. ſq. in Exc. Tum reddit Bg. v. προσευχ. per ſimpl., ut aliunde Stp. Th. per omnia loca, cum L. Ern. ac N. T., Ind. Xen. Hell. Mor. et Cyr. Z. it. Gs. ad Luc., quod et h. l. ſufficit, cum ſaepe praep. πρὸς redundet, at Rsk. illa πρὸ tam ſubintelligi queat, quam latere in tempore aor., nec oſtendatur a P., cuius „clare *precata*" non reprehenſum a Stp. in m., et a Sch. repetitum, quanquam et praemiſſo Lat. Bg., ſit hauſtum fortaſſis e Suet., v. §. 11. i. Exc., cum illud adv. nullo nitatur fundamento et uſu loquendi, ſed pr. πρὸς in v. noſtro per ſe valere poſſit Lat. *inſuper*, nec tamen ſic uſurpetur; tenente G. Th. in Bg. et v. *orare*, praeter Grr. al., etiam ſimpl. εὔχεσθαι, ſed in „*adoro*, προσκυνέω, προσεύχομαι, — ore ad ſ. ap. aliquem uti, — Apul. *populum* ſic *adorat*, i. alloquitur." Ita Gr. noſtrum proprie, vim retinente praep. ſuam, etiam fuerit, ad aliquem loqui et preces facere, ſed deinde ſimpl. precari, ut Lat. illud, quo quidem adeo uti liceat in Gr. noſtro ſevere reddendo, et cuius pro ſimpl. notione claſſicus locus eſt ap. Ovid. Met. 14, 366. coll. v. 405.

εἰ παρθεν.) Sch. „virgo intemerata" per hendiad., ſine neceſſitate et ſecus, ac P. et Bg., monente Stp. Th. tantum in adi. 1, 127. H. et p. ſq.

σθῆναι τὸ σκάφος.` ῥαδίως δὲ [u], τῆς ζώνης ἐξηρτημένης, | 13. cile autem applicata zo-

u) Hic noſtrum eſt comma, ut poſt ἐξ. nullum in Stp. et al., ſed poſt ἡκολ. punctum in A. rel., it. Chr. Str. et Ms. Bg.

B. e. „ſic ap. Hom. Diana dr. ἁγνὴ, utpote virgo, — et Proſerpina, (aliam ob cauſam, ſed in παρθ.) Luc. τὴν θυγατέρα ἁρπάσας, παρθένον οὖσαν, διέφθειρε, — ponitur hic παρθ. et pro νεᾶνις et pro ἄφθαρτος, pro iuvenca et incorrupta“ quo poſtr. ſenſu Noſter h. l. ſumens, ſubiecit ſtatim explicandi ergo adi. ἁγν., cf. G. Th. cum Gr. n. in utr., ſed in ſubſt. „nomen ordinarie ſtatus ſ. conditionis mulieris, virum nondum paſſae, — interdum aetatis potius, quam inviolati corporis“ Sil. v. 31. 39. Ovid. v. 307. 321. 323. ſq. in Exc. cum Heſ. 1, 56. e. ἁγνὴ, καθαρὰ καὶ ἀμίαντος ἡ παρθένος, ubi N. „pro ἡ forte hic rectius ἢ παρθ. legitur. — Niſi Dianam reſpexerit, cuius hoc epitheton 'Οδ. ε, 123.“ ſed et Veſtae ac Veſtalium, cf. Heinſ. ad Ovid. v. 296., unde et virtutem hanc dotemque iactat Aemilia ap. Dion. H. ed. Rs. V. 1. p. 382. l. 10. ψυχὴν ἔχουσα καθαρὰν καὶ σῶμα ἁγνὸν, quae Noſter hic univerſo adi. eloquitur. Caeterum Bg. iterum neglexit temporum conſecutionem, pro *eſſet*, cum ſemel in praeteritis coepiſſet.

πεισθῆναι) Fort. ſcriptum fuit σεισθῆναι, *ut* moveretur *navigium*, quod immobile redditum erat. *Steph.* ut *quaſi* exorari *ſe* ſineret *navigium.* Stp. σεισθ. *Oxon.* Vulgata recte habet. *Reisk.*

Quam et Sb. Ind. retinet cum Lat. *obſequi*, et Abr. Dil. Th. p. 631. e. „ὑπακούσεται, *cedendi* notione poſitum, pro εἴκειν, ut — πείθεσθαι adhibuiſſe videtur Herodi. — λυσαμ. — σκάφος, ubi non audiam Sylb. corrigentem σεισθ.“ pro Stp., cuius coniecturam ſine criſi repetit Sch. poſt „π. navim *obtemperare* ſ. *obſequi* progrediendum“ mendoſe, puto, pro *ad progrediendum*; ut illa Oxon. ſunt partim e Stp. ad m. P., addito tantum *quaſi*, ad molliendam metaphoram de navi, in quam nihil ap. Stp. Th., et paſſ. modo cum Latt. Sch. et aliis ſyn., at L. Ern. „πείθω, — primitiva ſignificatio v. eſt vincio, adſtringo loro, et ſic fune religatum, quo volo, duco. — Hinc (paſſ.) πείθομαι, patior me, veluti conſtrictum vinculis, duci et agi, quo alter vult“ quae videantur prorſus in locum noſtrum dicta, ubi adeo propria et phyſica vi Noſter uſurparit, pro ut navis, zona religata, duceretur, loco mota, a Veſtali, quo volebat; in quam notionem praeterea habui nihil, quam Suid. 3, 108. m. πείσματα, τὰ ἀγκύρεια σχοινία, παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν, *rudentes* ſ. *funes*, *quibus* ancorae *alligantur*, ſic dictis, *quod* eorum *ope* fiat, *ut* navis *nautis* quaſi *pareat*, qualia ſunt et ap. Euſt., de indicio Stp. 3, 132. e., tum forte ap. Xen. Cyr. Z. 4, 3, 9. de equis, χαλινοὶ, οἷς πείθονται, ed. Th. V. 1. p. 229. m. *fraena*, quibus *ad* parendum *aſſueſiunt*, ſed Ind. utr. „regi *fraenis*“ ubi Mor. comparat ſacrum locum Iac. 3, 3., quem unum tenet L. N. T. Krb., at non converſum, p. 496. m. Nr. 5. e. ſub Stp. Lat., ſed Grot. ex Hebr. intellectum, comparante Pric. inter rel. et „Sen. de navi, *gubernaculo* parens *et* conſentiens *vento*“ in quo Bg. Lat. G. Th. cum Gr. n. (cf. §. 10. e.) „tranſlate dr. *navis* vento *parere*“ ſine explic., pro pati ſe ferri, duci, quo venti volunt ac flant; qua via reditur eodem, tropica quidem v. ſumta vi, (a P. ſtatim mutata in liberiorem,) quocum conferri licet illud Ind. Xen. Cyr. Z. „ἕπεσθαι pro

ἡ ναῦς ἠκολούθησεν· ὁμοῦ na, navis ſecuta eſt. Simul-

πείθεσθαι" unde mox ap. Noſtr. ſyn. *ἡ ναῦς ἠκολουθ.*, quo tropo alio *navis* dr. *ſequi* etiam, cum patitur ſe moveri loco ac duci, et adeo moveri poteſt, movetur, trahitur, ubi, tacente Stp. Th. iterum, e P. fere Bg. et Sch. „*ſecuta eſt* trahentem" tropum retinent, in quo forte eſt aliquid Lat., ut et Lat. ſcriptores de re noſtra ſervant in Exc., qualia loca ignorat G. Th.

ῥᾳδίως — ἐξηρτημ.) Leg. *ἐξηρτημένη ἡ ναῦς λ. Reisk.* Adv. *ῥᾳδ.* iungendum *τῷ ἠκολ.* in Chr. *Stroth.*

Recte de adv., quod univerſe, ſed et nominatim hoc noſtrum ſaepe a Noſtro ambigue ponitur, ut ad propius verbum pertinere videatur, cum tamen referatur ad remotum, cf. 1, 5, 10., cuius rectionem adiuvimus nos, commate poſito poſt *δὲ* et *ἐξηρτ.*, ſed alia ratione ſimul adiuvit etiam Stp. ad m. P., dum articulum in *ἡ ναῦς*, per pron. expreſſum, praemiſit, retinens idem iſt. lectionem vulg. in gen. illis conſeq., quos bene reſolvit, ut et P. refert, quanquam alio traducta oratione; ubi res non habet difficultatem, ſi mente praeponantur illi gen., *τῆς δὲ ζων. ἐξ.*, *ῥᾳδ. λ.*, unde tamen non oritur illa vinctura perpetua verborum, quam Noſter aſſecutus eſt, illis gen. intertexendis, quos eosdem nos ſeparavimus, ut membrum peculiare, poſitis iſtis commatibus, ſed cum Bg. rectius, quam P., retinuit Sch. in „ζων. zona *alligata*" et iterum ſub *ἐξαρτάω*, quod Lat., ut et ſyn. *annectere*, non item Bg., tenet Stp. Th. e Bud. C. 1034, 13., non vero exemplum, ubi abſolute ſtet, ut hic, ſed cum gen., e praep. in v. pendente, quem Rsk. ſpectat, et Stp. Th. aliunde recte vertit, ſeparata praepoſitione, per Lat. *pendere* ab, *ex*; ut tamen ſane in aliis formulis huius v. non ſemper haec ratio ſevera poſſit obtinere, ſed alia Lat. formula debeat ſubſtitui, cf. Ind. Dem. Thuc. Xen. Cyr. Thom. M. p. 327. cum N., Suid. 1, 762. e. 772. e., ubi et *ἐξήρτα*, *ἐξῆπτεν*, (unde variet hic Noſter cum pr. v. *ἐπαφ.*) et cum alia ſimul praep., *τὰ γράμματα τὰ βασιλικὰ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων ἐξήρτα*, litteras *regias* ſtatuis *appendebat*, ſed abſolute 2, 724. m. v. *ὄσχοφ.*, non coll. ad Heſ. 1, 1276. m. 1293. e.; unde, quanquam e pr. gen. *ζων.* et finitione lapſus per ſe in v. *ἐξ.* accidere potuit, cum tamen ſenſus e lectione vulg. exiſtat idem, liberumque ſit ſcriptori, qua velit uti ratione, nihil invitis libris novandum, et ad ſummum e pr. ſubſt. *τὸ σχ.* repetendum pron. *αὐτοῦ*.

τὸ ἐναργ.) Non abs re credere videor, legendum *τὸ ἐνεργὲς λ. Tan. Fab.* *τὸ ἐναργ.* Herodiano adſerit Jenſ. ad Amor. Luc. p. 417., ubi *ἐναργὲς δεῖγμα*, ſignum *manifeſtum*. *τὸ ἐν. τῆς θ.* eſt *manifeſtum* deae Peſſinuntiae *numen*, quae precanti Claudiae annuerit, v. Hom. Ἰλ. υ, 136. Ὀδ. κ, 201. O. M. 4, 452. Plat. Alc. 1. p. 118. Sext. Emp. Hyp. 2, 1. 3, 8. et 30. adv. Math. 1, 4. Ienſ. L. Luc. 2, 22. p. 298., ad m. Ox. *Leisn.* Recte P. vertit: *manifeſtam* numinis *dignitatem*. Herodianus ita in neutro genere loqui amat, ut infra c. 12. (1, 12, 11.) *τὸ ἀκόρεστον τῆς ἐπιθυμίας*. Sic dicit *τὸ βάρβαρον*, *τὸ εὔδαιμον*, *τὸ ἀμέριμνον*, *τὸ στρατιωτικὸν*, *τὸ φθινῶδες*, *τὸ χρειῶδες*, *κ. λ. Stroth.*

Ad Luc. 2, 416. b. e. haec ſunt. „Vox haec *ἐναργὲς* hic commode etiam aſſerenda eſt Herodiano, ap. quem l. 1. c. 11. in digreſſione de dea Peſſin., ubi, quum narratum eſſet, quemadmodum navis, qua dea fuerit vecta, in Tiberi amni adhaerens, a ſola virgine Veſtali Claudia ſoluta,

δὲ τὸ ἐναργὲς τῆς θεοῦ καὶ que manifeſtum numen deae

pertraheretur Romam, additur, ὁμοῦ — τῆς Παρθ. Ῥ. ἐθαύμασαν. Tan. Faber in epiſt., noviſſimae Herodi. editioni praefixa, reponit ἐνεργές, at fruſtra. Quemadmodum ap. Luc. ἐν. θ. eſt *ſignum manifeſtum*: ita ap. Herodi. τὸ ἐν. τῆς θ. eſt *quaſi* manifeſtum *deae* Peſſ. *numen*, quae precanti Claudiae annuerit, et ſequi rogata, ſecuta ſit. Hiſtoria eſt etiam ex Liv. et Suet. in Tib. nota. Sic de deo Glycone dixerat etiam ſupra c. 13. Pſeudomantis (p. 221. l. 90.) civitatem accepturam eſſe ἐναργῆ τὸν θεὸν (*beatam urbem praedicat*, quae *praeſentem* iam *ſtatim* deum *ſuſceptura eſſet*) — Recte contra Fabrum adſeris τὸ ἐν. τῆς θεοῦ. Hom. (locis iisdem, quae ante ap. Leisn., at cum ipſis Grr. et Scholl.) Dii deaeve, qui quaeve ſigna manifeſta dabant ſuae efficaciae, *praeſentes* Lat. appellabantur, etc.“ Igitur primo confuſa quidem iſta duo vel eſſe vel putata, it. variare ſecum, v. Gat. ad Ant. 1, 17. m. p. 33. a. A. m. Fabr. ad Sext. Emp. p. 222. N. l.) Caſ. ad Polb. T. 1. p. 726. i., cum Rsk. p. 221. m., ad Ael. V. h. 14, 46. e. R. Or. V. 5. p. 192. e. V. 6. p. 171. N. 28. Alb. Gl. N. T. p. 138. e. it. ad Heſ. 1, 1214. N. 16. ἐναργῆ, δῆλα, φανερὰ, βέβαια, ἀσφαλῆ, ubi extrema duo bene habent, et ſyn. ſunt, ut Lat. *argumenta* v. c. *firma* et *certa*, i. evidentia, clara, cf. 1, 5, 24. m., non coll. Suid. 1, 734. m. Poll. Ind. et Dem., ubi copulatur cum σαφὴς et φανερὸς, it. 70, 21. 376, 13. 538, 5. Phil. in Flacc. p. 763. F. i., Stp. Th. e Luc. ſine Ind. 3, 150. i. οἱ φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν, ſibi *apparuiſſe* manifeſtum *deum*, cui add. p. 393. l. 34. ἐγρηγορότι ἐναργὴς συγγενόμενος, *vigilanti* praeſens *oblatus*, quo de Lat., etiam ſupra ab aliis adhibito, v. G. Th. 1034, 59. et Heyn. ad Virg. Ecl. 1, 42. it. Ge. 1, 10.; unde hic τὸ ἐν. τῆς θ. interpretor *praeſentiam deae*, cum τὸ ἐν. ſit pro ſubſt. ἡ ἐνάργεια, et Lat. non habeant ſubſt. ab adi. *manifeſtus*, ſed hoc cum *praeſens* ſit ſyn.; unde porro h. l. vertemus *praeſentem deam*, praeſens *numen*, quod par illi Bg., duobus ſubſt. pro adi. cum ſubſt. iterum poſitis; cumque praeſentia deorum non ſit nuda et otioſa: reddemus denique hic *efficaciam*, potentiam *deae*, et hinc iterum *efficacem*, potentem *deam*; ut ſenſus ſit, *admirati ſunt*, i. agnoverunt, ſenſerunt cum admiratione, ſtupore reverentiaque, deam eſſe praeſentem atque efficacem, deam ſe manifeſtaſſe et ſuam praeſentiam, efficaciam, potentiam, benevolentiam; quo et ducit ipſe Bg., reddens neutrum adi. cum articulo ſ. ſubſtantivum non, ut alias, per ſimplex adi., ſed, ut formulam Gr. referat, per adi. et ſubſt. ſimul, cf. G. Th. „quaſi nutus dei ac poteſtas, — maieſtas, (486, 20.) *dii* movent *numen*, i. vim ſuam declarant, — *manifeſto* numine, i. manifeſto deorum iudicio, (forte *indicio*,) et quaſi nutu, quo ſignificent, Virg. Aen. 11, 232.“ ubi v. Heyn., cf. Iuſt. 44, 47., ubi pro nutu dei, i. voluntate, cuius ſignum et effectus eſt oculorum nutus, etiam pro cura providentiaque dei, it. Ind. Corn. N., ſed h. l. Lat. Bg. eſt ſimpl. pro vi ac poteſtate, ob adiunctum iam gen. τῆς θ., ſed G. Th. cum Gr. n. „*admiror*, mirari vehementer, magni facere“ ſed et pro ſtupere, ut Gr. pro ἐκπλήττεσθαι, et θαῦμα pro ἔκπληξις, cf. 1, 10, 10. e., i. e. non tantum cogitare magnum quid et ignotum inopinatum que, ſed etiam valde commoveri in utramque partem, ſentire, pati motum aliquem in animo affectumque vehementiorem, ut neſcias, quid cogitare ac dicere debeas, cf. Heſ. 1, 1147. e. ἐκπλαγεὶς, θαυμάσας, it. 1145. m. Suid. 1, 698. m. Abr. Dil. Th. p. 310. m. L. N. T. v. θαυμ. et

τὸ σεμνὸν τῆς παρθένου Ῥω-	et ſanctitatem virginis Ro-
μαῖοι [x] ἐθαύμασαν. τοσαῦ-	14. mani admirati ſunt. Haec
τα μὲν δὴ τῆς Πεσσινουντίας [y],	hactenus de Peſſinuntia dea

x) In Ms. Ba. Ῥωμ. deeſt. *Mart.* v. N. y) In Ms. Bav. τῆς πεσιν. ſcribitur, et ϑεοῦ abeſt, *Mart.* In Ms. Vi. ϑεοῦ deeſt. *Loc.* cf. §. 12. et N. it. de Ing. Πεσιν. ac περὶ τῆς λ.

ϑαμβεῖσϑαι, reddente Stp. Th. 1, 1513. F. i. cum Gs. *magni facere*, i. e. magno modo, magnifice cogitare, et hinc valde laetari de re ſ. perſ., atque adeo amare; quo et ipſo reditur ad pr. dicta et principem v. ϑαυμ. notionem, pro contemplari ac cognoſcere, qua de v. Heſ. 1, 1683. m. Abr. l. l. p. 309. e., unde et illa ducitur ſuperior, pro agnoſcere cum admiratione, et alia, pro laudare ac praedicare, (quae nec ab h. l. aliena,) etiam iſta, pro abſurdum quid iudicare, indignari, reprehendere, quae quippe omnia ſequuntur contemplationem cognitionemque, cf. Abr. l. l. L. Ern., Loesn. p. 326. i. Kypk. T. utr. cum Indd. Xen. Z.

τὸ σεμν.) i. e. caſtitatem ſ. pudicitiam virginis. Alciphr. 3, 58. γαμεταῖς ἐπικλήροις πρέπει ὁ σεμνὸς βίος, *nuptas dotatas decet* caſta *vita.* De probata per miraculum quoddam innocentia et virginitate v. Huet. Alnet. Quaeſt. p. 174. ſq. *Leisn.*

Ap. Alc. p. 420. i. Bg. verterat, *caſtam atque* ſanctam *vitam*, deferens hic P., per ſe ut τὸ σ., pro ἡ σεμνότης iterum, ſit omnis honeſtas, cf. 1, 2, 6. m., ſed deinde, e contextu, ut hic, de virgine et omnino de femina, i. q. caſtitas, cf. Heſ. 2, 1169. σεμνή, τιμία, σώφρων, quod extr., ut ſyn., copulatur cum noſtro ap. Ael. V. h. 13, 1. p. 842. m., quo de tacet Stp. Th., habens modo „τὸ σ. ſubſt., pro ipſa maieſtate" ut G. Th. in Bg. „innocentia, — caſtitas" nec vero de femina, cf. tamen Ind. Tac. Ern., ut in ſubſt. τῆς παρϑ. hic eſt ſimplex notio, de ſtatu ac conditione, cf. §. pr. e., quanquam per ſe procedit illa vet. Vern. peculiaris, de virgine Veſtali, ut Lat. quoque ſimpl. *virgo* uſurpatur, cf. G. Th. Nr. 2. et Lipſ. l. l., nominatim p. 28. ſqq., qui p. 34. affert etiam plene τὰς Ἑστιάδας παρϑένους, ut proprie in ſubſt. τῆς π. ſtatui poſſit ellipſis, qua de nihil ap. L. Boſ. et Stp. Th., ſicut ap. Dion. H. S. T. 1. eaedem dicuntur παρϑένοι 126, 19. 127, 11. 556, 26. *αἱ ἱεραὶ π.* 56, 11. 199, 44. *αἱ π. αἱ ἱεραὶ* 129, 2. *αἱ. ἱ. κόραι* 62, 23. et *αἱ ἱεροποιοὶ π.* 597, 30., cf. infra 1, 14, 8. Tota vero narratio iſtius miraculi, (non diſſimilis illi de Tuccia,) quam et notaram eſſe ap. Feneſtell., de ſacerdot. Rom. c. 12., pertinet ad ſuperſtitionem gentilem, cum Lact. l. l. merito deridendam.

Ῥωμαῖοι) Poterat hoc nomen ſane abeſſe, nec tamen nocet adiectum, ut magis definiens, cum et, praeter rel. Mss. tacite, teneat P. clare, nec ſit hic idonea cauſa, cur exciderit, a vicinitate, niſi quod forte librario moleſtum fuerit, cum ſtatim recurreret; quanquam in eadem vicinia bis eſt ſupra §. 10. ſq., nihil ibi novante homine ac Ms.

τοσαῦτα — τῆς) Puto deeſſe περὶ ante τῆς. *Steph.* Sch. modo in „Πεσσ. Peſſ. *deae*, Cybeles, conſtruitur cum τοσ., ut non opus ſit cum Stp. ſupplere περὶ" quae tamen rectio illius pron. cum gen. non reperta eſt, niſi quod Lat. Bg., e P., cf. 1, 4, 15., ſimiliter conſtruitur, cf. 1, 3, 6. e. ad προχ. et G. Th. 896, 54. *hoc* litterularum *exaravi*, quod reſolvimus

θεοῦ Φιλοτιμότερον ἱϛορείσθω, ambitioſius commemorata ſun-

vulgo in caſus eosdem, *has* litterulas *exaravi*, per ellipſin alicuius ſubſt., v. c. negotium ſ. fruſtum, quae Gr. ſint χρῆμα, τμῆμα, it. μέρος; cuius plur. μέρη cum ſaepe deficiat, v. L. Boſ. Ell. p. 201. e. ſqq., hic Lat. *haec* Peſſ. *deae* ſint pro hae res ac rationes deae Peſſ., ſ. ad deam Peſſ. pertinentes; quo tendit Vern. rec. *dieſe* Umſtände *von* der *Peſſ. Göttin*, de noſtratium more dans gen. per praep.; quanquam in Lat. negat ellipſin talem ſubſt. *negotium* Lindn. p. 103., melius putans, ſi dicatur, eſſe in his Graecismum, et adi. neutr. ſtare pro ſubſt., quo et inclinat Poſſ. Synt., cf. 1, 3, 6. e., cuius τοσοῦτον μανίας etſi mutari poteſt in τοσαύτην μανίαν, tamen hoc non fiat h. l. per τοσαύτην τὴν Πεσσ. θ., ut alia ſuccurrendum hic ſit ratione, v. c. ut dicas, pendere gen. τῆς Π. θ. ab ellipſi praep. ſ. particulae χάριν, ἕνεκα, et ipſius Stp. περὶ, quae ellipſis conſpicua eſt ap. Abr. Dil. Th. p. 121. e. 451. m. it. ad Aeſch. 2, 25. e. „ἆρ' οὖν ταῦτα καὶ μόνα τῶν ἀνθρώπων ἔχομεν λέγειν; pro περὶ τῶν ἀ." qui locus valde blanditur ob affinia et pron. ταῦτα et v. λεγ., cf. p. 125. m. 273. i. 430. i. ad p. 25. L. Boſ. Ell. p. 527. ſqq. it. ad Vig. p. 219. b. e. Nr. 5. 242. N. 55. 635. a. i.; ſecundum quae properanter nimis Ing. arripuerint coniecturam Stp., cum et Mss. taceant; quanquam e P., praeter liberrimum illud adv. *hactenus*, etiam Bg. refert praepoſitionem, quae hic per vicinitatem vix periit, niſi in δὴ lateat, cf. N. ſq., quod cum μὲν Bg. omittit e P., cf. 1, 8, 14., tenente Stp. Th. aliunde cum Lat. Bg. v. ἱϛορ. cum acc. rei et pr. περὶ, ut contra in Mss. θεοῦ omiſſo ſubſt. magis apparet cauſa a vicinis τιας pr. litteris, cum et P. retineat clare, ſed Ms. Ve. tacite; quanquam per ſe Πεσσ. abſolute procedit, cf. §. 3. m.

φιλοτιμ.) *Sch.* „haec *hactenus* prolixius *fortaſſe*, quam *decuit*, narrata *ſufficiant*" partim e P., quem Bg. ſevere deſerit, forſan e Stp. Th. 3, 1558. B. e. „Pol. φ. reddidit *prolixius* ap. eundem l. 1. hoc in loco, τ. μ. δὴ περὶ τῆς Π. θ. φ. ἱϛορείσθω. — Sic certe φιλοτιμοῦμαι Bud. exp. etiam *prolixe largior*. Sed crediderim tamen, rectius reddi poſſe ibi *ambitioſius*, quo dicitur modo *ambitioſa diligentia*, etc. (ubi etiam lectio alia per pr. περὶ intruſam, ut p. pr. G. m. adv.) φιλοτίμως, ambitioſe" cui addit L. Ern. *ſollicite*, ſed L. Baſ. „liberaliter, copioſe, — ambitioſe" malo ordine, cum a tropo potius ſit primo ambitioſe, per ambitionem et honoris ſtudium, deinde ſimpl. ſtudioſe, cum ſtudio, certatim, et hinc, per adiunctum ac conſequens, diligenter, accurate, data opera, it. largiter, copioſe, ampliter, et in noſtro comparativo *amplius*, cui par P., it. diligentius ſ. accuratius, cf. Ind. Polb. Ern., Xen. Bach. Ael. V. h. Iſ. Ev., Obſ. M. A. V. 1. p. 392. Abr. L. Ar. p. 42. m. Diod. S. T. 1. 19, 92. Suid. 3, 611. e., non coll. ad Heſ. 2, 1510. i. ſine N., ſed de Lat. Bg., ita univerſe accepto, dubitare ut videatur G. Th. cum Gr. n., cf. Cl. Cic. Ind. Corn. N. cum Gron. ad Liv. 45, 36. e.

ἱϛορείσθω) Fortaſſe congruentius ἱϛορήσθω, narrata *ſunto*, tempore praeter. *Sylb.* P deſerit etiam Sch. in vulg. ἱϛ. „τοσ. αὐτῆς φ., *prodita* ſufficiunto *tanta* de *ea* prolixius *fortaſſe*, quam *decuit*" quoque Bg. referente perſ. Sb., ut ſane facilis fuit lapſus in ει et η, quanquam nihil hic definiri poteſt e P. ſilentio, tacentibus etiam Mss., et poſito alibi quoque praeſ. pro perſ., contraque, ac me tantum haec noſcente, Herodt. 253, 25: τοσαῦτα μὲν θυωμάτων πέρι εἰρήσθω, *hactenus* de *thymiamatis* dictum *ſit*, (e quo loco, cum τοσ. μὲν ponatur ſolum ſine δὴ, poſſis in

οὐκ ἄχαριν ἕξοντα γνῶσιν τοῖς τὰ Ῥωμαίων οὐκ [z] ἀκριβοῦσιν.	to, non iniucundam allatura ſcientiam iis, qui res Romanas

z) In Ms. Ba. οὐκ abeſt. *Mart.* etiam in Mss. rel., v. N.

hoc quaerere compendium pr. περὶ ad noſtrum locum, ut aliquis id per δὴ legerit, cum et alibi μὲν δὴ copulata ſciret,) Plut. Hſ. 1, 3. e. καὶ περὶ μὲν τῆς γενέσεως τοσαῦτα εἰρήσθω μοὶ, atque *haec* quidem *de* generatione (*mibi*) dicta *ſunto*, ſed Ael. V. h. 3, 1. e. ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν — Τεμπῶν καὶ ἐμοὶ νῦν τοσ. εἰρήσθω, *de* Tempibus *igitur* — etiam *mibi* commemorata *haec* hucusque *ſunto*, at 2, 41. e. εἰ δὲ χρὴ καὶ γυναικῶν μνημονεῦσαι, — εἰρήσθω δὲ οὖν καὶ περὶ τούτων, quodſi *mulieres* etiam *memorare* oportet, *dicatur* igitur *etiam* de *his*; ubi ſine V. L. perf. eſt pro praeſ. ſ. fut., ut porro praeſ. pro fut. ap. Luc. 2, 462. l. 81. τοῦτο μέν σοι ἄλλως ἱστορείσθω, atque *illud* quidem *alias* tibi *referatur*, quod Gr., proprie de geographis adhibitum, a Noſtro uſurpatur ſemper ſenſu hiſtorico, atque adeo improprie, pro narrare, cf. Stp. Th. Bud. C. 1205, e. L. Ern. et N. T., Ind. Ael. V. h. Polb. Ern. Luc. Fiſch. Pal., Abr. ad Aeſch. 1, 207. e. Krb. ad N. T. p. 318. m. Loesn. p. 326. e. Kypk. 2, 273., ad Vig. p. 189. b. m. Thom. M. p. 476. Heſ. 2, 78. e. Suid. 2, 154. e., tum ap. Ael. V. h. 13, 1. e. καὶ ὑπὲρ τῆς Ἀταλάντης τοσαῦτα, *et* de *Atalanta* tantum *eſt*, ubi V. L. καὶ ὑπὲρ μὲν τῆς λ. non ſpernenda quidem, cum μὲν abſorptum eſſe poſſit a pr. περ., nec tamen neceſſaria, cum et ſine μὲν procedat, quod ex aliis locis per gloſſam aſſutum ſit, ſed Ind. v. τοσ. e. „ut Lat. *et de* Atalanta *tantum*, ſc. dictum eſto ſ. habeo, quod dicam" qua de ellipſi nihil ap. L. Boſ., ſed ad Vig. p. 609. b. m. „ἐπὶ τοσοῦτο, tantum, *hactenus*. Ariſtot. — περὶ μὲν οὖν τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας ἐπὶ τοσοῦτο εἰρήσθω, *atque* haec *quidem* de *Lacedaemoniorum* rep. *hactenus* dicta *ſunto*" cuius μὲν οὖν ſyn. eſt noſtro μὲν δὴ, ſed ut ibi praep. περὶ iterum compareat, ut ante ap. Ael. ὑπὲρ ſyn. alia cum μὲν οὖν.

οὐκ ἄχαρ.) Sch., in γν. ſubiiciens noſtrum locum illis 1, 1, 4. m., reddit „ἄχ. *in ſuavem*, ingratam *notitiam*, ἕξ. habitura *notitiam*, h. e. cognoſcenda" Bg. ſequente P., cf. 1, 2, 9. m., cum et Lat. norint formulam ſeveram, a G. Th. in v. utr. non explicatam, unde hauſerit Noſter, quia nec Stp. Th. tenet, praeterquam in adi. ἄχ. cum Latt. Sch. et Bg. „ex Herodi. οὐκ ἄχαρις γνῶσις" cf. Per. ad Ael. V. h. 14, 9. p. 943. N. 1., ad Herodt. p. 625. N. 74. Suid. 1, 401. i., non coll. ad Heſ. 1, 656. ἀχαρὲς, λυπηρὸν, ſine N., pro quibus forte legendum ἄχαρις, λυπηρὸς, variante Noſtro cum 1, 1, 4. m. in adi., a quo pendet dat. τοῖς ἀκρ., diſtractus ille ob orationis laevitatem, ut, v. ἕξ. ſtante in medio, ordo Noſtri melior omni reliquo deprehendetur mutantibus.

τοῖς τὰ Ῥωμ. οὐκ ἀκρ.) Cod. Ῥωμαίων ἀκρ., omiſſo οὐκ. Duplex eſt v. ἀκρ. ſignificatus. Primum enim notat accurate ſcire, ſ. ἀκριβῶς εἰδέναι, ubi illud ipſe explicat Xen. Cyr. l. 1. c. 3. Atque eo quidem ſenſu ſaepiſſime occurrit. Deinde notat etiam accuratius in aliquid inquirere. Atque ſi hoc ſenſu in noſtro loco accipiendum eſſet: οὐκ utique abeſſe deberet. Cui enim bono narraſſet Herodianus hanc hiſtoriam iis, quibus res Romanorum curae non eſſent? Verum, cum ἀκρ. inquirere in aliquid denotat, aliter conſtruitur, nempe cum praep. περὶ, ut ap. Ariſtot. de gen. anim. ἀκριβῶ περὶ τὰς διαφορὰς χρωμάτων. Priori itaque ſenſu h. l. accipiendum eſt; atque ita οὐκ abeſſe non poteſt, quod excidit

ὁ δὲ Κόμμοδος, ἐκφυγὼν τὴν 15. minus cognitas habent.

ob ſq. ἀκ. Paulo fuſius hoc XI cap. iuvenum noſtrorum in gratiam, qui illud legunt in Chr. noſtra, perſecuti ſumus. *Stroth.* οὐκ abeſt a C. Ven. ex incuria, quia ſq. ἀκ, vel etiam librarius ἀκρ. intellexit de accuratiori in res Romanorum inquiſitione. Tunc utique abeſſe deberet. in Chr. *Idem.*

Notiones v. recte conſtituit L. Ern., cum Stp. Th. omnia miſcuiſſet, ubi 1, 302. B. i. ex h. l. „τοῖς — οὐκ ἀκρ., *qui* res *Romanorum* non *exacte* cognitas *habent*" et praeterea e Bud. C. 1122, 6. exemplum, pro inquirere, cum acc. rei; quale illud etiam nobiliſſimum L. N. T., ubi vſ. ſq. explicatur per ἀκριβῶς ἐξετάζειν περὶ λ., quae praep. non facit diſcrimen notionis, ut nec in aliis v. v., in quibus pariter conſtructio utraque ad ſenſum convenit; neque contra res Mss. dirimi poteſt e contextu huius §., ſed potius e §. 1. e., ubi Noſter profeſſus, ſe memoraturum rem illam διὰ τὴν παρ' Ἑλλήνων τισὶν ἀγνωσίαν, quo hic reſpicit ac redit, ubi ſimplex ignoratio, qualis et eſſe poteſt in Bg. e P. formula, *minus* accepto pro ſimpl. non, cf. G. Th., ubi tamen et 716, 29. „minus *ſcis*, i. non ſatis noſti" quod i. q. non accurate, quo et tendit Sch. in nudo „ἀκρ. *iis*, qui *res* Romanas *probe* cognitas *habent*" unde Bg. phraſis paſſ., reſoluta in act., erit vel *non ſciunt*, vel *non* accurate *ſciunt*; qui Bg. ſaltem tuetur vulg. οὐκ, quod ſane exciderit vel ob ſq. ἀκ, vel ob pr. ων ſimilem ſyllabam, cf. de notione v. Ind. Dion. Caſ. Dion. H. S. T. utr., Ael. V. h. Xen. Mem. S. et Cyr. cum Bach. Z., ubi ἀκριβοῦν i. q. alibi ἀκριβῶς εἰδέναι, ſed Ind. Luc. duo memorabilia loca ob adiunctum adv., quo fit, ut ſit i. q. ſimpl. εἰδέναι, 1, 590. l. 76. κινδυνεύω τὴν δὲ πάνυ ἠκριβωκέναι, *periculum* eſt, *ne* alteram *nimis* etiam *calleam*, (niſi quis capiat pro eo, quod praecedit l. 68. τὴν ἐναντίαν αὐτῇ πάνυ ἀκριβῶς οἶδα, oppoſitam *illi* artem (*valde*) accurate *novi*,) et 2, 672. l. 63. τοὺς λόγους πάνυ ἠκρίβωκε τοὺς Στωϊκοὺς, rationes *Stoicorum* plane *perdidicit*, cf. ap. Suid. 1, 92. e. ἀκριβωθήσεται, ἀκριβῶς μελετηθήσεται, accurate *conſiderabitur*, ex Ariſt. Eccl. v. 162., ubi Sch. ἀ. μελετήσεται e Suida corrigendum, ſi non ſtet med. pro paſſ., tum v. 274. cum acc. rei alia notione, in Vs. bene expreſſa e pr. περιδεῖσθε, it. Ran. v. 1531., quo augebitur Stp. l. l. C. m. F. i., ubi ſine auctore ſimile, quorſum faciat Heſ. 1, 1617. m. ſine N., et mox ἠκρίβωτο, ἀκριβῶς ᾔδει, ſenſu adeo med., qui non eſt ap. Stp., nec obſervatus in N., ubi tamen loca N. T. nobiscum expoſita, ad quae Suic. Th. p. 166. e. ſq., praeter paſſ., etiam de med. alium profert locum, et e Theodor. ſimilem noſtro, τοὺς δὲ τὴν τέχνην οὐκ ἀκριβοῦντας, eos *vero*, qui *artes* ſuas *non* accurate *tenent*. Tum τὰ Ῥωμ., ſcil. πράγματα, tacente L. Boſ. Ell. p. 283. ſqq., aliter, quam §. 8., et vertuntur a Bg. e P., et quoque intelliguntur, de inſtitutis ac ritibus, quemadmodum alibi de rebus geſtis, ut ap. Lat., cf. Ind. Corn. N. Liv. Tac. et Iuſt., quanquam et h. l. non reprehendam de hiſtoria Rom., i. rerum, domi belloque geſtarum, notitia atque narratione. Caeterum, quia ſequebatur res plane alia, et ut epiſodium hoc totum ſeparatim ſtaret, melius hic claudebatur caput hoc, quanquam μὲν et δὲ ſeſe reſpicientibus; unde et in Stp. aliisque edd. poſt ἀκρ. nova ſectio inſtituta eſt.

ἐκφυγ. τὴν) In Bg. Ms. nihil diſtinctionis deprehenſum eſt per regionem hanc, ut Lat. eius ad ἐκφ. e P. (ap. G. Th. cum *fugere*) ignorat Stp. Th., variante Noſtro cum 1, 9, 16. per ordinem alium.

Ματέρνου ἐπιβουλὴν, πλείονί τε περὶ αὐτὸν[a] ἐχρῆτο φρουρᾷ, καὶ σπανίως τοῖς δήμοις ἐπεφαίνετο[b], τὰ πλεῖστα ἐν προ-

Commodus autem evitatis Materni inſidiis maiori ſe cuſtodia muniebat, et raro in publicum prodibat, plerumque in

a) Ms. Ba. αὐτὸν per lenem cum Bs. 1. it. Bc. 2., v. N. b) In Ms. Ba. colon hic et mox poſt διατρ.

πλείονι — φρ.) Sic de ſtipatoribus et cuſtodibus corporis loquitur Herodianus. Hinc 1, 4, 10. additur φρουρὰ δορυφόρων. Sic 2, 13, 16. et 4, 9, 12. Sic Sall. b. Cat. 14, 1. *circum* ſe *ſtipatorum* catervas *habere*, ubi v. Cort. *Leisn.*

Secundus quidem e Noſtro locus non huc pertineat, ſed alia in Ind., ut de primo ibi dictum, nomine φρ. hic aperte ſtante de perſ., etiam in extr. iſto Noſtri loco, ubi et περὶ ἑαυτὸν affine noſtro pron., variandi cauſa; referente Bg. iterum aſperum e P., unde et mutata eſt tota formula Gr., cum etiam procedat ſevera, *maiori* circa *ſe* utebatur *cuſtodia*, ad ſenſum par illi per v. ἔχειν 4, 9, 12. ἧς εἶχε φρουρᾶς περὶ ἑαυτὸν, tenente G. Th. modo „*cuſtodiae*, δορυφόροι, pro cuſtodibus, — *munire* aliquem locum *cuſtodiis*“ cf. tamen Liv. 22, 37. m. milite *atque* equite — *non* uti *populum Rom.*, ut Stp. Th. aliunde 3, 484. B. m. πλ. cum Bg., h. l. de numero, ut magnus pro multus, et contra, tacente G. Th., cf. Ind. Xen. Cyr. Z., hic recte ad ſenſum Vern. *ſtärkere Leibwache*, ad Sall. l. l. omnium *flagitiorum* atque *facinorum* circum *ſe*, tanquam *ſtipatorum*, catervas *habebat*, tenente Cort. „circum *ſe*) Sic loquuntur de ſtipatoribus et proximis quibusque, (allato etiam Noſtri h. l., ſed cum περι αυτον ſic ſine ſpiritu et accentibus, et ad 26, 4. circum *ſe* praeſidia *amicorum* atque *clientium* occulte *habebat*,) circ. *ſe*) frequenter de regum comitibus. — A Gr. petitum eſſe, vel ex Cic. — coniicias, ubi οἱ π. αὐτὸν, Caeſariani“ Corrad. qui *circum* ipſum *erant*, ut Cl. Cic., addito „ipſius familiares“ cf. Ind. Corn. N. Liv. Ern. in praep. et ſupra 1, 6, 22.

σπανίως) Bg. alio ordine tantum e P., cf. 1, 7, 3. e. it. G. Th. 1161, 19. „*publicum*, ſubſt. — pro conſpectu publico, — *prodire* in publ.“ cf. Suet. Ner. c. 51. e. Plin. Pan. 26, 1. 24, 3. Corn. N. 7, 3, 5., ut ſit ellipſis ſubſt. vel illius Gs. *conſpectum*, vel *locum*, cf. Lindn. p. 50. m. 85. e. et ap. Lampr. in Comm. c. 5. p. 486. *poſt haec* Commodus *nunquam* facile *in* publicum *proceſſit*, ubi de repugnantia quadam cum Noſtro cf. N. 6. Caſ. cum Grr. noſtris et π. αὑτὸν aſpero, omnem rem transmittentibus Anglis ap. Heyn. Hiſt. 4, 1017. ſq.

τὰ πλεῖστα) Sch. in artic. *plurimum*, ſed in adi. „τ. π. abſolute ſ. adv. ſ. ſynecd. *maiorem* vitae *partem*“ ut Stp. Th. aliunde „maiori ex parte“ noſtris *größten Theils*, etiam de tempore uſurpantibus, cf. in ellipſin L. Boſ. p. 204. e., ſed, quoad Vs., Ind. Xen. Cyr. Z. cum Bg., e P., ſed Ael. V. h. v. πλέον cum Stp. *ut plurimum*, quod eſt Gr. aliud, v. c. ὡς πλεῖστον, ſ. illud ap. Suid. 3, 430. e. τὰ πολλὰ, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *ſaepe*, plerumque, *ut plurimum*, et ap. Thuc. 219, 10. ὡς τὰ πλείω, *plerumque*, quod ap. G. Th. „adv. ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὰ πλεῖστα, fere ſemper“ non memorata ellipſi ſubſt. *tempus*, ſ., in certis locis, *ſpatium*, it. *intervallum*, cf. Liv. 45, 9. i., in Ern. Ind. „ſubſtantive“ qui cum gen. ibi, ſed ut ſit proprie adi., adiuvandum

ἀστείοις καὶ τοῖς ἀπωτέρω[c] *τῆς πόλεως βασιλικοῖς κτήμασι* ſuburbanis et remotioribus ab urbe principalibus praediis

c) ἀποτ. Bs. Par. et Pat., v. N.

praeterea per praep. aliquam, v. c. *in*, ſ. *ad*, ſ. *per*, ut fieri poſſit adv. e lege ſolenni, cf. G. Th. v. *plerique* 917, 80. Cort. ad Sall. Iug. 54, 9., tacente etiam Lindn., qui modo p. 132. m. explet *ſpatium temporis* ad v. *plurimum*, ubi G. Th. „adv. πλεῖστον, h. e. permultum, – ſaepius, frequenter" ut in Gr. ſupplebitur pr. illa ἐπὶ, it. κατὰ, quanquam et ſine hac ellipſi Gr. noſtrum procedit, cf. N. ſq. ad διατρ., tenente Stp. Th. in πρ. Lat. Bg., e P., cf. Suid. 3, 275. e. Heſ. 2, 1022. e. et ap. G. Th. cum Gr. n. „*ſuburbanus*, – ſubſt. ſ. elliptice, omiſſo nom. *praedium*" cf. Lindn. p. 117. m., quam ellipſin, tacente L. Boſ., ſumas et in Gr., v. c. τόποις, χωρίοις, οἴκοις, οἰκήμασι, it. κτήμασι, quod Noſter mox ad βασ. addit, et forte ad noſtrum hic πρ. ſimul pertinet, ut manifeſte tunc ſit adi.

τοῖς ἀπωτερ.) Formulam Gr., ex adv. gradus comparativi intra articulum et genitivum loci, tractamus proprie ſic, ut ad artic. ſumatur aliquod particip., tum, ſervato adv. Lat. eiusdem gradus, ad ſenſum pari, deligatur quaedam praepoſitio Lat., notionem habens Graecae praep. eius, unde formatus eſt comparativus, tanquam hic, ſuppleto particip. v. ſubſt. οὖσι, eoque reſoluto per pron., praediis, *quae* longius *ab* urbe *aberant*, ſ. *longius* urbe *aberant*, quod Lat. v. compoſ., hic neceſſarium, (quia ſimpl. v. *eſſe* non uſurpatur iſta rectione,) tenet praepoſitionem, quae in Gr. adv. eſt; ut non opus ſit, ſeparatim eam poni; ſicut explere licet etiam particip. ἀπέχουσι et ἀφεστῶσι, *quae* longius *urbe* ſ. *ab* urbe *diſtabant*; qua ratione ſervatur vis comparativi propria, a P. neglecta in *praediis* procul *ab urbe*, neſcio, an propterea, quod et alibi comparativus eſt pro poſitivo; quem deſerens Bg., formulam reddit, fere ut in adv. intra artic. et ſubſt., atque adeo per adi. ſ. particip., ei par, ſed addita praepoſitione illa, ex Gr. adv. ſumta; cui congruit ex parte Sch., et ipſe P. deſerens „ἀπ. adv. cum gen. τ. π., remotius *ab* urbe *ſitum*" expleto ſimul alio particip. κειμένοις, tenente Stp. Th. tantum haec 4, 512. E. m. „ἀπότερος, *longinquus*, et ἀποτέρω, *longius*, ut ἀποτέρω τῆς πόλεως, *longius* ab *urbe*, (ſine auctore.) Ita v. l., ſed perperam. Per ω enim haec ſcribenda ſunt, ἀπωτέρω, ut ἀπωτάτω, (ſed 1, 493. e.) ἀπώτερος, *remotior*, (hic melius per Lat. comparativum, quam ante per poſitivum, hanc poſtr. ſcripturam et Vs. tenente tantum L. Ern.) et ἀπώτατος, *remotiſſimus*, quibus uſitatiora ſunt adv. ἀπωτέρω et ἀπωτάτω, magis *procul*, et *maxime procul*. Aeſch. (Or. Rs. V. 3. p. 535. i. ſine Ind.) οἷς ἦσαν ἀπωτέρω οἱ κίνδυνοι, *a* quibus *pericula* longius *aberant*. Sic ἀπωτάτω δειλίας ὁ τρόπος, longiſſime *ab* ignavia *abſunt* hi *mores*, (ſ. *remotiſſimi ſunt* ab *ign.*) Quae advv., cum nom. per articul. coniuncta, nominum (adiectivorum) vim habent, ut οἱ ἀπωτέρω φίλοι ap. Suid. „1, 303. m. ἀπωτ., πόῤῥω, μακρὰν, longe, *procul*, ὑπὲρ τῶν ἀπ. φίλων, amicorum *procul* diſſitorum *gratia*, e Soph. Oed. Tyr. v. 137. ed. Iohnſ. *pro* remotioribus *amicis*, cf. ib. Schol. vet., unde Suidas hauſit, omiſſo ὑπὲρ altero ante αὐτοῦ ἐμοῦ, cf. 1, 4, 11. e., qui diſerte p. 298. i. ἀπωτάτω, ποῤῥωτάτω, διὰ τοῦ ω μεγάλου, *longiſſime*, ſed Heſ. 1, 507. ἀπωτάτω, μακρὰν, et ἀπωτέρω, πόῤῥω, gradu neglecto etiam, ut hic P., cf. ib. N.,

διατρίβων, καὶ ἑαυτὸν δικα- commorans, atque a iurisdictio-

ubi V. L. ἀπστ. et ἀπωτ., etiam ap. Luc. Ind. in N. e 2, 571. e., cf. Ind. Dem., cui add. 1070, 23. et G. Th. „*longius*, πὀῤῥωτέρω, ἀπωτέρω“ ſed non ſine praep. *a*, quam Gr. in noſtro adv. dicemus regere adiunctum gen., v. Fiſch. ad Well. p. 151. m., aut adverbio loci dabimus caſum eundem, cf. ib. p. 346. m. et Poſſ. Synt. p. 283. i. 286. i., ſed ut extrinſecus arceſſatur pr. ἀπὸ, ut ſupra ad πόῤῥω 1, 7, 4. e. Sed Sch. in „κτ. praediis *imperatoriis*“ deſerit P. adi. ſecus ac Bg., cuius Lat. in ſubſt. aliunde tenet Stp. Th., ut Sb. Ind. ex 2, 4, 13. m. et 2, 6, 5., illuſtrans ex h. l. et 2, 4, 12., ubi βασιλέως κτῆμα, per variationem in gen. ſubſt., pro noſtro adi., quo de cf. L. N. T. cum Kypk. 1, 365. m. Krb. p. 144. m. it. ad Luc. 2, 302. N. 6., ſed de κτ. Ind. Dem. et Xen. Z. Cyr. et Bach. cum L. N. T. Abr. Dil. Th. p. 34. e. Suid. 2, 383. m., non coll. ad Heſ. 2, 359. e. Nr. 12., ut per hoc adiunctum accipias aut eadem cum prioribus ſuburbana imperatoris praedia, (definita illa hoc membro dilucidius, etiamque per poſſeſſionem, cum in priori tantum a loco nominata ſint,) aut diverſa plane, nec amplius ſita in finibus ſuburbii, quod ſi longiſſimum cogitetur (cf. Lipſ. de magn. Rom. Op. T. 3. p. 113. e.) poſſis acquieſcere in prima ratione, cf. cap. ſq. §. 12. Sed in v. δ. Sch. „tempus *conſumens* in *praediis*“ partim e P. „*plerumque* temporis *in* ſuburb. — *conſumere*“ quorum ille per ellipſin explet acc. χρόνον, ſed hic genitivum eiusdem ſubſt. τὰ πλ. — τοῦ χρόνου, cum Latini non dixerint abſolute iſtud v. Lat., quoad produnt Indd. et G. Th., ubi Bg. cum Gr. n., quo de Stp. Th. 3, 1333. E. „δ. (phyſice) attero, abſumo, conſumo, — it. (improprie) aliquis dr. δ. τὸν βίον aliqua in re ſ. alicubi, i. e. aetatem et vitae tempus terere, — conterere. — Herodi. l. 3. (3, 13, 2.) ὁ δὲ Σεβῆρος (pro textus αὐτὸς δὲ) τὰ πλεῖστα τοῦ βίου διέτριβεν ἐν τοῖς βασιλικοῖς προαστείοις, plurimum *in* ſuburbanis *agitabat*, (e P.) *bonam* vitae *ſuae* partem *terebat* in *ſuburb.* — Sed plerumque omittunt acc. βίον ſ. χρόνον, ac neutraliter hoc v. uſurpant pro commoror, immoror, agito, dego, tempus tero in — „quae poſtr. de ellipſi non ſatis accurate praecipiuntur, cum in illo Noſtri τὰ πλ. τοῦ β. δ. potius omittatur plur. ſubſt. μέρη, ut ipſe Stp. in Vs. exprimit, et ad §. noſtrae τὰ πλεῖστα eadem aſſumi queant, ut plene ſit, τὰ πλ. τοῦ β. μέρη, ſicut etiam in v. δ., abſolute poſito, non recte accuſativus modo χρόνος, nec βίον ſuppletur ad L. Boſ. Ell. p. 50. ſqq. et 380., cf. L. N. T. Schw. et Krb. cum Poſſ. Call. p. 312. e. 457. 734. m., ubi et ſimile illi ap. Noſtr. τὰ πλ. τοῦ β. δ., per adi. cum gen. e „Plat. μεθ᾽ ὑμῶν συχνὸν διέτριψε τοῦ βίου, *vobiscum* magnam *vitae* partem *attrivit*, (ap. Stp. Th. l. l. „μ. ἡμῶν — *nobiscum* — *contrivit*“) ubi ſimiliter in Vs. explet ſing. ſubſt. μέρος, quanquam, ſi συχνὸν ſumatur non pro neutro, ſed pro maſc., etiam procedit ſubintelligi τὸν χρόνον, ſed in Herodt. 11, 29. τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, *quum* permultum *temporis* triviſſet *ap. Periandrum*, ob maſc. τὸν πολλ. cum gen. potius ſupplendum μερισμὸν, i. q. μέρος, cf. L. Ern., tum Heſ. 1, 971. m. διατρίβει, διάγει, παρέλκει ἐπὶ πολὺν χρόνον, quod extr. pertinet ad notionem v. pro differre, ducere, extrahere, ut 988. e. διέτριψεν, κατέσχεν, ſine N., pertinet ad aliam pro remorari, retardare, retinere, cf. L. Ern. et Stp. 3, 1334. G. m. ſqq., et ad N. Heſ. add. Hom. Ὀδ. β', 204. 265. 404., ubi cum gen. rei, tacente Stp., cuius rectioni cum particip. add. Ind. Xen.

ϛηρίων ἀπείργων καὶ βασιλικῶν πράξεων.

Συνέβη δὲ [d] κατ' ἐκεῖνο και-

ne abſtinens et ab imperatoriis functionibus.

Contigit autem per illud

d) Poſt δὲ et καιρ. nihil in edd., et tacite quoque in Mss., v. N.

Cyr. Z., non tenente G. Th. illud Lat. Poſſ. *atterere* de tempore, ſed modo Stp. duo *conterere* ac *terere*, quae tamen nec ipſa abſolute dicuntur, v. c. *plerumque*, plurimum, *terere*, ſed potius cum ſubſt. aliquo; ut liceat ſane liberius vertere per Lat. Bg., aut aliquod Stp.

ἑαυτὸν δικ.) In medio locatum v., converſum a Bg. e P. liberrime, licuit eodem Lat. aſſequi, quoad pron. et etiam ſine praep., cf. G. Th. 32, 15. „*abſtineo*, — ponitur vel adiecto *ſe*, vel omiſſo, vel cum praep., vel ſine ea, (quia iam eſt in v., ut in Gr., a qua utrinque pendent caſus adiuncti,) *abſtinere* — a *negotiis*, i. nulla negotia tractare“ ignorante Stp. Th. hunc uſum v. tropicum cum Bud. C. 381, 31. L. Ern. et Baſ., ubi tamen v. e. „ἀπείργομαι ξένου, Plato in Legg., *a* peregrino *abſtineo*“ quod ducit ad Noſtri rationem, ponentis act. cum pron. recipr. pro med., cf. 1, 8, 2., nihil me reperiente, quam alia ap. Poſſ. Synt. p. 94. m. et Call. p. 18. m. cum Ind. Dem. et Z. Xen. Bach., phyſico tropico ve ſenſu, per rectionem eandem, ſed cum facit alius in alium id, nec ſimile quid in Lat. *arcere* et *abarcere*, quo ſevero, vix probo, cf. G. Th., noſtrum v. redditur in Ind. Dion. H. S. T. 1., reddente Sch. in „πρ. actu *imperatorio* ſ. *functionibus* imper. *abſtinens*“ partim cum P. et Bg. e Sb. Ind. „πρ. β. *actus*, ſ. *functiones*“ quorum primum hic in ſing. adhibuit P., et aliunde Stp. Th. 3, 526., ſed Bg. ſuum iam 1, 10, 2. m. ad ἐργ., qui alterum ad δικ. dat e P. liberrime, pro *tribunali*, ubi ap. G. Th. eſt Gr. n., ſ. *iudiciis*, quod ib. non eſt de loco, ut tamen ſaepe dr., et, quod ſciam, Gr. noſtrum ſemper tantum, cf. Stp. Th., e Noſtro ſilens, Ind. Dem. Xen. Z. Pol. Luc., ubi et 1, 595. l. 71. ἀπολιπὼν τὰ δικαϛήρια, relictis *iudiciis*, quae formula par noſtrae ad ſenſum, cum h. l. ſit, tropo remoto, cum δικ. i. q. non adire, non frequentare, ſed cum πρ. non ſuſcipere; ut adeo unum v. ſit ſenſu dupl. poſitum cum diverſis ſubſt., quibus tamen et unum ſufficiat Lat. *negligere*; ſicut toti formulae reſpondet illa 1, 8, 3. τῶν βασιλείων καμάτων ἀπῆγεν αὐτὸν, et in poſtr. καὶ βασ. πρ. deeſt adi. ἄλλων ſ. λοιπῶν, quia et in pr. δικ. eſt pars imperatorii muneris et laboris, copulante duo haec alibi Noſtro, cf. 3, 10, 3. δικάζων — καὶ τὰ πολιτικὰ διοικῶν, 3, 13, 2. et 3, 14, 17. e. δικάσοντα καὶ τὰ λοιπὰ διοικήσοντα πολιτικὰ τῆς ἀρχῆς.

Συνέβη) In conſtructione huius v. cum inf. etſi per ſe liberum eſt ad ſenſumque perinde, poſt δὲ, an καιρ., diſtinguas: tamen Inttp. Lat. ambo id faciunt hic poſt καιρ., propter *ut* ſuum; quanquam in Ms. Bg. nihil commatis fuit ibi, quod reſtituimus; omittentibus Vern. hic v. Gr., cf. 1, 8, 5. e. 7. i., unde iis ad ſqq. referenda fuit formula κατ. ἐκ. κ., ubi Sch. e Sb. Ind. in pron. „illo *tempore*“ in quo pron. P. etiam Bg. deſerit, nihil noſcente Stp. Th., quam pr. κ. de tempore 2, 87. F. m. G. m., in formulis aliis, ut „κ. νόσον, tempore *morbi*“ ubi adeo inclinat in partem illam negligentiorem et abl., ut Sch., cf. L. Boſ. Ell. p. 200. e. Bud. C. 1475, 13. ſqq., ubi dubitanter Lat. *id temporis* reddit „κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ“ quem diverſum caſum et gen. non bene deſeruit

ϱοῦ λοιμώδη[e] νόσον κατασχεῖν tempus, ut peſtilens morbus

e) λιμ. A. 2. cum B. 1., v. N.

Bg., ſeverus alioqui in exprimenda aliqua praep., cui pares aliae *ad*, circa, *ſecundum* id *temporis*, qualis praep. aſſumenda quoque in Bud. formula Lat., cf. G. Th. 1233, 3. in pron. „id *aetatis*, in ea aetate, — *id* temporis" ſic nude, Cort. ad Cic. ep. 6, 21, 6. it. Iul. Caeſ. b. Hiſp. 3, 1. it. 4. et 12, 3. ubi vera lectio eſt *idem temporis*, ſed V. L. rel. omnes e gloſſa, *id tempus*, eodem *tempore*, per *id* tempus, *per* idem *tempus*, ſed Lindn. p. 139. i. „id *diei* etc. i. circa ſ. usque ad hoc tempus diei" pro quo in formulis *id temporis* et *idem temporis* ſupplendum potius ſubſt. aliud, *ſpatium*, momentum, *punctum*, quae noſtrates etiam habent in *Zeitraum* et *Zeitpunct*, ut in Gr. explemus ſubſt. μέϱος, ubi Noſter, pro libertate, omiſit artic. τοῦ ante ſubſt. κ., quem ſine cauſa requirunt Grammatici vet. quidam, cf. ad Thom. M. p. 502. et Praef. ad Thuc. ***** 2. m., ap. quem 448, 55. ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτο καιϱοῦ ἐλθὼν, forte *autem* id *temporis* eo *venit*, it. Abr. Dil. p. 728. „utroque modo ſaepe loquuntur recentiores, ut κατ' ἐκ. κ. Marcell. — Euſeb. — Socrat. — Sozom. — Addit fere ſemper articulum — Agath., ut Socr. — Euſeb." e cuius hiſt. eccl. ed. Read. T. 1. p. 223. l. 5. habui κατ. ἐκ. κ. ea *tempeſtate*, p. 77. l. 33. κατ' αὐτὸ τοῦ κ., *per* idem *tempus*, quod eſt potius Gr. κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ κ., ſ. κατὰ τὸν αὐτὸν καιϱὸν, quanquam et αὐτὸς ſine articulo videtur interdum eſſe i. q. Lat. *idem*, cf. §. 7. 1, 10, 1. e. 2, 6, 12. et noſtro ſyn. ap. Palaeph. 41, 6. κατὰ — τὸν καιϱὸν τοῦτον, Ind. „hoc *tempore*" it. κατ' ἐκεῖνον τὸν χϱόνον ſ. καιϱὸν Poſſ. Call. p. 698. m.

πρὸς τὸν θαν.) Transpoſitus videtur articulus; mallem πρὸς θαν. ἐκδ. τὸν πον. οἰκ. *Stroth.*

„σεις πονηρὸν οἰκέτην, ὀλέθρου „τοσούτου [1] τοῖς μὲν αἴτιον ἤδη „γεγονότα, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὅσον	*lum, qui tantae cladis illis iam fuit, nobis mox futurus eſt*

1) *Ms. Ba.* ὀλ. τοσ. αἴτιον, καὶ τούτοις μὲν αἴτιον ἤδη γεγ., ἡμ. λ., quae lectio mihi anteferenda videtur. *Mart.* quae et erat in Mss. rel., v. N., ſed ὑμῖν in B. 1. vitioſe.

Iſto modo ſcribere Noſter ſane potuit, verum et, ut nunc ſcripſit ſecundum Mss. rel., quorum Bav. et alibi tentat articulum, per variationem additum hic ſine diſcrimine, ut dr. πρὸς τιμωρίαν et πρ. τὴν τιμ. ad 1, 12, 11. e., quo Gloſſator reſpexit; P. deferente Sch. in „πρ. *neci* aliquem *dare*“ ut Bg. in adi. alio gradu, ap. G. Th. cum Gr. n., ſed Stp. Th. proferente tantum 1, 994. E. e. in v. „dedo, (abſolute, ſed et cum adiuncto quodam, ut) ἐπὶ βασάνῳ, (ap. Dem.) ſicut et ἐξαιτεῖν“ quod noſtri v. correlatum, ut vocant, etiam Noſter ſpectat in ſuis εἰς θαν. αἰτεῖν l. l., tenente Ind. Dem. noſtrum v. modo abſolute, quibus add. 848, 26. 855, 26., pro quo l. 21. παραδοῦναι — βασανίζειν, cf. 852, 10., ſed cum adiuncto, ut inf., ἐκδ. βασανίζειν 850, 3., pro quo privum παραδοῦναι l. 23., cf. 856, 2. 11., it. cum praep., εἰς βασάνους ἐκδ. 874, 12., pro quo παρεδίδουν οἰκέτην εἰς βάσανον 871, 10., cf. ad N. T. Act. 2, 23. Krb. Obſ. p. 170. i. e Ioſ. 1, 684. i. ὡς οὐκ ἐκδώσει τοῖς ἐχθροῖς ἱκέτην, non *eſſe* inimicis *traditurum*, rel., cum dat. perſ., ſed cum praep. p. 576. l. 12. τοὺς ὑπὸ τοῦ — πρὸς ἀπώλειαν ἐκδοθέντας, *ab* iſto *ad* exitium *proditas*, cui refertur paulo ante l. 9. τὴν Ἐσθῆρα — πρ. ἀπωλ. αἰτησάμενος, Estherem *poſtulando* ad *necem*, cf. Phil. in Flacc. p. 750. i. et Loesn. p. 171. ἐπ' ὀλέθρῳ — ἐκδώσει, *tradet*, — ἐπ' ἀναιρέσει, dedendi *ſunt* ad *ſupplicium*; ſumente hic Bg. ſyn. dat., pro praep. cum ſubſt., quum et hanc rectionem habeant Lat., cf. G. Th. 87, 73. „*ad* cum ſuo caſu — pro dat. ponitur, — ad *carnificem* te *dabo*, (carnifici, cf. 1, 12, 11. e. et in v. Bg. cum Gr. n. 38, 97.) dare, — *me* dede *morti*, — *neci*, — ad *ſupplicium*“ cf. in ſubſt. hoc et in Bg., it. in v. *tradere* i. et 1091, 96. e Virg. *ad* mortem *ſi* te *prodiderim*; e quibus adiunctis ſupplebitur noſtrum v., ubi ſtat abſolute, tacente L. Boſ. Ell., reſpondente noſtratium *heraus geben* ſ. *ausliefern*, cf. Krb. l. l.; hic ut ſumas dat. τῷ δήμῳ extrinſecus, latentem in pr. ἑκατ. τοῦ πληθ., ſed expreſſum §. 9.

ὀλέθρου τοσ.) Cod. plenius, ὀλ. τοσ. αἴτιον λ., quod verum putarem, niſi vehementer diſpliceret repetitum αἴτιον· quare ſic legendum cenſeo, ὀλ. τοσ. αἴτιον. καὶ τούτοις μὲν ἤδη γεγ. λ. *Stroth.*

Nihil hic in Mss. eſſe, quam Gloſſatoris manum et operam, tria maxime produnt; primo illud ipſum repetitum αἴτιον, quod orationem facit vehementer languidam, cum brevitas lectionis vulg. bene conveniat animo mulieris commoto, tum pron. τούτοις, pro artic. τοῖς, quem nemo credat ex illo ortum, ſed contra illud ex hoc, de more gloſſae, quae exponit articulum per pron. demonſtr., non hoc per illud, cf. Heſ. 2, 1398. i. τοῖς, τούτοις, ſine N. ac loco, v. Hom. Ὀδ. γ', 490., denique P. hic ſeveritas, vulgatum referens totum, praeter μὲν et δὲ omiſſa, et αἴτιον reiectum ad membrum poſtr., et adv. ὅσ. οὐδ. praemiſſum verbo ἐσομ., quibus accedere quartum poteſt hoc, quod non apparet, quomodo lectio vulg. tota, brevior illa, ſit orta e longiori Mss., it. quintum

„οὐδέπω.“ Τοιαῦτά τινα εἰπούσα [m], ῥηξαμένη τὲ τὴν ἐσθῆτα, καὶ τῶν παρόντων τινὲς,

auctor. Talia quaedam cum locuta eſſet, veſtemque ſibi diſcidiſſet, etiam ex iis, qui ade-

m) Ms. Ba. ἰπούσα mendoſe.

illud, eſſe in lectione vulg. maiorem orationis et laevitatem, (cum contra in Mss. τοσούτου αἴτιον καὶ faciant tum hiatum, tum conſonantium concurſum,) et concinnitatem per omnia, praeter alium locum adverbiorum, poſito ἤδη quidem ante v. γεγ., ſed ὅσ. οὐδ. poſt v. ἐσομ., quae loca mutavit libere P., et hinc Bg., obſecutus idem in rel. omiſſis et traiecto αἰτ., ſed partim Stp. Th. in „ὀλ. Herodi. l. 1. ὀλ. — ἐσ., *qui* tanti *exitii* et *cladis* autor *illis* iam *fuit*, mox *futurus* nobis *eſt*“ et Hoog. ad Vig. p. 128. N. 84. „*tanti* exitii *illis* iam *factum* auctorem, *nobis* vero *iam* iam *futurum*, (non item in Op. p. 1280. m.) exitii *illis* quidem *iam* rel.“ muliere hic quidem minus oratorie dicente de nece ac iactura tanta, cf. 1, 12, 14. ſqq., tamque multorum utriusque turbae, ἑκατ. τ. πληθ. §. hac init., quo refertur τοῖς μὲν per ſyneſis genus aliquod, ad ſingularem ſubſt. collectivi adhibens pluralem pron. ſ. articuli, ſed in ὀλ. variante Noſtro cum φθορὰ 1, 12, 2. 6. m., cf. ib. e Thuc. et Heſ. una cum 2, 739. e. it. Suid. 2, 677. i., tum ferente Stp. Th. in αἰτ. cum Bg. „interdum ponitur cum dat. perſ., ut Ἰλ. γ′,“ 164., ubi tamen caſus ille potius pendet a v. ἐσσὶ, ut h. l. a v. γεγ. et ἐσομ., tenente G. Th. al. Grr. in v. *mox* et „*clades*, — caedes.“

Τοιαῦτα) Abſolutae ſtructurae forma uſitatior per gen. εἰπούσης, — ῥηξαμένης τε λ. Aliter haec a Lampr. narrantur. *Sylb.* Poteſt tamen et vulgata ferri. *Boecl.* Non modo genitivi εἰπ. ῥηξ., quos Sb. volebat, non ſunt neceſſarii, ſed omnino huic loco non conveniunt. Namque ἐτάραξαν non ad τινὲς τῶν παρόντων ſolum refertur, ſed etiam, et quidem maxime ad Fadillam, adeoque genitivi conſq. forent contra linguae naturam ac ingenium. *Stroth.*

De Lampr. quidem cf. ad §. 2. i., ſed de Sb. coniectura dicetur ſimul poſt ad lectiones ſqq. Mss.

ῥηξαμένη) Apud omnes gentes in veſtimento conſciſſo eſt ſignificatio luctus, v. Barth. ad Stat. Th. 1, 593. p. 194. et 9, 354. p. 991. it. Cell. ad Curt. 3, 11, 25. *Leisn.*

Cf. quos laudat Fabr. Bibl. ant. p. 864. ſ. XI., in quibus et eſt alicuius *Wichmannshauſen* Diſſ. de laceratione veſtium, ap. Hebr. uſitata, ubi (nam erat in manibus) c. 2. de lac. veſt., ad alias gentes propagata, p. 42. e. Noſtri locus per Grr. depravata, et cum hoc peccato, quod refertur ad caput, quo „in Graeciam poſtea hic quoque ritus penetrarit, id quod — Hiſtoricorum Graecorum monumenta adprime evincant“ cum pertineat potius ad ſeq. §. demum de Romanis; ſequente P. partim Sch. in „ῥ. med. *quum* ſcidiſſet *veſtem*“ rectius Bg. exprimente vim med., (qua de nihil in lib. de V. med. et Stp. Th.) ſed per Lat. compoſ., ut contra alii per ſimplex alia Gr. compoſ., cf. ad N. T. Loesn. p. 62. e. „τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηξάμενος, ſciſſis *veſtibus*, — τ. ἐ. διαῤῥήξαντας, veſt. *ſciſſis*“, ſed alii diligentius ap. Krb. p. 60., ubi abſolute e Ioſ. 1, 490. περιῤῥηξαμένη, *diſciſſa* veſte *ſua*, quo loco (et ipſo bene converſo ad vim med. ſervandam, cf. §. 4. i. ad οἰχ.) uti poterant ad L. Boſ. Ell. p. 125. m.,

θαῤῥήσαντες [n] τοῖς τῆς ἀδελφῆς τοῦ βασιλέως λόγοις, τὸν Κόμ-

rant, nonnulli, freti ſororis imperatoris verbis, Commodum

n) Ms. Ba. τινὲς ἐθάῤῥησαν τοῖς — λόγοις, καὶ τὸν κομ. ἐταρ. Si εἰποῦσα et ῥήξ. ſumas tanquam nominativos abſolutos, et καὶ ante τῶν παρ. pro *etiam* ſ. *vel:* ſenſus Ms. eſt valde aptus. *Mart.* In Excp. Ms. Ve. modo ἐθάῤῥησαν — καὶ — ἐταρ., ſed Ms. Vi. ἐθάῤῥησαν γὰρ καὶ τὸν Κομμ., v. N.

recte monente ib. Krb. „iſtam veſtium ſciſſionem ita intelligendam, ut eam veſtimentorum partem, qua pectus tegitur, lacerarint, nudumque adeo pectus oſtenderint“ ut hodie, maxime feminae, etiam honeſtae; cf. Aeſch. Perſ. v. 1065. πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν, peplum *autem* dirumpe *ſinuoſum* vigore *manuum*, immo *pectorale* et quod ad ſinum et pectus eſt, ſic capiendo κολπίας ſubſt. pro adi., cf. L. Ern., ignorante Stp. Th., et ad v. 468. ῥήξας δὲ πέπλους, *lacerans* autem *veſtimenta*, Schol. διασχίσας δὲ τὰ ἱμάτια ἑαυτοῦ, qui ita per med. exponit recte act., et ipſum ſic in hoc genere ſolenne, ſed G. Th. in Bg. „διασχίζω, — καταῤῥήγνυμι, *veſtem*, — *amictus*“ ſine peculiari explic., nec in illo Sch. 331, 4. 19. et in ſubſt. Bg. 995, 25. *abſciſſa* planxi *mea* pectora *veſte*, it. l. 36. diſcindere *veſtem*, ſq. ire *in* longis *veſtibus*, et ſimul *ire* ſciſſa *veſte*, (quod proſit ad §. 5. m. in Luc. ἐν ὅπλ. de omiſſa pr. *in*) it. l. 49. ſq. et v. *tunica* 891, 12. 20. v. *lacerare* 11, 88. et *laniare* 26, 48.

θαῤῥήσαντες) Legitur etiam ἐθάῤῥησαν γὰρ τοῖς — λόγοις, quae notis parentheſis includenda eſſent. *Steph.* Cod. ἐθάῤῥησαν — καὶ — ἐταρ., minus recte, ut videtur. *Stroth.*

Cauſam Martinus addidit, quare non improbaret lectionem Ms. Ba., cum Ve. conſpirantem, quae ſane ſic procedit, ut quoque illa Stp., quae in Ms. Vi. comparet partim, dum iſta Stp. habet cum finito tempore ἐθ. quoque cauſalem γὰρ, ſed Vi. praeterea καὶ ante τὸν Κομμ., ubi, ſumta parentheſi, cuius index γὰρ eſt, ſenſus fuerit hic, *talia quaedam* locuta, *ſcindens* que *ſibi* veſtem, *et* praeſentium *quidam* (freti *enim* erant *ſororis* imperatoris *verbis* ſ. dictis) *quoque* Commodum *turbabant*; ubi adeo ſecundum καὶ ante τὸν Κομμ. pro *etiam* ſumi oportet ob primum καὶ ante τῶν παρ., vi propria et pro mera copula ſtans; ſicut et participia εἰπ. et ῥήξ. relinquuntur in legitima rectione ſua et pro nominativis ſolennibus. Videntur autem novitates hae Mss. ſic ortae, non tam, quod librarius violenter mutaret participium in tempus finitum, ex arte id reſolvendo ac poſtponendo copulam καὶ ante τὸν Κομμ., quam potius ita, quod, cum aliquis omiſiſſet ſyllabam τες, ſive fortuito, ob ſq. τοῖς, ſive de induſtria, ad cavendum concurſum ſyllabarum trium τες τοῖς τῆς, ab eadem conſona incipientium, (qualia Noſter tamen non refugit, cf. 1, 3, 6. i. 1, 6, 2. e.) alius librarius, ne series laboraret, affigeret augmentum in fronte verbi, ſed et illud καὶ ante τὸν Κομμ. Poſt haec alius addiderit γὰρ, vel per liberam ſapientiam, vel ſyllabam τες, per compendium ſcriptam, ſic expediens. Iam P. verſatus eſt hic libere iterum, non ſolum omiſſo pron. τινὰ, ſed et proximo τὲ, tum mutato particip. ῥήξ. in finitum verbum, ob quam cauſam deinde (praeter τινὲς commutatum cum πολλοὶ) retinet καὶ ante τῶν παρ. pro mera copula per ſyn. *que*, ſed oſtendit praeterea voculam *item*, quaſi habuerit ſecundum καὶ cum Ms. Vi., denique tamen contra Mss. ſervat particip. θαῤῥ. per ſyn. phraſin, liberior rurſus in τῆς ἀδ. τ. βασ. Reſtat Bg., qui, ſervans lectionem

μοδον ἐτάραξαν. ἐκπλαγεὶς δὲ[o] ἐκεῖνος, τόν τε[p] ἐπικείμενον

8. perturbabant. Territus autum ille, periculumque impen-

o) In Ox. δὲ abeſt mendoſe. p) Ms. Ba. τὸν ἐπικ. κ. ν. N.

vulg., tamen καὶ ſumit pro *etiam* ſ. praeterea; unde debuit priora participp. εἰπ. et ῥηξ. cum Sb. accipere pro nominativis abſolutis ſ. gen. conſq., quod manifeſtum eſt hinc, quia illa participp. reſolvit per particulam *cum*. Ego quidem, quoniam vulgata lectio facit ſententiam eandem cum Mss., nec orta eſt ex illis Mss., ſed horum potius e vulgata, ſervans eandem, perque nominativos participiorum illorum legitimos accipiens, ſuppleo ad haec participp. pronomen αὕτη, edidique poſt τινὲς comma, nullibi per edd. repertum, ſumens itidem καὶ pro copula mera, ut ſic nominativi αὕτη et τινὲς habeant ſua quisque adiuncta participia, et tanquam ſubiecta logica cum ſuis adiunctis referantur ad v. ἐταρ., tanquam copulam dialecticam cum attributo, pro ἦσαν ταράσσοντες, in hanc rationem, Illa, talia quaedam locuta, ſcindensque ſibi veſtem, et praeſentium quidam, freti ſororis imperatoris dictis, Commodum *turbabant*; quo in v. ἐτ. Bg. e P. tempus retinet, ſed Sch. ſeverum *territarunt*, cf. v. θαῤῥ. cum abl. rei ap. Luc. 1, 856. l. 13. ſed cum dat. perſ. Poſſ. Synt. p. 120. i. 143. m. Abr. L. Ariſt. p. 2. e. cum Ind. Fab. Aeſ. et ſupra 1, 1, 2. ubi Bg. vertit praeſ., ut hic aor.

ἐκπλαγεὶς) Hic eſt iterum *illa* in Exc. ad §. 4. i. monſtrata repetitio verborum ſyn. in vicinia, cum pro particip. ἐκπλ. ſuffeciſſet alii ſcriptori fortaſſe tantum particula quaedam, ut ὅθεν, διὸ, rel., quod verbum, abſolute poſitum, adiuverim hic ſuppleto dat. ſ. abl. pron. τούτοις, non id tenente Stp. Th. per Lat. Bg. ſimpl. cum L. Ern., ſed modo per compoſ., nec tamen per P. *expavefactus*, quod ap. G. Th. ſine Gr., ſed affine „*expaveo*, — expaveſco, — terreri, (per ſimpl. ſic etiam explicatum, et cum Gr. al., ut et Bg., et praeterea) *territus*, φοβηθεὶς, — territus *animi*, pro animo conturbatus“ ex quo ipſo apparet noſtrum ſyn. cum pr. §. ἐταρ., etiam adeo cum mox ſq. φοβηθεὶς, ſic tamen, ut pr. ἐκπλ. univerſe ponatur, pro concuti animo et terrore affici ſubitaque triſtitia, ſed φοβ. finite, ac pro affici timore et triſtitia cum cogitatione, qua ſine plerumque eſt τὸ ἐκπλήττεσθαι et terror, ſaltem ab initio; ad Gr. praep. vicinius accedente cum illo P. etiam *exterritus*, ap. G. Th. cum ἐκπεφοβημένος, nobis *erſchrecken*, i. q. ſimpl., ſed „*conſterno*, ἐκπλήττω, terrere, (ut Stp. Th. „ἐκπλαγεῖσα„ *conſternata*“ tum) *percello*, πλήττω, (quod in Gr. noſtro adhibent quoque Stp. L. Ern. et N. T., ubi et *obſtupeſcere* et *obſtupefieri*, cf. Abr. ad Aeſch. 1, 193. e. it. *ſtupere* Loesn. p. 113. e.) *obſtupeo* ſ. *obſtupeſco*, ἐκπλήσσομαι, i. q. ſtupere incipio, — *obſtupefacio*, ἐκπλήττω, animo conſternare, (ſed Niz. per ſimpl. ſtupeo et ſtupeſco, et cum Gr. ſyn.) *perterreo*, καταπλήττω, valde terrere (aut ſimpl.) *perterritus*, καταπληχθεὶς“ cf. de noſtro v. Thom. M. p. 286. cum Heſ. 1, 1148. m. ſq.

τόν τε ἐπικειμ.) Ms. τὲ omiſſum, ut alias, hic procedat, facta apodoſi huius per participia periodi ſtatim a τὸν ἐπικ., non demum poſt φοβ., hocque toto membro pro cauſa praemiſſo, ut protaſis modo ſit ἐκπλ. — ἐκεῖνος, ſed apodoſis vera μεταπ. τὸν Κλ., φοβ. τὸν ἐπικ., quomodo et P. habuerit „is *expavefactus*, cum *iam* non *ut* impendens, *ſed* ut *praeſens* periculum *formidaret*, acciri *ad* ſe *Cleandrum* propere *iubet*“ ubi et δὲ

κίνδυνον οὐ μέλλοντα, ἀλλὰ q παρόντα ἤδη φοβηθεὶς, μετα-	dens, non ut futurum, ſed ut praeſens iam formidans, ar-

q) ἀλλ᾽ ἢ A. B. et Pat., v. N.

omiſſum videas, ſervante Bg., praeter τὲ, etiam participium ἐπικ., quod, a Noſtro adiectum per redundantiam, retinet tamen etiam Sch. „imminens *peric.*, κινδ. impendens, *non* ut *futurum*, ſed *ut* praeſens *formidans*" ubi Bg. adv. ἤδη, rectoque loco, conſervat, ſecus ac P., et hinc Stp. Th. 2, 166. E. m. „ἐπικ. pro imminere metaphorice, Herodi. l. 1. τόν τε — μέλλοντα ἀλλ᾽ ἢ παρ. ἤ. φ., *iam* impendens *et* incumbens *cervici* ſuae *periculum*, ſ. ἐπαιωρούμενον, ut alibi dicit" 1, 9, 10., qui locus, εἰ μὴ φυλάξῃ κίνδυνον, οὐκ ἐπαιωρούμενον, ἀλλ᾽ ἤδη παρόντα, non ſatis accurate comparatur, cum ibi ſint duo tantum membra, et κινδ. ſimpliciter cum duobus adiunctis, quorum pr. οὐκ ἐπαιωρ. reſpondet noſtro hic οὐ μελλ., quanquam et ibi praecedit ἐπίκειται γάρ σου τοῖς αὐχέσι τὸ τοῦ Περεννίου ξίφος, quo e loco, ut et alio 8, 6, 10., poſſis ſane cum Stp. hic ſupplere τοῖς αὐτοῦ ſ. αὑτοῦ αὐχέσι, ſed et brevius pron. αὐτῷ ſ. αὑτῷ, ſ. ἐκείνῳ, e pr. ἐκεῖνος, cf. 7, 5, 13., ubi §. 11. aliquid ſimile noſtro, δύο κινδύνων προκειμένων, τοῦ μὲν παρόντος, τοῦ δὲ μέλλοντος, melius hic etiam verſante Vern. vet., pro quo tamen malim *da* er *die* über *ihm* ſchwebende *Gefahr* nicht *als* entfernt, *ſondern* als *ſchon* gegenwärtig *fürchtete*, aſſumendo ſane ὡς, cf. Zoſ. 1, 30, 1. et Stp. Th. 2, 208. C. „Plut. κίνδυνον ἐκ κεφαλῆς ἐπικείμενον τῷ αὐτοκράτορι, imperatoris *capiti* imminere *periculum*" libere verſo adiuncto ἐκ κεφ., nec alibi explicato, pro *ſupra caput* ſ. *in capite*, quo de ἐκ pro ἐν cf. Z. ad Vig. p. 583. m. et Ind. Cyr. Xen. v. a. e. Nr. 4. it. Cic. Cat. 2, 5. *poenas* aut *inſtare* iam *plane*, aut *certe* iam *appropinquare*. Sed in ἀλλὰ mirum eſt conſentire Mss., tacentibus Excp., quod vereor, ne Stp. induxerit, non ſatis attentus tum inter prela, cum et ſupra in Th. dederit exquiſitius ἀλλ᾽ ἢ, ab editoribus rel. ante ſe monſtratum, ad quod valde inclino pro ſimpl. adverſ. *ſed*, cf. §. 2. e., quam vim cum nollet agnoſcere Hoog. in Op. p. 36. Nr. 12., torquebat ſe in locis duobus Ariſt. Pac. v. 475. et N. T. Luc. 12, 51., ubi, pro ἀλλὰ ſumtum, facilem edit ſententiam, ubi et, ut hic, negativa praecedit, cf. L. Schw. p. 61. b. e. 641. b. m. Nr. 3. e. Fi. p. 471. i. Krb. 279. m., ut πλὴν ἀλλ᾽ ἢ ſumſerim pro πλὴν ἀλλὰ, (quod alibi pro ſimpl. ἀλλὰ habemus,) v. Dev. p. 26. e. ex Ariſtot., quanquam in illo loco ad alteram notionem pro *niſi* inclinat Vig. p. 460. m. Nr. 9. e., cf. Z. ib. p. 462. a. i., ſed Stp. Th. 4, 74. D. m. „φοβοῦμαι, — *formido*, — cum acc. rei, τινα κίνδυνον φοβηθεὶς Iſocr." qui caſus clare clamat contra Sch., qui noſtrum locum tenebat ſub „paſſ." cum et alia paſſ. ponantur pro med., cf. lib. de V. med. Heſ. 2, 952. i. e. Suid. 3, 104. e. 621. e., non vere negante Stp. uſum huius med. ac notionis ap. poëtas, cf. Soph. Ai. v. 227. 253. πεφόβημαι, *metuo*, cum Schol. εὐλαβοῦμαι, bene perf. per praeſ., ut h. l. aor. Bg., qui in Lat. e P., ap. G. Th. cum Grr. al., ſed cum noſtro in „*timeo*, — malum expectare cum perturbatione animi" ſed, cum diſerte additur quid tale, ut h. l. periculum, cogitare, ſibi fingere, putare, (quo Vern. vet. reſpicit,) cum animi motu ac ſenſu triſti nec iucundo tamen ſimul, cf. Exc. ad 1, 3, 11. e.

πέμπεται τὸν Κλέανδρον, οὐδὲν μέντοι [r] *εἰδότα τῶν ἀπηγγελ-*	ceſſit Cleandrum nihil quidem ſcientem, quid renuncia-

r) Ms. Vi. *μέν τι εἰδ.*, ſed *μέν τοι* diviſum in edd. A. al. v. N.

μεταπέμπεται) Recte Bg. deſerit in hoc v. P. ap. G. Th. „*μεταπέμπω*, facere (ſ. iubere,) ut quis veniat, ſ. vocare, (it. iubere, quem vocandum eſſe, et 429, 41.) ad adhortationes et preces refertur in illo Cic.“ unde recte Ind. Xen. Hell. Mor. „*μεταπέμπεσθαι*, hortari, ut veniat“ quia univerſe dr. utrumque v., Lat. et Gr., et pro facere, ut quis veniat, vel pro imperio ſevero, vel leni ratione, hortatu ac precibus; tenente Stp. Th. 3, 205. C. e. Lat. Bg. et notionem med., ſed nihil e Noſtro, nec e Thuc., ubi v. Ind., nec e Dem., cuius Ind. add. 284, 25. 299, 26. 895, 12., cf. Bud. C. Xen. Mem. S. et Bach., Fiſch. Pal. et Luc. cum L. N. T. et Ern., ubi videtur curari vis med., ſicut per *vocare* ad *ſe* ſ. *arceſſere* ad *ſe* in Ind. Xen. Cyr. Z. et Ael. V. h. cum Vs. ad 9, 25. p. 615., ſed ad Luc. 1, 384. l. 21. *ἐπειδὴ μετεπέμπετο*, ubi *me* domum *arceſſebat*, quod tamen diſerte additur ab Ael. V. h. 11, 17. p. 743. e. *οἴκαδε μεταπέμψασθαι τὴν ἄνθρωπον*, *ſi* tantum *eam* in *ſuam* domum *arceſſeret*, pro quo procedit *domum* ad *ſe*, cf. G. Th. in ſubſt. 258, 95. ſqq., lib. de V. med. Fi. p. 23. m. 519. e. W. p. 23. e. 263. m. cum N., Suid. 2, 540. e. (ad cuius particip. cf. *Stp. l. l. Ind. Xen. Hell.* Mor. cum *Dion. H. S. T. 1.) Heſ.* 2, 585. i. *Schol.* Eur. Hec. v. 504. ad poëticum *πέμψαντος — μέτα*, it. *Cod. D'Orv.* ad Ariſt. Plut. Hemſt. p. 200. b. e. Abr. *Dil. Th.* et de act. eiusdem L. Ariſt. p. 153. m., ad Thom. *M.* p. 615. *Moer.* p. 256. Bg. ad Alc. 1, 28. p. 114., ſed de praep. in hoc v. Z. ad Vig. p. 620. b. m., valente hic i. q. *πρὸς* ſ. *εἰς*, quanquam redundare eam putat Kuſt. de V. med. l. l., ſimile quid habentibus noſtris in *nach* einem *ſchicken*, quod ſit i. q. Lat. *ad*, facitque; ut credam, etiam in hoc v. med. a praep. in v. pendere acc. adiunctum, pro *πεμπ. μετὰ λ.*, (ut ante in act. ap. Eur.) quod h. l. fiat in cubiculum imperatoris interius e diaeta ſ. domo vicina, cf. §. 2. et cap. pr. §. 12.

οὐδὲν μέντοι) Forte *οὐδὲν μέν πω εἰδ. Reisk.* Quod ſane refert P. „*nihil* dum *certi* ſcientem, *ſed tamen*“ qui tamen et libere egerit, ut in *μὲν* oppreſſo; nihil me ſciente de confuſis *τοὶ* et *πω*, (quanquam litterae non abhorrent multum a ſe,) ſed de *τοὶ* ac *τὶ*, cf. Valck. Eur. Phoen. p. 166. b. m. Ind. Luc. V. L., Fi. Plat. Apol. p. 83. a. e. Soph. p. 18. a. e., unde Ms. ducat ad *οὐδέν τι*, Noſtro familiare, qui et ſaepe pron. *τὶς* longius a ſuo gen. removet, ut hic ſit *οὐδὲν μέν τι εἰδ. τῶν ἀπ.*, quo quis forſan exiſtimet quoque Bg. tendere, cum reſolverit particip. *τῶν ἀπ.* non per pron. relat., ſed per interrog., v. c. ut 1, 12, 12. m. *ἀγγέλλεσθαί τι τῶν πραττομένων*, *nunciari*, quid *ageretur*, ſed ut tamen Bg idem, cum et taceant Mss. rel., nobiſcum manere potuerit in vulg., ſaltem *μέντοι* ſumens pro ſimpl. *μὲν*, ut Ind. Xen. Cyr. Mor. „*μ.* pro *μὲν*, ſequente *δὲ* 2, 4, 2.“ ubi ed. Th. V. 1. p. 127. *et — et*, ut Hoog. Op. p. 688. e revera *tum — tum*, ſervata ſimul notione in *τοὶ* affirmandi, tacente Z. ad Vig. p. 523. a. m. Nr. 1., it. in Ind., at cenſente in N. ad Xen. locum „*μέντοι*) Ms. ſimpl. *μὲν*, non male“ cum mera ſit gloſſa, ut alibi, v. Fi. Plat. Phaed. p. 154. b. m. 156. a. N. 4. 227. b. m. N. 6., quam vim pro ſimpl. *μὲν* adiuvet analogia particularum aliarum, e duabus vocibus compoſitarum, e quibus alterutra modo cogitatur ac redditur; quod ipſum

μένων, οἰόμενον δέ. ἐλθόντα 9. tum ſit, ſed ſuſpicantem:

in noſtra facit Z. per Indd., ut Bach. „μ. pro δὲ, praeced. μὲν„ it. in Mem. S., cui add. 2, 8, 1. et 4, 7, 4., quo in poſtr. loco καὶ ταύτης μέντοι fuerit aut pro μὲν, aut i. q. mox καὶ ταῦτα δὲ λ., ut pro adverſativa valeat mera, quia τοὶ ita capitur, ut etiam μὲν, pro μὴν acceptum, Lat. *ſed* ſ. *tamen*; quo reſpexerit Sch., in μὲν noſtrum locum ſine Vs. ſubiiciens illi 1, 8, 8., dum noſtram particulam non explicat pro ſimpl. μὲν L. Ern. in hac v. e., nec huc ſpectat Stp. Th., ſed poſt Lat. privas' adverſ., *ſed*, verum, *tamen*, rel., modo 2, 1621. G. in Ariſt. Nub. v. 786. alios reddere *quidem*, ſe malle *nimirum*, ubi Vs. ed. Kuſt. negligit, tacentibus ib. N. et Schol., it. Vig. p. 522. ſq. et Hoog. Op., ſed L. N. T. Schw. p 891. b. m. „μ. 2) *quidem* cum ἀλλὰ Io. 12, 42. ſ. cum δὲ Iac. 2, 8." in quibus diſcrepant L. Fi. p. 718. i. Krb. p. 387. e. cum Hoog. Op. p. 689. m. Nr. 1. e., ut de Iac. quidem loco decernam nihil, ſed de Io., cuius ὅμως μέντοι copulatum non aliter occurrit ap. alios, quam pro adverſ., vel ſimpl., vel dupl. Lat., cf. 1, 8, 8., ut poſſum addere μέντ' et ἀλλὰ relata ap. Plat. Phaed. p. 195. m., ubi tamen μέντοι ſignificare poſſit aeque *ſane*, ac *quidem*; ut noſtro loco, pro δὲ acceptum, cum ſq. alio δὲ conſiſtet e vetuſta copulandarum enunciationum ratione, nobis *der* aber *nichts wuſste*, doch *vermuthete*; quod Noſtri δὲ poſitum hic in clauſula ac fine ſententiae enunciationisque, ubi Lat. ſyn. *tamen* ſolenne, etiam noſtratium *doch* et *dennoch*, orationis reliquae rectione ac ſerie ferente, cf. Stp. Th. 2, 1615. C. i. μὲν et δὲ ita relatum, ſed 1, 913. C. m. modo δὲ ſic finiens ſine praeced. μὲν, tamen etiam cum neg. μὴ — δὲ, ubi in comparato Cic. *non* meum *monimentum*, — *monimentum* vero *Senatus*, praeter adverſ. in medium coniectam, ut a Bg. e P., deeſt relativa prima *quidem*, ut Gr. μὲν ap. Hoog. Op. p. 245. Nr. 5. e., quanquam et ibi in utroque membro peculiare verbum eſt, (quo uno abſente, formulae genus oritur aliud, cf. infra 8, 6, 2.) ut h. l. μ. et δὲ ſuum quodque verbum habet, cf. Dem. 111, 25. 288, 8. 885, i. Vig. p. 518. Nr. 7. M. Obſ. A. Nov. T. 3. p. 18. e. „ſaepius ita Herodi." unde tamen neſciebam amplius, an exempla ſubiicerentur, qualia in Lat. *vero* ſic claudente non tenet Hor. Turſ. et G. Th., qui tale quid profert in v. *autem* et *tamen*, at non praecedente *quidem*, cf. Hor. Turſ. p. 901. e. 1033. Nr. 4. et Cort. ad Sall. Cat. 61, 3. cum Ind. et ad Cic. ep. 12, 23. 6. In rel. P. deſerit Sch. etiam in „ἀπ. *nunciatorum*, — οἰομ. — opp. εἰδ., certo *ſcientem*" quam ſecundariam notionem, partim e P., recte Bg. negligit, ſervans contra ex eodem Lat. ad ἀπ., quae vertiſſem, *nihil* — eorum, *quae* renunciata *eſſent*, intelligens cum Sch. et Stp. Th., e Noſtro plane tacente „ἀπ. pro ἀγγέλλω, ut Lat. *annuncio* et *renuncio*, pro nuncio" quorum Bg. non adhibet L. Ern., ſed alii tamen, cf. Ind. Xen. Z. Cyr. et Bach., (qui Z. ad Vig. p. 565, a. e. ſilet,) Fi. The. Aeſch. et ad Well. p. 354. m. „ἀπὸ — in compoſ. — Lat. *re*" Harl. ad Dem. p. Cor. p. 178. cum Tayl., ſed Ind. Dem. add. 11, 19. 29, 20., Polb. Ern. Suid. 1, 262. m. L. N. T., ap. G. Th. cum Gr. n. „referre, quid actum ſit" quod rurſus Lat. pro narrare v. ib. 112, 66. 70. p. ſq. l. 12., ſupplendo non tantum pron. perſ. αὐτῷ, τῷ Κομμόδῳ, e remoto pr. ἐκεῖνος, ſed et ὑπ' ἄλλων ſ. ὑπὸ τινῶν, a Fadilla et domeſticis, cf. §. pr., ſed ad alterum v. Stp. Th. 2, 1259. A. m. „interdum οἴω — commodius redditur *ſuſpicor*, (ut Bg., partim e P. at D. m.) Herodi. l. 1. οὐδὲν μέν τοι εἰδ. — δὲ, nihil *iam*

δ' [s] αὐτὸν συλληφθῆναι κε-λεύει [t], τὴν κεφαλὴν ἀποτε-μὼν, δόρατί τε [u] ἐπιμήκει	cumque veniſſet, comprehendi eum imperat, et caput eius amputatum, haſtaque oblonga

ſ) Mss. Ba. et Vi. ἐλθόντα οὖν αὐτ. v. N. t) Hic pro Stp. rel. puncto, fuit in Ox. 2. colon, ſed in B. 1. et Ed. comma, rectius in rectione eadem. u) Ms. Ba. δόρατι ἐπιμ. v. N.

certi *ſcientem*, ſed *aliquid* tamen *opinantem* imperatori *renunciatum*, ſ. *ſuſpectantem*, ut P. vertit" cum alia lect. ſ. ſcriptura, quam in ed., in μέντοι, etiam liberiori eius Vs., ſed, praeter δὲ recte ad ſenſum, partim e P., non modo ſuppleto pron. τὶ, quod affirmativum latet in pr. oppoſito neg. οὐδὲν, verum etiam converſo οἰομ. per vulgare Lat., quod et procedit, et diſerte a G. Th. per Bg. exponitur, quorſum etiam reſpiciebam ſupra per noſtrum *vermuthen*, pro cogitare, in mente ſibi fingere; poſt quem Noſtri locum Stp. reſpicit ad Hom. Ἰλ. ά, 561. (ubi et Cl. Vs. cum Bg.) et ad Heſ. 2, 722. m. (ubi et οἴεαι, — ὑπολαμβάνεις, quod ſine N. pertinet ad Hom. l. l., ut p. 736. i. ad ά, 558. Cl. Vs. iterum cum Bg.) it. ad 'Οδ. ί, 339. ἤ τι ὀισσάμενος, ubi Cl. Vs. iterum *ſive* quid *ſuſpicatus*, et in N. Var. L. ἤτοι, cf. 'Οδ. ά, 323., ad quod v. Heſ. 2, 733. e. cum N.

ἐλθόντα δ' αὐτ.) Mss. οὖν pro δ' e gloſſa eſt, in textum e marg. recepta, ut alibi δὴ pro δὲ eadem notione, extruſo vetere δ', quod Bg. e P. pro τὲ iterum cepit, reddente Sch. partim cum P. in „σ. *iubet* comprehendi *eum*" ut Bg., qui non ita ſevere mutat ordinem in pron., ob reſolutum particip., ſed recte vertit σ. per praeſ. ex adiuncto κελ., tenente G. Th. ad Bg. modo in ſubſt. 755, 38. „caput — *amputatum* Sen. Agam. 902." cf. 1, 10, 15. e. 1, 9, 19. e., ſupplente Bg. e P. pron. αὐτοῦ ad τ. κεφ.

δόρατί τε) In hoc τὲ, a Ms. omiſſo, eadem, quae §. pr. i., res eſt, quoad ſeriem, ſed ut hic excidere potuerit etiam ob pr. ſyllabam ſimilem, tum per Bg. Lat. agnoſcat etiam P., qui libere neglexit adi., non item Sch. „δ. conto *affigere* caput, ἐπ. longae *haſtae*, ἐγκ., quum *praefixiſſet* caput *haſtae*" dante Stp. Th. „ἐπ. *oblongus* ſ. ſublongus, — P. ap. Herodi. reddit *praelongus*, it. *procerus*" ſine loco, ſed repetente L. Ern. omnia Lat., praeter ſecundum, me vero reperiente, praeter Noſtri ἐπιμηκέστερον 1, 1, 6. de tempore, Bg. *longius*, tantum adhuc de menſura corporea ap. Geop. σῖτον τὸν ἐπ. triticum *oblongum*, et de ſpatio ſ. intervallo ap. Luc. 2, 910. i. ὅστις ἐπιμήκιστον ἐξέλθοι, *quis* longiſſime *progreſſus*, qui Gs. in Chr. Ind. etiam modo *longus* reddit, (e Schol. Thuc. 84, 97., unde ſimul hauſit Suidas 3, 340. e., ubi Vs. *lignum — oblongum*, de ſcytala,) ſed in Th. tenet ſub Bg. ἐπιμηκὴς, hoc accentu, forte depravato, tum in pr. *ob* nihil in hanc partem, niſi huc referas, cum in compoſ. vult ſignificare „interdum augmenta, ut *occalleſco*, rel." ſicut L. Ern. in praep. Gr. e. „in compoſ. notare — intenſionem" ſine exemplo, nihil tenente etiam Z. ad Vig. p. 609. b. m., ut non repugnem, ſi quis reddat praep. hic per Lat. adv. *valde*, quo redit illa Lat. pr. *prae*, aut redundare iterum putet, nihil etiam habente Stp. Th., quam „καταπήγνυμι, *defigo*, depango *in*, unde particip." quod hic habemus, ſed L. Baſ. „figo, configo, praefigo, unde ὁ ἐγκαταπήξας, qui *infixit*" quod unum

ἐγκαταπήξας, ἐκπέμπει τερπνὸν καὶ ποθεινὸν τῷ δήμῳ θέαμα. ἔστη γὰρ οὕτω τὸ 10. | praefixum, mittit iucundum et optatum populo ſpectaculum. Sedatum enim hoc pacto

Lat. tenet L. Ern., etiam Vs. Cl. ap. Hom. Ὀδ. λ', 97. ξίφος κουλεῷ ἐγκατέπηξ', *gladium* vaginae *infixit*, qui unus locus, cum eadem rectione et dat., pendente e praep., mihi repertus, facit prope, ut referam hoc v. in Noſtri poëticis, ap. G. Th. in Bg. „προπηγνύω, ante figere, — *arma* praefigere *puppibus*, Virg. — *capita* in *haſtis*, idem."

ἐκπέμπει) Inter artes placandae multitudinis irritatae, atrocium rerum miniſtros auctoresque obiicere indignantium irae, ac odiis ipſorum inviſa capita condonare. *Piacula* irae *dedere* Livio eſt 6, 21. ſicut alibi 4, 12. *L. Minutius* irae *populi* frumentarios *obiicit*. Frequentius interim tyrannicis flagitiis expiandis accommodatur id conſilium; ſicut alias oſtendimus. *Boecl.*

Additum hic iterum P. adv., reliquamque libertatem eiusdem deſerit Bg., cuius Lat. ſimpl. in v. adhibet aliunde etiam Stp. Th. 3, 204. D. e., ut ποθ. cum dat. perſ. ib. p. 422. B. tantum e Noſtro hinc ſine Vs., cf. Ariſt. Ran. v. 84. et ſupra 1, 7, 3. e., ſevere nihil ſupplente Bg., nec ad v. ἐκπ. pron. αὐτὴν, e pr. τὴν κεφαλ., nec ὡς, pro tanquam, ad θ.

ἔστη) Series hic et cauſa adhibitae particulae γὰρ eſt in §. pr. e. brevitate quadam per epitheta cum ſubſt., cum proprie ibi dicendum fuerit, emittit caput id populo, et id fuit ei ſpectaculum iucundum et optatum, adeo, ut placaret animum iramque; eodem redeunte, ſi quis ellipſin totius enunciationis ad γὰρ ſumat, (v. c. *eamque* rem populo gratam fuiſſe, eventus docuit. *Nam* rel., vel *in quo* bene fecit ac prudenter, ſ. quod eius factum ſalutare fuit. *Nam* rel., cf. Ern. ad Xen. Mem. S. 2, 6, 15., Bach. Ind. in N., Z. Cyr. et ad Vig. p. 447. a. N. 41. 481. a. e.) eodemque, ſi γὰρ accipiatur pro οὖν, quo de v. 1, 5, 17. i., propter difficultatem hanc aliquam omittentibus particulam γὰρ P. cum Vern., non item Bg., cuius Lat., ut et ſyn. *nam*, habet eosdem uſus, cf. Hoog. ad Vig. p. 480. b. e. it. in Op. p. 187. e. ſq. 196. m. G. Th. et Hor. Turſ. p. 257. Nr. 3. 533. i., per τὸ δειν. reſpiciente Noſtro ad §. 1. πολ. ἐμφυλ., unde hic mox ſq. πολεμ., ſed v. ἔστη cum P., ut Bg., reddente etiam partim Stp. Th. 1, 1733. A. e. „ἵσταμαι redditur aliquo compoſito a *ſiſto*, — *conſiſto*, i. e. quieſco, — Herodi. ἐ. — δειν., ita *conſtitit*, quievit, ſedatum fuit" ſ. *ſubſtitit*, quod Lat. in v. ἵστημι adhibet L. N. ſ. Krb. p. 304. m. Nr. 2., in notione quidem phyſica, de perſ. ac re, ut ſanguine Luc. 8, 44., ubi Loesn. p. 113. m. quaedam etiam in tropica collegit, cf. G. Th. 616, 6. „ingenium *que* meis *ſubſtitit* omne *malis*, i. repreſſum eſt, — ſubſiſtunt *opes* Romanorum *apud* eas *gentes*, i. non ultra progrediuntur" ut equidem ſubſiſto in aliquo ſimpl. Lat., in iſto *ſtitit*, cf. 1, 11, 10. e. (quanquam G. Th. non id tempus profert in v. *ſiſtere* tropice de re,) et adeo in *ſtetit*, cf. ib. 560, 26. „*ſtare* dr. homo ſ. res, cuius progreſſiones impediuntur, — *nondum* ruentis *Ilii* fatum *ſtetit*, (p. ſq. l. 51.) praelia *ſtant* mihi *cum* domina *mea*, i. non exercemus praelia" *amplius*, ut h. l. tumultus, bellum, praelium *ſtetit*, i. deſiit, non amplius progreſſum eſt exercitumque, non amplius duravit ſ. fuit; univerſe hoc ponente hic Noſtro ac per tropum, ſed mox finite proprieque ac per copiam explicante, noſtris autem tenentibus modo ſuum *ſtehen* phyſice,

δεινὸν, καὶ ἑκάτεροι πολεμοῦντες [x] ἐπαύσαντο, οἱ μὲν στρατιῶται, ἀνῃρημένον ἰδόντες, ὑπὲρ οὗ ἐμάχοντο, δέει [y] τῆς

malum fuit, et utrinque dimicare deſierunt: milites quidem, quod occiſum viderent, pro quo pugnabant, formi-

x) Hic comma A. Stp. rel. et Ms. Bg. ſuſtulimus, ut mox poſt ἐπαυσ. et ἐμαχ., pro Stp. rel. colo, it. puncto al., delegimus modo commata quarundam edd. y) Ms. Ba. δέει τὲ τῆς — ὀργῆς, ſed Ms. Ve. ac Vi. δέει τε τῆς λ., et poſt ὀργ. colon in Stp. etc., v. N.

ut de horologio, ſed tropice etiam *ſtille ſtehen*, et ſyn. *geſtillet werden* ſ. *ſich ſtillen*, ad quae Bg. reſpexerit in ſuo, ap. G. Th. „*ſedo*, παύω, — deſinere facere aliquid, — *bellum* inteſtinum *ac* domeſticum — *ſedetur*“ ſine explic. In ſq. ἑκατ. Bg. e P. libere mutat adi. in adv., ut Sch. in formulam aliam „utraque *pars*“ variante Noſtro cum §. 6. ἑκατ. τοῦ πληθ., e quo loco et §. 5. οἱ στρατ. hic ſunt anguſto iterum ſenſu equites imperatorii, aut e §. 4. ſimul cohortes urbanae, cf. 1, 12, 13. et ſine Ind. ap. Dem. ſimile 72, 25. ἐπαύσασθε πολεμοῦντες, qua in formula v. π. cum particip. (cf. 1, 6, 4.) non memini Intp. et editores interiicere comma, quod nec procedit in Lat., ubi particip. reſolvitur in inf., ſicut poſt ἐπαυσ. aeque bona diſtinctio minima in rectione adhuc eadem; deſerente P. ſeriem Noſtri, adiuncta particula cauſali, per quam ſyn. deinde Bg. reſolvit particip. ἰδ. etiam, ſevere omittens pron. demonſtrat. ἐκεῖνον, ante relat. οὗ, ad ἀνῃρ., quod G. Th. quoque fert in Lat. Bg., ſed hoc Stp. Th. tantum in act. 1, 187. B., non item 189. F. m. in paſſ., quod notione noſtra profertur modo ſemel e Phil., cf. 1, 12, 15. e.

ὑπὲρ) In hac praep. Sch. cum Bg., deſerto P. Lat. ad ἐμ., quod aliunde tenet Stp. Th.; etiam cum noſtra praep. 2, 815. C. de perſ. ſine auctore, ſed de re ſine Ind. Xen. Cyr., ubi v. Z. in praep., cf. Poſſ. Call. p. 183. i., etiam hoc medio valente pro act., nec me capiente decreta ſuper eo in lib. de V. med. Fi. p. 51. ſ. 40. ſq. p. 329. e. W. p. 69., nec ſtatuente diſcrimen inter μαχ. et πολεμεῖν, quocum hic variatur, cum et ſimili notione dicatur πολ. ὑπ. τινὸς, cf. Stp. 3, 461. D. m. et Poſſ. Call. p. 181. m., quae utr. verba habent eandem ſyn. pr. περὶ, tenente Stp. ib. p. 1742. E. e. ſqq. „ὑπὲρ σοῦ poſſe reddi interdum non ſolum *pro te*, ſ. nomine tuo, ſed etiam tua cauſa ſ. in gratiam tuam, — pro cauſa tua, ſ. propter te“ quae pertinent modo ad ὑπ. cum gen. perſ., ubi pugnatur pro aliquo ad eum tuendum ac defendendum, ut ſervet aut vitam, aut dignitatem, aut reliqua bona et iura; ut hic pugnarunt maxime de vita Cleandri, cui populus inſidiabatur, ad mortem et ſupplicium depoſcens, cf. 1, 12, 11. e., cum contra in ὑπ. cum gen. rei pugnetur de re vel defendenda, retinenda conſervandaque, vel conſequenda.

δέει) Fort. καὶ δέει. *Steph.* Si hoc probamus: legendum erit etiam ἀνῃρημένον τ' ἰδόντες. *Reisk.* Rectius in Cod. exſtat δέει τε τῆς λ. Nam cum excidiſſe τε ob ſq. τῆς apparet, tum quoque ſine hac particula male cohaeret oratio. *Stroth.*

Poſſit etiam tertia cauſa repeti e P. „iram *quoque* imperatoris *formidabant*“ cuius vocula *quoque* iterum induxerit Stp. ad corrigendum, et ſane prodat copulam aliquam, qua Lat. ille alibi τὲ reddit, v. 5, 4, 5. e., idem tamen liberior cum alias, tum in rel. huius §., ubi nec Bg. copu-

τοῦ βασιλέως ὀργῆς. συνίε-σαν[z] γὰρ, ἐξηπατῆσθαι, καὶ	dantes imperatoris iram. (Intelligebant enim ſe deceptos

z) In *Ms. Ba.* deſunt ſigna ( ) a συνίεσαν — τετολμηκέναι, et pro συνίεσαν eſt συνήεσαν. *Mart.* Parentheſis ſigna abſunt modo in A. cum B. 1., ut poſt γὰρ comma eſt noſtrum, v. N.

Iam agnoſcit, membrum hoc ablativi cum gen. mutans in ſyn. formulam e particip. affinis verbi, (fere cum P. et ut §. 3. m. τῶν κραττ. ἀγνοίᾳ per adi., par participio,) in cuius Ms. non repertum comma reſtituimus iam poſt *pugnabant*, cum membrum δέει — ὀργ. pertineat ad ſuperius v. ἐπαυσ., huc demum a Noſtro locatum de induſtria, ob ſq. enunciationem, quae cauſam continet huius membri, praemiſſo altero ἰδοντ. ἀν. λ. membro ſimpliciter, quod reſolvetur vel in notione temporis per particulam *poſtquam*, vel etiam per cauſalem, quo poſtr. ſenſu concurrent bina membra e notione cauſarum, ſine copula quadam conſiſtentia per aſyndeton populare, ſed ut malim ἰδ. ſumere in temporis et ordinis notione; unde non opus eſt copula aliqua ad δέει, quod ſolet Noſter per ſe ponere, ſine alia cauſa, cf. §. 1. e. 1, 3, 13. e. 2, 5, 15. i. 2, 13, 8. (cf. Zoſ. 4, 41, 2. m. δ. τῆς βασιλέως ὀργῆς, *metu* irae *principis*, hic cum altero etiam articulo ſine diſcrimine, neſciente Stp. Th. ὀργ. cum gen., cf. L. N. T. cum Ind. Dem. et Luc.) quanquam alibi duas profert cauſas etiam duplici ratione ac membro, per participium et per abl. ſubſt., cf. 3, 2, 10. m. πόθῳ —, μένοντες λ. Sed et Mss. alias τὲ intrudunt, maxime in participiis pluribus, quorum loco habuerit Gloſſator id membrum cum Bg.

συνίεσαν) Ms. συνήεσαν, per ſe pravum, deducat ad συνίεισαν, cum forma utraque εσάν et εισαν etiam alibi variet, ac Suidas habeat haec 3, 405. m. συνίεισαν, ἐγίνωσκον, λ. cognoſcebant, *intelligebant*, non coll. ad Heſ. 2, 1308. e. p. ſq. i., ſicut ab ᾔισαν et ᾖσαν analogiam quoque habeant συνῄισαν ſ. συνῆσαν, quod poſtr. proxime ad litteras lectionis vulg. accedit, ut contracta haec forma etiam infra occurrit, ſed συνήεσαν cum Iota, iſti Ms. ignoto, ap. Suid. l. l. p. 404. m. explicatum συνῆλθον, *convenerunt*, ab h. l. alienum eſt, nihil tale tenente Stp. Th., ſed modo Lat. Bg. (ap. G. Th. cum Gr. n.) et 1, 1672. E. quoad rectionem „cum inf. ap. Herodi." ſine loco, qui nec novit tertiam impf. formam ap. Schrevel. et L. Ern. P. 2. p. 285. e. „συνίουν, *intelligebant*, — contr. pro συνίεον, a v. συνιέω" quo de themate habet Stp. ib. G., ubi et quarta eſt forma poëtica „ξύνιον, tanquam a ξυνίω" cf. Schrev. cum L. N. T., in primis Fi., ut Noſtri formam reperi tantum ap. Luc., quo de loco alibi, ſed praeterea in L. Baſ. „συνίεσαν, commercio uſi ſunt, *intellexerunt*, ἐνόησαν" ſeparatim et ſine exemplo, et ap. Schrev. „ξύνιον, pro ξυνίουν, quod pro ξυνίησαν" quae quinta forma, et ipſa pro Ms. illa ducens ad συνίησαν, non eſt mihi reperta. Sed parentheſis mihi non ſtatuitur hic, tum quod γὰρ non ſemper eſt index iſtius, tum quia res pendere videtur a μὲν et δὲ, ad ſe relatis ſaepe ſic, ut μὲν habeat ſententiam abſolutam et τελείαν στιγμὴν, contra δὲ, longe remotum, novam incipiat et ſententiam et rectionem, cf. 1, 5, 11., ut h. l. cum pr. ἐπαύσαντο, οἱ μὲν στρατιῶται, plane non congruunt poſteriora haec, ὁ δὲ δῆμος κεκόρεστο, λ. Ita, quae interponuntur a Noſtro, συνίεσαν — τετολμηκέναι, cum non ſubſint illis οἱ μὲν στρατιῶται, ſed ſequentibus ἰδόντες λ. et δέει λ., ab his non bene ſeparantur, cum ſint cauſa eorum, addita in narratione inſtructa.

τὰ δρασθέντα παρὰ γνώμην αὐτοῦ τετολμηκέναι. ὁ δὲ δῆμος κεκόρεστο, τιμωρίαν πα-

fuiſſe et facinora illa contra illius ſententiam auſos.) Populus autem ſatiatus erat, poſt-

ἐξηπατῆσθαι) E Stp. Th. in hoc v. nihil mihi notatum fuit, ſed, tacente Sb. Ind., P. ſumit perſonas diverſas, ut ἐξ. pertineat ad Commodum, (quo et refert Sch. „paſſ. *deceptum eſſe*“) ſuppletis pron., tum nudo, tum alio cum praep., αὐτὸν, τὸν Κόμμοδον, ἐξηπ. ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ Κλεάνδρου, ſed reliqua pertineant ad milites, de quibus ſolis totam hanc enunciationem capiens Bg. cum Memm., praebet ſententiam perſpicuam, aſſumendo tantum ad inf. ἐξηπ. et ſq. τετ. pronomine recipr. ἑαυτοὺς, cf. de v. ἐξαπ. act. cum notatione quadam Ind. Heſiod. et L. N. T. Schw. cum Fi., ſed ſimpliciter Theogn. Fiſch. Aeſch. Xen. Cyr. Z., R. Or. V. 8. Din. Ael. V. h. Dion. Caſ., et ſimul cum paſſ. Thuc. cum Abr. Dil., Diod. S., Luc. Fab. Aeſ. Hſ. R. Or. V. 7. Ant. et Dem., quo utr. edicit, eſſe i. q. ſimpl., ſine Vs., ſed de med. ap. Plut. de diſcr. ad. Ind. Krg. et Gs. Chr., ſed de paſſ. tropice cum praep. Xen. Z. Bach., tum ap. Luc. 1, 757. l. 20. πειρώμενος, εἰ ἐξαπατώμενος συνίημι, tentans, *decipine me ſentiam*, exquiſite in v. σ. cum nominativo participii pro acc. et inf., ad quam rationem Noſter ſcripturus erat ſic, ut non deciperet, συνίεσαν γὰρ ἐξηπατημένοι καὶ τὰ δρασθέντα — τετολμηκότες, cf. Heſ. 1, 1275. i. 1293. i. Suid. 1, 772. m. ex Schol. Ar. ad Veſp. v. 1282., et ſine Ind. ap. Dem. act. 105, 3. 6. 114, 1. 148, 15. 19., ſed paſſ. 105, 13. 114, 3. 148, 26., de praep. nihil me reperiente ad Vig. p. 584., ſed credente etiam, eam redundare, ac reſpondere illi Lat. *de* in Bg. v., ap. G. Th. cum Gr. n. et ſimul ſimpl. ἀπατάω, hic ut decepti ſint, quibus falſa et mendacia erant dicta a Cleandro, iubere imperatorem Commodum, ut contra populum prodeant; ponente Noſtro in ſq. membro rem, nondum ſupra narratam ſimul 1, 12, 12., de more ſcriptorum, cum uno tantum loco referunt aliquid et infra demum rel., ne bis narrent idem; ubi Bg. e P. in γν., cf. totam Noſtri formulam π. γν. e Thuc. ap. Abr. Dil. p. 572. e. cum Auct. p. 370. i. et Luc. 1, 60. l. 74. π. γν. *praeter* animi *ſententiam*, et Ioſeph. 1, 832. l. 13. π. γ. τὴν αὐτοῦ, iniuſſu *ſuo*, per exquiſitiorem rationem in articulo poſt ſubſt., ſed per ordinem Noſtri, quoad pron., quem mutat Bg. e P., ſed alio ſenſu ap. Theogn. v. 543., liberius verſante iterum P. in rel. hic, ubi Sch. „auſos eſſe *facta*“ ſed clarius Bg., etiam per artic. pro pron., nihil tenente Stp. Th., niſi 1, 1048. A. m. „paſſ. δρᾶσθαι, fieri; unde δεδρασμένος“ cf. in bonam partem Luc. 2, 281. l. 45. et Fab. Aeſ. Hſ. 78, 2., ſed 71, 4. in malam, ut hic, unde Sb. Ind. reddit *perpetrata*, variante Noſtro pro pr. τὸ δεινὸν et pro mox ſq. τὰ δεινὰ, ut in utroque τὰ δρ. τετολμ. per ſq. τὰ δεινὰ δράσαντος, de Bg. ratione ut ſupplenda ſint pron. haec, ad ἐξηπ. quidem gen. cum praep., ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ Κλεάνδρου, ſed ad τὰ δρ. vel ſimile ὑφ' ἑαυτῶν, vel modo illud dativi perſ. αὐτοῖς, in paſſ. ſolennis, pro quibus Noſter adhibuit modo unum pron. αὐτοῦ, relatum ad pr. τοῦ βασιλ.

ὁ δὲ δῆμος κεκορ.) In v. κεκ. Sch. cum Bg. et P. ſimul, ſed Stp. Th. 2, 108. D. „κορέννυσθαι dicimur etiam, quum nobis ſatis fit, ſ. quum cupiditas noſtra acquieſcit. Herodi. l. 1. ὁ δὲ δ. κ., τιμωρίας π. τοῦ δεινὰ δρ. εἰλ. (praeter alias lect., de quibus deinde, cum P. Vs., e quo et notionem iterum conſtituit partim, poſt) κορέννυμι ſ. κορέω, ſatio, ſaturo, exſatio“

ρὰ τοῦ τὰ δεινὰ [a] δράσαντος quam poenas ab auctore ma-

a) τοῦ δεινὰ δρασ. A. B. Par. 1. et Pat., v. N.

quae G. Th. „*exſatio*, κορέννυμι, i. q. ſatiare. Liv. *Pop.* Rom. *ne* morte *quidem* P. Scipionis *exſatiari*, – Sil. *corda* exſatiata *cruore*, — *exſaturo*, κορεννύω, κορέω, i. q. ſaturare, — exſaturare *animum* alicuius *ſupplicio*, — *ſatio*, κορέννυμι, — ut *ſaturare*, — explere et dare, quod ſatis ſit, — *cor*, cupiditatem, *iram*, odium, — *ſatiatus* — cruore *hoſtium*, — *ſatiato* Antonio,. *poena finita*, Vell. — *ſaturo*, κορέω, explere, — *explevi animos* invidorum, *placavi* odia *improborum*, ſaturavi *etiam* perfidiam *proditorum*, — *ſi* ſanguine *illius* odium *ſaturaveritis*, (526, 36.) ut *me* unum *expleant*, i. mihi ſatis faciant, mea deſideria perficiant, (l. 54.) *animum* alicui *explere*, pro ſatisfacere“ cf. l. 97., et Ind. Tac. *explere* ultione *ſe* et *ſanguine*, Amm. M., et Iuſt. „ſaturare *ſe* ſuppliciis *aliquorum*, — ſatiatus *caede* animus, *conquievit*“ ut, tropo remoto, *aliquis* dicatur *ſatiari*, i. animus eius, cum non modo cupiditas univerſa opprimitur, nec amplius ſentitur, ſed etiam varia eius genera, grata et ingrata, ut h. l. maxime voluntas et deſiderium vindictae, ira et odium; atque adeo hic *populus* ſatiatus *erat*, dum nihil amplius deſiderabat, non amplius fovebat iram, odium et cupiditatem ultionis, dum erat contentus, ſedatus, placatus, (nobis *war* befriedigt *worden*,) ſed et ſatiatus erat bellandi ac tumultuandi cupiditate, dum non amplius voluerat bellum tumultumque commovere, ſed quieſcere extra etiam, animo quieſcente, quia ſimul reſpicitur ad pr. ἑκάτεροι πολεμ. ἐπαύσαντο, cf. de v. Gr. ſenſu phyſico Ind. Luc. Ael. V. h. Orph. Phocyll. Ariſt. Kuſt., ſed tropico, de corpore, ut oculis, Orph., ore Abr. ad Aeſch. 1, 657. m. at 248. i. de manibus e Lycophr., cui ſimile Ind. Amm. Marc., de animo autem ap. Abr. l. l. poſtr., Luc. Hom., maxime Ἰλ. χ', 427. Ὀδ. κ', 499. ξ', 28. 46. υ', 59., it. cum gen. πολέμου Ariſt. Pac. v. 1283. et Hom. Ἰλ. ν', 635., tum pro abundare ſ. largiter donatum eſſe ſ. act. largiter donare cf. Stp. Th. ex Heſ. ἐργ. v. 33. Theogn. v. 229. L. N. T. Heſ. 2, 317. e., hic ut forte ſit quaedam Lat. in v. poſito abſolute ac de perſ. ipſa, ut ſupra ap. Vell., ubi et ſequitur formula e particip., ut hic, ad quae Stp. Th. nil habet, quam 2, 554. A. e. „λαμβ. alicubi potius redditur v. *ſumere*, ut Dem. λ. δίκην, ſum. *poenas*, (ſed 3, 1574. F.) dr. aliquis ab aliquo λ. τιμωρίαν“ ſine Vs., at mox cum libera ex Antiph., qui locus non eſt in R. Or. Ind. V. 7., ſed e Lyc. V. 4. p. 186. l. 7. et V. 8., cf. Diod. S. 1, 391. l. 6. τιμωρίαν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν λαβόντα παρὰ τοῦ λειφθέντος, *cum* aequo *maiorem* de *victo* (capto) poenam *ſumſiſſet*, Poſſ. Call. p. 434. e. it. infra ad §. 12. m. ἀνθρωπ. et λ. δίκην ap. Dem. ſine Ind. 19, 4. 79, ult. 147, 7. 162, 2. 26., ubi mox pro phraſi hac eſt v. privum τιμωρήσασθαι, 179, 26. ſed Suid. 2, 407. i. ſine exemplo λαβεῖν τιμωρίαν, ἐκδικηθῆναι, *ſumere* poenas, *ulciſci*, quo loco una cum Noſtri hoc utitur Abr. Dil. Th. p. 204. m. ſine Vs., cf. 3, 477. i., non coll. ad Heſ. 2, 1390. i. et Ind. Xen. Cyr. Z., ap. G. Th. in Bg. ſubſt. cum Gr. n. „capere *poenam* in *hoſtem*, h. e. hoſtem afficere ſupplicio, (i. q. in hoſte ſ. ab et de hoſte, cf. v. *cap.* 745, 49., ſed rurſus in v. *poen.* p. ſq. l. 84. cum v. Bg. et in hoc 648, 88. ſine explic., at l. 99.) ſupplicium *ſumere*, i. punire“ et cum pr. *de aliquo* deinde, cf. v. *ſupplic.* 671, 39. et Ind. Liv. „de *captivis*, (quod attinet ad captivos, ſ. reſpectu captivorum, nobis *wegen*,) *ſuae* fortunae *a* quoque

εἰληφώς. προσανεῖλον δὲ καὶ 11. lorum ſumſerat. Truci-

ſumtum ſupplicium *eſt*" it. v. *ſum.* et *ſupplic.* Corn. N. Flor. Tac. Suet. Curt. cum 4, 6, 29. e. Vell. Iul. Caeſ. b. G. 1, 31, 5., quae formulae capiuntur non eadem notione de iis, qui magiſtratus ſunt, ubi proprie intelliguntur, et pro punire, ſed de iis, qui non ſunt magiſtratus, ut hic de plebe, tantum pro flagitare et efficere, ut ab aliquo poena ſumatur, et ut aliquis ab alio puniatur; ut tamen plebs, quatenus auctor eſt poenae, per alium exigendae, dicatur ſimul aliquem puniviſſe; quo ſenſu fortaſſis et dici queat per formulam Lat. *accipere poenam*, quam G. Th. in ſubſt. 926, 66. non explicat, ſed in v. 51, 69. „accipe *poenas*, i. ſume poenas" atque adeo pro ſimpl. cape. Sed quod ſupra e Stp. Th. vidimus plur. τιμωρίας, (quem et Bg., ſecus ac P., libere iterum delegit,) in eo ſit maior venia lapſae memoriae, quam in altero ib. τοῦ δεινὰ δρασ. ſine altero τὰ articulo, quem in ed. addiderit Stp. ſine monito ullo, deſertis edd. prioribus; ut tamen Mss. tacite faventes habeat, et in A. per operarum lapſum exciderit ob pr. τοῦ, Noſtro quidem uſurpante ſing. δεινὸν etiam ſine articulo, ſed plur. τὰ δ. cum articulo frequentius, unde, ſi A. e Mss. duxere lectionem, ipſe variarit Noſter, qui et hic, ut §. 6., τὰ δ. eodem ſenſu varians ponit plur. pro ſing. τὸ δειν. initio noſtrae §., negligente hic τὰ δ. P., unde Bg. τοῦ δρ. ſervat, pro *ab eo*, qui *iſta* mala *patrarat*, ſumendo articulo τὰ, ut ante ad τὰ δρασθ., et 1, 12, 11. i., nobis *Genugthuung* von *dem*, der *dieſes* Unheil *verurſachet*, erhalten *hätte*, ſeu *Strafe'— genommen*, recte tamen vel ſic capiente Bg. v. δρᾷν ſenſu univerſo, ex adiuncto iam malo τὰ δ., cum *auctor* ſit, quicunque aliquid facit, cf. G. Th.

προσανεῖλον) Bg. iterum reddit praep. ſeparatim et per adv., ſed alio ordine, quam §. 6. i. et Stp. Th. „inſuper *occido.* Herodi. l. 1. πρ. — Κλ." ſine alia Vs. et auctoritate in hanc quidem notionem, nec mihi aliunde cognitam; verum aliam ex Ind. Dem., quam e Plut. affert Stp., cuius aliam adhuc e Thuc. ignorat Ind., tenente L. Ern. etiam P., quod Sch. retinet „*praeter* patrem, *etiam* filios *contrucidarunt*" pro ſimpl., (credo, ob illud *praeter*, ad πρὸς reſpiciens,) ut Niz. melius, quam G. Th., cf., in ſimpl. *trucido* etiam, Ind. Suet. Iul. C. Amm. M. et Liv., at in rem Lampr. in Comm. c. 7. p. 493. i. plebi *ad* poenam *donatus eſt*; quum *etiam* Apolauſtus, *alii* que *liberti* aulici *pariter* interemti *ſunt*; ad quae N. tacent, ut tamen inde fortaſſis ducas aliquid non modo ad Noſtri §. 4. e. οἱ οἰκέται, in plur. accipiendum proprie, ſed etiam ad §. noſtrae ſequentes πάντας, ὅσους ᾔδ. ἐκείνῳ φίλους λ., ut *aulici* liberti *interemti* ſint *pariter*, qui Cleandro faverent ac iuvarent eum in rebus ſuperioribus; nec ad ſq. δύο λ. noſcente me aliquid, niſi quod ſequitur ap. Lamprid. *Cleander* inter *caetera* etiam *concubinas* eius *conſtupravit*, *de* quibus *filios* ſuſcepit, *qui* poſt *eius* interitum *cum* matribus *interemti ſunt*; ad quae Caſ. N. modo „de caede filiorum Cleandri parcius et Herodianus et Dio" e quo p. 1214. notaram adhuc, tantum unum ibi Cleandri filium memorari, et hoc cum Noſtro conciliare in N. Fabricium, ſed, qua ratione, non amplius tenebam, praebens modo hic adhuc quaedam Xiph. Sb. 380, 3., ad Noſtri priora et ſqq. profutura, ubi, re Commodo indicata per Marciam, pergit, καὶ ὁ Κόμμοδος οὕτως ἔδεισεν, — ὥστε αὐτίκα καὶ τὸν Κλέανδρον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ — σφαγῆναι κελεῦσαι. καὶ τὸ μὲν παιδίον προσουδίσθη καὶ διεφθάρη, τὸ δὲ τοῦ Κλεάνδρου σῶμα παραλα-

τοὺς παῖδας τοῦ Κλεάνδρου [b], (δύο δὲ ἦσαν ἄῤῥενες αὐτῷ,) πάντας τὲ, ὅσους [c] ᾔδεσαν ἐκείνῳ φίλους, διεχρήσαντο [d], σύροντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶ-

darunt autem inſuper et filios Cleandri, (duo autem erant,) omnesque, quos ſciebant ei amicos, interfecerunt: ac trahentes cadavera, omnique con-

b) In Ms. Ba. iterum () abſunt, verba tamen ut ſtent incluſa colis. *Mart.* Signa parentheſis deſunt modo in A. et B. c) Errore typographico in Bc. ed. (utr.) legitur dat. ὅσοις — φίλοις. *Stroth.* ut aliud vitium πάντες in Ms. Vi. d) Hic punctum erat in Stp. et al.

ἐγένοντο — διοσ.) Comprehendunt διοσημίαι prodigia omnia, et quidquid fulgur, tonitru et id genus alia, portendunt. *Leisn.*

Qui et ad hoc ſubſt. in m. Ox. „O. M. V. IV. p. 73. ſq." quas non potui conſulere, ſed Stp. Th. „διοσημεία ſ. διοσημία, ſignum a Iove, prodigioſa tempeſtas. — P. ap. Herodi. διοσημείας interpr. *prodigia*" ſine numeris huc reſpiciendo, cum alia tamen lectione ac ſcriptura per ει, altera per ſimpl. litteram ſemel deinde ſubiecta ex Ariſt. Ach. v. 170., in quam inclinat quoque Iung. ad Poll. 8, 124. N. 64., repertam et ap. Suid. 1, 603. *oſtentum*, cum formis aliquot, ἀστραπῆς, πρηστῆρος, κεραυνοῦ, σκηπτοῦ, διάττοντος ἀστέρος, e quo deinde corrigi debet Schol. l. l. τὰς Διὸς ἡμέρας in τὰς διοσημείας, quo non cogitabat Kuſt. in N. „unus Ms. Par. habet per ει" quod et in Ind. Dion. Caſ. et ap. Diod. S. 1, 363. l. 15. (ubi V. L. θεοσημείας, ſed in N. ex Heſ. 1, 1291. i. N. 2. διοσημείων,) tum ad p. 133. l. 60. Διὸς σημασιῶν αὐτῷ γεγονυιῶν, *prodigiis* Iovis *admonitus*, V. L. διοσημιῶν, et N. „ſuſpicor ſcripſiſſe Diod. Διὸς σημείων aut διοσημειῶν, quibus vocabulis terrae motum, tonitru, gravem et ſubitam tempeſtatem, (ventum,) procelloſum imbrem et id genus prodigia deſcribere adſueverunt" cum loco Plut. ὕδατι, καὶ βρονταῖς, καὶ διοσημείαις ἄλλαις, tenente L. Ern. ſcripturam utr. cum aliis Lat., ſed Spanh. ad Call. h. in Iov. v. 69. etiam notionem „pro bono ſ. proſpero omine. — Nota alioquin διοσημεῖα pro prognoſticis ſ. ſignis futurorum, quae a Iove ſcil. ſ. e coelo deſumuntur" quam formam neutrius ſexus tamen dubiam facit Iung. l. l., nec L. Ern. e Poll. repetit; ad notationem ſimul reſpiciente Bg. e P., dum reddit tribus vocibus, ſubſtantivo et praep. cum alio ſubſt. ſyn., cum illa *in coelo* ſint pro adi. *coeleſtia* ſ. pro gen. ſubſt. *coeli*, quod i. q. aliorum *Iovis*, poſiti ſaepe pro coelo ſ. aëre, (ut ap. Horat. manet *ſub* Iove *frigido*,) unde et ſubſtituas *prodigia* in *aëre* ſ. *aëris*; quanquam melius

ἀστέρες γὰρ ἡμέριοι συνεχῶς ἐβλέποντο, ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν

Stellae enim per diem perpetuo conſpiciebantur, quaedamque ex iis in longum productae, ita

hic illud *Iovis*, cum Noſter, de more profanorum hiſtoricorum aliorum, ſubiiciat deinceps etiam talia ſigna triſtia et futurorum malorum, ut habebantur a ſuperſtitione temporum illorum, §. 3. 11., a numine divino miſſa ac permiſſa, per iram et poenam ob Commodi ſcelera §. 13., non tantum in coelo et aëre, ſtellas diurnas ac cometas §. 1., ſed et in terra, monſtroſa animalia §. 2., tum terrae motum, fulmen et incendium templi Pacis §. 4., qualia comprehenduntur non modo illo Lat. Bg. ſubſt., verum etiam aliis illis, *oſtento* ac *monſtro*, cf. G. Th. it. Cic. de divin. 1, 93. ſ. c. 42. m. et de nat. de. 2, 14. ſ. c. 5. m. Caeterum Bg. duxit e P. tum Lat. iterum ad v. ἐγεν., tum δὲ omiſſum, (quod h. l. iterum eſt in tranſitu ad alias res,) tum ordinem alium in τινὲς ac καὶ, (quod hic ſane mirum locum obtinet, poſitum in enunciatione fere extrema,) tum denique in libere reddita formula κατ' ἐκ. κ., cf. 1, 12, 1.

ἀστέρες γ. ἡμερ.) pro δι' ἡμέρας. Frequens antimeria *Leisn.* Cuius figurae exemplum ſupra 1, 6, 1. m. fuit in adi. πανημ. de perſ., ut h. l. de re, ubi ad rationem Leisn., per praep. et ſubſt., e P. adi. reddit Bg., etiam Sch. partim in „ἀστ. ſt. p. d. *apparebant*, ἡμ. *diurnae*, p. d. appar." ſed Sb. Ind. per ſyn. adv. *interdiu*, ut et in Lat. v. *ſtellae* „interdiu viſae, quaedam etiam in media regione aëris pendentes" quibus reliquis deinde utemur; nihil ut proſit ad adi. Gr. Heſ. 1, 1631. m. ſq., ſed ad formulam explicandam haec ſyn. ap. Suid. 1, 59. i. ἡμερινὰ ζῶα, τὰ πᾶσι φαινόμενα καθ' ἡμέραν, *diurna* animalia, *quae* ab *omnibus* interdiu *cernuntur*, quod adi. v. ap. Xen. Cyr., ut noſtrum ſimul in Bach. Ind., noſcente Stp. Th. paſſ. v. βλ. tantum e Luc., nec cum Bg., ap. G. Th. „*conſpicio*, — praep. auget — ſignificationem" e notatione quidem, non autem ex uſu, qui et fert pro ſimpl., nec tenente Stp. in adv. σ. Bg., h. l. per multos dies deinceps, aut diverſis diebus, interiecto temporis intervallo quodam, ſubinde, crebro, cf. de ſtellis diurnis ſine omine vel Ebert. phyſ. per epiſtol. 1, 90., tacente Lampr. et Xiph.

ἕτεροι) Cometam περιφράζει. Lampr. 16. *crinita* ſtella *apparuit*, ubi de pluribus prodigiis, *imperio eius* et *publice* et *privatim* factis. *Boecl.* Crinita ſt. *appar.* Lampr., quem pariter et Zonar. conſule de caeteris prodigiis. *Oxon.*

Leisn. ad m. Ox. ſupra ἑτ. adſcripſit ἔνιοι, et ad m. Ms. Bg. „quid numerus multitudinis? Forte leg. εἷς τε εἰς μ. κεχαλασμένος λ. Lampr. c. 16. et Zon. de uno loquuntur" quo ſenſu et hic explicari pluralis queat, ut de una tantum valeat ſtella; quanquam de diſſenſu non laboro, cf. Lampr. p. 515. *prodigia* eius *imperio* et *p. et priv. haec facta ſunt*, crinita ſtella *apparuit*, — coelum *arſit*, et *repentina* caligo *et* tenebra *in* circo — *oborta* etc., ſed nihil de Noſtri reliquis, deinde ſequentibus, ubi illud *imperio eius* eſt aut abl., pro ſub eius imperio, ſ. eo imperante, aut dat., pro in eius imperium, de imperio eius brevi futuro et mox finiendo, quod cometae quidem putati ſunt indicia imperantibus infauſta et mortem eorum praeſignificare, quo Noſter reſpexerit quoque, cf. ad §. 4. m. v. πυρὸς, et Suet. Claud. c. 46. i. *praeſagia* mortis *eius* praecipua *fuerunt*, exortus *crinitae* ſtellae, *quem* cometen *vocant*, Ner. c. 36. i. cum N. et

μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι g) δο- ut in medio aëre ſuſpenſae vi-

g) κρεμᾶσθαι Ms. Ba., v. N.

Veſp. c. 23. e. it. Amm. M. 30, 5. e., ad Sext. Emp. p. 36. N. y, de Iul. Caeſ. *ſtella crinita* Suet. c. 88., ap. Ovid. Met. 15, 849. flammiferum *que* trahens *ſpatioſo* limite *crinem* Stella *micat*, ſed ad Lampr. l. l. Caſ. b. m. N. 5. modo „Herodianus quoque, inter alia prodigia, iſtud primo loco recenſet, verum aliter paulo narrat, ἀς. — ἕτεροί τε — δοκ." non ergo ἕτεροι tentans, quod et agnoſcit P. cum Bg. oblique et per ſyn. *quaedam*, quod, in relatione quidem poſitum, cum in pr. ἀς. poſſit ſubintelligi τινὲς, valebit pro *aliae*, quo ſenſu aliunde Stp. Th. 1, 1287. D. m. „interdum ἕτ. pro ἄλλος, et in plur. et in ſing." libere ſupplente Bg., etiam e P., gen. αὐτῶν, (quem habet alibi ἕτ.) explicatum per praep ἐξ αὐτῶν, cf. 1, 2, 2. i., tum ex eodem ſubſt. μηκ. ſervante per ſyn. adi. neutrum, cf. Stp. Th. in v. „χαλασθῆναι εἰς μ., ex Alex. Aphr. — *in* longum *extendi*, ut ap. Herodi. l. 1. ἀς. — δοκ." cum P., it. Luc. 2, 909. l. 55. et 65. ἐς μ., in *longitudinem*, ſed et ſemel cum Bg., quod ap. G. Th. in praep. 1024, 3. „*continuo* ſpiritu *trahitur* in *longum*, de cantu luſciniae, (ubi ſupple ſubſt. *tempus*, ut h. l. *ſpatium* ſ. *tractum*, ſed in ſubſt. modo) *conſulere* in *longitudinem*, (at in Bg. v.) *prod.* in longum ducere (quaſi hoc iam per ſe inſit in praep., cum tamen ſubiiciatur cum adv. diſerto) longius *produxit*" ſed in Stp. *extendere* in *proceritatem* et *pugnam in* longum *ſpatium*, quod diſerte expreſſum ſubſt. ibi de tempore valet; cogitante hic Noſtro, ut dixi, de intervallo loci ac continua aëris regione, de caudaque cometarum, quos eloquitur ita periphraſi, non quod proprium privumque vocab. κομήτης improbarit, credo, ſed quod ambiguum id nomen, nec ſatis perſpicuum, cum e multis cometarum generibus maxime voluerit innuere illud caudatorum, et hodie in vulgus magis adſpectu terribile, quos alii aliter videntur appellaſſe, cf. Stp. Th. v. κομ. et G. Th. cum loco Apul. „*ſtativa lux eſt*, quam *ſterigmon* Gr. *vocant*, ſine *curſu* iugi, *ſed* prolixa *lux*, ſtellae *que* fluor *et* ignitus *liquor*, qui *cum* latius *quatitur* cometes *vocatur*, (ut de Plin. explicatione huc pertinere videntur,) *easdem* breviores *et* in *mucronem* faſtigiatas *xiphias* vocavere, — *pogonias*, quibus *inferiore* ex *parte* in *ſpeciem* barbae *longae* promittitur *iuba*" cf. Gs. Chr. Plin. p. 49. ſqq. ibique e Manil. p. 51. m. In ſq. non cum P. opprimit Bg. praep., pro qua Noſtri vulgari copulatione adi. et ſubſt. exquiſitior eſt per articulum interiectum ap. Luc. 2, 86. l. 12. ἀναστῆσαι ἐν μ. τῷ ἀ. *eam ſtatuant in* medio *aëre*, cf. R. Or. V. 5. p. 415. e. ap. Dinarch. περὶ τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον καὶ ἐν τῷ ἱερῷ μεθ' ἡμέραν, ἡλίου τ' ἐξέχοντος, καὶ οὔσης αἰθρίας, ἀστὴρ ἐπί τινα χρόνον ἐγένετο ἐκφανής, ubi, quod male habuit Rs. ἐν τῷ ἱερῷ, vel reddendum *ſupra templum*, vel potius corruptum ex ἐν τῷ ἀέρι, ſed μεθ' ἡμ. ſimile noſtro in pr. ἡμέριοι, ut ibi diurna ſtella deſcribatur, etiam ob adiuncta.

κρέμασθαι) Forma Ms. alia κρεμᾶσθαι, pendens a librarii arbitrio et vetuſta accentuum in Mss. abſentia, eſt contracti thematis, cogniti etiam Stp. Th., plusque altero, quae et forte altera librario cauſa „κρεμάω, — paſſ. — *pendeo*. — At κρέμαμαι —" eodem ſenſu, unde Sb. Ind. hinc „κρέμασθαι, *pendere*" ſed Sch. „κρεμάω, paſſ. — ſtellas *ſuſpenſas* eſſe, *pendere* in *aëre*, — a κρέμαμαι, pendeo" aliter aliis ſtatuentibus, et Grammaticis libellis, v. Weller. Ind. anomalorum, et Lexicis N. T., cf.

κεῖν. ζῶά τε[h] παντοῖα, καὶ 2. derentur. Praeterea anima-

h) Ms. Ba. ζῶα τὲ λ.

Hſ. 2, 343. e., ſine N. nec coll. Suid. 2, 372. e., e quo tamen corrigendus Heſ., dum reſpiciunt Hom. Ἰλ. ή, 83. cf. Stp. 2, 418. E. cum Poſſ. Call., noſtra reddente ſupra Sb. Ind. ad v. ἡμερ. ſeverius, quam Bg. e P., ap. G. Th. cum κρεμάω.

ζῶά τε) E P. omnia Bg., primo τὲ iterum, per aliumque ordinem, porro adi. π. per ſyn. formulam adi. cum ſubſt., (pro qua affines modo ſunt ap. Stp. Th. 3, 54. B. ſq. „π. *omnigenus*, (quo de alibi,) — π. σιτία, *cibaria* omnis *generis*“ per quam formulam modo alterius caſus explicatur illa Bg. a G. Th. in ſubſt. 795, p., ſed ut cum Lindn. taceat de ellipſi praep. *per*, ſecundum, *quoad*,) tum omiſſum καὶ, quaſi per hendiad., hic in adi. cum particip., ut alibi in duobus particip., cum et adiectivum par ſit participio; quanquam h. l. καὶ capi poteſt ſenſu explicandi, pro eaque, idque, et quidem ſ. atque adeo, ſi παντ. alio ſenſu capitur, quo de mox; ſcribente Leiſn. ad τὴν ἐ. φ. μ. τηρ. in m. Ox. unum Lat. „*monſtra*“ non male; quanquam et ſqq. pertinent eodem ſimul, cf. G. Th. „*oſtentum*, τέρας, — omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque, — quoties quid contra naturam naſcitur, tribus manibus forte aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quae naturae contraria eſt, — *monſtrum*, τέρας, aliquid praeter naturam editum ſ. procreatum, — quod praeter naturam aut deficit, aut excedit“ Stp. Th. 3, 768. E. m. σημεῖον et 1410. e. τέρας, Ammon. p. 135. Suid. 3, 448. e. τέρας, παράπλασμα, παρὰ φύσιν τεχθὲν, monſtrum, *id quod praeter naturam genitum eſt*, it. ſq. et τεράστια, σημεῖα, — Τὰ γενόμενα (γεννώμενα) βρέφη κράσει θηρίων (θηρείων) τὲ καὶ ἀνθρωπίνων σωμάτων τεράστια ἐδόκει, monſtroſa, *prodigia*, — *Infantes* ob *ferinorum* et *humanorum* corporum *mixtionem* monſtroſi *videbantur*; quae Noſter duplici ratione deſcribit deinde et explicat, quoad formam et membra; reddente Sch. v. φυσ. e. „ζ. φ. ἐ. μ. τηρ. animalia *prodigioſa*, σχ. *figuris* corporis *monſtroſis*, ἀλλ. *prodigioſis* fig. *corporum*“ cum P., unde Bg. in ſeveris τὴν — μὴ τηρ., tum in alio numero ad σχ., (quod h. l. late patet ad totumque corpus, ob adiunctum gen. σωμ., aeque ad σχ. pertinentem, ac ad μερ., unde non bene P. praepoſuit hunc gen. in primum membrum,) denique in τὲ — καὶ, praebente Stp. Th. modo notiones tum in v. τηρ. pro conſervare, retinere, nec mutare 3, 1463. D. m. ſq., tum in ſubſt. φυσ. 4, 278. C. m. ſq. „ἀντὶ τῆς ἕξεως, de partium ſtructura compoſitioneque“ (ſed G. Th. tantum formulam contrariam, *naturam — commutare*,) tum in adi. „ἀλλ. uſus eſt hoc vocabulo, licet alioqui ſit ποιητικώτερον Xen. quoque, (cf. Ind. Z. Cyr.) Xenophontem vero in uſurpanda voce iſta imitatus eſt Herodi. praeſertim“ cum loco noſtro e P., nec cum Lat. Bg., ap. G. Th. „quod eſt aliorum“ ut h. l. aliorum animalium, cf. Ind. Luc. Diod. S. Heſ. 1, 241. i. ſine N. nec coll. Suid. 1, 120. i. ἀλλοδαπὰ, ξένα, παντοῖα, peregrina, *omnigena*; e quo poſtr. capientur priora Noſtri ζῶα παντ. ſic, ut ſint animantia, non uno ac ſimplici conſtantia corpore ſuo, ſed partim peregrino et alieno, ac membris omni ex genere, tum ſuis, tum aliorum animantium; unde καὶ manebit vulgari ſenſu, vel explicativo illo ſupra, etſi ſubiiciuntur ſqq. explicandi cauſa, et ἀλλοδ. ad variandum cum παντ.; tenente rurſus Stp. Th. aliunde modo notionem 2, 849. D. e. „μ. τοῦ σωμ.

τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα [i], σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς καὶ μέρεσι σώματος ἀναρμόστοις, πολλάκις ἀπεκυήθη [k]. μέγιστον δὲ δεινὸν [l]

lia omne genus, ſuam naturam non ſervantia cum figura aliena, tum membris corporis incongruentibus, ſaepe edita ſunt. 3. Maximum autem malum,

i) τοροῦντα A. 2. vitio inſigni. k) Ms. Ba. et Vi. ἀπεκυήθησαν. τὸ μ., ſed Ms. Ve. ἀπεκυήθησαν. Τὸ μ. v. N. l) Ms. Ba. et Vi. δεινὸν, ὃ καὶ τὸν παρ., ſed poſt δειν. comma eſt tantum in Pat. ed. ac Ms. Bg. v. N.

pars *corporis*, membrum" (pro quo Noſter hic ſine artic.,) ſed in adi. ἀναρμ. modo affine *incongruus*, cf. Suid. 1, 179. m. cum Ind. Xen. Mem. S., ap. G. Th. cum Gr. n., hic deformis, nullam rationem ſ. proportionem habens cum reliquo corpore ac caeteris membris, diſſimilis quoad formam et magnitudinem.

ἀπεκυήθη) Ven. ἀπεκυήθησαν. Τὸ μ. Articulum adeſſe debere, caeterum autem eam lectionem, quae ſingularem exhibet, veram puto. *Stroth.*

Rem novam dividentes, hic modo agemus de v. ἀπ., cuius plur. cum ſubſt. neutr. plur. ζῶα Atticus eſt et ipſe, cf. ad Luc. 2, 900. ſq. N. 51. ſq. 905. N. 56. p. ſq. N. 80., ad Diod. S. 1, 337. N. 85. Abr. ad Aeſch. 1, 134. m. v. 715. cum Dil. Th. p. 670. c. D'Orv. Ch. p. 578. i. Fi. ad Well. p. 306. i. ad Xen. Hdb. p. 177. e. cum Z. ad Pol. p. 199. b. §. 6. it. Cyr. p. 620. a. m. et Ind. Mem. S. v. *neutr.*, in qua V. L. fere inclinant eo, ut veriorem magisque Atticum putent plur., nec tamen audent in textum recipere, me quidem in talibus nihil vel novante, vel praeoptante, cum ratio utr. in uſu fuiſſe videatur, et mutatio deberi librariis, pro varia cauſa ſapientiave alterutrum deligentibus numerum; reddente Sch. „*edita ſunt* in lucem *animalia* monſtroſa" ſed Stp. Th. „paſſ. pario, *in* lucem *edor.* — Poteſt et *edor* dici ſine adiectione. — Herodi. ζῶά τε παντοῖα μερ. τοῦ σωμ. ἀν. ἀπ." cum alia lectione in adiecto artic. τοῦ, et ſine Vs. al., per privum v. illud clam reſpiciens P., unde Bg. retinet, ap. G. Th. ſine Gr. 308, 20. p. ſq. l. 4. „*in* lucem *editus*, i. natus" quo Lat. uſus Bg. ſupra 1, 5, 14., hic ut ſit rectio duplex, a Stp. obſcure oſtenſa, per nominativum ſubſt. ζῶα cum adi. παντ., (cui par etiam adiunctum particip. μὴ τηρ. τὴν ἑ. φ.,) ſed et ſimul cum dat. ſ. abl. modi, σχημ. et μερ., ubi ſuppleas pr. σὺν, tacentibus de hac ellipſi L. Boſ. et Lindn., ſed afferente G. Th. rationem utr. 394, 93. *naſci* equinis *pedibus* e Plin. 4, 13. m., ſed p. ſq. l. 9. e Plaut. *natus* cum *virtutibus*; ut tamen fortaſſis aeque dicas, ſubſt. ζῶα habere duplex adiunctum et duplicem rectionem caſumque, nominativum quidem adiectivi parisque participii, ſed et ablativum modi.

μέγιστον) Mss. tota lectio haec ſit, τὸ μεγ. δὲ δεινὸν, ὃ καὶ λ., ubi τὸ, pro τοῦτο, et poſt δειν. ſuppletum v. ſubſt. ἦν, faciat ſententiam talem, *hoc* vero *maximum* malum *erat*, quod *cum* in *praeſens* dolebat *tempus*, tum *in* futurum — *turbabat*; in quo, praeter δὲ poſt vocem ſecundam a principio, ut alibi, comparabitur formula illa nobiliſſima, ubi poſt ſubſt., v. c. σημεῖον δὲ, it. poſt adi., ut δῆλον δὲ, etiam poſt verba, e. g. ἐδήλωσε δὲ, ſequitur ſimplex γὰρ cauſalis, vel cum neg. οὔτε γὰρ, ut mox ap. Noſtr. §. 4., e qua ratione tamen non neceſſario requiritur artic. τὸ, quem quis putet

καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ἐλύ- cum in praeſens dolorem attu-

e finitione σαν ortum, aut a θη affini expulſum; ut tamen, quantumvis exquiſita, Mss. lectio videatur librarii eſſe, ob intruſum ὁ, quod vix a pr. ον exciderit, cum vulg. quoque ſenſum commodum edat, ſi extrinſecus ſumas pron. τοῦτο, ut 1, 8, 16. 1, 10, 13. i., ubi ſimiliter ſuccedit enunciatio per γὰρ cauſalem, cumque P. referat nihil, quam vulg., e quo Bg. conſervat tria, primo Lat. ad καὶ — καὶ, tum v. ἐλ. per phraſin, idque abſolute ac ſine aliquo caſu perſ. quarto, (quem v. Gr. habere ſolet, ut ſuppleas v. c. τοὺς ἀνθρώπους, ſ. τοὺς Ῥωμαίους, ſ. e ſq. membro πάντας,) denique τὸν π. καιρ. converſum non modo per ſolum adi., ſed etiam adeo cum praep., quae Lat. formula reſpondet aliis Gr. cum praep., εἰς τὸ παρὸν ſ. πρὸς τ. παρὸν, aut ſaltem requirit hic in τὸν π. κ. ellipſin praep., v. c. ἀνὰ ſ. κατὰ, quarum poſtr. eſt modo ap. L. Boſ. in ſubſt. καιρ. et affini χρόνον p. 514. e. ſq., ut non opus ſit ſuſpicari, in Gr. fuiſſe καὶ κατὰ τὸν π. κ., quaſi pr. κατὰ exciderit ob pr. καὶ ſimile, aut in hoc καὶ lateat illa praep., et ipſe P. dederit libere modo duplicem copulam; unde hoc membrum magis par ſit alteri ſq. πρὸς τὸ μέλλον, e quo ipſo tamen membro fuerit ducta res P. omnis, per ſtudium concinnitatis, quam cum alibi Noſter negligit, tum maxime in illo τὸ μέλλον, quod ſine ſubſt. aliquo ponit, ſecus ac pr. τὸν παρ. καιρ., quod fortaſſis et ſine ellipſi capias, ſic regendis verbis, δεινὸν ἐλυπ. τὸν π. κ., ut τὸν π. κ. pendeat a v. ἐλ. hoc ſenſu, *malum* hoc *reddidit triſte* tempus *praeſens*, ſicut Sch., quanquam in καιρ. cum P., tamen reddit in ἐλ. „δεινὸν, καιρὸν, *dolore affecit* calamitas *tempus*" quocum conferas ap. G. Th. „*contriſto*, καταλυπέω, triſtem reddere, metaph. — inverſum *contriſtat* aquarius *annum* Hor. Sat. 1, 1, 36." ubi Lambin. „tralatio a re animata ad inanimam, λυπεῖ" ipſum Noſtri v. comparans; ut ſic accipiamus ſcribendi genus h. l. exquiſitius elegantiusque a tropo, quo remoto, tamen ſenſus exiſtat idem cum Bg., qui praeterea diſcedit a P., ut partim Sch. in „δειν., pro ſubſt., *nefas*, malum, *maximum*" recte ſtatuens de adi., quod pro ſubſt. oſtendit additum adi. μεγ., et hic ſine attic. τὸ, ut alias cum eo, v. 1, 13, 10., qua e comparatione per gloſſam etiam Mss. lectio nata ſit; tacente Stp. Th. etiam in ſq. pr. πρὸς 3, 572. e., (ubi tractat oppoſ. „πρ. τὸ παρὸν, in *praeſens*") in v. μελλ. ne habente quidem formulam per neutr., quae in ſing. hic ſimiliter intelligitur ac ſuppletur, ut in plur. 1, 5, 26. e., de que re ſ. tempore, cf. L. N. T. Krb. et Schw. p. 888. Ind. Dem., cui add. 506, ult. 277, 7. 278, 27. 410, 26., ad Vig. p. 259. b. e. Eur. Phoen. v. 1315. cum Schol., tacente L. Boſ. Ell. Sed hoc membrum copulant cum proximo verbo Vern. vet. et Sch. in οἰων. „πρ. τὸ μ. χρ. omine ſ. augurio *in* futurum *utens*, (et ſine Vs. in χρ.) συμβ. πρ. τ μ." deſerto ita P., qui, in rel. liberior, rectius retulit ad remotum v. ἐπαρ. cum Bg., qui propterea et participium videtur reſolvere, et perſpicuitatis cauſa aſſumit pron. αὐτῷ, ac v. χρ., ſic habens duplicem ſuum dat. ſ. abl. rei, per ſyn. Lat. reddit, unum dat. ſubſtantivi adjuvans ſuppleto ὡς, cf. 1, 11, 10. e., ubi etiam tetigimus v. χρ. cum pr. πρὸς, quo de cf. Abr. Dil. Th. p. 179. i. et Ind. Luc. v. m., quae lectio deceperit Vern. illum ac Sch., tenente tantum Stp. Th. in „οἰων. auſpicium, augurium, omen, — fauſtum, — contra Herodi. l. 1. πρὸς — ἐπαρ." cum P., nec deinde aliunde, quam ex Dion. Caſ., in cuius Ind. ſaepius reperi, perque Indd. veterum modo οἰωνὸς et ὄρνις, ſed noſtrum ſubſt. iterum ap. Eur. Phoen.

πησε, καὶ πρὸς τὸ μέλλον [m] οἰωνίσματι [n] καὶ φαύλῳ συμβόλῳ χρωμένους πάντας ἐτά-

lit, tum in futurum eos, qui id ut omen et malum auſpicium acciperent, omnes pertur-

m) Hic et mox poſt χρωμ. comma fuit in A., ſed tantum hic in Bs. 2. al., ut tantum poſt χρ. in B. 1. L., v. N. n) οἰονισμ. vitium notamus modo propter numerum ſequacem A. B. 2. Par. et Pat.

v. 846. οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθών, auguria *avium*, pro quo v. 865. οἰωνὸς, Valck. *omen*, ſed Barn. *bonum ſignum*, ut Schol. ἀγαθὸν σημεῖον, et alius ſimpl. σημεῖον, at Oreſt. v. 786. οἰωνὸς, *omen*, Schol. χαλεπὸν τεκμήριον πρὸς τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, cum pr. πρὸς ergo etiam; diſcedente Bg. in rel. a P., ubi adi. eius pro infauſtus ſ. infelix, ut Gr. h. l., et adeo φ. σ. pro ſigno et indicio rei futurae malae, triſtis ac noxiae, ſ. pro re, quae oſtendat et praeſignificet, aliam rem futuram eſſe, quae damnum aliquod inferat. In quo Stp. ante non bene fecit, cum pr. οἰων. hic anguſto accepit ſenſu ac de malo omine, cum, ſequente diſerte φ. σ., tautologia exiſtat inanis; ut pr. οἰων. debeat potius univerſe capi, et hic iterum per copiam iungantur genus ac ſpecies, et pr. univerſum a ſq. magis definiatur, nobis *Vorbedeutung* und *böſes Zeichen* ſ. *Anzeigen*; quanquam per ſe ſyn. ſunt οἰων. et σ., cf. Bud. C. 866, 39. „σ. etiam *omen* ſignificat καὶ οἰώνισμα“ Suid. 2, 715. e. ὄρνις, — τὸ σύμβολον, e Schol. Ariſt. Plut. v. 63. (ad quem cf. Bg. et Duk. in Harl. Chr.) ſed 3, 396. m. σ., οἰώνισμα, σημεῖον, et Heſ. 2, 1294. m. σ., σημεῖον, — ὁρισμὸς, quod poſtr., ſine N. relictum, forte depravatum ex οἰωνὸς, ut mox ſq. σύμβολος, οἰωνὸς, cf. Suid. l. l. et Dion. H. S. T. 1. 150, 41. ἃ οἱ γεινάμενοι πρὸς οἰωνοῦ λαβόντες ἀγαθοῦ καὶ πόλει καὶ οἴκῳ τῷ σφετέρῳ, *quam* parentes, *ut* fauſto *domui* patriae*que* natam *omine* rel., quae proprie eſt Bg. formula, ſed ap. Phil. in Flacc. p. 749. E. e. τοὺς μὲν γὰρ εὔνους καὶ μάλιστα φίλους ὑφεωρᾶτο καὶ διωθεῖτο, τοῖς δ' ἐξ ἀρχῆς ἀνομολογηθεῖσιν ἐχθροῖς ἐσπένδετο, καὶ συμβόλοις περὶ πάντων ἐχρῆτο, ut *enim* quisque *fuit* ei *coniunctiſſimus*, ſuſpectus *repellebatur*, eos *vero*, quos *prius* pro *confeſſis* inimicis *habuerat*, conciliatos *adhibebat* omnibus *conſultationibus*, immo *nam* benevolos *et* maxime *amicos* ſuſpectabat *et* a *ſe* repellebat, *ſed* hoſtibus *ab initio* confeſſis *conciliabatur*, et *de* omnibus *rebus*, ut — *utebatur*, ubi Intp. videtur legiſſe συμβούλοις, de ſolenni in ο et ου confuſione, quod nec plane improbem, quanquam fortaſſis, ob pr. v. tropicum ἐσπενδ., continuato tropo, ſumetur vulg. ibi. abſtractum pro concreto de *auſpice*, i. duce, auctore, ſuaſore, conſiliario, cf. G. Th., ubi „*omen*, οἰωνὸς, οἰώνισμα, — id *a* plerisque *in* omen *magni* terroris *acceptum*, — *auſpicium*, οἰωνισμὸς, οἰώνισμα, — *augurium*, οἰωνισμὸς, — *accipere*, i. ad ſe applicare, ut *accipere* omen, (ſ. h. l. ap. Bg. i. q. iudicare, interpretari, habere, putare, cf. in v. *accip.* 53, i. 35. 59. et v. *interpret.* 1191, 44. 55.) *malus*, κακὸς, φαῦλος, i. infelix, *mala* ales“ tacens in v. *uti* et *uſurpare*, quorum alterutrum hic adhibuerim, ut *aliqua re* uti *omine* ſit, cogitare, putare, eam rem eſſe ſignificationem alius futurae, et deinde etiam appellare, dicere, commemorare, iactare pro tali; P. deſerente Bg. in παντ., (hic de ſolis Romanis,) quod ad numerum meliorem et laevitatem locatum eſt poſt v. χρωμ., poſt quod non diſplicet mihi comma, ut nec ſimul alterum poſt μελλ., ut rectio iuvetur magis; cf. de re ac ſuperſtitione iterum §. 11.

ῤαξεν o. οὔτε γὰρ ὄμβρου προϋπάρξαντος, οὔτε νεφῶν ἀθροισθέντων, σεισμοῦ δὲ ὀλί-

4. bavit. Neque enim imbre praecedente, neque nubibus collectis, ſed tantum terrae mo-

o) Ms. Ba. comma hic habuit vitioſum.

et Buleng. in Graev. Th. T. 5. p. 506., ubi, agens de incendio prodigioſo, p. ſq. B. etiam huc reſpicit modo ſic „Herod. 1.“

ὄμβρου) Sch. in hoc ſubſt. „imbre *antecedente*“ et quoque in v. πρ. deſerit P. alium numerum cum Bg., cuius Lat. ad v. πρ. tenet aliunde Stp. Th., etiam in ſubſt., cum alio Lat. *pluvia*, quo explicatur Bg. ap. G. Th. cum Gr. n., hanc ſolam me noſcente notionem iſtius ſubſt. Gr., cf. Heſ. 2, 748. m. e. 1445. e. N. 12. L. N. T. Ind. Hom. Heſ. Orph. Call. Herodt. Xen. Bach. Fi. Aeſch. Luc. Geop. cum Ariſt. Nub. v. 337. 376. coll. v. pr. et Dion. H. S. T. 1. 611, 23., ut h. l. ad incendium et ignem proferendum valeat imber ac pluvia modo, quatenus comitatur tempeſtatem coeli, tonitru et fulmen, ſed ut tamen libentius hic accipiam de univerſa tempeſtate, *i.* vento ac tonitru, ſi uſus ſcriptorum annuat; in quam rem forte proſint Lat. haec, cum ad Orph. h. 18, 5. ὄμβρους Vs. reddit *nimbos*, quo de G. Th. „repentina et praeceps aëris perturbatio, denſa (ſ. atra) nubes, et ex ea pluvia“ cf. Heyn. ad Virg. Aen. 2, 616. 3, 587. it. v. 198., pro quo *imber* v. 193. it. 8, 392. et 354., quo poſtr. loco tamen *nimbi* etiam ſint tonitru et tempeſtas, ut ib. 6, 590. et 594., ubi ad *immani turbine* Heyn. „pro fulmine, ut ſolent nimbi, turbines, procellae cum eo eſſe coniunctae“ pro vento quidem ut G. Th. etiam exponat *nimbum* 440, 99., qui et „*procella*, ἄελλα, χειμών, vehementior quidam venti impetus, nec ita durans, — Plin. *flatus* vagi *et* ruentes *torrentium* modo, *tonitrua* et *fulgura* edunt, (cient, excitant, per coactas concuſſasque nubes,) *maiore vero illati pondere* —, *ſi* ruperint *nubem*, procellam *gignunt*, rel. — de tempeſtate terreſtri eſt ap. Liv.“ i. e. de vento vehementi, in aëre inferiori ac terrae propiori, ſine tonitru aëris ſuperioris, cuius Gs. poſtremum Gr. habetur de Romulo ap. Dion. H. S. T. 1. 118, 27. χειμῶνος καταῤῥαγέντος, nimbo *vehemente* cum *fragore* coelitus *effuſo*, cf. Liv. 1, 16., ſed Eutrop. 1, 1, 4. *orta* ſubito *tempeſtate*, Met. χειμὼν λ., nec reperiente me, a quo Noſter duxerit formulam ſq. νεφ. ἀθρ., ubi Sch. etiam deſerit P. „νεφ. nubibus *coactis*, ἀθρ. congregatis *nub.*“ nihil tenente Stp. Th., quam in v. Bg. Lat., ubi G. Th. 1010, 102. et ult. it. in ſubſt. cum Gr. n. 478, 61. *collectae* ex *alto* nubes *foedam* glomerant *tempeſtatem* atris *imbribus* e Virg., cf. N. ſq. ad σκηπτ. et exemplum recentiſſimae experientiae ſimile, quod Ephemerides Lipſ. huius anni LXXXIV particula CVI. p. 589. ſic retulere „*Das Dorf Zöberiz wurde am 25 dieſes, Nachmittags nach drey Uhr*, von *einem* Wetterſtrahl aus *einer* hellen *Wolke*, ohne *Regen* und *mehrere vorhergehende oder folgende Donner betroffen*, rel.“

σεισμοῦ) Altera προσγ. lectio hic eſt e ſolenni in pr. πρὸ et πρὸς confuſione, ut vel ſenſus ſuadet, cum nihil praeceſſerit, ad quod terrae motus *accederet*, ac poſt quod ille fieret; tenente vulg. cum Mss. rel. etiam P. oblique per contractamque orationem et copiam Noſtri in unum modo verbum pr. προϋπ., unde libere additum reſtringendi adv. *tantum* Bg. ſervat ſine neceſſitate, non item Sch. „quum *terrae* motus *anteceſſiſ-*

γου προγενομένου [p] γῆς, εἴτε σκηπτοῦ νύκτωρ κατενεχθέντος, εἴτε καὶ πυρός ποθεν [q]

tu exiguo prius facto, ſive fulmine noctu delapſo, ſive etiam igni aliunde ex illo

p) προτγέν. Ms. Ba. cum ed. A. B. Par. 1. et Pat., v. N. q) πύρὸς ποθὲν his accentibus Stp. Sb. al., ſed rel. nobiscum, v. N.

ſet" tenens e P. cum Bg. alium ordinem in vicinis σεισμ. et γῆς, a Noſtro divulſis vel ob laevitatem, vel ut variaret participium προγ. in loco, nec ſtaret in membro extremo, ut in enunciatis rel., proferente Stp. Th. modo affine in σ. „γενομένου ap. Thuc. et Xen." ſed alia Lat. in v. προγ., cf. Ind. Geop. et Luc. 3, 360. l. 19. σ. πρότερον μεγάλου γενομένου, *motu* telluris *magno* cum *mugitu* ante *facto*, ubi adi. μεγ. ſit *vehemens*, ut noſtrum oppoſ. ὀλ. levis, cum terra concutitur nutatque tenuiter, ac ſic, ut motus non duret diutius nec ſit continuus, et alia corpora ſupra terram non admodum ſentiant, nec moveantur valde, nec corruant franganturve, cf. ad Bg. formulam G. Th. in ſubſt. utr. 345, 81. et 764. i. *factus* nunciatur *terrae* motus *horribilis*; cogitante me in Gr. γῆς extremam partem protaſis in periodo Noſtri per participia, ſed, praemiſſis, qui ſequuntur, genitivis conſeq., veram apodoſin demum in πᾶν — κατεφλ. Tum credo, ſq. σκ. ν. κατ. pertinere ad ſuperiora duo de imbre ac nubibus, non ad terrae motum; quanquam alias nota ſunt fulmina quaedam inferna, quum e terra ſurſum exſiliunt ignes, cf. G. Th. v. *fulm.* 761, 16., quae poſſunt ac ſolent exiſtere in terrae vehementibus motibus et illis chaſmatiis, cum hiatus telluris ſcinduntur; quibus obſtant hic pr. σ. ὀλιγ. et quoque v. κατεν., ubi Stp. Th. nec tenet Lat. Bg., (quocum Sch. plane,) ſed in σκ. Lat. P. depravata „Herodi. l. 1. σ. ν. κ., *nocturni* caſus *fulminis*" ubi Sch. „fulmine *decidente*" non ferente G. Th. formulam Bg., ſed in ſubſt., cum Gr. n. etiam, modo „ignis, excitatus e nubibus" cum et ſurgat, ut dictum, e terra, cf. de Gr. σκ. Ind. Dem. cum Heſ. 2, 1208. e., non coll. coniectura Kuſt. ad Suid. 3, 329. m. cum locis his, σκηπτοὶ κατηνέχθησαν, *fulmina* coelitus *deſcendentia*, et νέφη συνέδραμε, καὶ ὑετοὶ πολλοὶ καὶ σκηπτοὶ κατώλισθον, coelo *nubibus* obducto, *multae* pluviae *et* fulmina *deciderunt*, qui rectus naturae ordo, a Noſtro §. i. deſertus per ὕστερον πρότερον, tueatur ibi ſubſt. ὄμβρου notione vulgari. Caeterum Leisn. in m. Ox. ad v. σκ. „A. de mundo p. 120."

πυρός ποθ.) In adv. accentu variant ſententiae, encliticam aliis putantibus, aliis minus, cf. Gramm. Well. ed. Fi. noviſſ. p. 54. m. March. p. 1003. e. Poſſ. Synt. p. 344. m. Nr. 4. et ad Vig. p. 669. e., inconſtanter agente Stp. Th. aliunde, nec proferente Lat. Bg., ut nec L. Ern., ap. G. Th. cum Grr. al., etiam in vulgari „*alicunde*, — ex aliquo loco" quod tenet quoque Sch. ed. Bc. 1., at Bc. 2. diſerte Bg., in cuius Ms. aliquis ſimilem librarii ſuſpicetur lapſum; etſi fortaſſis utrumque tandem ad notionem redeat eandem; hic ut opponatur coelum ſ. aër, tanquam alius locus, latens ſimul in pr. membro σκ. κατ., et alius contra ſit templi ipſius ſolum, vel vicinum circumcirca; ubi, ne Noſter repugnet ſibi in pr. σ. ὀλιγ. πρ. γ., ſic adiuves, ut alibi et extra templi regionem motus terrae fuerit modo levis, ſed in vicinia templi vehementior et cum hiatu adeo, unde ignis emanaret; aliter rem tradente

ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαῤῥυέντος, terrae motu emanante, τοπᾶν τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος tum Pacis templum combu-

Xiph. 385, p. πρὸ δὲ τῆς τοῦ Κομμόδου τελευτῆς σημεῖα τάδε ἐγένετο, — πῦρ τε νύκτωρ ἀρθὲν ἐξ οἰκίας τινὸς, καὶ εἰς τὸ Εἰρηναῖον ἐμπεσὸν, τὰς ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἀῤῥαβίων φορτίων ἐπενείματο, ad quem locum in Dion. Caſ. p. 1224. l. 8. neſcio amplius, an et quomodo Fabr. N. ad §. 161. conciliarit Noſtrum, qui e terrae motu ignem repetit, ibi non memorato, ſed qui, ſi vehemens ſumatur fuiſſe, domum, templo vicinam everterit, unde incendium oriri poſſet: ſupplente hic Bg., partim e P., ſubſt. γῆς, (quo omiſſo Noſter hic variat pro pr. pleno, cf. 1, 1, 5. e.) ſed et reddente articulum τοῦ per pron., in quo illud P. liberius „in *ipſo* terrarum *motu*“ neminem decipiat ad ſuſpicandum αὐτοῦ, cum et numerum ille mutarit libere, et diſceſſerit in pr. ἐκ, ubi Bg. ſevera, pro *per* ſ. propter, ut Gr. pro διὰ cauſali, arguit, eum ἐκ τ. σ. per ſe cepiſſe, copulato v. διαῤῥ. modo cum ποθ., nec ſimul cum ἐκ τ. σ., ut tamen Sch. fecit in δ. „π. ἐκ σ., *effluente*, elapſo, ſ. *extrito* igne *e* terrae *motu*.“

διαῤῥυέντος) Melius, ni fallor, et verius διαῤῥαγέντος. *Fab.* Faber mallet διαῤῥαγ. igne *erumpente*. Nam, quae *fluere* dicuntur, ea natura ſua deorſum feruntur. Sed, ut fluida dicuntur erumpere: ita ignea dicuntur fluere. De igne non raro adhibentur verba, fluxus ſignificationem habentia. Ap. Call. h. in Di. 118. φάος Διὸς ἀποστάζουσι κεραυνοὶ, lucem *deſtillant* ſ. *fundunt* Iovis *fulmina*. Lucr. ait, *ſolem* fundere *radios* per *opaca domorum*, v. An. F. ad Call. l. l. it. Schreiter ad Sacram. diſſ. 2. p. 69. §. 10. et 21. ſqq. Vertas ergo *effluente* igne. *Leisn.* Non opus eſt F. emendatione διαῤῥαγ. Caeterum Dio ap. Xiph. diſerte dicit, πῦρ τε — ἐμπεσ., quod Herodianus ſe neſcire fatetur. *Stroth.*

Recte tuemur vulg., praeter Mss. et edd. auctoritatem, etiam e tropo, per uſum loquendi de igne ſatis confirmato, quo de ad Call. l. l. cf. etiam Spanh. cum Ern., qui in Init. rhet. §. 321. i. ad Catulli *tenuis* ſub *artus* flamma *dimanat*, praeclare ſubiicit „igni propter celeritatem motus ac tranſitus τὸ *fluere* propemodum proprie tribui“ tacente G. Th. v. *ignis*, at in v. *flam.* habente tantum 683, 98. fundit *terra* egeſtas *flammas* e Sil., ſed in hoc v. 764, 58. 66. „a motu illo naturali liquidorum *fundi* dicuntur, quaecunque dilabuntur, diſſipantur, late ſparguntur, etc. *funditur* fulgor *lucis* in *digitos*, Plin. (et 693, 26. 54.) *fluere* dicuntur liquida omnia non modo, ſed quaecunque motu ita facili et velut lubrico moventur. — *ignis* dr. *fluere*, v. Cerd. ad Virg. Aen. 3, 572 et I. Gron. ad Gell. 17, 10., (tum nihil in v. *manare* et Bg. it.) *dimano*, διαῤῥέω, — *diffluo*, διαῤῥυέω“ in quo v. Gr. Stp. Th. nihil tenet, quam Lat. *diffluo*, quod et modo in διαῤῥέω, a quo aut ab inuſitato διαῤῥεύω mavult deduci noſtrum particip., ſecus ac L. Ern., diffidentibus etiam aliis, cf. Fi. ad Well. p. 276. m. ſub ῥέω „paſſ. part. aor. 2. εἰσῤῥυέντες“ Ind. Dion. Caſ. Luc. Ariſt. Kuſt. διαῤῥεῖν cum textus Veſp. v. 1151. διεῤῥυηκένα; nihil profuturis Heſ. 1, 964. e. nec Suid. 1, 565. i., ſed Sch. ſub „διαῤῥέω ſ. διαῤῥύω, paſſ. aor. 2.“ quod poſtr. Gr. in ed. Bc. utr. vitiatum ex illo Stp. διαῤῥυέω, aut ab alio ῥύω themate, quo de cf Stp. Th. 3, 683. F. e. cum L. Ern., hic ut ſtet paſſ. pro med., ſuper praep. tacente Z. ad Vig.

πᾶν τὸ λ.) Damna huius incendii recenſet Xiph. circa finem Commodi.

κατεφλέχθη, μέγιστον καὶ κάλ- ſtum eſt; quod maximum et

Boecl. Εἰρηναῖον Xiph., qui circa fin. Comm. damnorum, quibus populum Rom. iſtud affecerat incendium, fuſiorem exhibet ὑποτύπωσιν. *Oxon.* Huius Pacis templi meminit Plin. Suet. Dio, Procop. Pauſ. Xiph. Ioſeph. Gell. Ammian., cf. Fabr. ad Dion. 66. p. 1088. *Leisn.*

Eius templi non diſerte meminit Fabr. in Bibl. ant. p. 403. m. ſqq., ſed forte, qui ibi laudantur, cf. Lipſ. de magnit. Rom. Opp. T. 3. p. 137. e. ſqq. Pancir. deſcript. urb. Rom. in Graev. Th. T. 3. p. 401. B. hinc e P. Vs., p. 735. C. ſq., ad Dion. Caſ. l. l. N. ad §. 89. et Spanh. de pr. et u. n. 1, 648. m. „quo loco haud reticeri debet opus tota urbe Roma, ut de eo Herodi. l. 1. c. 14., maximum atque pulcerrimum, Pacis nempe templum, foro proximum, — inter Commodi — numos a me Romae olim viſum, ac proinde nec dum incendio, quod mox, teſte Herodi. l. 1. ſub illo Imperatore contigit, dirutum, rel.“ ſed de v. τεμ. et Bg e P. ſupra 1, 7, 12., tum Sch. „εἰρ. *Pacis* deae *templum*“ quam brevem litteram hic etiam tulere A. al., tacente Stp. Th., non item Gs. 740, 49. „pax, εἰρήνη, culta ab antiquis. — Templum Pacis Romae fuit magnificentiſſimum, rel.“ cf. a Seelen in Miſc. P. 1. Comment. XV. de Dea pace p. 314. hinc etiam. Sed Stp. Th. in v. κατ. poſt act. cum Bg. et „*exuro* ſ. etiam penitus uro“ tantum affert paſſ. e Suid. 3, 244. i., ut L. Ern. „paſſ. *deflagro*“ ap. Thuc. 4, 133. l. 14. καταφλεχθέντα, *conflagrarint*, praeced. ſyn. ὁ νεὼς τῆς Ἥρας — κατεκαύθη, *templum* Iunonis *crematum eſt*, Ind. Luc. et Ael. V. h., ubi ſimiliter adiunctum adi. πᾶν forte non cogitari ſinit in praep. illud Stp. adv. *penitus*; melior ut ſit notio iſtius praep., cum ad Vig. p. 619. b. i. Nr. 5. dr. in compoſ. ſignificare „conſumtionem“ ſicque Gr. v., ut noſtra *verbrennen*, abbrennen, *wegbrennen*, urere, incendere, uri, incendi ſic, ut pereat res, abſumatur, nec ſit amplius in aliquo loco, cf. Palm. Exerc. p. 711. e., quaerente etiam G. Th. aliquid amplius, quam ſimplicis notionem, in Lat. Bg., cum Grr. al., it. in *exur.* et „*deflagro*, καταφλέγομαι, — vehementer comburi, — *Dianae Epheſiae* templum *deflagravit*“ aſſequente Bg. in ſuo paſſivum Gr., etiam §. 7. et 9. i., at deſerente id modo 5, 6, 7. m. (qui locus cum illis huius cap. §. 7. i. et 11. e. propter ναὸς adhibitum pro explicatione fuerit in τεμ.) ſed Sch. diſcedente a P. tantum §. 7. per *concremata*; quod et ipſum ap. G. Th. cum Gr. al. „cremare totum“ Noſtri hunc locum imitato Zoſ. in Maxent. 2, 13, 1. κατὰ δὲ τὴν Ῥώμην ἐκπεσόντος πυρὸς εἴτε ἐξ ἀέρος, εἴτε ἐκ γῆς, (τοῦτο γὰρ ἄδηλον,) ὁ τῆς Τύχης ἐφλέχθη ναὸς, Romae *tunc* orto *igne*, incertum *ex* aëre, an *e* terra, *templum* Fortunae *conflagravit*, ubi Sb. N. „legi etiam poteſt ἐμπεσ. *illapſo*“ ſine cauſa, ut libere hic P. addit formulam adv. *de improviſo.*

μέγιστον) Praeter participium reſolutum, Bg. e P. liberis retinet modo aſſumtum adi. πάντων, per ſyn. Lat., in Gr. ut deſit part. ὄντων ad ἐν τ. π., cf. Lipſ. l. l. p. 138. e. „grande fuit et longitudo trecentos pedes attigit, latitudo ducentos. — Hac cauſa merito Herodianus id appellat μεγ. — ἐργ., *max.* et *pulc.* omnium *in* urbe *operum.* Additque, *ditiſſimum* item *fuiſſe*, ornamentis *auri* et *argenti* excultum, (ſubiiciens e Ioſeph. de Veſpaſ.) *Poſt triumphos — ſtatuit templum facere Paci, fecit que cito admodum*, et *pulcrius* melius *que omni opinione perfecit. Magnis enim opibus in hanc rem uſus*, et *priſcorum* etiam *praeclara* omnia *adhibens*, picturis *et* ſtatuis *pulcerrimis* adornavit. *Omnia enim in hoc tem-*

λιϛον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων. πλουσιώτατον[r] δὲ ἦν πάντων ἱερῶν δι' ἀσφα-	pulcerrimum fuit omnium in urbe operum. Opulentiſſimum etiam erat omnium tem-

r) Ms. Vi. πλουσιώτατον. ἕκαϛος δὲ καὶ ἃ εἶχεν ἐκεῖθεν omiſſis intermediis, ut in Ven. *Loc.* ſed Ms. Ve. Exc. ἔργων πλουσιώτατον. Ἕκαϛος λ., denique Ms. Ba. πλουσιώτατόν τε ἦν, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸ τὴν πίϛιν εἶχον ῥωμαῖοι αἰδῶ τε καὶ σέβας. καὶ ἕκαϛος λ., tum in edd. poſt ἀσφ. nihil in Ox. cum Par. 2. v. N.

plum collata et diſpoſita ſunt, ob quae homines, videndi cupiditate, antea per totum orbem vagabantur. Poſuit *et* hic *e* Iudaeorum *templo* vaſa *aurea, in iis ſibi placens.* — et Plin. conſonat, qui paſſim pulcerrima aut rariſſima operum adnotat fuiſſe in templo Pacis. — Quod — refero, ut triſtius damnum cognoſcatur, quod factum eſt templi huius incendio ſub Commodo. Tunc enim, ut Herodi. refert, *levi* terrae *motu* praevio, *ſive* ictu *fulminis*, ſive *igne* e *terra* exſpirante, *ſubito* et *improviſo* totum *conflagravit*, itemque porticus et totus eius ambitus: *malo* ſane *augurio*, ut tunc Romani haud vane interpretabantur, periiſſe ſibi Pacem" cf. Ioſeph. 2, 415. e ſ. 7. τέμενος Εἰρήνης, — γραφῇ τε καὶ πλαϛικοῖς ἔργοις — κατεκόσμησε, — ἀνέθηκε δ' ἐνταῦθα καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Ἰουδαίων χρυσᾶ κατασκευάσματα.

ἔργων) H. l. ἔργα ſunt *opera* ſ. aedificia publica, v. Valeſ. Emend. p. 83. *Leisn.* qui et in m. Ox. „*aedificiorum*" cum Sch. plane, ſeveritatem Bg. obſervante, fere e P., cum et Lat. habeant, cf. G. Th., qui ſemel modo notionem hanc reſpicit 606, 68., Cl. Cic. Ind. Flor., praeter Ind. Xen. Z. Cyr., nihil tale praebentibus rel., nec ad Vig. p. 86. ſqq, nec Stp. Th., niſi referas eo 1, 1227. C. e. de operibus quidem militaribus, in quibus et aedificia fuere, ut turres, muſculi, teſtudines, vineae, cf. Lipſ. de magn. Rom. T. 3. p. 103. i. Cort. ad Sall. Iug. 57, 1. cum Ind. Corn. N., quam notionem nimis coërcet G. Th. l. l. l. 47. ad „munitionum militarium omne genus" cum ab his diſtinguantur interdum *opera*, v. Ind. Iul. C., ſed L. Ern. diſerte „3) aedificium" non tangens militarem illam notionem, quam cum civili etiam noſtrates ſuo *Werk* tribuunt.

πλουσιώτατον) Mss. res ſervabimus ad ſqq., manſuri hic in Bg., cuius Lat. ad adi. πλ., iterum e P., etiam ap. G. Th. cum Gr. n., *opulentum* — templum *donis* e Virg., ſed δὲ, pro τὲ, ut alibi, pro ſyn. Lipſ. in N. pr. *item*, ac P. *idem*, quod adi. exquiſite tantum ad ſubſt. Lat. *templum* relatum. pro ſimpl. *etiam*, cf. Hor. Turſ. p. 378. e., quae notio et valet in illis *idemque* ſ. *et idem*, ubi emphaſin vulgo reperiunt, cf. ib. 374. e. G. Th. 958, 68. Cort. ad Sall. Iug. 14, 11. et diſerte Ind. Corn. N. „*idem* — copulae vicem praeſtat eleganter" cum Schell. de ſtylo; pertinente adi. παντ. modo ad proxima pr. τῶν ἐν τῇ π., ſed variante Noſtro in ἱερ. pro pr. τεμ., tum Sch. „ἱερός, — ſubſt. pro *templo*" fortaſſis innuente ellipſin, in neutr. v. c. χωρίον, οἴκημα, δῶμα, cf. L. N. T. Schw. p. 689. b. i. L. Boſ. p. 233. i. 99. m., ſed dante Bg. in ſevere reddita formula δι' ἀσφ. duo ſubſt. pro uno, hic quidem ob ambiguitatem Gr. vocis, (quam rationem ſequuntur et alii Intrp., ut duas ſimul explicationes ponant, v. c. Thalem. ad N. T. Io. 3, 21. e.) afferente Stp. Th. aliunde notionem utr., quanquam cum Lat. alio 3, 1173., ſed p. ſq. i. modo *muni-*

λειαν, ἀναθήμασι κεκοσμημένων [f] χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου. | plorum, propter firmitatem et ſecuritatem donariis ornatum

f) κεκοσμημένον Lu. cum Bc. 2., v. N.

tionem, ut Sch. hic, ſed G. Th. tantum in ſecundo cum Gr. n., verum de animo tantum, nec de loco, quo de tamen ib. eſt affine adi. *ſecurus.*
κεκοσμημένων) Congruentius κεκοσμημένον, ornatum. *Sylb.* Leg. κεκοσμημένον. *Oxon.* δὲ h. l. γὰρ, ut ſaepe. *Reisk.* De more pecunias in templis ſecuritatis cauſa deponendi v. Gell. 3, 9. Keuch. ad Nep. Ariſtid. 3. Schott. ad Nep. Annib. 9. Brod. Miſc. 4, 17. (ap. Grut. L. V. 2. p. 519. m., ubi modo „Herodi. l. 1.“) Cic. de legg. 2, 16. (ubi et Noſtrum univerſe reſpicit Turneb., cf. eius Op. T. 3. p. 154. e.) Quintil. 7, 3. *Leisn.* Multa ſunt circa hunc locum obſervanda. Primum in Ven. poſt πλουσ. punctum poſitum eſt, atque caetera omnia a δὲ — ἀργύρου deſunt. Quo caſu hoc factum ſit, ut omitterentur, neſcio: genuina tamen eſſe certo mihi conſtat. Deinde verba δι' ἀσφ. ἀναθ. neque a librariis, male diſtinguentibus, neque a Pol., *egregie* (que) *munitum* reddente, neque a Scheid. *munitionem* vertente, neque a Sylb., κεκοσμημένων mutare cupiente, neque a Boecl., hos omnes non caſtigante, intellecta videntur. Romanos cum merces, tum alias res pretioſas, in templa deorum, maioris ſecuritatis cauſa, ut ibi aſſervarentur, comportaſſe, tam ex h. l., quam ex Xiph. patet. Namque aperte dicit Herodi., ἐκ. ἃ εἶχ. ἐκ. ἐθησ., et Xiph. πῦρ τὰς ἀποθήκας — ἐπενείματο. Atque haec ἀναθήματα non fuiſſe dona, deae dicata, ſed privatorum potius bona, ibi depoſita, ex eo apparet, quod addit Herodi., τὸ πῦρ πολλοὺς ἐκ πλουσ. πεν ἐπ. Vox ἀνάθημα, quae generatim id, quod ſepoſitum eſt, quodque loco ſuo moveri fas non eſt, decepit Viros doctos, de donis deorum cogitantes. δι' ἀσφ. igitur nihil aliud eſt, quam ſecuritatis cauſa. Porro patet ex his, locum aliter diſtinguendum eſſe, quam vulgo in edd., et quidem ſic, πλ. δὲ ἦν π. ἱερῶν, δι' ἀσφ. ἀν. κεκοσμημένων λ. Senſus eſt, plura fana κειμελίοις, ſecuritatis cauſa ibi ſepoſitis, ornata fuiſſe, plurima vero comportata fuiſſe in aedem pacis. Denique hinc patet, Sylburgium κεκοσμημένων perperam mutare voluiſſe in κεκοσμημένον. *Stroth.*

De pecunia rebusque aliis in templo repoſitis propter ſecuritatem cf. Spanh. de pr. et u. n. 1, 717. c. Alex. Donat. de urbe Rom. in Graev. Th. T. 3. p. 668. E., ad Iuv. Sat. 14, 260. Corn. N. 3, 3, 1. N. 9. 23, 9, 3. N. 2., ad Thuc. 1, 96. p. 63. b. N. 4. et Voet. ad h. l., quem et laudat Fabr. in Bibl. ant. p. 410. m., ubi agit de donariis, deo in templa miſſis, ſive ponerentur, ſ. ſtatuerentur, ſ. etiam ſuſpenderentur, quo ſenſu Gr. ἀναθ. praecipue dr., cf. Bud. C. 698, 48. hincque Stp. Th. aliunde, Suic. Th. L. N. T., in primis Schw., Kypk. 1, 316., ad Luc. 1, 780. a. N. 50. Ind. Ael. V. h. et Xen. Cyr. Z., de quibus et hic aliquis capiat non modo propter locum Ioſeph., ſupra laud. ad μεγιϛ., ſed etiam ob ſolenne cum iis v. κεκοσμ., cf. Suic. Th. p. 272. m. et L. N. T. Schw. p. 89. a. i. et N., quod verbum vix cadat in pecunias, merces resque aliorum privatas, niſi improprie ſumtum pro inſtructus, continens, ſervans, cuſtodiens; ad quem ſacrum veluti ſenſum pertineat quoque ἀναθήμασι adiunctum χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου, ubi duo ſubſt. pro adi. et ſubſt. ἀν. χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς ponuntur, ut diſerte formulam Gr. iterum commutat Bg. e Stp. ad m. P., quae, de vaſis, utenſilibus cimeliisque privatorum intel-

ἕκαςος δὲ, ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε

5. aureis et argenteis. Quisque enim illic theſaurum conde-

lecta, debeant eo ducere, ut talia non tantum in templis repoſita ſint ſecuritatis ergo, ſed etiam ad utendum, ut quibusdam temporibus producerentur ac proponerentur ad ſpectandum, ſ. omnino non incluſa in templis ſacellisque ſervarentur, ſed in menſis, aris, parietibus poſita atque ſuſpenſa; in quam rem nihil habeo, niſi locum Noſtri 1, 10, 11., ubi in pompa Matris deum ſequuntur talia; ut tamen incertum ſit, unde producta, utrum e templo, an e domibus cum civium, tum imperatoris; quo ſenſu etiam aptum ſit v. κεκοσμ., proprie acceptum. Sed donaria illa ſacra etiam admittit ſq. δὲ poſt ἕκαςος, pro τὲ ſumtum, hoc ſenſu, *ditiſſimum* erat *omnium* templorum, *quippe* ornatum *donariis* aureis *et* argenteis; *et* praeterea *quisque*, quae *haberet*, ibi *reponebat*; ubi enunciationes ſint per copulam iunctae, vetuſto more, quas aliquis hodie ſic dederit, ditiſſimum erat non modo donariis, ſed etiam propterea, quia quisque ſuas res ac facultates ibi reponebat; in quo ſane melius eſt Sb. neutrum κεκοσμημένον ſing., expreſſum adeo in Vs. a Stp. in m. P. cum Bg. e P., quod particip. teneat notionem cauſae, ac per ἅτε ſ. ὡς, Lat. *utpote* ſ. *quippe*, adiuvetur, ut dedimus ante, tendente eodem Stp. in m. P. Tum δι' ἀσφ., recte a Strotho intellectum, ſeverius autem a Bg. redditum, quoad praep., non repugnat, ad priora tractum, maxime, ſi praeponatur omnibus, *propter* ſecuritatem *vero* ditiſſimum *erat* rel.; ut Romani donaria in id templum libentius miſerint, quam in alia, quia firmiſſimum erat, in primisque ſecurum, ut dona non eſſent ita facile expoſita furto ac rapinis. Qui autem tueri vult vulg. gen. κεκοσμ., is debet ſic regere, *omnium* vero *templorum*, quae *ornata eſſent* donariis *aureis* et *argenteis*, hoc *erat* ditiſſimum *propter* ſecuritatem; *et* praeterea etiam *quisque*, quae *haberet*, eo *condebat*, aut ſic, *omnium vero* templorum, *ornatorum* inſtructorumque utenſilibus privatorum, hoc *erat* ditiſſimum, *propter* ſecuritatem. *Quisque* enim, *quae haberet*, eo *recondebat*. In quo extremo ſumi explicatio debet, ut ne tautologia exiſtat inanis, ſi ἀναϑ. ſic accipiantur de non ſacris rebus, et δὲ ſane capiendum cum Rs. ac Bg., e ſyn. *quippe* P., qui a lectione vulg. diſcedit ita, quod poſt ἀναϑ. oſtendit copulam τὲ, quae, ut facile exciderit intra ſyllabas σι et κε ſimiles, ſic neutrum Sb. κεκοσμ. neceſſarium faciat; ut tamen P. liberior et hic eſſe potuerit, ob δι' ἀσφ. in peculiare membrum mutatum per particip., ſicut adiunctum adv. *egregie*, it. adi. „multo — *auro* et *argento*“ libertatem eius reliquam ſatis declarant. Porro etiam in Ms. Bg poſt *templorum* iam fuit diſerte diſtinctio, qua δι' ἀσφ. referretur ad ſqq., ſicut haec ap. Lipſ. ad Tac. Ann. 1, 8. i. „more — Romanorum, qui pactiones, foedera, teſtamenta, pecunias etiam deponebant in templis, et ſaepiſſime in iſto Veſtae, quod religione primum. — Dixi et pecunias in templis deponi ſolere; quod verum adeo, ut quidam omnes fortunas in iis haberent, quaſi cuſtodia certa. Herodi. l. 1. de templo Pacis, quod exuſtum ſub Commodo, πλουσ. δὲ ἦν π. ἱερῶν, δι' ἀσφάλειαν ἕκαςος δὲ — ἐποίησεν. Nec mirum, quia milite haec templa cuſtodiebantur“ qui Lipſ. adeo et ipſe δι' ἀσφ. a pr. ſeiungit, ut tamen eodem referri queat, de more eorum, qui talia membra, per praep. et ſubſt. conformata, commate ſeparant, quanquam ad pr. referentes, ut ſupra vidimus aliquoties etiam in affini dat., v. c. δέει 1, 13, 10. m. it. τῇ ἐμπειρίᾳ

ἐθησαυρίζετο. ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐκ τῆς νυκτὸς πολλοὺς ἐκ πλου-

bat. Sed ignis de nocte illa multos ex divitibus pauperes fe-

1, 1, 9. Enimvero quid faciemus de Mſs. lectionibus? In Mſ. Ve. quidem librarius per incuriam omiſerit illa plura forte ob δὲ duplex, ut, verſum unum aut duo tranſiens, poſt πλουσ. ſtatim in ἕκαστος pergeret. Verum ita copulatum ἔργων πλουσ. primo laborat ſerie cum prioribus, quae copulam deſiderant aliquam, ut καὶ πλουσ. ſ. πλουσιώτατόν τε, deinde habet nihil, quam documentum Codicis, ſcripti ſine diſtinctione omni ac per ſeriem continuam; in quam lectionem ſtultam incidens aliquis librarius ſagacior, ſupplendo finxit illa Mſ. Ba., mutato ſimul δὲ poſt ἐκ. violenter in καὶ, cf. 1, 12, 13. i., quod ipſum, praeter P. ſilentium, arguit eſſe gloſſema et ſupplementum, cui tribuerem aliquid, ſi ſic haberet, πλουσ. δὲ ἦν παντ. ἱερῶν δι' ἀσφάλειαν, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὸ τὴν πίστιν εἶχον Ῥωμαῖοι αἰδῶ τε καὶ σέβας, δι' ὃ καὶ ἦν ἀναθ. κεκοσμημένον χρ. τ. κ. ἀργύρου. ἕκ. δὲ λ., *opulentiſſimum* que *erat omnium* templorum *propter* ſecuritatem, *et* multam *erga* id *fidem*, fiduciam, *habebant* Romani *reverentiam* que *ac* pietatem; *quapropter* et *erat donariis ornatum* rel.; quanquam vel ſic carere hic poteramus illis αἰδῶ τ. κ. σεβ., in remque praeſentem ſufficit lectio vulg., contra quam denique Mſ. Ve. duo fert peculiaria, primo poſt δὲ inſertum καὶ, (pro *etiam*, ut alibi, ſed hic e marg., ubi pro vulg. δὲ ſtabat per gloſſam, e quo marg. hic librarius poſuit in textum alio loco, alio autem rurſus ille opifex Mſ. Ba.) deinde aliud adv. ſyn. ἐκεῖθεν, ex gloſſa iterum, varians cum vulg. ἐκεῖσε etiam infra 1, 17, 4. e., quorum illius καὶ nullum eſt ap. P. veſtigium, nec quid in tota lectione vulg. moleſtum, quam iſtud δι' ἀσφ., quod, quanquam olim ſuſpectum mihi de gloſſa, poſita illa ab aliquo in marg. ad ἑκασ. — ἐθησ., tamen nunc tolero, cum et illo loco P. teneat id, quanquam oblique, ut monſtravimus ſupra. De pecunia quidem χρ. et ἀργ. Noſter iterum uſurpat 2, 6, 11., neſciente Stp. Th., non item L. Ern. Ultimam autem Noſtri partem liberrime tractat Bg., pron. et v. ἃ εἶχ. mutando in ſubſt. remotius ſyn., pro viciniori P. *ſuas divitias*, cum non habeant Lat., qualia noſtrates *Habe* et *Habſeligkeiten*, ad v. Gr. propius accedentia; ut tamen ſevera oſtenderimus ſupra, etiam a Sch. uſurpata in „θησ. *quaſi* in *theſaurum* ibi *congerebat*, quae *habebat*" cum quibusdam e P., ut Stp. Th. ib. „in theſauris recondo, ſ. ſimpl recondo et aſſervo, veluti theſaurum, Herodi. l. 1. ἑκαστ. — ἐθησ., univerſi *ferme* ſuas *illic* divitias *quaſi in* theſaurum *congerebant*" in adv. modo a P. (libero et hic iterum in adiunctis aliis) diſcedens ad Bg. et cum eo negligens vim med., *condebat ſibi*, in ſuos poſt uſus, *illic* ſ. *illuc*, quod utrumque ferunt verba, notionem ponendi habentia, cf. Ind. Xen. Cyr. Z. Geop. L. N. T., ſed Bud. C. 470, 28. hinc ſine Vs. et cum vitioſo „ἕκαστος δὴ."

ἐκ τῆς ν.) Graece ita dici non poteſt. Legebam μιᾶς νυκτ. Vel unica, inquit, nocte ignis ex ſummis opibus ad inopiam multos redegit. Locum Senecae in rem huic germanam piget referre. *Fab.* Sed non videtur eſſe emendatio neceſſaria, quanquam ſic habeas ἀντίθετον — μιᾶς νυκτὸς πολλούς. Nam ἐκ eſt διὰ, et ἐκ τ. ν. eſt per noctem ſ. noctu, v. Vig. *Leisn.* Forte πῦρ ἐκείνης νυκτ. *Reisk.* ἐκ τ. ν. adverbialiter dr., atque eſt i. q. νύκτωρ, ut infra c. 15. (1, 15, 13. e.) ἐπὶ σχολῆς. Fabro vero videbatur, ita Graece dici non poſſe. *Strath.*

σίων πένητας ἐποίησεν [t]. *ὅθεν* cit. Unde deplorabant commu-

t) Colon hic in Stp. al.

Ad Vig. reſpicitur forte p. 582. e., ubi margo habet „*ἐκ* pro *διὰ*, (ſed textus,) vel per ſolum abl. explicatur, vel pro *διὰ* uſurpatur" quae praeceptio ſic potius conſtituenda, ut *ἐκ* ponatur pro *διὰ*, et vertatur vel per ſolum abl. ſubſt., vel per abl. cum praep., vel per praep. cum acc. ſubſt., vel per adv., nec ib. erat pr. *ἐκ* cum nomine temporis, quale hic, ubi reddetur *nocte*, de *nocte*, per *noctem* ſ. *noctu*, quorum ſecundum, proxime accedens ad Gr., quoad praep., recte adhibetur a Bg., ſed Sch. „*ἐκ*, ex, *nocte*, h. e. per noctem, (hoc e P., iterumque in *νυκτ.*) per *noct.* ſ. *ab* ea *nocte*, ut ſit nota termini temporis, a quo pauperes facti ſunt" argutius, ſed Fi. ad Well. p. 357. i. „*ἐκ* adverbialiter cum ſuo nomine redditur, *ἐκ ν.*, *noctu*" ex hoc ipſo loco, at ſine auctore Stp. Th. 1, 1161. G. poſt *ἐκ*, pro *διὰ* „*ἐκ ν.* vel abl. *nocte*, ſ. adv. *noctu* reddi poteſt: ſed Horatius Graecorum imitatione dixit *de nocte*" reſpiciens forte illud, *ut iugulent homines*, ſurgunt *de* nocte *latrones*, quod ſolum in ſubſt. profert G. Th. 475, 50., cf. in praep. 11, 14. ſqq. Lambin. ad Hor. ep. 1, 2, 32. cum Metaphr. R., Stp. Th. 2, 1099. F. e. Ind. Xen. Cyr. cum Z. N. ad 1, 4, 2. e. p. 51. a. i. Theogn. v. 460., hic ut ſit i. q. in nocte, aut, cum Bg. ſumto artic. pro pron., in illa nocte; unde Rs. emendatione non opus, (cum idem ſenſus ſit in vulg., quam et liberius P. *per noctem* prodit,) ut nec Fabri, quam amplexi ſunt Vern. ambo, cum bona ſit ſententia in vulg.; eodem redeunte, ſi quis *ἐκ*, pro *διὰ*, de cauſa, pro Lat. *ob*, ſumat, quia nox erat; quia tum tenebrae, it. ſtupor ac torpor e ſomno, incendium magis noxium facere ſolent; etſi quoque interdiu res eadem accidit, ut nuper in Gerano incendio; cf. Ind. Luc. „*τῆς ν.*, per *noctem*" ex 1, 211. l. 59. *nocte*, ſed *νυκτὸς* ſine Vs. ex 3, 94. l. 63. *noctu*, it. ſine Ind. 2, 538. l. 24. *τῆς ν.*, ubi mox l. 27. *τῆς μὲν γὰρ ἡμέρας, — εἰς δὲ τὴν νύκτα*, interdiu *enim*, noctu *autem*, quod, neſciente Stp., fuerit Lat. *ad noctem*, quam formulam, pro in nocte, non tenet G. Th., ut Gr. eſt i. q. Stp. Th. l. l. *ἀνὰ νύκτα* et *ἐν νυκτὶ*, pro Senecae loco, quem a Fabro productum cupiviſſem, habente me Diod. S. 1, 39. l. 46. *ἐπέτεινε δὲ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ὁ καιρός. οὐ γὰρ ἡμέρας συνέβη γενέσθαι τὸν σεισμὸν, ἐν ᾗ δυνατὸν ἦν, τοὺς κινδυνεύοντας βοηθεῖν ἑαυτοῖς. ἀλλὰ, νυκτὸς πάθους συμβάντος, — οἱ ἄνθρωποι διά τε τὸ σκότος καὶ τὸ τῆς περιστάσεως ἀπροσδόκητον καὶ παράδοξον ἀδυνάτως εἶχον ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς σωτηρίας, — per* diem — *noctu* rel.; et, quod dicebam, non omne momentum eſſe in noctis tempore ad Noſtri ſententiam, (quae eſt ex illo ap. rhetores *νοημάτων* genere, v. Ern. rhet. §. 151.) ipſe Noſter de diurno incendio habet 7, 12, 14. *μέγιστον μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ ἐνεμήθη, ὡς πολλοὺς μὲν ἐκ πλουσίων ποιῆσαι πένητας*, leviter mutata ſententia, in ordine vocum ac rectione per inf., ubi ad *πολλ. πεν.* momentum eſt in praemiſſis *μεγ. μερ. τῆς πολ.*, ut hic partim in pr. *ἕκαστος λ.*, cf. de v. *ποιεῖν* cum acc. perſ. dupl. et praep. noſtra R. Or. V. 6. e V. 5. p. 676. i. *οὐχ οἳ ἂν πλείστους πολίτας ποιῶσιν, — ἀλλ' οἳ ἂν ἐκ πλειόνων ἐλάττους*, it. Dem. *ἐκ πτωχῶν πλούσιοι γεγόνασιν*, et cum *πολλοὶ* quoque 36, 19. 106, 5. 149, 19. 270, ult. 1313, 8. 1459, 20., hic ut, tropo remoto, per incendium multi e divitibus pauperes facti dicantur; quod melius, credo, quam Sch. „*ἐκ*, ex *uno* alterum *facere*, i. mutare in alterum."

ὠλοφύροντο κοινῇ μὲν πάντες niter quidem omnes publica,

ὅθεν) Hanc voculam ad ſenſum capiente P. de cauſa, ſeverius Bg. reddit, ex eodem retinens Lat. ad v. ὀλ., cf. Exc. ad 1, 4, 17. e. cum Stp. Th. aliunde 2, 1683. E. m. (ap. G. Th. „— ἀποδύρομαι, — *lugeo*, ὀλοφύρομαι" unde variet Noſter cum 1, 8, 10. e.) ſed 297. A. ſq. „κοινῇ, (cum Bg.) Herodi. l. 1. (hinc ſine Vs. al. et exemplo alio in κ. cum adi. πάντες,) interdum ſubauditum habens ſubſt. γνώμῃ" cf. p. 295. i. et Dem. 817, 8., ubi ad ſe referuntur κ. πάντες et ἕκαστον, ut 1025, 2. κ. π. et οὗτοι μόνοι, ſed ſolum κ. π. 833, 6., ut Xen. Cyr. Z. 5, 3, 22., tenente G. Th. in Bg., cum κοινῶς, modo 1066. 66 *communiter* omnia *complectar* ſine explic. e Liv. 29, 17. e., ubi in pr. oppon. *ſingula*, ſine Ind., ferente praeterea modo Niz. *aurium* iudicium *promiſcue* et *communiter* omnibus *a natura datum*, nihil vero Indd., ſed comparante G. Th. l. l. cum adv. illo formulam l. 30. *in commune*, (ut et Stp. Th. reddiderat noſtrum Gr.) quod l. 35. *in comm.* omnes *exterrebantur* e Tac. hiſt. 1, 25, 3., quod Ern. Ind. exponit „pari et communi de cauſa" huc non apte, ob pr. ὅθεν, ut nec Sch. „κ. publice, (e P.) *univerſis*, opp. ἕκαστος" quod potius refertur ad πάντες, et hoc tautologiam parit cum *univerſis*, per ſe vitioſo praeterea, pro *univerſim* ſ. univerſe, ſ. univerſi; me quidem capiente Gr. κ. et Lat. Bg. cum adi. πάντες et *omnes* pro Lat. particula *ſimul*, nobis *alle gemeinſchaftlich* ſ. *zugleich* ſ. *zuſammen* ſ. *insgeſammt*, quod ſit ſuperius Lat. *in commune*, et Vern. vet. contractum *alleſammt*, non plane improbando Vern. rec. *alle überhaupt*, Lat. *omnes univerſe* ſ. *in univerſum*, ſed ut potius comparem πάντες ὁμοίως, et Lat. *omnes pariter*, de quibus alibi, et intelligam π. de civibus Romae tum iis, qui aliquid perdiderant, tum reliquis omnibus, qui nihil ſuarum facultatum amiſerant; ferente nullum Iota ſub κ. L. Ern., cum tamen ſit dat. adi. fem. per ellipſin ſubſt., qua de nihil ib., ſed cum Stp. ap. L. Boſ. p. 68. e., unde h. l. κ. γνώμῃ ſit communi, pari animo ac ſenſu; pro quo et ſuppleas ψυχῇ, it. φωνῇ, ſed et μερίδι et ὁδῷ, unde redeas ad Lat. *pari ratione* ſ. *modo*, it. *pariter*, et Gr. ὁμοίως, cf. Ind. Z. Xen. Cyr. Bach. et Mem. S., in ſq. τὰ δημ. magis conſentientibus ad ellipſin ſubſt. χρήματα, cf. L. Boſ. p. 374. m., quanquam aeque procedit κτήματα, ac in τὰ ἑαυτοῦ p. 172. m., cui affine mox Noſtri τὰ ἁ., deſerto P. reddente Sch. „δ. opp. ἰδ. *publica* bona, (in ἑαυτ.) τὰ ἰδ. ἁ. ſua *propria* bona, (in ἰδ.) αὐτ. (Bc. 2., at 1. αὐτ.) ſua *privata* bona, opp. κοινὰ καὶ δημ." ſed Stp. Th. 1, 975. C. „δ. *publicus*, cui opp. ἴδιος, — Herodi. l. 1. (hinc ſine Vs. ac cum vitioſo ἕκαστον, ſed 1107. G. ſq.) ἰδ. proprius, *ſuus*, — interdum cum pronominis gen., ut ἰδίαν αὐτῶν πολιτείαν, — in qua ſignif. τῷ ἴδιος ſaepe opp. κοινὸς ſ. δημοσ., ut Lat. *proprius* et *communis*, it. *privatus* et *publ.*" ſine h. l., ubi τὰ δ. ſunt aedificia et ornamenta templi cum pecuniis, mercibus aliorum, ſed τὰ ἰδ. tantum pecuniae ac merces, in templo repoſitae, niſi et aedificia cum ſupellectile vicinorum, de quibus proprie demum §. ſq. agitur, et *deplorare* bona *aliena* ac *ſua* i. q. plorare ob bona erepta aliis ſibique, ob iacturam bonorum alienorum ac ſuorum, quo redit liberum P., unde ſervavit Bg. adv. *privatim*, quo iſte reddebat τὰ ἰδ. potius, quam τὰ ἁ., ob pron. diſertum ſimul „*ſuam* autem *quisque* privatim *deplorabant*" quod aſperum prodat in Cod. eius; ut de Bg. dubites, quare retinuerit adv. illud, utrum modo, ut aliquid reſponderet pr. κοινῇ, an vertens ſic τὰ ἰδ. et αὐτ. per duplex pron., in quo non opus,

τὰ δημόσια, ἕκαςος δὲ τὰ ἴδια quisque autem privatim ſua αὑτοῦ u). καταφλέξαν δὲ τὸ 6. ipſius. Cum autem combuſ- πῦρ τόν τε νεὼν καὶ πάντα ſiſſet ignis et templum et

u) αὐτοῦ per lenem Ms. Ba. et Vi. cum edd. Bs. 2. al., v. N.

ſuſpicari iſtius coniecturam aliam ἰδίᾳ, cum Noſter non ubique ſectetur compar, ſed alterutram partem, proprie reſpondentem priori, negligat; etſi habet G. Th. adv. „*priv.* ἰδίᾳ, ἰδίως, vulgo particulariter, ſ. in particulari, (Vernaculorum hic, *ins beſondere* et *inſonderheit*,) ſ. ſpecialiter" nec tamen cum reliquis Bg., ſed in v. *quisq.* 51, 92. ut *cuique* privatim *aliquid* iuris *adverſus* ſingulos *erat*, e Liv. 2, 44. m., ubi Gron. profert aliud exemplum in *priv.* cum *quisque*, ſed ſyn. *ſeparatim* cum eodem pron. G. Th. et Hor. Turſ. p. 921. Nr. 9. *ſeparatim* ſibi *quisque*, ubi et ordo Gr. in praemiſſo pron. ἕκ. p. 919. Nr. 2. cum N. et p. ſq. Nr. 5., cf. 918 Nr. 1. 920. ſq. et Schell. de ſtylo p. 200. m. Nr. 3.

καταφλέξαν) Liberum P. deſerit quoque Sch. „ubi *conſumſit* ignis *templum*, πῦρ — κατ. νεὼν ἐπεν. καὶ ἄλλα, ignis *combuſto* templo *conſumſit* et *alia*" tenente Stp. Th. 3, 618. E. G. m. modo πυρὶ — καταφλέξαι, et πῦρ cum affinibus φλέγει, ἐπιφλέγει, νέμεται, φλεγέθει, ſed nihil G. Th., niſi 964, 65. peredit *celer* ignis *Aetnam* et p. 35. e. *domos* abſumſit *incendium*. Sed ad περιβ. Leisn. in m. Ox. „Periz. ad Ael. 12, 35. O. M. V. IV. 355. et Gesn. Lex. v. *peribolus*" ex Obſ. illis Miſc. A. me tenente in Adverſariis e p. l. „περίβολον licet interpretari agri portionem aliquam, muro maceriave cinctam et ſecluſam, v. Heſ. in τειχίον" 2, 1359. i., qui et cf. p. 921. ſine N. nec coll. Suid. 3, 83. i. περίβολος ὁ τῆς νηός, *ambitus*, ſ. *ſeptum navis*, ſine N. et tacente Toupio, ubi malim ὁ τοῦ ναοῦ ſ. τοῦ νεώ, cf. Poll. 1, 10., cuius ſubſt. κύκλος etiam ib. poſt ὁ exciderit, quo et explicatur noſtrum περ. a Schol. Thuc. 107, 60., ubi et de muro eſt l. 53. it. 59, 97. (ubi pr. τὰ τείχη,) ib. l. 11. 61, 87. 179, 97., ut ad p. 291. N. 76. ſ. 77. e. depravate proferuntur Ammon. p. 73. ἱερὰ, τούς τε περ. τῶν ναῶν, cum diſerto adeo gen., reddente Sb. Ind. *ſepta* et *cancellos* e Iul. τῶν ἱερῶν — περιβόλων, cf. ad Herodt. p. 500. b. N. 76., ad Heliod. Schm. p. 163. e. Abr. Dil. Th. p. 458. m. Valck. Eur. Phoen. p. 384. b., ubi ex Eur. Hel. v. 1546. „περίβολον νεωρίων, navium *ſeptum*" de portu, quippe interdum cincto muris, quo neſcio an quis tueatur illa ap. Suid., cf. ap. Eur. de ſepimento ſepulcrorum Troad. v. 1141. cum N. Barn., de muro ſimpl. ap. *Dion. Caſ. 1080, 27. Poll. 9, 7. 10, 183. e. cum N. 78.*, de aedificio et aedibus *Phil.* in *Flacc. p. 752. e.* οὐκ ἔχοντες ἱεροὺς περιβόλους, non *habentes* ſacra *loca*, (forte proſeuchas, quae praecedunt proxime et D. l. 3.) at p. 760. F. m. ςερόμενοι πόλεως καὶ τῶν ἐν πόλει δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν περιβ., *pulſi* (orbati) urbe *et* urbanis *aedificiis* tum *privatis*, tum *publicis*, Ind. R. Or. V. 8. Lyc. Ael. V. h. Luc. Diod. S. ex 1, 115. l. 15., cui add. 2, 200. l. 80. 535. l. 60., Geop. Ioſeph. cum Obſ. Krb. p. 167. i. Bud. C. et Stp. Th., quem pauperrimum in Latt. locupletat L. Ern., cf. G. Th. cum Gr. n. in Bg. etiam, it. ſupra §. 4. m. ad μεγις. e Lipſ. et 1, 12, 16. e., hic ut ſint aedificia circa templum vel ſacra, et ad id pertinentia, vel alia civium, nobis *den Temp.* und *alle* Gebäude *umher*, ſ. ſeverius cum Vern. vet., qui gen. αὐτοῦ ſupplet cum Bg., ut Sch. oblique „π. templi *ambitum*" tacente P., cf. de νεὼν per variatio-

τὸν περίβολον [x], ἐπενεμήθη καὶ τὰ πλεῖςα τῆς πόλεως καὶ κάλλιςα ἔργα. 7. ὅτε καὶ τῆς

omnem eius ambitum, depaſtus etiam eſt pleraque urbis et pulcerrima opera. Quo tem-

x) Ms. Ba. περίβολον ἐπενεμήθη· καὶ λ., ſed περίβολον ἐπενεμήθη, καὶ λ. B. 2. L. cum Pat., v. N.

nem §. 4. m. ad τεμ. Tum diſtinctio Mss. et edd. non poſt περ., ſed poſt ἐπεν., procederet, ſi particip. κατ. uſurparetur abſolute ac ſine caſu quo et pro epitheto, v. c. abſumens ſ. edax, et καὶ poſt ἐπεν. ſumeretur pro copula mera, non pro *etiam*, quod tamen et refert P. in ſuo *quoque*, tum ſic cum Mss. rel. retinens vulg., tum reſoluto particip. κατ., negligentior ad v. ἐπ., quo de cf. Bud. C. 1025, 8. „ἐπ. *depaſcor*, abſumo, populor, quod Herodi. de incendio, Thuc. de peſte dixit" unde Stp. Th. ſub illo Lat. primo hinc ſine Vs. al., cf. L. Ern. ſub act., ſed Ind. Dion. Caſ. ſub med., it. Sb. hinc, cum Bg., ap. G. Th. „*depaſco*, νέμω, paſcendo abſumere" non vero de igne, quo de, non aliunde tenente Stp., cf. tamen ſupra ad §. 4. m. πυρὸς λ. et Zoſ. 5, 24, 11. τοῦ πυρὸς τοίνυν ἐπινεμηθέντος ἅπαν τὸ τέμενος, igitur *ubi* templum *univerſum* ab *igne* fuiſſet *abſumtum*, ut Sch. „med. *depaſcit*, abſumit 7, 2, 7." quo utr. tropo remoto, remanet notio tollendi, removendi de ſolo ac conſpectu; variante Noſtro per copiam pro pr. κατ., cf. §. 4. m. (nobis hic *verbrennen — verzehren*,) ap. Thuc. 133, 34. de peſte, cum Bg., v. Schol., ad Heſ. 1, 1326. N. 21. „Herodt. 5, 101. τὸ πῦρ ἐπενέμετο τὸ ἄςυ ἅπαν. Ita paſſim." 428, 51. αὐτίκα ἀπ' οἰκίης ἐς οἰκίην ἰὸν τὸ πῦρ, ἐπ. τ. ἄ. ἅπ., *repente ignis ab domo in domum* progreſſus *totam* urbem *abſumſit*, ſed mox τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρὸς, vaſtante *iam* extrema *incendio*, cf. Ind. Geop. cum Lat. *veſci*, pro quali ſimpl. valet tum Bg., tum Gr., cum notio auferendi ac minuendi, alias tribui ſolita iſtis praep., (cf. G. Th. *de* 13, 10. et L. Ern. v. ἐπὶ e.) iam ſit in v. ipſo; tenente nihil Z. ad Vig. p. 609. m. ſqq., ſed P. deſerente Bg. in rel., ubi intelligemus aedificia, a Pacis templo remotiora, ob §. ſq. memoratum Veſtae templum, quod, ſecundum effigiem antiquae Romae ap. Koeler. in deſcript. orb. ant. Tab. 15. m. ad ſiniſtram a templo Pacis, ſub via ſacra, quae et §. 8. nominatur, longius abeſt, cf. Angl. ap. Heyn. Hiſt. 4, 1020. i.

ὅτε) Reddente Bg. adv. iterum per ſyn. abl. ſubſt., tenet Stp. Th. 2, 1511. i. modo Latt. vulgaria *quando* et *quum*, (ut Sch. alio ordine,) at nihil de uſu, qui hic obtinet, ut ab initio enunciationis, poſt punctum, ὅτε ponatur pro τότε, quale quid eſt in pron. ὃς, pro αὐτὸς, et in Lat. pron. rel. *qui*, it. in Bg., pro *eo tempore*, aliisque Lat. formulis, e pron. relat. conſtantibus, ut *quo magis* ſ. *minus*, ad orationem magis copulandam, cf. Gr. noſtrum, pro tunc, ap. Xiph. 391, 37. in Vs. per ſyn. *hic*; ut adeo non opus Leisn. ad m. Ox. „ſ. τότε." Mox Bg. libere omiſit ὑπὸ τοῦ πυρ., partim e P., non item Sch. in v. „templo *concremato* ab *igne*" cui affine ſine praep. ap. G. Th. „*concremare — igni*, it. *fumo — combureretur*" de re et incendio huius templi non forte tacentibus, qui laudantur a Fabr. in Bibl. ant. p. 338. e., nec Lipſ. in ſyntagm. de Veſta etc. Op. T. 3., (cf. ad Noſtr. mox ὅτε πρωτ.) ubi de ſitu eius p. 9. e., quae conveniunt cum Koeler. tabula.

Ἑςίας τοῦ νεὼ καταφλεχθέντος ὑπὸ τοῦ πυρὸς [y], γυμνωθὲν ὤφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα [z], ὃ σέβουσί τε καὶ κρύπτου-

pore etiam Veſtae templo combuſto, detectum apparuit Palladium, (quod et colunt et occultant Romani,) ad-

y) Ms. Ba. ὑπὸ πυρ. ſine articulo. *Mart.* ut ſaepe. z) Ms. Ba. ἄγαλμα· ὃ — Ῥωμαῖοι, λ., ſed Ms. Ve. κηρύττουσι, mendoſe, ut Ox. 2. θρύπτ., quae cum 1. τὸ omittit e Par., vitioſe; ferentibus ſigna parentheſis Stp. et rel. cum *Ms.* Bg. v. N.

γυμνωθὲν) Forte *γυμν.* hic eſt peplo ſpoliatum ſ. nudatum. Simulacra enim peplis velabantur, Aeſchyl. ſept. c. Theb. v. 101. et ibi Schol. *Leisn.*

Deſerto P. iterum, Sch. „γ. nudum, *apertum* conſpectum eſt *Pallad.*, ὤφθ. *conſpectum eſt* Pall., alias occultari ſolitum" cf. ad pauperem Stp. Th. in γ. paſſ. Abr. Dil. Th. p. 546. m. R. Or. V. 8. Lyc. Dion. H. S. T. 1. Diod. S., ap. G. Th. „— denudare et aperire, — *detectus*, — pro nudo" et ſuper re poſt.

τὸ τῆς Παλλ. ἀγ.) Memorabilis de Palladio locus. Adeundi Alex. ab Al. g. d. 5, 12. Freinsh. ad Flor. 1, 2, 3. et Coel. Rhod. 28, 6. *Boecl.* Palladium et dii penates, Troia avecti, fatale pignus imperii colebantur, ad quod nulli hominum, niſi Veſtalibus et Pontificibus adire fas erat. Al. ab Al. l. 1. *Oxon.* De Palladio multa Mezir. ad Ovid. Heroid. v. et Hard. ad Plin. 32, 7. p. 582. *Leisn.* Eundem in modum infra l. 5. c. 6. dicit, τῆς Παλλ. τὸ ἀγ., ὃ κρυπτὸν καὶ ἀόρατον σεβ. Ῥωμ. Male igitur in Cod. legitur κηρυττ. v. de Palladio l. Lipſ. de Veſta et Veſtal. c. 9. *Stroth.*

De Palladio, praeter Camer. hor. ſubceſ. cent. 1. c. 60., cf. Spanh. ad Call. h. Lav. P. in titulum, (ubi dr. Pallas,) it. ad v. 1. et 39., ubi Eur. Παλλάδος σεμνὸν βρέτας, *Palladis* venerandum *ſimulacrum*, cum effigie, (quae et ap. Montef. in ant.) ut ad v. 52. de occulto eius cultu, it. v. ſq., ubi et de peplo, quo involutum erat, ne conſpiceretur, in primis ubi foras et extra aedem educendum, it. in ſignis et numis antiquis non viſi nudum, cf. ad v. 78. 82. it. G. Th. in Bg. e P. „Παλλάδιον, parvula Pallas, — Romae in templo Veſtae aſſervatum eſt, ut pignus imperii" ad Ov. Faſt. 6, 421. Neap., cf. v. 445., Lipſ. l. l. p. 29. m., ubi ex Euſt. τὰ τῆς Π. εἴδωλα Παλλάδια τοῖς παλαιοῖς ὀνομάζονται, et p. 33. effigies e numis; ut Noſter iterum periphraſi utatur pro privo ſubſt. Παλλάδιον, quod uſurpat Dion. H. S. T. 1. 55. 16. 45. p. ſq. 1. 2. 11., et modo novit Stp. Th., cuius loca ſunt Suid. 3, 4. m. et Schol. Ariſt. Ach. v. 546., ut in v. σεβ. 3, 749. B. ſq. nihil, quam Herodianum quoque eſſe in iis, qui uſi ſint act., cf. Ind. Xen. Z. Bach. et Mem. S., ubi P. libere addit adv., ex eoque fere Bg. ſevere reddit duo v., pro quo quis reperiat hic hendiad. in duobus v., per copulam iunctis, quorum poſtremum reddatur per adv., *quod* colunt *clam* ſ. occulto modo; quo et ſpectat Noſter in altero loco 5, 6, 7., ubi, praeter aliam formulam et rationem in articulis, cuique ſubſtantivo datis, non ſimul, ut hic, praemittendis, mutat v. κρύπτουσι in adi. cum alio adiuncto, in hanc ſententiam, *quod colunt*, ſed *ſic*, ut *occultum ſit* nec *videndum*, ſ. ſic, ut id occultent, nec conſpiciendum praebeant; niſi ibi eſt rectio exquiſita, cum poſt pron. relat. ponitur adi., retrahendum illud ad ſubſt. pr., pro

σι Ῥωμαῖοι, κομισθὲν ἀπὸ Τροίας, ὡς λόγος[a]· ὅτε πρῶτον καὶ μετὰ τὴν ἀπ' Ἰλίου εἰς Ἰτα-

vectum ex Troia, ut fama eſt: quando primum etiam, poſtquam ex Ilio in Italiam

a) Ms. Ba. ἀ. Τροίας ὡς λόγος· ὅτι πρωτ., ſed ὅ τε ſic diviſum in A. 2., at (ὡς λόγος) ſic cum parentheſi et ſine commate poſt Τρ. in Stp. et al., ut mox poſt ἀφ. comma in edd. omnibus, praeter B. 1., v. N.

τῆς Π. τὸ ἀγ. κρ. καὶ ἀορ., ὃ σ. Ῥ.; hic ut ſit κρύπτειν pro tegere velo et capſa, claudere loco aliquo, penetrali ac penu, cf. Lampr. in Heliog. c. 6. T 1. p. 802. m., nec dare conſpiciendum, ne rapiatur cum iactura fortunae omnis, ſed maxime imperii ſummi ac per orbem terrarum totum, qua ex cauſa dictum videtur *pignus imperii*. Caeterum parentheſin ſuſtulimus, quia ὃ — κομισθὲν copulari poteſt, ut in altero Noſtri ὃ κρυπτὸν — σεβ. Ῥ., cum, parentheſi ſumta, participia γυμν. — κομ. ſtent ſine copula. In ſq. membro delegit Bg. de ſuo praepoſitionem ſyn., ſed e P. Lat. ad v. κομ., ubi et ap. Stp. Th. aliunde, qui non ponit in v. Τρ. binas notiones, ut ſumatur tum de urbe, ut Lat. vocabulum, (quomodo tamen hic non procedit, ob mox ſq. diſertum Ἰλ.) tum, ut Sch., de „regione Aſiae minoris, cuius metropolis Ilium" quo ſenſu eſt ſane frequenter ap. Hom.; deferente P. hic Bg. in formula ὡς λ., per ſeveram Vs., quam, etiam ſuppleto v. ſubſt., tenet Stp. Th. 2, 623. C. m. cum noſtro loco ſine Vs. al. ſed cum diverſa diſtinctione „Herodi. l. 1. κ. ἀ. Τροίας, ὡς λ." cf. Bud. C. 236, 31. 1389, 41. L. Boſ. Ell. p. 419. m. 429. e. Ind. Ael. V. h. et Luc. v. λ. i. et ſupra 1, 11, 2.

ὅτε πρῶτον) Ergo Herodianus eorum eſt partis, qui Ilio Romam advectum Palladium fuiſſe ſcribunt, quorum eſt et Ov. Faſt. 6, 435. Sed et aliae urbes fuere, quae idem Palladium ſibi vindicarent, veluti Lavinium, Luceria et Siris, Strab. VI. p. 182. — Dicit ergo Herodi., Palladium nunc primum conſpectum ab mortalibus fuiſſe, peplo nudatum: at, quum Metellus illud raperet, videtur peplo fuiſſe veſtitum et obtectum. Hinc Sen. Exc. Contr. IV, 2. p. 359. habes, *Veſta*, duplex *Pontificis* tui *meritum*: ſervavit *ſacra*, nec *vidit*. Quo loco illud *nec vidit* a dupl. cauſa eſſe poteſt. Aut enim Palladium ita velatum erat, ut videre id ipſum non poſſet: aut Metellus in ipſo ingreſſu in templum vi ignis ſubito excoecatus eſt. — Infra 5, 6, 7. Herodi. dicit hoc tantum, Palladium ante Elagabulum non fuiſſe motum, niſi quum templum Veſtae arderet. Ergo erroris ſuſpicione poteſt Herodi. liberari, quam ei Neap. conatur adferre, ad Ov. Faſt. 6, 437. obſervans, Herodianum in hoc labi, quod incendium Veſtae ſub Commodo primum, non ſecundum putarit, cum dicat expreſſe, Palladium, ex quo in Italiam advectum, hac vice tantum mortali oculo viſum. — Scilicet Veſtae templum iam ſemel antea A. U. C. DXII. Q. Lutatio et A. Manlio Coſſ. arſerat, ut ex Ov. Faſt. l. l. Val. M. 1, 4. Plin. 7, 43. conſtat. Tum vero Metellus Pontif. Max. Palladium ex aede Veſtae rapuerat. Hoc vero ab Herodi. fuiſſe ignoratum, evidenter apparet ex 5, 6, 7., ubi ait, Palladium ſede motum fuiſſe nonniſi bis, primum, quum Veſtae templum conflagrarit, deinde ab Elagabalo. *Leisn.* Forte λόγος· τοῦτο τότε πρῶτον μετὰ λ. *Reisk.* Legendum videtur aut ὅ, τε πρῶτον μετὰ, aut ὃ τότε πρ. μετὰ, aut καὶ τότε πρ. μετὰ λ. *Stroth.*

λίαν ἄφιξιν εἶδον οἱ καθ' ἡμᾶς pervenit, id viderunt noſtri

Neapolis quidem l. l. Noſtri locum inde ab ἐπεν. dedit ſic, κομ. ἀ. Τροίας, ὡς λόγος, ὅ τε πρωτ. καὶ μ. τῆς — ἄφιξιν, — ἀνθρ., ſed Lipſ. in ſyntagm. l. p. 30. ſq. haec. „Itaque nec impune Metello fuit vidiſſe, ut ſervaret. Plin. *Metellus orbam luminibus exegit ſenectutem*, amiſſis *incendio*, cum *Palladium* raperet *ex* aede *Veſtae*. — ita Herodianus ut prodigioſam rem narrat l. 1., quod Commodi imperio *Veſtae* templum *arſerit*, et *nudum* viſum *ſit* Palladium, *quod* Romani *et* colunt *maxime* et *celant*: viſum, dico, *tunc* primum *poſt* allatum *ab Ilio* in *Italiam*. Legas et haereas. Ergone tunc primum? Atqui et a Metello Pont. *raptum* ex *incendio*, et conſpectum una dicas, — unde enim oculi aliter amiſſi? — et in Dione ſcriptum, ſub Auguſto *Veſtam* arſiſſe *et* Virgines *Palladium* extuliſſe, *ac poſuiſſe in domo Auguſti*. Sed dicere licet ac credere, *nudum* non viſum, quod in Herodi. erat, ſed velamento ſuo ſ. ſeria obductum.“ Quae videntur ſufficere ad rem, etiam ad ſuperius γυμνωθὲν, quod eſt adeo ſine peplo ſ. velamento, ſed et ſine ſeria ſ. dolio, ut Lipſ. in prioribus interpretatur, h. e. ciſta, capſa, theca, operculo, cf. Lampr. l. l. in N. pr. ex Heliog. Tum, quoad lectionem et diſtinctionem, hic conſtituendam, nihil novavit Bg., ſervans ὅτε, pro adv. temporis, quod Lat. ap. G. Th. cum Gr. n.; unde poſt λογ. diſtinctio debet fieri maior, ſaltem colon; quo et tendit Ms. Bg., qui nec καὶ removet, pro *etiam* aliter hic, quam §. 1. locatum, poſt vocem ſecundam a principio. Sic et ipſe P. faveat lectioni vulg., ὅτε pro eodem temporis adv., in ſyn. τότε mutatum, per *tum* vertens, cf. §. 1., ſed καὶ, libere praemiſſum, per meram copulam „*ac* tum *primum*“ quod, ad ſenſum quidem, nec a Bg., nec a vulg. lectione, multum abit, in qua nihil eſt, quam quaedam Noſtri ſimplicitas vetuſta et grata negligentia illa in vocabulo eodem bis in vicinia uſurpando, ac bis in fronte enunciationis, quam ut ne prorſus ſimiliter inciperet per duplex ὅτε καὶ, variavit hic in loco illius καὶ, cum ille alter repetitusque ſitus per ὅτε καὶ neminem offenſurus fuiſſet, omnesque hoc ſecundum ὅτε καὶ, ſi Noſtro placuiſſet, intellecturi fuiſſent, reddendo cum ſuperiori Bg. *quo* tempore *etiam*, quod eſt i. q. eo temporo etiam, ut hoc i. q. et tunc ſ. P. *ac tum*, qui propter ſuum hoc Lat. non putandus eſt aliter legiſſe, ſed *ac* cepiſſe pro *etiam*, ut ſyn. *et* pro eodem occurrit ab initio ſententiae. Unde quaevis correctio non eſt neceſſaria; quarum tertia Strothi eſt ipſa P. libertas, ſed Rs. violentiſſima, tum ob καὶ eiectum, tum ob intruſum pron., quod per ſe extrinſecus ſuppleri poteſt, quanquam et a Bg. diſerte expreſſum, perſpicuitatis cauſa, et alio, quam Rs., loco. De Ms. ὅτι vitioſo ab ε et ι confuſione facile iudicium; ut A. 2. ὅ τε diviſum, per merum operarum vitium, quanquam Strotho favens, non requirit aliquis ſecundum explicationem, a nobis propoſitam. In rel. mutat Bg. e P. formulam praep. cum ſubſt. μετὰ τὴν ἀφ. in enunciationem ſyn. plenam, e coniunctione et v. affini conſtantem, ubi P. Lat. in verbo eſt vicinius, quoad praep. in ſubſt., cuius Lat. Sch. *adventum* ſumerem potius, quam Lipſ. ſupra, in ſevera Vs., cf. cum εἰς, (ut ap. Stp. aliunde,) ap. Iſ. Ev. Fd. p. 28. l. 5., cum Ind. Luc. Dem., cui add. *1160*, 6. et Phil. in Flacc. p. 750. F. i. et p. e., dante Bg. iterum liberam praep. pro ἀπὸ, cf. G. Th. cum Gr. n. Achivi *ita* profecti *ſunt* ab *Ilio*, ſed ap. Dion. H. S. T. 1. 125, 27. ἐξ Ἰλίου, ab *Ilio*, aeque libere; quorum nihil ap. Stp. Th., ſed

ἄνθρωποι. ἁρπάσασαι γὰρ 8. homines. Abreptum enim

modo poëtica ſyn. Ἰλιόφι et Ἰλιόθεν, reſpiciente Noſtro in v. εἰδ. prius ὤφθη, unde P. iisdem Lat. reddit, negligentior in formula adiuncta ob omiſſum pron., quo ſolo vertit contra Bg., de more quorundam, cf. 1, 4, 18. m. et Stp. Th. aliunde 2, 87. e. ſq. it. 90. F. „ὁ κ. ἡμᾶς, pro ὁ ἡμέτερος, *noſter*" pro quo altera forma per ſubſt. temporis ſimul hic eſt in Vs. P. emendata „*ab* hominibus *noſtrae aetatis*" cf. 1, 8, 16. e.

ἁρπάσασαι) In ſubſt. τὸ ἁγ. licuit et hic articulum, pro pron. acceptum, ſimul addere, quod ſolum ſine ſubſt. dat P., ſervatus a Bg. per participii paſſ. modo in v., quod cum Gr. videtur ſolenne fuiſſe in hoc genere, cum id ſimulacrum celeriter avideque capiebatur, ac rapide auferebatur e loco ſuo, eripiebaturque flammis et periculo; unde Lipſ. ſupra in N. pr. plene „*raptum* ex *incendio*, (ſed et ap. eundem Plin.) *Metellus* cum *Palladium* raperet *ex* aede *Veſtae*" ſed et ſimpliciter de eodem Ov. Faſt. 6, 445. pignora — *ſunt* — rapienda *manu*, v. 453. *dixit*, *et irrupit. Factum dea* rapta *probavit*, *Pontificisque ſui munere* tuta *fuit*, ut ad v. 143. Neap. affert e Val. M. *inſequente noctu* aedes *Veſtae* arſit; *quo incendio* Metellus *inter* ipſos *ignes* raptum *Palladium* incolume *ſervavit*, et ad v, 365. *vidimus Iliacae* transferri *pignora* Veſtae *Sede* e Plut τὸ δὲ πῦρ τῆς Ἑςίας αἱ παρθένοι μετὰ τῶν ἱερῶν ἁρπασάμεναι ἔφυγον, ubi, praeter τῶν ἱερῶν, ut Lat. *ſacra*, de ſimulacro, v. med. pro Noſtri act., ſupplendo ibi αὐτὰ, ſc. τὰ ἱερὰ, *cum* ea *rapuiſſent*, ſed Lipſ. l. l. p. 28. e. „*cum* templum *olim* arderet, *L. Metellus Pontif.*, trepidantibus *Virginibus*, irrupiſſe *in* ardens *penetrale* dicitur, *et* ſacra *e* flammis *eripuiſſe*" e Gr. Dion. H. S. T. 1. 126, 32. τὸ συμβὰν περὶ τὴν ἔμπρησιν τοῦ ἱεροῦ, *quod* in *aedis* incendio *contigit*. ἐμπρησθέντος γὰρ τοῦ τεμένους, (variando etiam pro pr.) καὶ τῶν παρθένων φευγουσῶν ἐκ τοῦ πυρὸς, τῶν ἱεροφαντῶν τις — Μέτελλος, — παρεκινδύνευσεν εἰς τὰ καιόμενα βιάσασθαι, καὶ καταλειφθέντα ὑπὸ τῶν παρθένων ἁρπάσας ἱερὰ διέσωσεν ἐκ τοῦ πυρὸς, *ſacra* que — *e* flammis *eripuit*; nihil talium tenente Stp. Th., nec quid e Noſtro, ſed tantum „ἁ. rapio, corripio, Luc. ἁρπασάμενος τὰ τόξα, correpto *arcu*" cf. Ind. Xen. Mor. Ἀνβ., ſed Z. Cyr. et Pol., ap. G. Th. cum Gr. n. „*rap.* — per vim ſ. cum feſtinatione, ſ. cum furore trahere, evellere, auferre, (ſed Bg. cum Grr. al.) quaſi raptu (raptim) et violenter alicunde auferre, ſ. vi eripere" ſed nihil in rem noſtram, ubi vicinius Bg. noſtratium *entreißen*. Sed in ſq. Sch. „*ἱερ. Veſtales* virgines *ſacerdotes*" deſerto P., unde Bg. non tantum ſubſt. duo in adi. cum ſubſt. mutat, ſed etiam omittit ſubſt. ἱερ., ſimiliter additum a Dion. H. S. T. 1. 126, 3. τῆς Ἑςίας, οὐδὲ ἱερείας ἔταξεν αὐτῆς παρθένους, Veſtae, *nec* virgines *ei* ſacerdotes *inſtituit*, cf. per ſimiles aliasve appellationes ib. 62, 21. 32. 125, 5. 8. 34. ſq. 127, 15. 200, 1. 4. 556, 26. ſq. et ſupra 1, 11, 11. e. 13. e., tacente Stp. Th., niſi quod ſubſt. π. 4, 1607. e. alicubi explicat per adi., quod hic proſit ad noſtratium *die* iungfräulichen *Prieſterinnen* der *Veſta*; quali adi. et alibi ex ſubſt. duobus, eodem caſu copulatis, unum redditur; etſi per ſe in hoc dicendi genere ſumetur appoſitio, reſolvenda de more per pron. relat. et v. ſubſt., Veſtae ſacerdotes, quae ſunt virgines adhuc, nec nuptae et caſtae; nihil praebente G. Th., quam *Veſtalis*, Veſtales, *virgo*, (quo de ſupra,) et *ſacerdotes Veſtales*, ſed Lipſ. l. l. praeterea *virgines*, quas *Veſtales* vocant p. 8. m. e Plut. ſine Gr., it. *virgo Veſtalis* p. 15. e., *Veſtae ſacerdotes* p. 17. e. 45. e. it. *Veſtalis antiſtes* p.

τὸ ἄγαλμα αἱ τῆς Ἑςίας ἱέρειαι παρθένοι, διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως αὐλὴν μετεκόμισαν. κατεφλέχθη δὲ

ſimulacrum Veſtales virgines per mediam ſacram viam in imperatoris aulam tranſtule-
9. runt. Combuſtae autem

23. e., porro e Dion. Caſ. ταῖς ἀειπαρθένοις, Virginibus *Veſtae* p. 15. i. 37. m., tum 34. i. et m. e Suid. τὰς Ἑςιάδας παρθένους, Virgines *Veſtales*, ſed 37. i. e Sozom. τὰς Ἑςιατικὰς παρθ., Virgines *Veſtales*, quae ſunt proprie Bg. ac prioris explicatio, cum Ἑςιὰς ſevere ſit ſubſt., cf. 1, 11, 13. e. Tum de ſq. *via* Romae *ſacra*, e P., praeter illa ad §. 6. e., cf. G. Th. in adi. 255, 42. Rhodig. L. A. l. 10. c. 12. p. 636. C., Caſ. ad Ath. 2, 469. e., quae non procul a Veſta, Lipſ. l. l. p. 15. i., ad Dion. Caſ. p. 1074., Al. Donati de urbe R. in Graev. Th. T. 3. p. 673. B., ubi hic locus excitatur e P., tacente Stp. Th. in adi., ſed in ſubſt. memorante tantum 2, 1159. E. m. „ἱερὰ ὁδὸς, ap. Pauſ. — *via ſacra*, quae Eleuſinem ferebat“ nihil autem de uſu adi. μεσ., quod, ut Lat. Bg. e P., non capitur ſubtilitate mathematica, ſed tantum craſſe, ut medium ſit, quod non eſt extra rem et locum eiusque extremitates, ſed intra, quavis in parte, etiam ſtatim poſt principia, cf. 1, 5, 3. ad πεδ. G. Th. 237, 101. p. ſq. l. 25. ſqq. Cort. ad Sall. Cat. 60, 5. Ind. Liv. Flor. et Iuſt., ut ad ſenſum nihil referat, ſi omittas adi. cum Dion. Caſ. l. l. διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδ., quanquam et recte retinetur, cf. Ael. V. h. 5, 5. p. 404. m., et in quibusdam oppidis definitur lapidibus certis latioribusque media ipſa pars plateae intra urbem et aedes, qua de platea hic Gr. ὁδὸς cogitabitur, et ſine diſcrimine noſtratium *Straße* ſ. *Weg*.

εἰς τὴν τ.) Iterum ſub Caracalla in aulam deferebatur ſimulacrum hoc teſte Herodi. l. 5. c. 6. μὴ κινηθὲν λ. *Stroth.*

Locus iam ſupra indicatus eſt ex 5, 6, 7., ſed ſub Heliogabalo; hic monente Sch. in v. „μ. *ſimulacrum* tranſt. *per* viam *in aul.*“ per adiectum ſubſt. de ſupplendo pron. αὐτὸ, qui in Lat. cum Bg. e P. cum Stp. Th. „μ. pro transporto ſ. transfero in h. l. ap. Herodi. l. 1. ἁρπ. — μ., *in aulam* regiam *tranſt.*“ cf. Ind. Geop. cum Luc. 1, 132. i. *efferre*, et Exc. ad 1, 13, 4. i., ut med. ap. Dem. Ind., ſed cum Grr. al. e G. Th. alibi Lat. Bg., pro cuius formula ſevera e P. ad εἰς τ. τ. β. ἀ. uſus Stp. ante ſyn. illa ex adi. cum ſubſt. τὴν βασίλειον ἀ., pro qua hic variatur, cf. 1, 13, 13. e.

κατεφλέχθη) Concinnius καὶ ἄλλα πλ. et *alia* plurima. *Sylb.* Qualis ordo et auctori Mss. placuit, fortaſſis ob hiatum in καὶ ἀλ. leniorem, in diverſis vocalibus, quam in littera eadem; ut tamen nimium hoc ſit faſtidium, cum et v. c. τὰ ἄλλα feramus. Sed altera res Ms., in addito καὶ, ut alibi, pro copula, hic dupliciter aliquem decipiat, quod primo id καὶ ante ſimilem καλ. ſyllabam excidere potuerit, et deinde id etiam oſtendat P. in „*multae* praeterea *pulcerrimae* que *urbis* partes *combuſtae*“ qui tamen et libere egerit, ut in rel. hic. reddendo δὲ ad ſenſum, negligendo καὶ, pro *etiam*, adſcendendo gradum alium in adi. πλ., ſed maxime omittendo adi. ἄλλα, forte de Lat. ratione, per quam adi. *alius* ſaepe opprimitur, quod recentiores linguae habent cum adi. ſimul aliquo multitudinis, reſtitutum tamen hic iam in emendata Vs. P., qui cum Gloſſatore reſpexerit ad §. 6. e., ubi ſane ſunt eadem eodemque ordine, niſi quod hic praeterea adeſt ἄλλα, quo ipſo addendo variarit Noſter,

καὶ πλεῖςα ἄλλα [b] τῆς πόλεως μέρη κάλλιςα. ἱκανῶν τε ſunt etiam plurimae aliae urbis partes pulcerrimae. Multisque

b) Ms. Ba. ἄλλα πλεῖςα τῆς π. μέρη καὶ κάλλιςα. ſed Ms. Vi. modo ἄλλα πλεῖςα τῆς λ., v. N.

ſed et omittendo καὶ, cum et, hoc facto, non vitium committeret tribus adiungendis cum ſubſt. uno, quae tamen arte ſunt diſpoſita, et, ne concurrerent, ante ſubſt. duo πλ. ἀλ., poſt autem unum καλλ., rem hanc etiam tolerante Bg., ſed libere diſtrahente δὲ καὶ per interiectum v. ſubſt., cum et habeant Lat. in vicinia *autem etiam*, it. *vero etiam*, cf. G. Th. in v. *eti.* 418, ult. p. ſq. l. 68., quartum hic repetito v. κ. poſt §. 7. 6. 4. per ſimplicitatem, cf. de re ac partibus illis aliis urbis ſimul combuſtis Xiph. l. l. et Angl. ap. Heyn. Hiſt. 4, 1020. m.

ἱκανῶν) Ignis *depaſcebat*. Igni adſcribi ſolent, quae ſunt hominum, vita, mors, languor, paſtus, cibus, v. Barth. ad Stat. Th. 6, 547. T. 3. p. 546. et Th. 9, 103. p. 959. Timorem iam ignibus adſcribit Stat. Th. 11, 146., diſſenſum 12, 423., vitam 424., animam 10, 111., laſſitudinem 6, 234. *Leisn.*

In v. ἐπεβ. variat Noſter pro §. 6. m. ἐπεν., ubi ex Herodt. dedimus ἀπ' οἰκίης ἐς οἰκίην ἰὸν τὸ πῦρ, ſimile noſtro πάντα ἐπιὸν τὸ π., ſumto verbo, cuius praep. regeret caſum adiunctum, pro ἰὸν ἐπὶ πάντα, quod i. q. illius ἐς, tacente Stp. Th., etiam de Lat. Bg. e P., ap. G. Th. cum Grr. al., nec de igne, nec Stp. affine *percurrere*, nec Sch. hoc „ignis *invadens*, omnia *dep.*" ſic poſito commate, πάντα ad ſq. tracto v. ἐπεβ., ubi Stp. Th. „in paſſ. (med ſenſu) pro depaſco, abſumo. Herodi l. 1. π. ἐπιὼν (ſic mendoſe) τ. π. ἐπ." ſine Vs. al., Lat. illud Bg. adhibente etiam Sb. Ind. ad act., quod Gr. nec Stp. aliunde mecum tenuit, nec adi. ἱκ. cum ſubſt. ἡμ., cf. tamen L. N. T. et Ind. Fi. Pal., ut in πάντα reſtrictivo ſupplendum ſubſt. οἰκήματα cum χρήμασι, et pron. αὐτὰ ad v. ἐπεβ., ut inverſa ſit enunciatio, ac rectio, τὸ πῦρ, πάντα ἐπιὸν, ἐπεβ., quo redit et comma ed. A., retinente Bg. tempora diverſa iterum, impf. ἐπεβ. cum aor. ἐπαυσ., cf. Dion. Caſ. 1224, 17. οὐδὲ γὰρ κατασβεσθῆναι ἀνθρωπίνῃ χειρὶ ἠδυνήθη, καίτοι παμπόλλων μὲν ἰδιωτῶν, παμπόλλων δὲ ςρατιωτῶν ὑδροφορούντων, — ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα, ὅσα κατέσχε, διέφθειρεν, ἐξαναλωθὲν ἐπαύσατο, quo in v. Stp. Th. 3, 105. A. e. „pro quieſcere, in ea ſignif., qua dixit Virg. *flammam quieviſſe* Aen. 6," 226., comparans παύσατο φλὸξ Hom. Ἰλ. ψ', 228. ceſſavit *flamma*, quem locum non vidi collatum ad Virg. iſtud, ſed v. 251. ὅσσον ἐπὶ φλὸξ ἦλθε, *quantum* flamma *pervaſerat*, quod idem cum Noſtri ἐπιὸν, ut et pr. Dion. ὅσα κατέσχε, *quae* occupaverat, *invaſerat*, tenente G. Th. nihil in Bg. ſubſt. et v. cum Gr. n., ſed in Stp. ſubſt., praeter 684, 3. percurrit *trabes* agilis *flamma*, etiam l. 6. illud Virg. et in v. *quieſc.* 41, 5. cum Gr. n. pro „ſimpl. deſinere" cf. de πρὶν ἢ poſt πρoτ., pro ſimpl. ἤ, (quoniam ad 1, 11, 11. tacuimus,) Stp. Th. 3, 552. G. e. p. ſq. D., (qui pauperior nec tenet πρoτ. — πρὶν e Xen. Cyr. Z. 5, 2, 9. e., nec inverſo ordine πρὶν — πρoτ. ib. 2, 2, 10. e., at cum neg. unum ex Antiph., quod verius ap. Poſſ. Call. p. 144. m. e Lyc. R. Or. V. 4. p. 227. l. 2.) Ael. V. h. 1, 21. p. 37. i. 1, 15. p. 20. m. 5, 6. p. 495. 5, 18. p. 432. Luc. 2, 586. l. 47. et οὐ πρ. — πρὶν οὖ Dem. 217, 17., et, ut Sch. „πρὶν cum indicat. πρὶν ἢ κατέσχον, (ſic pro Gr. noſtro in ed. Bc. utr.) priusquam *cohibuiſſent*" ita cum indicat. praeteriti tem-

ἡμερῶν πάντα ἐπιὸν τὸ πῦρ[c] ἐπεβόσκετο, οὐδὲ πρότερον ἐπαύσατο, πρὶν ἢ κατενεχθέντες ὄμβροι[d] ἐπέσχον αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἐξ-

diebus omnia pervagatus ignis depaſcebatur; neque prius ceſſavit, quam delapſi imbres inhibuerunt eius impetum. 10. Unde et tota res divi-

c) Hic comma in A., ſed poſt ἐπεβ. pro Stp. rel. colo, it. puncto A. caet., melius comma Bs. et Ed., in rectione adhuc eadem, et ſubſt. τὸ πῦρ quoque ad ἐπαυσ. pertinente. d) Ms. Ba. et Vi. οἱ ὄμ. cum artic., ut alias.

poris etiam, praecedente ſyn. μὴ πρότ., Hoog. Op. p. 1095. Nr. 9., Z. ad Vig. p. 429. e. cum Dev. p. 324. e. In ſq. κατεν. cum §. 4. m. non variat Noſter, niſi in adiunctis, P. liberum deſerente Sch. partim „*repente* delapſi *imbres*, (retenta notione ſecundaria ſine neceſſitate,) ὄμ. imbres *repente* delapſi *extinxerunt* vim *ignis*, ἐπ. *cohibuerunt* imbres *incendium*, h. e. extinxerunt, ὁρμ. imbres *impetum* ignis *cohibuerunt*“ ad quod ὁρμ. etiam Leisn. in m. Ms. Bg. ſcripſerat „*vim*“ quod i. q. Bg., (a Stp. Th. aliunde cognitum ſolum,) ut per id etiam explicat G. Th. 1047, 28., cf. l. 38. 50., ſed in Bg. cum Gr. n. 1003, 82. inhibere *impetum* e Sen. Med., non tamen de igne, cui tribuant et noſtrates *Anfall*, cum ignis incendit res et pergit incendere; ut reſpiciatur ad pr. ἐπιὸν, cf. G. Th. in Bg. „invaſio ſ. acceſſio cum tumultu, certe cum vehementia“ cum P. facientibus Anglis ap. Heyn. Hiſt. 4, 1020. m.

ὅθεν) Recte fortaſſe hunc locum cepit Bg., ſed ſenſum obſcurius expreſſit. Malim, tota res divinitus accidiſſe exiſtimata eſt, tota res ad deos auctores relata. ἐκθειάζω divinitus aliquid contigiſſe dico ſ. credo, ad deos refero auctores. Hanc eſſe vim verbi ἐκθ., non poteris dubitare, ubi, quae ſequuntur, legeris, πιστευ. λ. Sic videtur vox exponenda 1, 7, 9. 2, 4, 4. 1, 11, 6. Sic ap. Ach. Tat. VII. p. 457. pro ἐπιθειαζόντων legerim ἐκθειαζ. Sic Schw. ad Theophr. Ch. c. 16. §. 5. pro ἐκδύσκεσθαι legendum putat ἐκθειάσασθαι. *Leisn.*

De Theophr. loco v. Fiſch. N. p. 118. a. m. cum Ind. v. ἐκθ., ut idem Leisn. in m. Ms. Bg. „divinitus accidiſſe credita eſt“ quae formula cum illis pr. longior, ad ſenſum eadem eſt cum Bg. breviore, et Verſioni, ad latus ponendae, propterea aptiore, a nobis tractata ad 1, 11, 6. m., ducente Sch. hic e P. partim „*imputata eſt* diis *res*“ ſed Bud. C. 398, 3. „Herodi. de templo Pacis exuſto fulmine, ὅθεν — ἐξεθ. unde *res* tota *in* religionem *tracta eſt*“ pro quo Stp. Th. 1, 1535. F. e. „de templo Pac. ex. fulm. et pluvia extincto incendio, ὅθ. — ἐξ. *in* rel. *tractum eſt*“ per multo difficiliorem reddentibus phraſin vocabulum Gr., quod univerſe a Bg. enunciatum excuſat locus hic palmarius, ubi per ſubiuncta quaedam explicatur, idque per gen. conſeq., quorum participium in tali cauſa reſolvitur non tam cauſali particula, quam modi, v. c. *dum*, nobis *indem*. Mox Sch. tria vocabula in „καιρ. *per* idem *tempus*, (non ſevere reddit, cf. §. 1., neglecta a P. et Bg., vertentibus modo formulam adiunctam, ut ipſe fecit in adv. „*eius* aet. *homines*“ at in artic.) οἱ τ., *qui* tunc *vivebant* 3, 8, 18.“ ubi ſic ſine ſubſt., hic expreſſo, ſane ellipſis eſt alicuius particip., ζῶντες, ὄντες, γινόμενοι, tacente Stp. Th. etiam in artic. 2, 1151. A. c., ubi tractat hanc formulam, in qua temporis adver-

γον ἐξεθειάσθη [e], πιςευόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων, ὅτι γνώμῃ θεῶν

nitate donata: credentibus eius aetatis hominibus, voluntate ac virtute deorum et

e) In Ms. Ba. hic colon iterum ante gen. conſq. cum Ms. Bg.

bium intra artic. et ſubſt. facit ſevere adiectivum, a noſtratibus exprimendum per *die* damaligen *Menſchen*, vel, ubi Latini non poſſunt aſſequi, ut hic, non habentes adi. affine et quod adverbio reſpondeat, exprimitur per formulam ſyn., atque adeo per ſubſt. aliquod temporis et pronomen demonſtrativum, locum adiectivi tenens, et adverbio par notione, idque vel per abl., ut *ea aetate*, vel per gen. cum Bg., etſi proprie eſt alia formula οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἄνθρωποι, et prope illa §. 7. e. οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι, cf. Ind. Fi. Pal. „οἱ τ. ἄνθρ., aetas *illa*, οἱ τ. ἀνδριαντοποιοὶ, *ſtatuarii* illius *aetatis*" Luc. 3, 546. l. 36. οὐδενὶ τῶν τότε, *neminem* illius *aet.*, ſed 2, 477. l. 7. Ἀθηναίων ἡ τ. πολιτεία, *Athenienſium*, quae *tum* erat, *respublica*, per additum reſolutumque particip. οὖσα, ad quam rationem et hic reddetur, *credentibus* hominibus, *qui* tum *erant* ſ. *vivebant*; ubi cum adiunctum adv. τότε iam in pr. κατ' ἐκ. κ. eſſet ſimul: Intp. Lat. vix aliter potuerunt, quam contrahere orationem in unum modo, ut tamen mihi ſuſpectum ſit illud κατ' ἐκ. κ., ac veniſſe putetur e §. 1., cum quis ad τῶν τότε ἀ. comparaſſet id in marg., explicandi cauſa, unde in textum receptum ſimul, nec videatur procedere per illam ἐκ παραλλήλου figuram, ſed facere tautologiam inanem aeque, ac ſi quis dicat v. c. tunc *aetatis* eius *homines*, (a quo diverſum eſt illud v. g. *tunc* temporis *rex*, quia non adeſt ſimul pron. *eius*, quod ſupra dicebam par eſſe illi adv. temporis,) et porro facere tautologiam tamen, etiamſi mente traxeris κατ' ἐκ. κ. propius ad v. pr. πις., ut in futura editione ſaltem incluſurus ſim uncis iſtud κατ' ἐκ. κ. In N. T. quidem Marc. 2, 20. καὶ τότε νηςεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις non vidi aliquid monitum, et in ed. Griesb. modo variare ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, qui ſing. adeo ib. receptus eſt in textum, quanquam videri poteſt eſſe gloſſema, cum plur. conveniat magis formulae Hebr., ſed utraque phraſis Gr. ad ſenſum cum pr. τότε, quod et ſolum eſt ap. Matth. 9, 15.

γνώμῃ) Hoc membrum explicat ſimul ſuperius τὸ πᾶν ἔργον, ut adſcripſerint divinae voluntati ac vi, potentiae, efficaciae, tum ignis incendiique initium et ortum, tum finem et oppreſſionem, it. motum terrae fulminisque iactum, ſed et imbres, coelo delapſos; in qua cogitatione et ſententia novimus hodie ineſſe quid veri, (dum in rebus, quamvis naturalibus, ſane cogitatur deus, ut cauſa princeps, eiusque providentia, interceſſio atque gubernatio,) ſed et cernitur quaedam ſuperſtitio, quod imbres ea tantum de cauſa demiſſi habentur, ut ignis opprimatur, quaſi non per ſe deſiturus, abſumtis omnibus, quod ſupra melius additum ap. Dion. Caſ., cuius illud potius pro divino quo valeat, quod ignis ſaeviit tamdiu, ac contra omnem hominum operam; in verbis quidem negligente P. ſubſt. δύν., nec reſtitutum in eius Vs. emendata, nec a Sch. relatum, ubi Bg. ap. G. Th. cum Gr. n., non quidem de perſ. pro vi ac potentia, at de re tamen 1045, 12. „diſciplinae *virtus*, Scrib. i. potentia" qui, ducto Lat. ad pr. γν. e P., (a Sb. Ind. redditum „deo volente, divina providentia") ordinem mutat ſubſtantivorum, (cum teneant

καὶ δυνάμει ἤρξατό τε τὸ πῦρ καὶ ἐπαύσατο. συνεβάλλοντο[f] δέ τινες ἐκ τῶν κατειληφό-

initium et finem habuiſſe
11. ignem. Coniiciebant
autem aliqui ex iis, quae acci-

f) Ms. Vi. συνεβάλλετο δέ τινος ἐκ λ. mendoſe, per confuſas et finitiones et litteras.

et Lat. ſtantem gen. intra duo ſubſt., qui pertineat ad ſubſt. utrumque, praemittendus ille aut poſtponendus utrique,) ſed denique pro verbis duobus adhibet phraſin unam cum duobus ſubſt. affinibus, mutato et hic in τὸ πῦρ ordine, pro P. (libere adiicientis iterum ſuum *ſcilicet*) privis v. v., unde Sch. partim „inchoavit *incendium* et *deſiit*“ quibus etiam ſubſtituas haec, *et* coepiſſe *ignem* et *deſiiſſe* ſ. *finiiſſe*, quo in extr. v. i. G. Th. 671, 35. „Quint. quo *ex* genere *coeperis* translationis, *hoc* deſinas. *Multi* enim, *quum* initium *a* tempeſtate *ſumſerint*, incendio — *finiunt*, — *coepio*, ἄρχομαι, — melius *coepiſti*, quam *deſinis*, (quo in v. cf. 113, 30., ubi l. 15.) *deſinere* et *incipere* contraria“ quo in v., ut et in P. *inch.*, utr. cum Gr. n., cf. 1044, 85. 1040, 80. 87., ſed formulam Bg. in ſubſt. utr. ſine explic., ut ap. Stp. Th. oppoſita Noſtri verba etiam 1, 557. F. m., ſed per rectionem aliam. Poſt haec potuimus ſimile quid addere ex ephemeridibus Lipſ. 1784. partic. 155., p. 835. b. „*In den Pontiniſchen Sümpfen hat ſich (man weiß nicht, durch was für einen Zufall) ein großes ausgetrocknetes Moor entzündet*, *welches über zehntauſend Morgen angebautes Feld mit allen darauf ſtehenden Früchten — in Flammen geſetzt, ohne daß es mit aller angewandten Mühe möglich geweſen wäre, die brennende Erde — zu löſchen*; bis *endlich* der *Himmel* ſich *der* unglücklichen *Einwohner* erbarmte, *und* durch *einen* Platzregen *das* leiſtete, *was viele tauſend Menſchenhände nicht zu Stande bringen konnten*,“ cf. Virg. Aen. 5, 684. ſqq.

συνεβάλλοντο) E Bg. Vs. hic quaerere libet, quaenam acciderint, unde haec coniicerent? An iam antea templum Pacis conſumtum ignibus bellum portendit? Cuius rei quis eſt teſtis? Templum Pacis incenſum dicit ſignum eſſe habitum bellorum. Quid hoc eſt aliud, quam templum Pacis combuſtum locum dediſſe coniecturae eorum, qui dicerent, bellum impendere? Dele ergo pr. ἐκ, dele comma poſt κατειλ., expone: coniiciebant aliqui, conſumtionem ſ. deſtructionem templi eſſe ſignum bellorum, quae ſupervenerunt. Sic legit Pol., aut certe legendum putavit, quia vertit, *illius* aetatis *mortales* — portendi *bella*, quae *ſunt* deinceps *inſecuta*, conſumto *Pacis* templo, *interpretabantur*. Verbum καταλαμβ. a Gr. poni, ubi ſermo eſt de periculis et caſibus, repente alicui et inopinato ſupervenientibus, docet T. Hemſt. ὁ πάνυ ad Luc. T. 1. p. 16. Atque hanc ipſam ei poteſtatem pluribus locis ſubiicit Herodi. ipſe, velut 1, 5, 5. 1, 12, 6. et 2, 11, 6. Iam antiquiſſimus porro auctor Herodt. docet 6, 27., magnas civitatum calamitates ſignis fere praenunciari, v. Cort. ad Sall. Cat. 30, 2. Caeterum eodem ſenſu act. συμβ. obvium, ut Ael. V. h. 1, 11. ἢ καὶ ἀμφότερον ἔσεσθαι συμβάλωσιν λ. *Leisn.*

Qui, in Progr. v. καταλ. aliter explicans, cf. 1, 3, 1. e., quoque in m. Ox. „τὸ ἐκ dele“ per ſpecioſam coniecturam inde, quod ἐκ e pr. ſimili ες ſyllaba per ſe poſſit eſſe repetitum, nec cum praep. ea v. συμβ. compareat ap. alios Gr., cf. Stp. Th. Bud. C., ad N. T. L. et Obſ., ad

των [g], *πολέμων σημεῖον εἶναι* *τὴν τοῦ νεὼ τῆς Εἰρήνης ἀπώ-* derant, bellorum ſignum eſſe templi Pacis conſumtionem.

g) Ms. Ba. et Vi. *καταλαβόντων λ.*. ſed poſt *κατειληφ.* nullum comma in edd. A. al., ſed poſt *πολ.* demum comma in B. 2. L. al., v. N.

Luc. 3, 209. N. 5. a. e., ad Call. h. in Del. v. 190. Vig. p. 287. m., Indd. plures et Suid. 3, 394. e., ut tamen ſuſtineant lectionem rectionemque vulg., praeter Sch. „*ἐκ τούτων*, *coniicieb.* ex *his*" et Sb. Ind. per Lat. *conie͡ctare*, quoque Mss. cum edd., it. Bg. et Lat. analogia, (cf. G. Th. cum Gr. n. *ex* oraculo *coniicere*,) ac fortaſſis haec explicatio, ut *τῶν κατειλ.* ſumatur univerſe, ſuppleto ſubſt. *πραγμάτων* ſ. *δεινῶν* et *κακῶν*, in quibus ſane bella erant, quae proinde mox ſubiiciuntur definiendi cauſa; ſi quidem de futuro accipiamus tempore, adiuvantes per ſuppletum adv. aliquod, v. c. ex iis, *quae* poſtea *acciderunt*; cum ſoleant homines ex eventis demum colligere quaedam et intelligere praegreſſa, atque haec interpretari e conſecutis; unde h. l. e bellis, deinde ſecutis, fingebant ſibi, iacturam templi Pacis fuiſſe indicium, fore, ut pax quoque interiret, et bella illa orirentur; atque adeo *τῶν κατειλ.* ſint ſyn. cum ſq. §. *τὰ ἀκολ.*, re ſententiaque bis allata eadem, ſed diverſo modo loquendi et ab alia parte. Verum Bg., reddens *τῶν κατειλ.* per plusqf., videtur non cepiſſe de futuro tempore, ſed de praeterito, ut ex iis, *quae* acciderant *iam* et *adhuc*, (ſupplendis et hic adv. talibus,) coniecerint, bella inſtare, et quia Pacis templum interiiſſet, pacem quoque deſituram; unde collegerint non, ut ante, priora e poſterioribus, ſed, mutata ratione, poſteriora e prioribus. Et ſi Herodianus ſcripſiſſet, ut modo ſcribebamus nos: plana res erat. Sed ille, e lectione et interpunctione quidem Stp., uſus eſt redundantia quadam, ut quoque §. ſq., addendo *τὴν τοῦ ν. τ. Εἰρ. ἀπωλ.*, perſpicuitatis ergo, opinor, et ut innueret, quid ſibi vellet per iſta *τῶν κατειλ.*, quae, expreſſa numero plur., de una re tamen illa ſumenda ſunt modo, ac de templi iactura, cum ea res una complexa ſit ſimul res alias, ſecum copulatas, eoque pertinentes ſimul, terrae motum, fulmen, incendium. Ita dicetur P., utcunque tantum vertiſſe, ac liberior fuiſſe iterum, ſicut maxime in expleto adv. temporis, quanquam cum Ms. Ve. ſervans vulg. perf. in *κατειλ.*, pro quo Mss. rel. Gloſſator affert aor. 2., ſenſu quidem eodem, ſed non tam per lapſum in litteris, quam ad variandum, ut ne §. 13. idem redeat tempus, ubi tamen negligentiam hanc quandam, ſ. potius ſimplicitatem in eodem vocab. uſurpando, mitigavit Noſter addendo ſubſt. *δεινῶν*, rediens idem per hanc §. ad §. 3., ubi, variata quanquam ſententia, dixerat, malum aliquod, templum incenſum Pacis, habuiſſe quosdam pro omine futuri temporis malique, et adeo e priori re collegiſſe aliam poſteriorem; (unde ſimul firmetur Bg. ratio et lectio vulg.;) ibi quidem univerſe re propoſita, ſed hic nominatis bellis, tum, pro *συμβόλῳ* ib., ad variandum hic adhibito ſyn. *σημεῖον*, ubi Sch. partim e P. „portenta *bellorum*, (obſcurior ille in) *ἐκ*, — *ex*, ſigno praeſagiente, *ἀπ.* conſumtionem *templi*, igne factam" ferente G. Th. tantum Gr. noſtrum cum mendo in „*perditio*, *ἀπόλεια*" ſed Stp. Th. modo e N. T., cf. L. Schw. Loesn. p. 58. m. Obſ. M. A. T. 3. p. 28. Ind. Geop. Suid. 1, 303. i. cum Zoſ. 4, 24, 5. e. de perſ., at de re quoque 2, 49, 1. *τὴν τῶν πόλεων ἀπ.*, urbium *interitu*, (ut Sb. Ind. hic,) 3, 29, 1. e. 3, 32, 9. Caeterum com-

λειαν. τὰ γοῦν ἀκολουθήσαν. 12. Sane quae ſecuta ſunt, τα [h], ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς[i] ἐροῦμεν, ut deinceps dicemus, even-

h) Ms. Ba. ἀκολουθήσαντα ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν. ἐκ δὲ τῆς ἀποβ. — ἐπιςώσαντο, πολλῶν λ. ita verba iunguntur. *Mart.* Sed in Excp. Ms. Vi. tantum ἐπιςώσαντο, et per edd. (ὡς — ἐροῦμεν) ſic in parentheſi, praeter A. et B., v. N. i) ἐξῆς per lenem in una mendoſa Par. 1., v. N.

ma quarundam edd. poſt πολεμ. requirit, ut in σημ. aſſumatur pron. αὐτῶν, ſecundum hanc ſeriem, σ. τιν. ἐκ τ. κ. πολ., τὴν τ. ν. τ. Elρ. ἀπ. εἶναι σημ. αὐτῶν, coniiciebant *quidam* e *conſecutis* bellis, *interitum* templi *fuiſſe* (inf. εἶν. praeſ. ſumto pro perf., ut alibi,) ſignum *eorum*; quae diſtinctio reducat ad Vs. P., reddatque ſententiam planiorem, quam ſupra dedimus.

et Xiph. adnotarunt, (ſed modo, ut ſupra dedimus.) Suid. μονομαχοτροφεῖον dicit" 2, 573. i. cum Lat. illis ad Xiph., non ſpectante ad Noſtri uſum Stp. Th. et L. Ern., ſed modo ad vulgarem, tamen cum Lat. Bg., ap. G. Th. cum Gr. n., quo de cf. Ind. Luc. Xen. Z. Pol. Ael. V. h. Poll. 3, 59. Thom. M. p. 501. Moer. p. 241. cum N. et Heſ. 2, 165. i., ut de ludo illo gladiat. ad Dion. Caſ. l. l. N. ad §. 147. cum Salm. ad Lampr. Heliog. T. 1. p. 860. a. e.

ἑαυτὸν) *Appellatus eſt ſane inter caetera* triumphalia *nomina* ſexcenties *vicies* Palus primus *ſecutorum*. Lampr. Quem locum, Dione licet ſuffragante, ita immutandum cenſet Salm., ut legi debeat Πρωτόπαλος, qui eſt is, cuius ſors in gladiatorio munere primo exit. *Oxon.*

Lampr. ſunt p. 515., ubi Caſ. N. 4. b. „Palus hic ille eſt nobilis gladiator, προτετελευτηκὼς ait Herodi., cuius nomen aſſumſit Commodus" quo et tendit Lipſ. l. l. p. 76. m., etiam N. ad Dion. Caſ. l. l., contra quae pugnat Salm. l. l., nobis rem in medio relinquentibus, ſed variante hic Noſtro in neg. οὐκ., etiam in particip. τῶν μον. pro §. pr. ſubſt., in quod propterea mutat Bg., partim e P., qui liberior in gradu adi. ἐνδ., ut Sch. ib. „gladiatorum *nobiliſſimus*" ſeverior in gen.; ad v. προτ. non tenente Stp. Th. auctorem, (qualem nec ipſe alium novi,) nec Lat. Bg., ubi Sch., praeter P. „prius *mortui*" ut nullum extat ap. P. veſtigium novitatis in Mss., qui, addendo δὲ, faciunt membrum aliud, poſito poſt τιν. commate, ut δὲ ſtet ſine μὲν praecedente, cf. 1, 8, 11. m. νεανίσκον τινὰ, — προπετῆ δὲ καὶ θρασὺν, ſed ut nec δὲ excidiſſe videatur ob pr. τος ſyllabam, et modo Gloſſatori diſplicuiſſe ille gen. continuus et illud aſyndeton in adi. duobus ſimul cum particip., quod reſolvendo cum P. lenius fit; etſi omnes linguae ac ſcriptores habent talia, etiam proſaici, nec ſoli poëtae. In ſq. formula ὀν. κ. et v. πρ. ut variat Noſter cum 1, 14, 15. e. it. §. 17. m., ita Sch. etiam deſerit P. libertatem in „ὀν. *nomine* alicuius *vocari*" tenente Stp. Th. 2, 1322. F. m. „utuntur et dat. ὀν. cum v. καλεῖσθαι vel ſyn." ſine auctore in noſtro v., quod ſic novi tantum e N. T. Luc. 1, 61. cf. L. Schw. „ὃς καλεῖται τῷ ὀν. τούτῳ, *qui* ſic *appelletur*" cum artic. ſine diſcrimine, cf. Ind. Dem. v. ὀν. e., ſed G. Th. in Bg. v. cum Gr. al. formulam Lat., cui par et propior Graecae illa Virg. A. 11, 542. infantem *matris* vocavit *nomine*, ignota G. Th. in v. *voc.*, ubi modo eſt alio ſenſu 1105, 53.

τοῦ δὲ μ.) Lampr. Comm. c. 17. Coloſſi *autem* caput *demſit*, quod *Neronis* eſſet, *ac* ſuum *impoſuit*; ad quae verba Caſ. notat, *Falſum* eſſe. *Fuerat quidem aliquando*, *ſed iam non erat*, *verum ſolis*; idque ex hoc Herodi. loco probat. De coloſſo illo, Neronis effigiem gerente, v. Suet. Ner. 31., quem Hadrianus loco movit, et *poſt* Neronis *vultum*, *cui* antea

ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅ illi ſimulacro coloſſeo, quod περ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα Romanis venerabile eſt, ſolis

dicatus fuerat, ſoli *conſecravit*, teſte Spartiano in Hadr. 19., quem erroris ob id arceſſit Caſ., a Veſpaſiano iam factum, quod Hadriano ibi tribuitur, contendens. Equidem Xiph. (S. 322, 16.) ὅ τε κολοσσὸς ὠνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη. φασὶ δὲ, αὐτὸν τό τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν, *coloſſus, quem vocabant, ſacra via collocatus eſt. Dicunt autem, altitudinem eius eſſe pedum C,* — Suet. CXX —, *ſiguram alii quidem Neronis, alii autem Titi habere aſſerunt.* Qui locus optime pro Spartiano accipi poteſt; add. Suet. Veſp. 18. *Boecl.* Coloſſi *autem — impoſuit, et titulum more ſolito ſubſcripſit*, Lampr., ut merito exiſtimet Caſ., tollendam negativam particulam οὐχ, proxime ſequentem. *Oxon.* Coloſſos vocant moles ſtatuarum, turribus pares. Plin. 34, 7. Schol. Iuven. 8, 230. Inde opera ingentia coloſſicotera dicuntur, Vitruv. 10, 4. Tali mole ſe poni curabant inſani imperatores. Plin. 35, 7. Lampr. Alex. 28. Suet. Ner. 31. Veſp. 23. De coloſſo Neronis, a Zenodoro facto, Plin. 34, 7. *Zenodorus poſtquam ſatis ibi*, in civitate Galliae Arvernis, *artem approbaverat, Romam accitus eſt a Nerone, ubi deſtinatum* illius *principis* ſimulacrum *coloſſum* fecit, *qui* dicatus *ſolis* venerationi *eſt.* Forte a Veſpaſ. imper. dicatus ſolis venerationi eſt. Xiph. LXVI. p. 752. A. ſic: *Veſpaſiano ſextum et Tito quartum conſulibus templum Pacis dedicatum eſt, et coloſſus ſacra via collocatus. Imago Neronis erat, vel Titi, ut ab aliis traditum eſt.* Titus ſcil. hunc coloſſum, cum aurea domo, incendio hauſta, compagibus laxatis, reſtituit in eiusdem domus atrio, ſive parte, a veſtibulo diverſa et magis interiore, v. Martial. 1, 2. et ibi Intp. Huius caput denique demſit, quod Neronis eſſet, ac ſuum impoſuit Commodus imper., ſi Lampridio 17. fides eſt habenda. Sed errare videtur Lampr., quum Commodi tempore non Neronis fuiſſe ille coloſſus videatur, ſed ſolis, uti ex h. l. Herodi. apparet, v. Pitiſc. ad Suet. Ner. Claud. c. 31. cf. Fabric. ad Dion. l. 66. p. 1088. ſq. *Leiſn.*

In rem cf. Grut. Lamp. T. 6. P. 2. p. 929. ſq. Pancir. deſcr. urb. Rom. ap. Graev. Th. T. 3. p. 403. B. ſqq. et Famian. ib. T. 4. p. 1036. e. Dion. Caſ. p. 1222. N. ad §. 148. Fabr. Bibl. Ant. p. 332. e., Caſ. et Salm. ad Spart. Adr. T. 1. p. 181. ſq. it. Ael. Ver. p. 241. a. e. b. e. cum Stp. Th. Luc. Ind. in Not. Heſ. Suid. G. Th. et Chr. Plin. Tum ad Dion. l. l. a Reim. locus Noſtri affertur tantum per numeros, ſed cum Gr. ad Lampr. in Comm. p. 522. in Caſ. N. b. e. „τοῦ μεγ. ἀγ. κ., ὅπ. σ. Ῥ., εἰκ. φέρον Ἡλ., τ. κ. ἀ., ἱδ. ἑ.“ ſed ap. Dion. l. l. poſtr. ſ. Xiph. 384, 37. τοῦ κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, καὶ ἑτέραν ἑαυτοῦ ἀντιθεὶς, eum *abſciſſo* coloſſi *capite*, ſui *capitis* imaginem *repoſuiſſe*, ubi non modo eadem formula τὴν κ. ἀπ., (Bg. e P.) ſed et τοῦ κολ. privum ſubſt., a Noſtro expreſſum per periphraſin, ap. Sch. „coloſſaei maximi *ſimulacri*“ ſervato, ſecus ac P., ſimul adi. μεγ., recte, quod ſunt copulata ſyn., quorum poſteriori definitur magis prius, per ſcripturam Lat., quae proprie pertinet ad aliud Gr. κολοσσαῖος, quod una cum κολοσσικὸς et κολόσσειος, (Bg. e P.) tenet Stp. Th., non item noſtrum, vocali inſerta ι, ut eſt tamen ap. Diod. S. et Luc., ubi contra non habetur, quod inde Stp. profert „κολοσσαῖος“, varians cum noſtro ib. 2, 740. l. 26., a Gs. converſum cum Sch., ſed ap. Diod. S. 1, 459. l. 22. κολοσσιαῖον ἀνδριάντα, ſtatuam, *ad*

φέρον [m] ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ, ὑπογράψας τῇ βάσει [n] οὐχ ἃς | effigiem gerens, capite demto, suum imposuit; subſcripſitque in baſi, non quos ſolent

m) Baſ. φέρων *Leisn.* Sic modo B. 2. L. cum Pat. mendoſe. n) Hic comma fuit in A. al. cum Ms. Bg., v. N.

coloſſi *altitudinem*, ad Spart. Ael. Ver. T. 1. p. 241. b. e. Salm. „coloſſeae *ſtatuae* κολοσσιαῖοι Gr." quae Bg. ſcriptura eſt etiam ad Suet. Cal. 35. Burm. T. 1. p. 669. prolata, una cum Sch., quam ignorat G. Th., ubi modo „*coloſſeus*, κολόσσειος, in modum ſ. formam coloſſi" ſervante Bg. τοῦ pro τούτου e P., qui liber in δὲ, it. in ſq. formula ὃ π. σ. Ῥ., ſequente Bg., non item Sch., qui „σ. *colunt*" ut 1, 14, 7. m., tenente Stp. Th. tantum affine v. Lat. *venerari*, quod ap. G. Th. cum σέβομαι.

εἰκόνα φέρ. ἡλ.) Ordo poſcit φέροντος. Sed ferri poteſt φέρον, et referri ad ὅπερ, et exponi, *quod* colunt *Romani* ideo, quia ſolis effigiem gerit. *Leisn.*

Qui et in Ox. ſupra φέρον ſcripſerat φέροντος, recte idem ſtatuens de rectione, ut pendeat vulg. φερ. a proximo v. σεβ. et pron., ubi tamen et aliter rem expedias, non ſumto particip. in notione cauſae, ſed ſenſu narrandi ſ. modi, ut participium, ſicut alibi adi., cui par, ſtet poſt pron., cum proprie debeat praemitti, in primis remoto poſt Ῥωμ. commate; rem me tenente ſic, ut coloſſi caput fuerit radiatum, et ſic habuerit ſimilitudinem cum ſole; quod eſt Gr. φέρειν εἰκόνα ἡλ., ut hoc i. q. privum v. ἐοικέναι, ſimilem eſſe; proprie ut ſuppleas κατὰ τὴν κεφαλὴν, quoad *caput*, oppreſſa a Noſtro propter mox adiuncta; unde Sch. „φ. ſimulacrum, factum ad ſimilitudinem ſolis" nihil ferente Stp. Th., quam Lat. Bg. in ſubſt. εἰκ., ſed in v. φ. modo 4, 81. F. m. „afferre ſ. proferre — εἰκόνας et πίστεις" ex Ariſtot., ſenſu rhetorico, ſed nec me in noſtram notionem habente quid, praeter Lat. analogiam ap. G. Th. in v. 635. i. „Plaut. *huius* illic, *hic* illius *hodie* fert *imaginem*, i. perſonam gerit, (ſed in v. Bg. 802, 61. et p. ſq. l. 67.) formam *gerit* imago, — *paternam* ſpeciem *gerunt*" ut Bg. potuerit illo pr. ſevero v. uti pro P., unde reliqua ſervat et in ἱδρ. ἑ. ordinem alium; ubi Noſter non dixit tantum improprie, *ſuum* caput *impoſuiſſe* Commodum, pro imaginem ſui capitis, (ut ſupra in Vs. ad Xiph. bene ad ſenſum erat,) ſed etiam brevius, cum e ſevera ratione debuerit eſſe ἱδρ. τὴν ἑαυτ. cum artic., ut ante e Xiph. dedimus ἑτέραν ἑαυτοῦ ἀντιθεὶς, in quo, quanquam τὴν ob pr. το ſyllabam excidere potuit, vel fingi licet, olim fuiſſe ἵδρυσε τὴν ἑαυτ., tamen, tacentibus libris, potius e pr. repetam artic. τὴν, ſ. totum τὴν κεφ., ſicut praeterea explebitur v. c. ἀντ᾽ αὐτῆς, quo reſpicit Xiph. illud ἀντιθεὶς, et Vern. vet. diſerte, bene idem intelligens v. ἱδρ. per Lat. *iubere*, quo in Gr. Lat. Bg. (e P. et Lampr. l. l.) ignorat Stp. Th.

ὑπογράψας) Lampr. 17. contra: *titulum* more *ſolito* ſubſcripſit, *ita ut* illum *gladiatorium* (et) *effeminatum* non *praetermitteret*. In eundem ſenſum Xiph. e Dione ſcribit. Unde Caſ. probabiliter exiſtimat, *codices Herodi. corruptos eſſe, tollendamque negativam οὐχ*, ut cum caeteris congruat. Alias illa inſcriptio, *mille* gladiatorum *victoris*, firmatur loco Lampr. in Comm. 12. *refertur in libros* (litteras) *tantum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis, vel occiſis, ut mille continge-*

εἰώθασι [o] βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας, ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ [p] μονομάχους [q] χιλίους νικήσαντος.

imperatorios ac paternos titulos, verum pro Germanico, Mille gladiatorum victoris.

o) Al. εἰώθασι. *Leisn.* in m. Ox. 2., quae ſola habuit εἰώθασε mendoſum. p) Nullum comma fuit hic modo in B. 1. R., v. N. q) Ms. Ba. μονομάχου, χιλ. v. N.

ret. *Boecl.* Si vel maxime Lampr. et Xiph. particulam negandi, quam omittunt, addidiſſent: tamen loco eliminanda eſſet, tota orationis ſerie id requirente. Primum enim illud δὲ, quod ſequitur, hoc ſatis innuit. Deinde quoque inepte diceretur, eum ſe ἀντὶ Γερμανικοῦ appellaſſe νικήσαντα. Quare enim pro Germanico? Nam ſi reliqui ſoliti tituli omnes deeſſent, poterat quoque pro Sarmatico aut Britannico ita dici. Porro εἰώθασι mihi ſuſpectum eſt. Mallem igitur pro οὐχ ἃς εἰώθασι legere τὰς εἰωθότας. Caeterum titulos Commodi Xiph. (381, 12.) ita refert: Αὐτοκράτωρ, Καῖσαρ, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος, Κόμμοδος, Αὔγουστος, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Σαρματικὸς, Γερμανικὸς, Μέγιστος, Βρεττανικὸς, Εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, Ἀνίκητος, Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, Ἀρχιερεὺς, Πατὴρ Πατρίδος. *Stroth.*

Ad Lampr. l. l. p. 523. Caſ. N. a. „emenda Herodi. codices, hac parte corruptos, ὑπογράψας τῇ βάσει οὐχ ἃς εἰώθασι β. κ. π. πρ., ἀντὶ δὲ Γ., μ. χ. ν. Negat, titulum more ſolito ſubſcriptum, quod affirmat tamen cum Lampr. etiam Dio Caſ. (p. 1222. Xiph. 384, 39.) ἐπέγραψε πρὸς τοῖς δηλωθεῖσιν αὐτοῦ ἐπωνύμοις καὶ τοῦτο, (Πρωτόπαλος σεκουτόρων, ἀριστερὸς μόνος νικήσας δωδεκάκις, οἶμαι, χιλίους, praeter *ſupra dicta* nomina *ita* inſcripſiſſe, *primus* pugnator *inter* ſecutores, *qui* ſolus *ſiniſtra manu* vicit *hominum*, ut *opinor*, duodecim *millia*.) Tolle ergo negationem ac ſcribe, ὑ. τ. β. αὐτοῦ ἃς εἰωθ. Hoc vult Herodi., baſi coloſſi omnes titulos fuiſſe ſubſcriptos a Commodo, quos vel eius pater uſurpaſſet, vel imperatores caeteri, illo excepto, *Germanicus*, cuius loco ſcripſit, *Victor* mille *gladiatorum*" contra quae nihil protulit Salm., ſed Caſ. iterum ib. p. 509. b. N. 4. „auctor eſt Herodi., Commodum baſi Coloſſi, cui caput ſuum impoſuerat, pro imperatoriis titulis hunc ſubſcripſiſſe, *Victor* mille *gladiatorum.* Dio ita refert eius baſis titulum, μον. νικ. δωδεκάκις οἶμαι χιλ. Ita quidem Xiph. codices: ſed absque ullo dubio perperam. Vox enim δωδεκάκις vel penitus inducenda, vel ſcribendum, ut ap. Herodi., νικ. μονομάχους, οἶμαι χιλ." cf. in numerum illum Capit. in M. Anton. c. 19. p. 361. *quod quum eſſet factum: ſolutum quidem amorem, natum vero* Commodum *gladiatorem* eſſe, *non* principem, *qui* mille prope *pugnas* publice *populo* inſpectante *gladiatorias* imperator *exhibuit.* Iam noſter locus hic, ubi nec libri variant, et P. refert quoque vulg. cum Bg., videtur interpretando ſic adiuvari poſſe, ut relativae οὐχ — δὲ, ſevere acceptae, edant ſententiam hanc, Commodum iuſſiſſe, ut non ſubſcriberentur illi tituli, quos alii imperatores et pater eius adhibuiſſent in monumentis, ſed, v. c. pro iſto *Germanici* titulo, hunc *gladiatorum* mille *Victor*; in quo credo, Noſtrum voluiſſe aliquod exemplum afferre qualecunque; ubi liberum Noſtro erat, qualem imperatoris titulum proferre vellet; unde e pluribus ſelegit potiſſimum *Germanici* titulum, qui et ipſe Com

Ἔδει δὲ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον[r] παύσασθαι μεμηνότα, καὶ τὴν	Oportebat ergo aliquando et illum deſinere inſanire, et Ro-

r) Sine Iota A. cum B. 1., ut in ſq. μεμην. Ox. 1., cf. 1, 9, 14.

modi erat, ut vidimus ap. Xiph., cf. Lampr. c. 11. e. p. 508. m., ſicut plur. ἃς — προσηγ. ſumetur, ut 1, 14, 19. i., adhibitus de univerſo genere, etſi tantum una res cogitanda, pro non aliquem titulum ex illis imperatoriis et paternis ſubſcribi iuſſit; nihil ut curem repugnantiam Noſtri cum aliis ſolennem, nec libertatem P. in „*non* quos *conſueſſet*“ (ut habent edd. omnes, praeter Bc. 2. *conſueſſent*,) ad Commodum relato v. εἰωθ., quod pertinet non tam ad pr. Ῥωμαῖοι, quam ad caſum aliquem latentem, v. c. οἱ βασιλεῖς, habetque praeterea ellipſin inf. ὑπογράφειν e pr. particip., ubi Sb. Ind. „pro ἐπιγράψας“ inductus forte illo Dion. l. l. ἐπέγραψε, variantibus quidem per ſe pr. ὑπὸ et ἐπὶ confuſisque alibi, nominatim etiam in noſtro v. ap. Ael. V. h. 13, 42. p. 918. b. N. 5. et Luc. 2, 227. l. 28., ſed hic cum libris omnibus oſtendente P. vulg., atque etiam Lampr. l. l., cf. Thuc. 352, 77., ſed ad Stp. Th. in ſubſt. βασ. ſine auctore Luc. 3, 47. l. 62. cum Ind. Geop., ut Bg. e P. ap. G. Th. Nr. 4. „*tituli*, — honorificae illae appellationes et laudes in inſcriptionibus ſtatuarum“ cum et ſuffeciſſet *nominibus* ſ. *cognominibus*, ab hoc ſubſt. pendente etiam gen. ſqq. Γερμ. et νικησ., quod particip. iterum Bg. e P. mutat in ſubſt., omittente Noſtro duo pron., αὐτοῦ ad βάσει, e pr. ἀγαλμ., et ταύτας ante ἃς, poſt quod pron. relat. iterum ſtat ſubſt. cum adi. dupl., pro οὐ βασ. κ. π. πρ., ἃς εἰωθ.; in Noſtri ordine (ubi et neg. οὐχ ponitur poſt v. ὑπογρ. et proxime ante pron. relat., ut alibi, pro οὐχ ὑπογρ. λ.) ut ponendum ſit comma non tam cum edd. quibusdam et Ms. Bg. poſt βάσει, quam poſt οὐχ, etiam poſt εἰωθ., ſi quis nolit illud exquiſitum genus in ſubſt., poſt pron. poſito; ſicut comma poſt Γερμ. omitti poteſt, et error in Ms. μονομ. manifeſtus eſt, ſive ut littera ς mutata ſit in comma, ſive, cum ς periiſſet caſu, maxime ob pr. finitionem ου ſimilem, ut alius librarius, commate adiuncto, rectionem innuerit, et quid copulandum eſſet; in qua ratione ſenſus per ſe quidem ineſt aliquis, ſed ab h. l. alienus.

Ἔδει) Sic ſupra ἐχρῆν τὸν Περέννιον διολέσθαι κακῶς. *Steph.* 1, 9, 16., ubi v., etiam dicta in ἄρα, quod Bg. e P. negligit forte, (ſi δὲ per δὴ reddit, ut alibi, quod P. potius refert in ſuo *caeterum*,) non item Sch. „adv. cum aliis particulis iungi ſolet, ut ποτὲ, *utique*, tandem *aliquando*“ quae notiones utr. ſunt etiam ap. ibi laudatos, fluctuante Stp. Th. 1, 507. F. ſqq. in δὲ cum ἄρα, nec huc ſpectante, tamen ἄρα per Lat. *ergo* etiam exponente; quod ſi Bg. ſecutus ſit: contra δὲ oppreſſit, pro ſeveris, *ſed* oportebat *utique* ſ. *ſane*. Mox in μεμην. (quod, h. l. improprie ſumtum, ad facta pertinet turpia et indecora, eſtque indecore ac turpiter agere, cf. 1, 9, 14.) Sch. ad ſuum, e P. partim, *vecordem* debuit addere v. *eſſe*, deferens P. in „τυρ. imperium, *verſans* ſub *tyrannide*“ ubi Stp. Th. „tyrannidem patior, tyranno ſubiectus ſum et pareo, — Herodi. l. 1. ἔ. δ' ἄρα ποτὲ παυσ. τὴν Ῥ. ἀ. τ.“ praeter aliam lect. in δ' cum apoſtropho, e P. Vs., quam Bg. ſervat, reddito v. παυσ. per duplex Lat. v., act. et paſſ. ſimul, *deſinere* et *liberari*, ſed altero v. τυρ. per ſubſt. affine, reddentibus aliis aliter, cf. Ind. Dem. (cui add. 117, ult. 506, 21.) et Z. Xen. Bach., ſed Dion. H. S. ſine Ind. T. 2. 161, 28.

Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννουμένην. νέου μὲν [ſ] γὰρ ἔτους τῆς ἐπιού-

manum imperium tyrannide liberari. Novi autem anni ſe-

ſ) μὴν Par. et Ox. vitioſe.

Thuc. 14, 50. *Graeciae*, quae *tyrannide* preſſa *fuerat*, Luc. 2, 143. l. 66. et p. ſq. (ubi in N. noſter locus tangitur,) it. 873. l. 93. *Athenarum urbem*, tyrannide *oppreſſam*, quam alterutram phraſin hic adhibuiſſem, ubi τὴν Ῥ. ἀρχ. capiemus neceſſario de civibus Rom., in quos qualis tyrannus fuerit Commodus, minus e Noſtro intelligitur, cf. 1, 8, 16. ſq. 1, 13, 14. 1, 14, 13. e. 1, 17, 1. e. ſqq., etiam tyrannus diſerte nominatus 2, 1, 19. cf. 2, 2, 5. ſqq., quam e Lampr. capp. extr. et p. 526. e. ſaevior *Domitiano*, impurior *Nerone*, cuius dictum in Claudium Noſter reſpexerit ap. Suet. Ner. c. 33. i. morari *eum* inter *homines* deſiiſſe — *iocabatur*, cf. G. Th. „*moror*, μαίνειν, inſanire.“

νέου) Enorme illud anacoluthum ſi volemus evitare: poterit locus hic ita concipi: νέον μὲν γὰρ ἔτος τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἡμέρας εἰσιέναι ſ. ἄρχεσθαι. σέβουσι δὲ ταύτην ἑορτῇ in dat. Ῥωμ., *proximo* die *novus* annus *erat* initurus. *Romani* autem *hunc* diem *ludis* celebrant *feſtivis*. Huic μὲν reſpondet δὲ §. 7. *Reisk.*

Longe melior ratio eſt in ellipſi illa, quam et vidit Bg., ut ad v. ἔμελλ. finiti temporis aſſumatur inf. e pr. ille ipſe παύσασθαι, aut fut. Leisn. in m. Ox. „ſc. παύσεσθαι“ aut praeſ. παύεσθαι, ubi v. ἔμελ. eſt pro Lat. *oportebat*, ut Sch. reddit, ſ. *debebat*, cf. ad Luc. 1, 854. b. e., quod ſyn. illi pr. ἔδει, et ſolenne cum aor., quibuscum convenit ad ſenſum Bg. formula periphraſtica, unde pateat, eum cum Leisn. expleviſſe fut., cf. de ellipſi iſta Bud. C. 1549, 44. Stp. Th. 2, 871. F. e. Vig. p. 255. R. Or. V. 9. p. 370. m. l. 23. ſq. ad Luc. 1, 448. b. Hſth. ad Ar. Pl. v. 1103., ad Thuc. p. 490. a. N. 40. ſ. 7, 69. Bach. ad Xen. Oec. 18, 1. Fiſch. ad Plat. Phaed. p. 199. a. i., it. Thuc. 66, 30. ſ. 1, 103. it. 202, 30. ſ. 3, 55., ap. quem et ad v. μελλ. repetendus eſt inf. aliquis e ſq. v., cf. Schol. ad 87, 83. ſ. 1, 134. it. 454, 20. ſ. 7, 15., ſevere ut ſufficiat Lat. Sch., cum et habeant Lat. eandem ellipſin, cf. G. Th. 596, 22., agente Bg. hic in μὲν γὰρ aliter, quam alibi, ſed in τῆς ἐπ. perſpicue, ſecus ac Sch. „ſequentis *diei*“ pro quo gen. ſane requirebatur temporis caſus, Latinis ſolennis, etiam ut rectio appareret, cum in gen. duplici a poſtremo hoc pendeat prior, per ordinem inverſum; nihil tenente Stp. Th. e Noſtro 1, 1139. E. in „ἐ. poſt venio, ſuccedo, ſequor, (inſequor,) ἐπιοῦσα ἡμέρα, Syneſ. pro *craſtinus* dies“ per liberam Vs. etiam, qui nec novit alteram formam ellipticam, cum ſolum ponitur particip. cum artic., ἡ ἐπιοῦσα, cf. L. Boſ. p. 135. e. (at ſine exemplo plenae formulae,) Thom. M. p. 352. a. N. 1. (ubi etiam hic locus memoratur,) Herodi. Gr. p. 472. Heſ. 1, 1373. m. 1608. e. Foeſ. Oec. p. 141. a. m. L. N. T., Munth. p. 280. m. cum Olear. ad Matth., Palm. Ex. in A. Gr. p. 669. i. Stolberg. de barb. rel. p. 235. Leisn. in Progr., Ind. Thuc. inſequentem *noctem*, quod ſeverius, quam ſimplex Lat. in Ind. Xen. Z. Pol. et Cyr., non intelligentibus hic Vern., nec valentibus etiam noſtratibus hic ſevere reddere, ut brevitas quidem ſervetur, ſed modo *den Tag* nach *dem* neuen *Iahre*, cf. de ellipſi praep. alicuius ad gen. hunc temporis 1, 4, 18.

σης ἔμελλεν ἡμέρας. σέβουσί τε τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι, εἰς Θεὸν ἀρχαιότατον[t] τῆς Ἰταλίας ἐπι-

2. cunda die erat deſiturus. Colunt vero hoc feſtum Romani, ad deum vetuſtiſſimum, Italiae

t) Hic fuit comma in B. 2. L. al., quod requirat etiam aliud comma poſt ἐπιχ., ubi modo habuit Ms. Bg., v. N.

σέβουσι) Videtur voluiſſe haec σεβ. τε, niſi potius legendum σεβ. δὲ, et quae ſequuntur, per parentheſin ponere, ſed, haec longius producens, in anantapodoton incidiſſe. Ideoque, tanquam ἀπ᾽ ἄλλης ἀρχῆς, ſubiungitur (§. 6.) ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς προϊούσης, etc. *Steph.* De cohaerentia longae iſtius periodi dictum ſupra ad 1, 3, 2. Planius et ſimplicius haec exponuntur in Dionis epitome. *Sylb.*

Xiph. ſunt haec 384, 31. ὁ γὰρ Κόμμοδος ἐβούλετο ὕπατός τε ἅμα καὶ σεκούτωρ ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐκ τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, προελθεῖν, *ſtatuerat* Commodus *ipſe* kalendis *ex eo loco*, *in quo gladiatores aluntur*, una *et* Conſul *et* Secutor *exire*, et l. ult. ἐν γοῦν τῇ τελευταίᾳ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, ἐν τῇ νυκτὶ, τῶν ἀνθρώπων ἀσχολίαν περὶ τὴν ἑορτὴν ἐχόντων, φάρμακον διὰ τῆς Μαρκίας ἐν κρέασι βοείοις αὐτῷ ἔδωκαν, itaque *poſtremo* die *anni*, cum *homines* in *eo* die *feſto* celebrando *eſſent* occupati, *venenum* ei *noctu* per *Marciam* dant *in* carnibus *bovinis*, ut Lampr. c. 17. p. 520. ſqq. etiam tantum de conſpiratione ac nece Commodi tradit, nec, ut Noſter, per epiſodium de feſto die duplici, uno Saturni ſ. Saturnalium, altero Iani, it. de rebus, ad Saturnum Ianumque pertinentibus, quae, repetitae ex antiquitatibus Rom., hinc ad §. 7. tractantur ita, ut corpori hiſtoriae reliquo intexantur artificioſe, vix ut divellas, nec opus ſit parentheſis aut anantapodoti cogitatione; ſicut, tacente cum Mss. etiam P., aliorſumque flectente orationem, apparet, legere Bg. cum Stp. pro τὲ potius δὲ, quod ut ſaepe cum illo confuſum, ita h. l. ſane aptius eſt, ac Noſtro ſolenne in epiſodiis, v. 1, 11, 1., ut et ipſe potius ad hoc inclinem, nec fulcire auſim vulg. τὲ, niſi vetuſta copulandi enunciationes ratione; in τὴν ἑορτ., quo reſpicitur pr. νέον ἔτος, reddente Bg. artic. τὴν per pron. iterum fere e P., ſed tacente Stp. Th. in v. σεβ. de die eoque feſto, hilari, ſolenni, ubi pro magni facere, magna cum veneratione ac religione, opinione, pompa, magnificentia celebrare atque obſervare; unde eius cultus et opinionis quaedam explicatio mox ſequitur et §. 7., ſervante Bg. e P. Lat. ad ἀρχ., ſed non tenente Stp. Th. ſuperlativum, nec formulam ἀναφ. de noſtra re, ubi, repetendo pron. αὐτὴν e pr. τὴν ἑορτ., *referre* feſtum *ad deum* fuerit, deo id tribuere, ut auctori, ac credere, eum id inſtituiſſe primum, nec modo voluiſſe, ut dies hic primus eſſet, ſed etiam docuiſſe, quae eo die agenda, qui ritus ſacri obeundi; quo de novi anni inſtituto die videtur loqui Ovid. Faſt. 1, 149. ſqq., ſed de rebus, tum peragendis, v. 165. ſqq., cf. Nieup. Ant. R. p. 192. m., ubi Ianus etiam *antiquiſſimus* nominatur *deorum* cum teſtibus, non tamen Noſtro, nec Iuv. Sat. 6, 393., cf. G. Th. v. *Ianus*, quod nomen proprium Bg. inſerit e P., perſpicuitatis tantum ergo, cf. 1, 13, 16. e., etiam alio loco, poſt ἐπιχ., non poſt εἰς, ut ille; e quibus locis quanquam potuit ob vicinitatem litterarum excidere, tamen id, cum et Mss. taceant, non in ipſo textu fuiſſe olim, exiſtimo, ſed Noſtrum omiſiſſe, quod contextus ſatis moneret, de Iano ſermonem eſſe, ob adiuncta

χώριον ἀναφέροντες. Φασὶ γὰρ, αὐτοῦ[u] καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς,

3. patrium, (Ianum,) referentes. Aiunt enim eius et Saturnum ipſum, cum a Iove pulſus

u) Ms. Ba. φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ Κρ. v. N.

maxime θ. ἀρχ. et τῆς 'Ιτ. ἐπιχ., ubi Stp. Th. 4, 667. C. m. ſub „indigena, — *patrius*. — Sic ap. Herodi. εἰς θ. — ἀναφ.“ ſine alia Vs., quo Lat. Bg. redditur etiam ad Poll. 3, 51., at ap. G. Th. „dI *patrii*“ ſine explic., cf. Abr. ad Aeſch. 1, 113. m. Ind. Xen. Heyn. ad Virg. Aen. 8, 314., ut ſit deus; in aliqua terra cultus inde ab initio et in primis, et hinc proprius, quomodo hic reddas, ob adiunctum gen. loci 'Ιτ., (ut aliud tale eſt ap. Xen. Cyr. Z. 1, 4, 25. τὰ ἐν Πέρσαις ἐπιχώρια,) quem gen. ſi ſic copulas: procedunt commata poſt duo adi. ἀρχ. et ἐπιχ., in quo poſtr. expleveris particip. ὄντα, quanquam et iungere ἐπιχ. licet cum pr. θεὸν, ubi deinde ſint duo adi. ſine copula, ut ap. poëtas ſaepe, careamusque omni commate, cf. in rem Spanh. de Pr. et u. n. 1, 465. e. „antiquiſſimis Saliorum carminibus Ianum patrem cani ſolitum *deorum deum*, obſervat Macrob. Sat. 1, 9. hoc eſt, quaſi deorum primum et vetuſtiſſimum, ſicut ille ab Herodi. vocatur.“

φασὶ) In Ms. pron. caſu alio αὐτὸν pro αὐτοῦ nihil habemus, quam errorem, ſolennem in ν et υ, aut ingenium librarii, non ferentis genitivum, ita longe ſemotum a ſuo ſubſt. ξεν., cum neceſſarius hic ſit gen., (quia γεν. ξεν. ambigue ſtat ſine eo,) et oſtendatur cum Mss. rel. etiam a P., unde retinet Bg. additum libere pron. aliud *ipſum*; ut non propterea confingam novam lect. αὐτοῦ καὶ Κρ. αὐτὸν, quanquam et alibi καὶ αὐτὸς copulatur, nec luſus in polyptoto et acumine a pron. diverſi ſenſus a Noſtro alienus; cum et alias pateat libertas P., et in ſimpl. καὶ, pro etiam adeo, iam vis ſit ſufficiens, (propter quam pron. a P. acceſſerit,) et καὶ αὐτὸς nihil, quam καὶ iſta notione, cf. 1, 6, 12. m. 1, 9, 5. e. Tum, P. deſerto, Bg. ad v. φ. e Sch., qui in „ἐκβλ. expulſum *imperio*“ pro quo ſevero tenet Bg. e P.; ferente G. Th. illa Lat. omnia, etiam Bg., ſine praep., ſed Stp. Th. 1, 677. A. modo „ἐ. eiicio, *expello*, ἐκβ. ἐκ τῆς ἀ. Iſocr.“ cum eadem praep. ſimul, cf. Ind. Dem. Ael. V. h. et Iſ. Ev., ubi ἐκβ., abſolute poſitum, redditur „regno privatum expellere“ quod ibi procedit per contextum, cum h. l. adiunctus ſit gen. ille τῆς ἀ., qui valens de terris, ſedibus finibusque imperii, et de loco, ubi aliquis imperium habet, qualis et hic de coelo cogitandus, faciet, ut v. ἐκβ. ſumatur phyſice, at tropice, pro privari et eripi, ſi de dignitate aut poteſtate; reſolvente Bg. e P. Vs. correcta poſterius particip. cum alio ordine adiunctorum εἰς γ., in quibus particip., hic iterum cumulatis, non excidit τὲ copula poſt κατελθ. aut καὶ ante id, ob ſimiles litteras, ſed modo poſtr. membrum κατ. εἰς γ., cum in fine enunciationis poſt ξεν. locandum eſſet e dialectica ratione, coniectum eſt in mediam orationem per artificium conficiendae periodi, quia tempore prius erat; tenente Stp. Th. 1, 1270. E. „κ. *deſcendo*, Herodi. l. 1. φασὶ — ξεν.“ tantum e Noſtri auctoritate, cf. L. N. T. Ind. Thuc. Luc. et Ael. V. h. per pravos numeros, pro 4, 25. p. 387. i. *migrare*, ſed h. l. venire deorſum, devenire, cf. Z. ad Vig. p. 619. a. i. Nr. 2., ap. G. Th. cum Gr. n., it. in ſq. Bg. ſubſt. *hoſp.*, quod habet Stp. Th. 2, 1117. C. m., ſed iterum ſine

κατελθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον x. δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν y. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῷ χώρῳ τῆς Ἰταλίας z, Λάτιόν τε κλη-

regno in terram deſcendiſſet,
4. factum fuiſſe hoſpitem: territumque filii dominatu apud ipſum in occulto latuiſſe: unde et nomen inditum fuiſſe regioni Italiae: Latiumque voca-

x) Hic comma in B. 2. L. cum Ox., ſed colon in B. 1. R. et Ed. cum Ms. Bg. y) Hic comma in B. 1. cum Ing., ſed colon in Ed. et Ms. Bg. z) Colon hic in Stp. rel. cum Ms. Bg., ſed hinc vitioſius punctum in Bc., in continua adhuc rectione.

Vs. „Herodi. l. r. φασὶ — ξεν.“ quod, hic paſſ. ſumtum, pro hoſpitio exceptus, et tanquam ſubſt., cum per ſe ſit adi., admittit ellipſin ſubſt. ἀνὴρ ſ. ἄνθρωπος, cf. L. N. T. Schw., tacente L. Boſ. et Ind. Xen. Pol. Z.

δεδιότα δὲ) Pro quo Bg. τὲ iterum aeque fortaſſis eſt e P. ac Stp. m., totum hoc membrum opprimente P., et modo τοῦ παιδ. cum pr. Διὸς ſtatim iungente, ubi Bg. deſerit Sch. *metuentem* et Stp. m., mutans act. in paſſ. cum abl., ſed Stp. Th. in δυν. etiam ignorat Lat. Bg., ap. G. Th. „imperium velut in ſervos“ et durum ac ſaevum, ut hic, i. q. τυραννὶς, qui ſenſus melior, quam alter Stp. in m. P., ſicut δὲ pro γὰρ ab h. l. non alienum. Sed ad ſq. membrum, etiam a P. corruptum, Sch. „κρ. paſſ. *occultantem* ſe *ap.* illum *latuiſſe*, λ. latuiſſe *occultatum* ap. *ipſum*“ (quod accedit ad Stp. m., mutante Bg. participium κρ. in adi. cum praep., qua formula, pari alicui adi. nudo, ut *occultum*, quanquam et hoc proprie eſt particip. a v. *occulere*,) reſpexerit noſtra, *ſich im* verborgenen *aufhalten*, ſ. *ſich* verborgen *aufhalten*, cf. Exc. ad 1, 1, 1. m. e G. Th. in v. *lat.* cum adiuncto Bg. aut ſimili, quo Noſter ſpectat fortaſſis cum redundantia eadem, adiungens v. λαθ. maxime, ut muniret ſibi viam ad ſqq. et etymologiam ſubiectam, ubi ad v. δοθ. Sch. deſerit Bg. e P. „*impoſitum* eſſe *nomen*“ quod eſt potius aliud Gr. illud N. T. Marc. 3, 16, ſq., ap. Schw. L. p. 982. b. e. „ἐπέθηκε λ. *indidit* Simoni *cognomen* Petri“ rurſus per Bg., ap. G. Th. „ἐντίθημι, — imponere, — *nomen* alicui“ ſine alia explic., haud dubie pro ſimpl., cf. 1, 11, 5. m., ubi §. 3. m. ſubſt. τ. χωρ. Bg. cum Lat. al., quod hic e Sch. et ignotum Stp. Th., ubi dediſſem artic. τῷ per pron. *iſti* regioni, ubi Saturnus tum ap. Ianum latuiſſet.

Λάτιον) Putabat igitur, Latium a λανθάνειν, vel potius a Lat. *latere* ita appellatum eſſe. *Stroth.*

Sic Sch. „Λατ. *Latium*, regio Italiae, cuius caput Roma, ſic dicta, quod Saturnus ibi latuerit“ fere cum P., cf. Car. Stp. Dict. Hiſt., qui laudat „Ovid. l. 1. Faſt.“ ubi v. 235. ſqq. *Hac* ego *Saturnum* memini *tellure* receptum. *Coelitibus* regnis *ab* Iove *pulſus* erat. *Inde* diu *genti* manſit *Saturnia* nomen. *Dicta* quoque *eſt* Latium *terra*, latente *deo*, ubi tacent N., ſed ad Dion. H. S. T. 1. p. 772. e. in Orig. gentis Rom. laudatur Virg. Aen. 8, 321., ubi *Primus ab* aethereo *venit* Saturnus *olympo*, Arma *Iovis* fugiens, *et* regnis *exul* ademtis. *Is* — Latium *que* vocari *Maluit*, his *quoniam* latuiſſet *tutus* in *oris*, ubi R. metaphr. *in* hac

θῆναι, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὴν [a] ἐπιχώριον παραχθέν. διά ταῦτά τοι καὶ μέχρι νῦν

tum, a Graeca voce in vernacu- Iam facta eius derivatione. 5. Propterea ergo usque adhuc

a) Ms. Vi. εἰς τὸ ἐπιχ. mendoſe.

regione, et N. „Latium Italiam appellavit, quod in ea contra filii inſidias latuiſſet" cf. G. Th. v. *Latium* cum Varronis alia notatione, quarum priorem modo, Noſtri immemor, repetit Cell. in Not., orb. ant. 1, 630. e. Nieup. Ant. R. p. 194. m. Lud. Carr. in Emend. 2, 18. ap. Grut. Lamp. T. 3. P. 2. p. 182. e. cum Cyprian. de idol. vanit. 1, 2. p. 151. i., tacente prorſus Stp. Byz., ſed brevius iterum agente P., (ubi Sch. κλ. „appellatum eſſe" repetendo pron. τοῦτον e pr. τῷ χ.) planeque negligente membrum ſq. ἀπὸ λ., ubi Sch. in Ἑλ. et φ. cum Bg., deſerto Stp. in m., qui in Th. „Ἑλ. ἡ, adi. interdum pro Ἑλληνική, — ut quum dicunt Ἑλλάδα φωνὴν, (ſine auctore et Vs., ut 4, 301. C. ſqq. in φ. ſub Lat. *vox* nihil, at p. ſq. A. m.) φ. lingua, ut dr. lingua Graeca, (modo cum Gr. his,) Aeſch. ἑλληνίζων τῇ φ. Sic et ap. Herodi." ſine loco; tandem ut redeat eodem, ſi cum Stp. reddas *e* Gr. *ſermone*, quanquam hoc eſt magis perſpicuum, ne Bg. ſumatur pro Lat. *vocabulo*, cf. de φ. Ind. Xen. Z. Pol. et Mem. S., ſed de formula tota Luc. 1, 331. l. 84. 2, 76. l. 48., ap. quem et ſyn. 107. l. 94. Ἑλληνικῇ φ., Graeca *lingua*, et ſine Ind. 139. l. 67. Ἑλλάδα φ., per liberam Vs., ſine artic., abſque diſcrimine, quo loco uſus Fi. ad Well. p. 297. m., de enallage agens „qualitatis, quum ſubſt. pro adi. ponitur, τὴν Ἑ. φ., linguam *Graecam*" cum artic. tamen proferens, cf. Zoſ. 4, 36, 2. εἰ πρὸς τὴν Ἑ. φ. ἡ προσηγορία μετενεχθείη, *ſi* vox *iſthaec* Graecam *in* lin. *transferatur*, pro quo Dion. H. S. T. 1. 53, 31. καθ' Ἑλ. γλῶσσαν, *Graeci* ſua *lingua*, quod ſubſt. ſupplent ad N. T. Apoc. 9, 11. ἐν τῇ Ἑλληνικῇ L. Schw. et Krb. cum L. Boſ. Ell. p. 68. i., ubi et aliud genus „τὴν Ἑλλήνων συνιᾶσιν, Graecam *intelligunt*" ubi tamen aeque ſuppleas noſtrum ſubſt., faciente Sch. cum Bg. in „ἐπ. vernaculam *vocem*" forte e Stp. Th. 4, 667. D. „Luc. φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ, ſermone *vern.* ſ. lingua *vern.*" quod ſine Ind. eſt 3, 82. l. 2. *Galli* ſua *lingua*, cf. Bud. C. 106. e., ap. G. Th. ſine Gr. „vernacula *putatio*, i. q. Italica" ut hic, ſ. Romana ac Lat., deſerente Sch. denique Stp. m. in v. „π. *nomen* traductum *a* Graeca *voce* in *vern.*" cf. Ind. Sb. infra ad 5, 7, 5. ſed tenente Stp. Th. modo notionem 1, 80. G. „pro *deducere*, i. derivare, ea ſignif., qua uſurpant grammatici" a Bg. per phraſin ſyn. expreſſa, etiam alio participii caſu, it. petito pron. αὐτὸ e pr. Λατ., cum reſpiciat Sch. potius ſubſt. ſuperius ὄνομα, quorum modus Bg. ſeverior eſt, ut tamen vel ſic in Λατ. aſſumendum ſit ſubſt. aliquod, aut Sch., aut Lat. *vocabulum*, nobis *indem dieſer* Name, *dieſes* Wort, *aus* der *Gr.* Sprache *in* die *vaterländliche* iſt *abgeleitet*, übertragen *worden*, ut ſit i. q. Zoſ. μεταγ. et ſenſus, dum ſ. ita, ut e Gr. λανθάνειν ſ. potius λαθεῖν mutaretur primum in Lat. v. *latere*, et hinc in ſubſt. *Latium* deflecteretur, alia finitione adhibenda, et quibusdam addendis litteris in vocabulo extremo, quae proprie eſt Graecorum et Grammaticorum *paragoge*, cf. Ind. Xen. Pol. et Cyr. Z.

διὰ ταῦτα) Deſerto P., iterum Bg. haec vertit cum Sch. in v. οὗτος e., ut Stp. Th. ſine auctore 1, 981. G. 2, 1556. D., nec cum ſupplemento

Ἰταλιῶται τὰ μὲν Κρόνια [b] Itali Saturnalia quidem prius

b) Ms. Ba. κρόνεια v. N.

ſubſt., nec ap. L. Boſ. Ell., qui tamen eo devenire poterat per ſuum affine ſing. „δ. τοῦτο, ſub. αἴτιον“ p. 22., quanquam aeque ſupplebitur πρᾶγμα, cf. G. Th. in Bg. „διὰ τοῦτο, — ob eam cauſam“ qui nec ipſe cogitat de ellipſi, nec Lindn., ubi valent Lat. *negotia* ſ. *momenta*, (vulgo *motiva*,) ut Lat. Bg. melius quoque dividetur; tenente Sch. „τοι, partic. encl., aliis voculis ornatus fere gratia tantum annecti ſolita, δ. τ. τ. *quocirca*, ſ. *equidem* propterea“ in pr. e P., qui nihil reddit, quam pr. δ. τ., ut Sch. haurit illud de ornatu e Bud. C. 1271, 22., ſed illam vim deminuendi ſ. coërcendi pro *equidem*, i. quidem, e Dev. p. 352. e., dum Stp. Th. 4, 118. inclinat ad Bud. C., ſed Hoog. Op. p. 1152. ſqq. ſtatuit modo duplicem notionem, affirmandi alteram, pro ſane ſ. re vera, alteram illativam, pro „ob hanc rem, ideo, quare“ quae Lat., proprie ſumta, in noſtrum locum non cadunt ob pr. diſertum διὰ τ., ſed tamen pro Lat. *igitur* ſ. *itaque*, quae ſunt ſyn. illi Bg., ap. G. Th. „οὖν, τοιγαροῦν, τοιγάρτοι“ in quam notionem comparaverim illud obvium διὰ ταῦτα τοίνυν ſ. οὖν, et proderunt, quae in iſtis Gs. compoſ. ſunt ap. Suid. 3, 514. m. et Heſ. 2, 1397. e. it. in L. Stp. Ern. et N. T., ut et μέντοι, quod pro οὖν ſtare videtur interdum, cf. Xen. Cyr. Z. 1, 4, 9. i. et e., unde nec opus ſit ſuſpicari, legiſſe Bg. δή, quae duo alibi variare vidimus; ſicut et h. l. ſufficiunt vulgares notiones illae, de quibus in Exc. ad 1, 2, 9. i., adverſandi quidem et affirmandi, cf. totam Noſtri formulam ap. Ael. V. h., Ind. „τ. partic. expletiva, δ. τ. τ. *propterea*“ ſed in Vs. 2, 41. p. 177. m. *quam* ob *cauſam*, at 4, 20. p. 376. propterea *ſane*, et 13, 44. p. 923. e. καὶ δ. τ. τ. *atque* ideo *etiam*, ut in ἐγώ τοι, Ind. Xen. Cyr. Z. per *equidem* reddito, aeque valet Lat. *ego vero*. Sed in ſq. καὶ μ. ν. Bg. opprimit iterum καὶ, pro ſimpl. *etiam*, et pro ſevero *etiam* usque *adhuc*, ſ. *usque* adhuc *etiam*, ut plene noſtrates quoque habent *auch* bis *ietzt*; ferente G. Th. tantum „*usque*, μ. — *usque adhuc*, — *adhuc*, μ. τούτου, — ad hoc tempus“ ſed Sch. in „μ. etiam *nunc*, νῦν, — etiam *nunc*, usque in praeſentem diem“ quorum prius eſt e P., ap. G. Th. cum ſyn. *etiamnum* ſine Grr. 419, 34. ſqq. expoſitum per „usque nunc, usque ad id tempus“ etc. ſed Stp. Th. modo in μ. 2, 908. E. „μ. τοῦ νῦν, ſc. χρόνου, q. d. usque ad tempus, quod nunc eſt, (pro μ. τοῦ νῦν ὄντος χρ.) μ. iungitur et adverbiis, ut μ. νῦν ſ. νυνὶ, Dem. pro μ. τοῦ νῦν, (ſine Ind., ubi nec affine hoc, ἔτι καὶ νῦν, quo de infra, ſed Stp. rurſus p. 1678. B.) μ. τοῦ νῦν, usque ad hoc tempus“ quod ſolum habet Vig. p. 408. Nr. 6. et Ind. Fi. Pal. „μ. τ. ν., usque adhuc, (ſed in v. νῦν) καὶ νῦν, etiam nunc“ ut Ind. Diod. S. καὶ νῦν ἔτι ex 1, 13. l. 82. nunc *quoque*, at 231. l. 8. μ. τοῦ νῦν, *hodieque*, cf. L. N. T. in ἄχρις ſ. ἕως τοῦ νῦν, quo ſine articulo Noſtri rationem, non amplius repertam, defendat tamen analogia Lat. in *usque nunc*.

Ἰταλιῶται) Pro hoc P. legit Ῥωμαῖοι, quia ſcilicet mox ſequitur Ἰταλ. ἔθει. *Sylb.*

An haec cauſa ſit, non dicam, cum ibi plane nihil expreſſerit ille, e quo Sch. retinet in Ἰτ., ſed et partim in „Κρ. *Saturnalia*, feſtum Saturni, quod ante initium anni celebratur“ ſatis infinite, at ap. G. Th. cum Gr. n. „ſacra antiquiſſima ap. Rom., decembri menſe — per dies ab uno ad ſeptem diverſo tempore celebrata, memoriam referebant illius

προεορτάζουσι[c] θεῷ τῷ λαθόν- celebrant deo, qui latue-

c) Ms. Ba. προεορτάζουσι· θεῷ δὲ τῷ λαχόντι τήνδε, τοῦ λ., ſed Ms. Vi. modo θεῷ δὲ τῷ λαχόντι, at Ms. Ve. tantum λαχόντι cum edd. A. B. Par. 1., tum poſt λαχ. in A. cum B. 2. L. comma, ſed in rel. Bss. punctum, ut duo puncta in Par., at poſt λαθ. colon in Ox. et Ed., in quibus et honorifice τῷ Λαθ. per elementum grande, v. N.

temporis, quo Saturnus, in regni ſocietatem a Iano receptus, felicem et quaſi auream aetatem Italiae populis, (qui ſunt Noſtri hic Ἰταλιῶται, cf. alibi,) praeſtitit. Igitur vacabant a labore omni, convivia agitabant, dona miſſitabant, rel.“ cf. §. 7. et Nieup. Ant. R. p. 195. m. „feſtum *Saturnalia* — celebrabatur menſe Decembri, per quinque ſ. ſeptem dies, rel.“ ubi inter laudatos in N. non eſt Lipſ., a Gs. adhibitus, Op. T. 3. Sat. ſerm., ubi p. 10. e. 12. m. de nomine, p. 15. ſqq. de numero dierum, cf. de Saturnalibus libellus academicus Ge. Theoph. Boerneri, Lipſ. 1751. 4., ubi c. 2. p. 12. ſqq. „de tempore, his feriis dicato“ quod optime oſtendet Kalendar. Rom. ap. Nieup. l. l. p. 464.

December

A 17 16. *Saturnalia* incipiunt, et per tres dies durant, quibus adduntur *Sigillaria*, quae ſeptem dies complent. Macr.
b 18 15.
c 19 14. *Opalia* et *Saturnalia*. Macr. Varr.
d 20 13.
e 21 12. *Angeronalia*
f 22 11. *Feriae* Larib. *Dicatae*. Macr. *Compitalia*.
g 23 10. *Feriae* Iovis. *Larentinalia*, caet.
A 24 9. *Iuvenalis dies* VIII Saturn. additus. Suet.
b 25 8.
c 26 7.
d 27 6.
e 28 5.
f 29 4.
g 30 3. *December*. Saturno Sacer.
A 31 Pridie. „Unde intelligitur non tantum hoc, Saturnalia duraſſe ad ſummum usque ad IX Kal. Ian. ſ. XXIV Decembr., quem diem ſequuntur modo ſeptem dies usque ad ipſum novum annum, ſed et illud, quo ſenſu capiendum Noſtri v. προεορτ., nec de proximis et ultimis plane diebus menſis Dec. et ante novum annum, ſed paulo latius; quanquam dubitatio mihi eſt quaedam, cur in illo Kalendar. poſt *A* 24 9., qui finis erat Saturnalium, poſtque nudos dies *b*—*f*, redeat deinde *g* 30 3. cum illis *Saturno Sacer*, quae et ipſa poſſint accipi de Saturnalibus, et ſic, quaſi alio tempore celebrata ſint a XVII ad XXIV Dec., alio autem tantum XXX illo die et forte adhuc ſequente XXXI., unde anguſtius ſumetur Noſtri v. προεορτ., prorſus ignoratum a Stp. Th., et a me repertum modo in L. Ern. cum Lat. a„nte ſ. prius ago diem feſtum“ ubi Bg. e P. per verbum ſimplicis notionis, cf. 1, 7, 3. e., ſed de ſuo ſervat dat. perſ., qui eſt honoris, et pro in honorem eius dei, qui latuerat. Denique in Ms. ſcripturam iam Sb. Ind. „Κρονείοις, *Saturnalibus*, per ει etiam Pal. 438, 23. (Xiph.) uſitatius Κρόνια“ quo modo nos deprehendimus tantum, praeter l. l. ap. Lipſ. p. 10., etiam ap. Stp. Th. aliunde, Ruhnk. T. L.

τι, τὴν δὲ τοῦ ἔτους ἀρχὴν[d] ἱερο-μηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς Ἰταλίας ἔθει. διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ	rat, anni autem initium ſacrum agitant Italiae deo. 6. Bifrons autem eius colloca-

d) Hic comma habuere B. 2. al., v. N.

p. 2. a. N. 4. Poll. 1, 37. Suid. 2, 379. i. Heſ. 2, 353. m. cum N. 9. Dion. Caſ. p. 957. l. 13. Luc. 1, 696. l. 69. et 2, 723. l. 88.

θεῷ τ. λαθόντι) In aliorum edd. male *λαχόντι*. *Steph.* Male in Ven. λάχ., quod et Scheid. in nonnullis Codd. exſtare, notat. Simili errore ap. Euſ. H. E. l. 3. c. 6. exſtat χεῖρας pro θύρας, quod eſt ap. Ioſ. B. Iud. l. 6. c. 27. *Stroth.*

Sch. „λ., *ei*, qui *latuit*. Male in quibusdam Codd. λαχ.“ credo, e Stp. tantum N., pro huius *edd.* ponens *Codd.*, quos nullos Mss. ille adhibuit, quorum Ven. lectio poteſt habere lapſum in litteris θ et χ ſingulis, e maiuſcula in primis forma, ſed in Mss. rel. aliae ſunt ſimul res, ac, praeter diſtinctionem poſt προεορτ., quoque δὲ inſertum, et τήνδε una voce copulatum cum novaque interpunctione, qua ſublata et poſt ἀρχ. poſita, exiſtat haec ſententia, *deo* autem *ei*, qui *ſortitus* eſt *illud* anni *initium*, ſacrum *agitant* Italo *more*; ubi v. λαγχάνειν cum acc. rei fuerit tropice, ut alias, et *qui* ſortitus *eſt* anni *initium* pro cui aſſignatum anni initium ſ. ſacrum eſt, qui adeptus eſt hoc, ut primus anni dies celebraretur in eius honorem; quod cum §. 2. et mox ſq. conſiſtit per copiam quandam in narrando: ſed moleſtiſſimum eſt τήνδε, non habens commodum ſenſum, niſi pro ſimpl. artic. τὴν, (ſine notione qua,) ſ. pro Lat. *ille*, de re quadam priori, nota, praeſenti; ut ſit, anni initium, quo de hic ſ. nunc agitur, utque referatur ad §. 1. e. νέου ἔτους. Verum, quoniam lectio vulg. ſententiam habet nec abſurdam, ut deinde patebit, et faciliorem minusque impeditam: nihil hic reperio, quam Gloſſatoris ingenium, qui, cum deprehendiſſet primo λαχ. vitioſum, deinde τήνδε ſic copulatum e vetuſta ſerie, adiuturus textum laborantem, diſtinxerit poſt προεορτ., et δὲ inſeruerit, ut alibi; in quo δὲ nec latere puto δὴ, pro Lat. *ſcilicet*, quanquam alias haec duo confunduntur, quaſi fuerit, προεορτάζουσι, θεῷ δὴ τῷ λαθόντι, τὴν δὲ λ., quod δὲ poſtremum agnoſcit P., non item veteris lectionis omnia, ut θεῷ τ. λ., vel quia in ſuo exemplo habuit λαχ., unde ſe non poſſet expedire, vel quia noluit repetere ob §. 4. i., cum ſane hic in Noſtro ſit iterum quaedam narrandi ſimplicitas, quae priora repetit, cum aliqua variatione tamen.

τῷ τῆς Ἰτ. ἔθει) immo vero θεῷ. *Reisk.* Legendum puto θεῷ pro ἔθει. Tam praecedens θεῷ τῷ λαθ., quam ſequens διπρόσωπον αὐτοῦ τὸ ἄγαλμα id requirere videtur. *Stroth.*

Etiam Leisn. in m. Ox. θεῷ adſcripſit, et ad Ms. Bg. „pro τῷ τ. Ἰτ. ἔθει legit τ. τ. Ἰ. θεῷ“ praeter ea, quae in Progr. dixit, fere cum Strothi cauſa poſteriore, quam et ſeparatim in m. Ox. notarat „illud αὐτοῦ quorſum referas?“ Haud dubie ad aliquam pr. perſonam, non illam remotam θεῷ τῷ λαθ., qua de hic non amplius ſermo poteſt eſſe e lectione vulg., et quia repugnant antiquitates et hiſtoria, quae anni initium non Saturno tribuunt, ſed Iano, qui et mox clare innuitur, et, cum variatione quadam iterum pro §. 2. θεὸν ἀρχ. τῆς Ἰτ. ἐπιχ., pluribus deſigna-

ἵδρυται τὸ ἄγαλμα[e], ἐπειδὴ εἰς tum eſt ſimulacrum, quia in

e) Ms. Ba. et Vi. αὐτοῦ τὸ ἄγ. ἵδρυται· ἐπ. v. N.

tus, hic breviter ſignificatur per emendationem iſtam τῷ τ. Ἰτ. θεῷ, cuius litterae maiuſculae ΘΕΩΙ ſane non multum diſcrepant a vulg. ΕΘΕΙ, ad quam coniecturam deducunt et illa P. §. ſq. „eſt *que* eius *dei* biceps *imago*" ubi ille potuit orationem contraxiſſe, ut alibi, et illuc transtuliſſe ſubſt. θεῷ, pro quo tamen aliquando coniiciebam potius ἕδει, cum ΕΔΕΙ ſic magnis elementis vicinius vulgato ΕΘΕΙ videretur; in quam rem comparabam duas τοῦ ἕδος notiones, primo cum eſt delubrum ſ. aedes. Nam, ut Lat. *delubrum* pro deo ipſo dr., locusque pro perſ., quae in eo loco eſt, cf. G. Th., ſicut coelum pro deo: ſic ἕδος, proprie locus numinis ac ſimulacri divini, videbatur dici poſſe de perſ. et deo ipſo, variandi cauſa. Tum, quemadmodum ex eodem G. Th. *delubrum* ponitur pro ſimulacro dei, quod in loco aliquo habetur: ita ἕδος, pro ſimulacro acceptum, putabam uſurpatum a Noſtro pro deo ipſo, per tropum et metonymiam illam ſubiecti ſ. adiuncti, maximeque ſigni pro re ſ. perſ. ſignata; ut contra *dea* adhibetur pro eiusdem ſimulacro, cf. v. c. Virg. Aen. 1, 446. ibique Heyn. et Luc. 3, 485. e. περιενείκαντες τὰ ἱρὰ περὶ τὰ δένδρεα, circumlatis *circa* arbores *diis*, ubi Gs. N. „ἱρὰ ſunt ſigna ipſa, antiqua religione ſacrata, dii quaſi ipſi, rel." bene comparans Lat. *ſacra*, et in Th. v. e. 256, 25. de ſimulacris intelligens. Sed iſti analogiae non multum tribuebam, cum non reperirem diſertum exemplum, ubi ἕδος pro deo, nec notionem iſtam ab aliis propoſitam, cf. Stp. Th. L. Ern. Suid. Heſ. Thom. M. p. 265. Ruhnk. T. L. p. 67. cum Mor. Ind. Xen. Hell. et ad Iſ. Pan. p. 112. N. 1. it. Sb. Ind., magisque et ipſe inclinabam in partes Bg., aliter legentis haud dubie, quanquam Sb. in N. per haec „Gr. ſonant, *more* Italico *concelebrant*" nihil novabat, leviter modo corrigens P., qui in hac regione prodit vulg. ἔθει, unde in illis ſq. §. libere addiderit *dei*; praebente Sch. modo in „ἔτ. anni *initium* quod feſtum Rom. ἀρχ. principium *anni*, novum annum, ἄγ. celebrant *feſtum*, ἱερ. dies feſtus, ſtato menſe celebratus, — i. ἄγειν τὴν τοῦ ἔτ. ἀ. *initium* anni *concelebrare*" fere cum P., ſed Stp. Th. 2, 921. B. „ἱερομ. dies menſis, in qua feſtum aliquod celebratur, — etiam generaliter pro die feſto, — Herodi. l. 1. καὶ μεχ. — πε. θ. τῷ λαχόντι, τὴν δὲ — ἔθει" ſine Vs. cum lect. alia, qui 1, 61. i. v. ἄγειν non tenet per Lat. Bg., (ſed per *celebrare* et *agere*,) nec cum ſubſt. noſtro ἱερ., in hoc ipſo tacens iterum p. 1647. B., dum Bg. hic iterum utitur frequent., pro ſimpl. illo Stp., opinor, ap. G. Th. non explicata formula 226, 45. ſqq. (nec perſpicue ad Ter. Heaut. 4, 4, 11. a Wſth.) nec 215, 24. *feſtos dies* anniverſarios *agunt*, quod h. l. cum Gr. Noſtri valet pro Stp. iſto celebrare ſ. obſervare, cf. Hſth. ad Ar. Pl. p. 202. b. N. 74. Ind. Xen. Cyr. Z. Ael. V. h. Abr. Dil. Th. p. 533. i., et i. q. ſupra τελεῖν ſ. ἐπιτελεῖν, cf. Heſ. 1, 64. m. ἄγουσι, — ἐπιτελοῦσιν, ſine N. nec coll. Suid. 1, 35. m. 2, 42. m. ἦγεν, ἐτέλει, γυμνικοὺς ἀγῶνας ἦγεν, *certamina* gymnica *celebravit*, cf. 1, 9, 4., et i. q. ap. Stp. Th. l. l. „ποιήσασαν ἱερομηνίαν, quae *feſtos* dies *inſtituit*" quo ſenſu univerſo et Bg. cepit hic ἱερ., cf. Suid. 2, 101. i. Heſ. Ruhnk. T. L. p. 108. Poll. 1, 34. N. 56. ad Thuc. p. 202. N. 45. et Addend. p. 672. a. i. ad p. 350. cum Abr. Dil. p. 333. m. et D'Orv. Ch. p. 515. m. „hic ἑορτῇ" bene, ut Noſter variet modo cum §. 2. i. 7. i., quocum ſubſt. eſt

αὐτὸν [f] ὁ ἐνιαυτὸς ἄρχεταί τε ipſo annus incipit et deſi-

f) Ms. Ba. αὐτὸ ὁ ἐν. v. N.

etiam ap. Luc. 3, 169. l. 55. ἐν ἑορτῇ καὶ ἱερ. *feſto die* atque *ſacro*, plane cum Bg., Ind. Dion. Caſ., ubi non male per Lat. *feriae*, it. 954. 91. 153, 53. 76. et ſine Ind. ap. Dem. 525, 5. 18. 710, 2, 9. 715, 22. et per Noſtri formulam 709, 16. ἁπάντων ἀγόντων ἱερ., ſq. l. 19. τῆς ἑορτῆς et l. ult. ποιησ. ἱερ., ap. G. Th. „*ſacrum*, — ſubſt. vel (adi.) intellecto nom. opus (ſ. negotium, de qua ellipſi nihil Lindn.) quidquid peragitur aut efficitur — in honorem dei, (quae tamen notio hic ap. Noſtr. eſt iterum in adiuncto dat. perſ.) Frequens in primis eſt de ſacrificiis et cultu externo“ quae talibus feſtis diebus peraguntur, Noſtro hic non ſeparatim tangente ſacrificia, epulas, ludos ac ferias, (ut quae per ſe iam inerant in ἑορτῇ et feſto die,) ſed §. 7. alios ritus quosdam; etſi de Bg. Lat. dubitari poteſt, utrum ceperit pro ſubſt., an pro adi., quod pertineat ad pr. ſubſt. *initium*, ut ap. G. Th. 255, 55. „*ſacra* celebritas *eſt*, vel quum ſacrificia diis offeruntur, vel quum dies divinis epulationibus celebratur, vel quum ludi in honorem aguntur deorum, vel quum feriae obſervantur“ unde *ſacrum* anni *initium* ſit, in quo ſacrae res illae fiunt; me quidem ſumente hic in Gr. τὴν τοῦ ἐν. ἀρχ. acc. in ellipſi pr. κατὰ, ἀνὰ, λ., pro ſub anni auſpicium, it. ad ſ. per anni initium; quo et reſpicere videtur comma in edd. poſt ἀρχ., cf. L. Boſ. p. 514. e. cum N. ad Vig. p. 612. b i., unde Bg. *ſacrum* pro ſubſt. erit, etiam, ubi Lat. *tanquam* ſuppleas, cui reſpondens ὡς ſi ad Gr. ἱερ. expleatur: in membro pr. ellipſi illa non opus fuerit.

διπρόσωπον) Mss. alius ordo, in v. ad extrema reiecto, nihil prodeſt ad laevitatem, ſed modo ad rectionem ac ſitum viciniorem pron. α. cum ſuo ſubſt., gloſſa ut appareat; notante Leisn. in Ox. ſua non modo ſupra αὐτοῦ nomen Ἰανοῦ, ſed et in marg. „Minuc. Fel. p. 206.“ ed. Cell. p. 75. i. Ianus *vero* frontes *duas* geſtat, *quaſi et averſus incedat*, ubi N. ſilet, ut et in ſubiecto ib. lib. Cyprian. de idol. vanit. 1, 4. p. 151. *Hunc*, Saturnum, *fugatum* hoſpitio *Ianus* excepit, *de* cuius *nomine* — menſis *Ianuarius* inſtitutus eſt. *Ipſe* bifrons *exprimitur*, quod, *in medio* conſtitutus, *annum* incipientem *pariter* et *recedentem* ſpectare *videatur*; quae cauſa fere cum Noſtri illa in ſqq. convenit, aliis aliam reddentibus, cf. Nieup. A. R. p. 93. et Ovid. Faſt. 1, 65. *biceps*, (quod hic ap. P.) it. v. 230., ſed v. 89 *biformis*, poſt quae ſequuntur cauſae, etiam v. 133. ſqq. it. Fabr. Bibl. Ant. p. 343. et G. Th. v. *Ianus*, ubi in Bg. „qui geminam frontem ac faciem habet“ de Iano tantum e Virg., cf. Ind. Luc., Noſtri totam hanc §. tenente Stp. Th. 2, 1403. E. per Lat. P., qui in rel. liberior, ſed Sch. in „ἱδρ. *collocatum eſt* ſ. *ſtat* ſimulacrum“ quorum Bg. Lat. novit Stp. Th., non item paſſ. de ſtatua, cf. Ind. Thuc., hic ut ſit opus ſupplemento, v. c. in templo, cf. Nieup. l. l. „in quo templo ſtatua eius erat bifrons.“ Sed Sch. in „ἐπ. *quandoquidem*, ut, *quod*“ e P. retinet medium Lat., ne noſcente quidem Stp. Th. notionem illam Bg. cauſalem, quanquam certam vel e ſimpl. ἐπεὶ, cui acceſſit δὴ, pro Lat. *ſcilicet* ſ. nempe, quo non reſpicit Hoog. Op. p. 411. Nr. 6., ut nec Stp. Th. rectionem in v. utr. cum pr. εἰς, in quam rem tenebam modo e Xiph. 385, 11. ἐς αὐτὸν ἡ οἰκία ἐπαύσατο, *in* quo *domus* principatum *amiſit*, immo *in quo* ſ. *cum quo* domus *finiit* ſ. *deſiit*, pro dupl. praep. P.

καὶ παύεται [g]. ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς προϊούσης [h], ἐν ῇ μάλιστα

7. nit. Hoc feſto procedente, in quo potiſſimum Ro-

g) παύσεται B. 2. mendoſe. h) Ms. Ba. προσιουσ. quod Stp. malebat, ſed δὴ non item. *Mart.* In Ms. Vi. etiam προσιουσ. cum ed. Ing., v. N.

pro privatus Schol. Thuc. 4, 2. Ind. Xen. Mem. S. Rs. Or. V. 9. p. 426 i. V. 10. p. 467. m. Harl. Dem. pro Cor. p. 198. e. N. 48. p. 146. N. 47 Ienſ. L. Luc. p. 90. e., pro plebeius Caſ. ad Ath. T. 2. p. 95. e., quod tamen negare videtur Rsk. l. l., pro civis L. Boſ. ad Io. 1, 11. p. 56. e. it. Obſ. Miſc. Amſt. V. 10. p. 9., ubi dicitur, a πολίτης diſtingui, quod forte adiuvat Thuc. 2, 8., ubi v. N. it. Schol. ad 2, 65., quanquam cum Duk. ed. Verſ. hic locus etiam referri poteſt ad notionem pr. pro privatus, denique pro ignarus et imperitus Gatak. ad Ant. p. 12. a. F. ſq., qui tamen ad p. 193. b. A. errare videtur, ex illa oppoſitorum lege, ad Luc. 1, 484. N. 5. p. 551. N. 86. p. 808. N. 33. p. 825. N. 7., tum 2, 673. N. 68. Ienſ. L. L. l. l. Alb. Gl. N. T. p. 135. N. 26. Krb. Obſ. ad N. T. p. 312. e. it. Epict. Heyn. p. 127. N. ad §. 6., me quidem ſic ſtatuente, eſſe primo ſubſtantivum, et pro adi. cum ſubſt. poni, ut alia ſubſt., tum, ortum ex ἴδιος, habere cum hoc communes notiones maxime duas, ut valeat 1) proprius ſ. peculiaris, oppoſitus alieno, et quidquid alicuius eſt certi tantum, nec alterius; unde Heſ. 2, 21. m. ἴδιος, ἰδιώτης, cf. Suid. 2, 95. i.; quorſum et refero Ariſt. l. l. ἰδ. θεοὺς, proprios *deos*, quos colit unus aliquis, nec alii ſimul; a quo et dr. de familia, (ut ſit i. q. domeſticus et propinquus, Schol. ὁ πρὸς γένος ἴδιος,) aut de urbe et civitate, ut, ξένῳ oppoſitus, ſit civis ſ. ſaltem inquilinus, 2) ſolus ſ. ſingularis; unde dr. a) de re, ut ap. Palaeph. c. 37. clava Herculis, quae ſola eſt, i. foliis nudata et privata, cf. Ind. b) de perſ., ſi eſt ſine munere ac dignitate, et hinc ſaepe in nullo pretio, vilis et contemta, ſed in grege ac plebe, plebeia, vulgaris, vel quoad locum et ordinem, vel quoad ingenium, animum, ſenſum, mores, notitias, cf. Rsk. Au. ad Gr. auct. V. 1. ad Dion. Caſ. p. 37. e. 171. e. it. βίος ἰδ. ap. Stp. Th. et Schol. Epict. l. l. ὁ μεμονωμένος, (ut Lat. *privatus* i. q. orbatus, ſolus, derelictus,) it. cum opponitur magiſtratibus, h. e. iis, qui gerunt munus publ., ubi, pro varia munerum natura aut reip. forma, Lat. varie exprimitur, ut, ſummo magiſtratui ac regi univerſe oppoſitus, valeat privatus, ſed praecipue urbano, ſit civis, et militari, vilis gregariusque miles. Quando autem ἰδιῶται civitatibus totis opponuntur: ſunt homines ſinguli ſ. ſingulares, ab eadem manifeſto notione; cum ſoli cogitentur ac ſeparati a reliquo velut corpore civitatis ſ. civium; a quo et derivo, quum oppoſiti militibus, dicuntur pro civibus ſ. plebeiis, ut ap. Xiph. in fine Commodi, cf. infra ad 1, 14, 9.; ſicut denique, quod ἰδ. pro rudis, ignarus, rel., ex hoc eodem altero, cum quis eſt ſolus, in ſolitudine remotusque ab aliis hominibus, unde quid cognoſcere poſſit ac diſcere; ubi interdum opponitur iis, qui ſunt parati a litteris, artibus, uſu experientiaque, ſed interdum eſt ſine manifeſta relatione quadam, et interdum cum aliquo adiuncto rei, per caſum vel gen., ut τῶν τοιούτων, it. τοῦ ἔργου, vel dat. ſ. abl. v. c. τῷ λόγῳ, vel acc., tanquam ἰδ. τὴν φωνὴν, ubi ellipſis eſt praepoſitionum, diſerte interdum additarum, κατὰ, περὶ et ὡς πρὸς, cf. ſupra laudatos.

1, 1, 3. e.

— εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα λόγων ἀρετῇ δόξῃ παρέδωκαν, τῆς ἀληθείας μείζονι.

Super huius loci extremis placet incipere, ubi Stp. in Praef. in Examen Interpr. Pol. pro *ſupra* veri *fidem ſuſtulerunt* vult reddi *ſupra* verum *ſuſtulerunt*, et in Th. 2, 837. E. „μείζων ἀληθείας, maior *veritate*, ſ. *vero*, ſ. *fide veri*, (quanquam extremum hoc mox reiiciens, praefe-

renſque Verſ. noſtri loci hanc,) *ſcribendi* artificio *res* tenues *atque* humiles *in* opinionem *vero* maiorem *adduxerunt*. Sed quia durior haec aliaque huiusmodi ad verbum interpretatio videri poſſit: ſatius fortaſſe fore, iſta aut ſimili paulo liberiore et faciliore uti, *ſcribendi* artificio *effecerunt*, ut *res illae* maiores *creditae ſint*, quam *re* vera *fuerint*.“ Quae contra Stp. pro P. oppoſuit Boecl. in Animadv. in Exam. Verſ. P., nihil efficiunt, ſed pro Stp. etiam aliquid haec Leisneri, e Vol. diverſo ſumta. „Stp. corrigit haec recte. Differunt omnino *maiora vero* et *maiora* veri *fide*. Illa ſunt falſa, haec incredibilia quidem, vera tamen eſſe poſſunt. Quod Phaedra crimen in Hippolytum conferebat, id erat maius vero, ſed non erat maius fide veri. Comparetur haec Herodiani locutio cum illa Ovid. Triſt. 5, 6, 42. *vero* eſt *noſtra* querela *minor*. Nam eodem modo δόξα ἀληθείας μείζων verti poſſit *gloria* vero *maior*, ſ. τὸ *vero* ſit pro aequo, ſ. pro veritate. Priori ſenſu fuerit gloria iuſto maior. *Verum* pro iuſtum, ἀληθὲς, ἀλήθεια pro iuſtum, paſſim, v. Cort. ad Sall. Cat. 35. p. 212. — δόξα ἀλ. μειζ. eſt δόξα μείζων, ἢ ἐστι, maior, quam re vera eſt. Sic Xen. Oec. 10, 2. exponit. Aliter accepiſſe locum videtur Bg. et legiſſe προύδωκαν, quum vertat, *viles et parvas res virtute orationis cum* ſpecie *veritatem* ſuperante *tradiderunt*; quanquam non eſt negandum, etiam προδιδόναι interdum abſolute poni pro tradere poſteritati ſ. prodere memoriae. Mihi locus videtur etiam ſic accipi poſſe, *viles et parvas res* dicendi *arte* famae *tradiderunt* iuſto *maiori*, h. e. eas res vero magnificentius praedicarunt. Luc. Qu. H. C. ſ. c. 12. ἀναπλάττων ἔργα μείζω τῆς ἀληθείας.“

Ap. Xen. l. l. inter ſe permutantur haec, — ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκοίη εἶναι, ἢ ἦν, — ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας, — ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι, ἢ ἐπεφύκει, λ. ed. Th. V. 1. p. 341. *ut* candidior *etiam* videretur, *quam* eſſet, — *ut*, quam *eſſet* reapſe, *rubicundior* appareret, — *ut* procerior, *quam* eſſet *a* natura, *videretur*, in quibus media formula eſt ſimilis noſtrae, quae prorſus ap. Luc. l. l. 2, 17. l. 87. opera *fingeret* vero *maiora*, pro quibus ſeveris, (cf. Ovid. Heroid. 16, 143. *minor* eſt *tua* gloria *vero*, quae in ſqq. explicantur, Met. 1, 215. *minor* fuit *ipſa* infamia *vero*, Tac. An. 4, 21. m. *quod*, ut *atrocius* vero, *tramiſſum*, et Hiſt. 2, 70. m. ſua *quisque* facta *extollentes*, falſa, *vera*, aut *maiora* vero *miſcebant*, ad quae v. Ind. *v. ver.* et Cort. ad Sall. Iug. 105, 3. e. et Cat. 51, 11., ut ad P. *veri fidem*, praeter G. Th. 655, 91., etiam ex Ovid. Heroid. 16, 60. cum N.) quia Lat. neutrum hoc pro ſubſt. valet, Bg. voluit potius ſenſum modo referre, ut cum perſpicuitate omnem diſceptationem dirimeret, ſumto particip. pro Gr. adi., in quam formulam nihil ap. G. Th.

Sed manſiſſe Bg. in vulg. lectione, coniecerim primo hinc, quod adhibuit Lat. *tradere* potius, quam *prodere*, (quod magis reſpondet Gr. Leisn. προδιδόναι, eſtque Latinis frequens in tali contextu, de hiſtoricis et ſcribentibus,) deinde, quod Gr. Leisn. non dr., quod ſciam, hoc ſenſu hiſtorico; quanquam memini, in propria notione de proditoribus uſurpari παραδιδόναι, cf. vel L. N. T. Krb. Obſ. p. 65. m. Stp. Th. 1, 998. F., ubi et Lat. *tradere* eadem vi, cf. G. Th. 826. e. Nr. 4. l. 99. ſqq. Iam porro Bg. primo v. παρ. accipit abſolute et ſine caſu aliquo, et pro Lat. *tradere*, de ſcriptore, pro narrare et memorare; (in quo eum iam Leisn. excuſavit, reſpiciens forte ad Stp. Th. l. l. E., ubi videntur talia exempla eſſe, cf. Ind. Xen. Z. Cyr., ut haec notio v. etiam ſuſtineri poteſt per analogiam Lat., v. G. Th. l. l. Nr. 2. l. 57. ſqq.) deinde δόξῃ

reddit non ut dat., ſed ut abl., quem, ut alibi, reſolvit per praep., quaſi ſit in Gr. σὺν δόξῃ, (ut v. c. Tac. in Agr. c. 10. i. (ea) *rerum* fide *tradentur*, i. cum fide, et hinc pro adv. ſyn. fideliter, cf. G. Th. 654, 13.) denique δόξα vertit Lat. *ſpecies*, quod firmes e Stp. Th. 1, 1033. G. i. et Ind. Xen. Z. Cyr. it. Ael. V. h., ut *ſpecies*, veritatem *ſuperans*, ſit modus ac forma rerum geſtarum, quae obiicitur animis audientium et legentium, non vera, ſed falſa et maior, quam veritas ipſa patitur, et rerum natura vera, et tota Bg. formula, res viles et parvas narrare ſic, ut videantur ac putentur maiores, quam vere ſint fuerintque, maioris momenti, utilitatis, artis, ſapientiae, virtutis, fortitudinis, utque nominatim tyrannorum illorum male audientium facta quaedam, non illa mala, ſed tamen parva in ſe, ſcriptores nimis auxerint e locis magnitudinis ap. rhetores, et contra malefacta, niſi plane tacuerint, ſaltem extenuarint, excuſarint, aliter interpretati in partemque honeſtiorem, cf. Ern. rhet. §. 114.

At Stp. explicatio tenetur his, ut primo δόξα ſumatur vulgari notione, de opinione et cogitatione, deinde δόξῃ iungatur cum v. παρ. proque dat. illo obiecti, qualem ſane v. habere ſolet, cf. Stp. Th. l. l. D. ſq., in hanc ſententiam, *tradere* res *viles* ac *parvas* opinioni *aliorum* maiori *veritate* ſ. *vera*; e qua ſevera Verſ. exiſtat ambiguitas in vicinitate vocabulorum *maiori* et *veritate*, ut neſcias, ſitne *maiori* dat., an abl., et quorſum referatur, ad pr. *opinioni*, an ad ſq. *veritate*; quod et cadit in Bg. rationem, ſi quis Gr. ſevere reddat, *viles et parvas res — cum* ſpecie, *veritate* maiori, *tradere*; quae cauſa fuerit, cur ille liberius hic verteret; ſicut et ipſe Stp. ſupra ſeveritatem hic deſerendam ſuadebat, at pro formula, *tradere* res *opinioni aliorum*, adhibebat hanc, *res* in op. *adducere*, it. *efficere*, ut *res* creditae *ſint*; quaſi eſſent pares; nihil ſuper Gr. habens praeterea, nec firmans ab analogia, Gr. aut Lat.; quam cum nec ipſe haberem: peculiare quid Noſtri relinquebam iis, qui Stp. probarent, et brevitatem aliquam in dicendo, ut *tradere* quid *opinioni* eſſet, tradere ac narrare ita, ut opinio oriatur in animo de aliqua re. Forte Stp. cogitabat quoque dat. pro praep. cum ſubſt. εἰς δόξαν.

Ego vero praeterea cogitabam de alia loci huius explicatione, ut δόξα eſſet Lat. *fama* ſ. *gloria*, (quae notio ſatis firmata eſt a Stp. Th. 1, 1033. e., in primis ex Iſocr. Pan. ed. Mor. p. 133. e. Wolf. 116, 24. habetque coniunctionem cum propria, ut Lat. ap. G. Th. 593, 102. „*trahere* opinionem *magnam* ex *compoſitione*, i. famam“ cf. Caſ. ad Adrian. c. 4. T. 1. p. 43. b. m. N. 1. Cort. ad Cic. ep. 16, 21, 3. et Sall. decl. p. 1058. b. e. Ind. Suet. Ern., Iuſt. ex 23, 1, 12. 25, 2, 7. 31, 6, 10. 41, 4, 7. 44, 3, 2. Liv. et Corn. N.) et tota Gr. formula facta ad Lat., ut ap. G. Th. 598, 22. „Curt. 6, 3, e. *egregium opus* poſteritati *famae* que *tradetis*, (ſine explic., nec prolatam in v. *trad.*, ubi nec exponuntur, *memoriae* poſteris *tradere*, — monumentis *traditur*, — res *geſtas* carminibus *tradere*, nec 250, 37. *ſermonem* — memoriae *prodamus*, ſed 1092, 25.) *prodere* — pro ſcribere, quod poſteri legant, quaſi dare poſteris“ et i. q. tradere, cf. Cl. Cic. Ind. Iuſt. Oud. ad Caeſ. b. G. 5, 12, 1.) ut priores formulae ſunt eaedem cum his, (mutando dat. in praep. cum ſubſt.) tradere ſ. prodere ad memoriam, i. ad recordandum et tenendum in mente, cf. Gron. Obſ. 1, 12. e. p. 82., quanquam aliorſum abeunte G. Th. l. l. extr. l. 15. et 24. Cl. Cic. v. *prod.* et Ind. Corn. N., vel ad memorandum, i. narrandum; ut poſteri de re aliqua dicant, et *memoria* ſit i. q. mentio, commemoratio, narratio, cf. G. Th. 249, 53. et p. ſq.

l. 80., ubi Corn. N. 23, 8, 2. e. in Ind. pro fama, cf. Cort. ad Sall. Iug. 4, 1., et abl. ille *memoria* proditum eſt i. q. per famam, narrationem, vulgo traditionem, propagatum eſt, vel etiam per hiſtoriam, per libros ſcriptos, cf. Cort. l. l. et G. Th. 250, 81. ſqq., et hinc illud ſuperius Curt. i. q. ad poſteritatem et ad famam. Quibus Lat. phraſibus pares ſunt hae Gr., ut Diod. S. 1, 253. l. 30. de Hercule, τῷ μὲν γὰρ μεγέθει τῶν κατεργασθέντων ὁμολογουμένως οὗτος παραδέδοται πάντας τοὺς ἐξ αἰῶνος ὑπεράραι τῇ μνήμῃ παραδοθέντας, *omnium* enim *res* geſtas, *quascunque* per *omnes* mundi *aetates* memoria *hominum* complexa eſt, *hic* unus *amplitudine* ſua *longe* exceſſiſſe *praedicatur*, immo *nam magnitudine* quidem *rerum* geſtarum *unanimiter*, ſ. omnium confeſſione, *hic traditur* omnes *omni* ex *aevo* ſ. ab omni aetate *ſuperaſſe* memoriae *traditos*; ubi pr. παραδ. abſolutum, pro narratur, ut Lat. *traditur*, deinde efferri videas per formulam τῇ μν. παρ., quae ib. 2, 160. l. 18. de Alexandro, ὑπερβάλετο τῷ μεγέθει τῶν ἔργων πάντας τοὺς ἐξ αἰων. τῇ μν. παραδεδομένους βασιλεῖς, operum *ſuorum* magnitudine — *reges* omnes, *quotquot* ab *omnium* ſaeculorum *memoria* celebrantur, *ſuperavit*, tum, praeter l. 25. et 28., ib. 1, 253. l. 18. Πολύμνιαν δὲ (φασὶν ὠνομάσθαι l. 5.) ἀπὸ τοῦ διὰ πολλῆς ὑμνήσεως ἐπιφανεῖς κατασκευάζειν τοὺς διὰ τῶν ποιημάτων ἀπαθανατιζομένους τῇ δόξῃ, *Polymnia*, (aiunt, inde nominatur,) *quod* immortali *per* carmina *gloriae* transſcripti, *multa* hymnorum *decantatione* illuſtres *reddantur*, immo *ab* eo, *quod* per *multam* hymnorum *decantationem* illuſtres *faciat* carminibus *immortali* ſ. *aeternae* famae *traditos*, cf. N. ib. Unde in noſtro loco ἔργα παραδιδόναι τῇ δόξῃ fuerit, *res* tradere *famae* ſ. *gloriae*, ſ. ad famam, ſermonem, gloriam, i. e. eas narrare ita, ut de iis exiſtat fama, ſermo, gloria, ſ. ut memorentur, celebrentur, et totum Noſtri, *viles et parvas res* famae ſ. *gloriae* tradere, *vero* maiori ſ. *veritatem ſuperanti*, i. q. narrare ſic, ut fama, ſermo, gloria de iis exiſtat, maior vero, ut que memorentur ac praedicentur magis, quam vera earum natura requirit, magis, quam merentur; quo proſit ſuperius Ovid. *gloria* vero *maior* et *infamia* vero *minor*.

Quicunque modus explicandi huius loci placuerit: ad ſenſum quidem conveniant illa Noſtri 2, 15, 14. διηγήσομαι, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν εἰς ὕψος ἐξαίρων, λ. Sed ἔργα, ut et Lat. Bg. e P., intelligentur res, domi militiaeque geſtae, fortia facta, inſtituta civilia et actiones vitae ſingulae; licuitque ſervare Lat. ſeverius *opera*, cf. G. Th. cum Gr. n., ad Caeſ. b. Civ. 1, 32, 8. e. Liv. 1, 2. e. 1, 16. i. Ind. Flor., tenente Stp. Th. in hoc v. modo notionem et Lat. Bg., ſed 3, 1384. G. „εὐτ. *vilis*, — *tenuis*. — De re dictum ab Herodi., adiunctum habet μικρὸς aliquoties, (ex aliis locis Noſtri, quem plane non reſpicit in altero adi., ubi 2, 936. F.) μικρὸν dr. etiam, quod eſt parvi pretii ſ. momenti“ ut hic copulentur ſyn. per copiam, (cf. G. Th., in Bg. adi. poſtr. 714, 35. cum Gr. n., at cum Grr. al. in primo, ut et in P., ubi 754, 14. e Cic. in *minimis* tenuiſſimis*que* rebus *labi*,) ſed forte cum hoc diſcrimine, ut εὐτ. ἔργα ſint, quibus nihil ſ. parum pretii et honoris ſtatuitur et tribuitur, de quibus non magnifice ſentitur, nec multum boni commodique putatur ineſſe, ſed μ. ἐ., quae requirunt non multas et magnas vires omnis generis, ingenii, corporis, fortunae, quaeque non habent effecta magna et multa, cf. Ern. rhet. §. 22. ſqq.

Reſtat iudicium de lectione tum Mss., tum Strothi. Pro vulg. quidem ſtat P., λόγων ἀρετῇ, ſic copulatum, bene ad ſenſum exprimens, *ſcribendi artificio*, etiam magis e Gr. ordine, quem Bg. mutarit ob ſq.

in ſua alium abl., exactius tamen Gr. elocutus, etiam e Lat. uſu, qui habet v. c. *dicendi virtutem*, it. *formae virtutem*, cf. G. Th. 1045, 42. 50. it. *orationis virtutes* l. 45., ubi *virtutem* cogitamus omnem bonitatem, praeſtantiam, pulcritudinem, perfectionem, cf. ib. l. 37. ſqq. et Cort. ad Sall. Iug. 4, 2. p. 422. a. m., ut in Gr., cf. Stp. Th. 1, 515. F. aliunde, Per. ad Ael. V. h. 10, 22. Mor. Iſocr. P. p. 78. N. i), Klotz. Tyrt. p. 69. Harl. Chr. Gr. P. p. 5. Vs. 5. et ad Dem. p. Cor. p. 157. N. 89., it. Indd. Ael. V. h., Xen. Z. Cyr. et Mem. S., Plut. Hſ. Diod. S. et Luc., deſerente Bg. numerum in λογ., quod cum ἀρ. etiam accipias pro ſubſt. cum adi., ut ſit, oratio excellens, pulcra, rel., nec modo cura illa §. 1. e. φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας, ſed et ſimul rerum ſententiarumque, et maxime, cum dicas copioſe et ornate de rebus tenuibus, ut fiant ac videantur magnae, Noſtro δύναμις λόγων 7, 5, 10., ut Luc. 2, 27. l. 53. alio ordine λ. δυν., dicendi *facultas*, p. 56. l. 75. ἡ τῆς ἑρμηνείας ἰσχὺς, eloquendi *facultas*, et mox τῆς ῥητορείας δεινότης, vis *oratoria*, p. 66. l. 85. ἡ τῶν λογ. δεινότης, vis *dicendi*, Ael. V. h. 13, 1. λόγων τε ἐμπειρία καὶ τέχνη, orationis *peritia* et *ars*. In qua explicatione e lectione vulg. cum init ſententia commoda: tum nulla eſt in illa Mss., ut nunc habet; unde Str. eam corrigit in εὐτελῆ ἔργα λόγῳ ἀρετῶν δόξῃ παρέδωκαν, ut copuletur ἀρ. δόξῃ, ſed λόγῳ per ſe ſtet. Iam, ut in Mss. ἀρετῶν ortum videtur e pr. λόγων finitione ſimili, quae, adhuc in mente praeſens, in calamum ſcribentis ſe clam inſinuarit, qualia quotidie ſcribentibus eveniunt multa, et infra redeunt aliquoties: ita ad Strothi rationem concedi poteſt, λόγῳ e λόγων fieri potuiſſe, cum ſaepe ῳ et ων finitiones confundantur ob Iota, ab initio et in Mss. poſtſcriptum, non ſubſcriptum, et ſimilitudinem ι et ν litterarum; cuius generis exempla quoque deinceps habebimus. Tum in λόγῳ nihil reprehendas, cum poſſit capi pro eloquentia, cf. Exc. ad 1, 3, 12. e. v. πειθοῖ e Luc., et Lat. *oratio* ponatur etiam pro oratione copioſa et diſerta, multaque diſputatione. Verum ἀρετῶν δόξα, etſi per ſe conſiſtit pro *opinio virtutum*, cf. Ind. Corn. N., ut παραδιδόναι ἀρ. δόξῃ ſit, tradere res ita, ut opinio virtutum de iis exiſtat, ſ. ita narrare de rebus, ut appareat credaturque, eas eſſe honeſtas et in numero virtutum: tamen haec ſententia non videtur convenire contextui et adiunctis pr. εὐτ. καὶ μ. ἔ., cum non res viles et parvae narrentur ſic, ut videantur virtutes, ſed potius componantur vitia cum virtutibus, ut, quae vitia creduntur, excuſando leniusque interpretando exiſtimentur virtutes, cumque conferri inter ſe ſoleant res tenues ac magnae, non res tenues et virtutes.

Ita manentes in lectione antiqua, adiungimus ad ſententiam Noſtri loca aliorum affinia, quorum quaedam in partibus pertinent et ad ſuperiora, e Graecis Thuc. 1, 21. ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτῶν, ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες, et poſt, οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις οὐ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον, ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τις εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι, Dion. H. Sb. T. 1., praeter 4, 32. ſqq., etiam 6, 12. ὃς οὐχὶ κολακείας χάριν ἐπὶ ταύτην ἀπέκλινα τὴν πραγματείαν, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δικαίου προνοούμενος, λ. Ioſeph. Ant. I. prooem. T. 1. p. 1. τινὲς μὲν γὰρ, ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς θηρώμενοι δόξαν, ἐπὶ τοῦτο τῆς παιδείας τὸ μέρος ὁρμῶσιν, ἄλλοι δὲ, χάριν ἐκείνοις φέροντες, περὶ ὧν τὴν ἀναγραφὴν εἶναι συμβέβηκε, λ. et in Bell. I. prooem. T. 2. p. 47. ἐπειδὴ τὸν Ἰουδαίων πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον — οἱ μὲν οὐ παρατυχόντες τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες εἰκαῖα καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα, σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν, οἱ παραγενόμενοι δὲ ἢ κολακείᾳ τῇ πρὸς Ῥωμαίους, ἢ μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους καταψεύδονται τῶν πραγμάτων, cf.

p. ſq. ſ. 2. e. et ſ. ſq. *βούλονται γὰρ μεγάλους μὲν τοὺς Ῥωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι δὲ ἀεὶ τὰ Ἰουδαίων καὶ ταπεινοῦσιν*, et Luc. 2, 9. l. 47. *τοὺς μὲν οἰκείους ἐς ὕψος ἐπαίροντες, τοὺς πολεμίους δὲ πέρα τοῦ μετρίου καταρρίπτοντες*, cf. p. 20. l. 47. et p. 35. l. 40. ſqq. *τὰ μικρότατα πάνυ λιπαρῶς καὶ φιλοπόνως ἑρμηνεύσουσιν ἐμβραδύνοντες*, minima *quaeque* copioſe *admodum* ſtudioſe*que* enarrant, *diu* que *in* iis *immorantur*, p. 50. i. *ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικασταῖς, πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἐπὶ μισθῷ δικάζουσιν*, — ad *gratiam* aut *ad* inimicitias *mercede* ius *dicentibus*, p. 59. l. 30. *ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι*, *minime* ad *gratiam* vel *odii* cauſa *ſubtrahere* quidquam *rebus geſtis* vel *adiicere*, cf. p. 53. i. et p. ſq. l. 48. *τοιοῦτος οὖν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, — ἀληθείας φίλος, — οὐ μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων*, p. 61. l. 71. *ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτά*, quales *acceperit* operum *ſpecies*, tales *etiam* illas *oſtendat*, et p. 69. l. 35. *χρὴ τοίνυν καὶ τὴν ἱστορίαν οὕτω γράφεσθαι σὺν τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα, ἤπερ σὺν κολακείᾳ πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις*, — cum *veri* ſtudio *potius* ad *ſpem* futuram, *quam* cum *adulatione* ad *ſuavitatem* ex *praeſenti* laude *capiendam*, ſeu *ad ſuavitatem* et *voluptatem* eorum, *qui* nunc *laudantur*, ut de perſ. potius, quam de rebus, accipiatur, idque ob pr. *σ. κολ.*, et quia facilior ſolenniorque rectio adi. *ἡδ.* cum dat. perſ., quam Gs. illa e Lat. more cum abl., aſſumta praep., ſed e Lat. Liv. praef. i. *ſcribendi* arte *rudem vetuſtatem ſuperaturos*, Sall. Cat. 3, 2. *facta* dictis *exaequanda*, quae Weſſ. ad Diod. S. 1, 253. N. 33. comparat cum his, *τὸν λόγον ἐξισῶσαι τοῖς τηλικούτοις ἔργοις*, Tac. An. 1, 1. *temporibus Auguſti dicendis non defuere decora ingenia*, *donec*, gliſcente *adulatione*, deterrerentur. *Tiberii Caiique res*, *florentibus ipſis*, ob *metum* falſae, *poſtquam occiderant*, recentibus *odiis* compoſitae ſunt. *Inde conſilium mibi*, pauca — *tradere* — ſine *ira* et *ſtudio*, et Hiſt. 1, 1. *prioris aevi annos multi auctores retulerunt*, — pari *eloquentia* ac *libertate*: poſtquam *bellatum ap. Actium* —, *magna illa ingenia ceſſere.* Simul *veritas* pluribus *modis* infracta, — *libidine* aſſentandi, *aut* odio *adverſus* dominantes, — *incorruptam fidem profeſſis nec* amore *quisquam* et *ſine* odio *dicendus eſt*, et in Agric. c. 1. *celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam* ſine *gratia* aut *ambitione*, bonae *tantum conſcientiae pretio ducebatur*, et c. 10. *quae* priores *nondum* comperta, *eloquentia* percoluere, *rerum* fide *tradentur*.

In contrariam partem de oratoribus quibusdam Dem. 178, 4. *περὶ γὰρ πραγμάτων ἐπιχειροῦντες λέγειν, ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξίως ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ, αὐτοὶ μὲν τοῦ δοκεῖν εὖ λέγειν δόξαν ἐκφέρονται, τὴν δ' ἐκείνων (τῶν προγόνων) ἀρετὴν ἐλάττω τῆς ὑπειλημμένης παρὰ τοῖς ἀκούουσι φαίνεσθαι ποιοῦσιν*, quae verto, *nam de rebus* (eorum, maiorum) *geſtis* inſtituentes *dicere*, quas *nec* unus *digne* aſſequi *poſſit* oratione, *ipſi* quidem *gloriam auferunt*, conſequuntur, *hanc*, ut *videantur*, putentur, *bene dixiſſe*, at *faciunt* tamen, *ut iſtorum virtus apud audientes* videatur *minor* iam *concepta animo*, ſ. minor, quam concepta iam eſt animo atque cogitata, cf. R. Or. V. 9. p. 118., ubi Wolf. recte cepit, ſed V. 10. p. 375. Rsk. non bene dubitat de *δοκεῖν* et *δόξαν*, diverſa notione iunctis in vicinia.

1, 1, 4.

Ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἄγνωστόν τε καὶ ἀμάρτυρον, ὑπὸ νεαρᾷ δὲ τῇ — μνήμῃ, — ἤθροισα ἐς συγγραφὴν, λ.

De particip. *ἀποδεξ.*, cum Rsk. corrigit in *ὑποδ.* aut *παραδ.*, prius quidem lenius eſt, cum et alibi praep. *ἀ.* et *ὑ.* ſ. vocales *α* et *υ* confuſae

ſint, ſed neutrum neceſſarium, cum, praeter Mss., in vulg. manſiſſe videatur et P., unde Bg. Lat. tenuit *accipere*, magis illi Gr. vulg. reſpondens, quod praeterea aeque, ac Rsk. duo, aptum eſt contextui huic, parque iſtis vel notione, vel rectione.

Ac de tropica v. ἀποδ. notione, cum dr. de animo, vel pro intelligere, (ut Lat. *accipere*, capere, *percipere*,) vel pro aſſentiri ſ. credere, vel pro probare magnique facere, aut de corpore eiusque parte aliqua, ut ore ac lingua, pro laudare ſ. commendare, v. Schol. Thuc. ad 6, 29. ſine Ind. ed. Duk. ad Schol., Suid. Thom. M. p. 91. Bud. C. 789, i. Stp. Th. 1, 956. E. Rs. Or. V. 5. p. 768. e. Abr. ad Aeſch. 1, 603. m. Krb. Obſ. p. 253. e. 349. e. it. Decr. Ath. p. 433. m. et L. N. T. cum Schw. et Kypk. 2, 351. e. Ind. Fi. Aeſch. Thuc. Dion. H. S. T. 2. Xen. Mem. S., ubi et affinis pro ſequi alicuius diſciplinam, quia probes eum, Polb., ubi rurſus alia pro expectare, quae et erat in Ind. Dion. H. S. T. 1., ut, reiecta quamvis lectione illa in ed. Rs. p. 913. N. t., ſervataque Verſ. vetere partim, tamen vetus lectio ſtabiliri poſſet per analogiam verborum ἀναδεχ. et προσδεχ., cum et pro ὑπέχεσθαι, ibi probato, accipi liceret ἀποδεχ., ut Lat. *recipere*, ſicut ἀναδεχ. et ὑποδεχ., quod poſtr. cum ὑπισχνεῖσθαι gloſſemate variat ib. p. 907. N. l., cf. Rs. ad p. 1280. ad 913., ubi tamen non ἀποδεχ., ſed ὑποδ. iſti placuit, et tacitum plane de illa Var. L., et alibi obvia, ut infra dicetur, et, quod ad Thuc. 8, 81. p. 554. N. 58. affertur ἀποδεχ. pro ſpondere ſ. fideiubere, id vero vitium operarum puto pro ἀναδεχ., ut vel laudati *ib. in* hanc rem teſtes edicunt; ſicut contra Rs. Or. V. 11. p. 1059. m. non recte pro ὑποδ. mavult ἀποδ. Sed phyſica v. noſtri notio ap. Stp. l. l. videtur firmata tantum exemplo uno Hom. Ἰλ. ά, 95., pro quo eſt ſimpl. δεχ. ib. v. 20. 23. 112. 377., quorſum pertineat Heſ. 1, 431. m., cum Stp. locus e Luc. 2, 14. l. 41. habeat hodie ſine omni Var. παραδεχ., qui locus non eſt in Ind., ſed alia duo 3, 457. l. 39. et 483. l. 76., quae utr., ap. Gs. *in uſum* recepti *ſunt* et ſimpl. *recepti ſunt*, pertinent ad tropicam notionem, cum feſti ſolennesque dies, it. ſacerdotes probantur, eliguntur, conſtituuntur, quanquam et phyſicum quid intercedit, dum in urbem terramve aliunde admittuntur et arceſſuntur, ut ap. Diod. S. 1, 22. l. 2., ſed 2, 435. l. 79. ὑπῆρχεν ἀποδεδεγμένος εἰς τὴν πόλιν, de phyſica ob adiuncta εἰς τ. π., cf. L. N. T. et Loesn. Obſ. p. 112. e., qui et ipſe ad ὑποδεχ. inclinat, cum tamen et Lat. *accipere* et *excipere* uſurpentur de hoſpitibus, quo in loco ſacro forte eſt cupide, libenter accipere ſ. excipere, cf. Rs. loco paulo poſt laudando.

Iam harum poteſtatum hic ap. Noſtrum ſola nec tropica, nec phyſica mihi quidem probatur, cum ſermo ſit de hiſtoria, h. e. re, quae non manu teneri capique poteſt, niſi, quatenus res, quae evenere, facta et dicta, it. viſa, audita et narrata, libris ſcriptisque prodita extant, cumque et pro notitia rerum geſtarum ſumatur, quae et ipſa ſubiecta eſt menti, niſi, quoad hauritur corporis ſenſibus, oculorumque aut aurium; ut adeo h. l. cenſeam eſſe ſignificationem mixtam et phyſicotropicam, et Noſter hiſtoriam non acceperit ab aliis, diſcens et cognoſcens legendo in libris, nec hauriens audiendo ex aliorum narratione ac ſermone, ſed aliunde, i. ſuo ipſius ſenſu, ſuis oculis res percipiens et auribus, ſuo quodam uſu atque experientia in muneribus, quibus functus, publicis, 1, 2, 10. et 2, 15, 12. In quam notionem profuerint diſputata ab ipſo Rs. in An. ad Gr. auct. V. 4. p. 97. e., cum ſenſu quidem metaphorico inter alia interpretatur „magno cum gaudio — arripere dictum alterius,

it. propoſita amplecti" it. in Dem. Ind. ad locum, ἢ νῦν οἴεταί με τυχόντα τῶν δικαίων παρ' ὑμῶν ἀποδέξεσθαι, ad ſpeciem noſtro ſimilem, ubi tamen π. ὑμ. pertinere poteſt etiam ad pr. τυχ., ſicut in ipſo textu editur παρ' ὑμῖν, et pro ἀπ. in Var. L. V. 11. p. 1274. reperitur ὑποδέξασθαι, qua de nihil monitum, cum, ut praeteream aor. pro fut., haud dubie poſterius ſit gloſſema ex uſu frequentiori, cf. Thuc. 6, 55. p. 411. l. 79. et 5, 83. p. 366. l. 66., ad quem Abr. Dil. p. 552. m. tamen in ὑποδ. inclinat, cf. ad Heſ. 1, 459. N. 3., ſicut, ſi vel maxime ap. Dem. regas verba ſic, ut formula exiſtat τυγχάνειν τινὸς παρά τινι, (quo cum dat. 1098, 10. reperitur ſane,) tamen idem eſt ſenſus, et contra quoque cum gen. habetur eadem praep. non modo ap. Noſtrum, ſed et ib. 549, 4., noſtrumque v. ἀποδ., par illi ad ſenſum, hinc quoque tuetur ſuam rectionem, ut et e ſyn. λαμβάνειν τὶ παρά τινος, ap. Noſtrum frequenti.

Succedit quaeſtio ſuper ὑπὸ νεαρᾶ — μν. duplex, prima de loco iſtius membri, pertineatne ad pr., an ad poſteriora; quod e vulg. interpunctione non definias. Ad pr. ἱσ. refert P. et Leisn., ſuppleto participio quodam per hanc ſeriem, ἐγὼ δ', ἱστορίαν οὐ — ἀμάρτυρον, ὑπὸ — μνήμῃ (οὖσαν,) μετὰ — ἤθροισα (αὐτὴν) ἐς συγγ. Sed Bg., retinens ordinem, nec ſupplens participium, commate ſaltem cogitato poſt ἱστορ., ſed diſerte expreſſo poſt μνήμῃ, aeque incertam rem relinquit; ut Ms. Bā. ratio, ſublato commate poſt μνήμῃ, ſed locato contra poſt ἀκριβ., manifeſto trahit ad pr. Ego quidem, facto commate poſt ἱστορ., et ſuppleto pron. αὐτὴν poſt ἀποδεξ., ſumo principem enunciationem ἐγὼ δ' ἱστορίαν ἤθρ. ἐς συγγρ. μετὰ — ἀκρ., cui ſubſint membra duo, ſibi oppoſita per οὐ et δὲ, ſic, ut enunciationi, per participium expreſſae ἀποδεξ. (αὐτὴν,) — ἀμάρτυρον, reſpondeat altera enunciatio per praep. cum ſubſt. ὑπὸ ν. — μνήμῃ, quae adeo potius cohaeret cum ſq. ἤθροισα λ. hac ſerie, *Ego* vero *hiſtoriam*, non *ab* aliis *accipiens* illam, *tanquam* ignotam *et* teſtibus *carentem*, collegi, *ſed* ſub *recenti* lecturorum *memoria*, quod ὡς ſuppletum ad illa adi. ἀγν. τ. κ. ἀμ. oſtendit et Vern. vet.

Porro iſtius partis ὑπὸ ν. — μν. tum ſenſum, tum copulationem cum formula ἤθρ. ἐς σ., ſuſpicor impuliſſe Reiskium ad corrigendum; in quo, tacente Stp. Th., ὑπὸ cum dat. perſ. ſ. rei innuit praeſentiam rei ſ. perſ. adiunctae, ſ. comitatum, ſocietatem, ductum, auſpicium, vertiturque, praeter ſeverum Lat. *ſub*, libere per Lat. *coram*, cf. 1, 5, 22., vel per aliam praep., cf. 1, 12, 8. et ad Luc. 1, 355. N. 92. it. Abr. ad Aeſch. 1, 163. et ad Ariſt. p. 212., ſed etiam per ſyn. ſubſt., it. per particip. ſ. abl. conſeq., cf. ad Luc. l. l., unde hic feceris, *recenti* eius, hiſtoriae, adhuc exiſtente, praeſente, *lecturorum memoria*, quaſi Gr. ſit, νε. οὔσῃ τῇ — μν., ſ. νεαρᾶς οὔσης τῆς — μνήμης, ex quibus porro formulam, tanquam participium, reſolvi licet per easdem, ut in pr. ἀποδεξ., particulas, ut accipias, quae ſupra ſtatui, membra, Ego vero hiſtoriam collegi, non dum ſ. non ita, ut ab aliis acciperem eam, ſed dum ſ. ita, ut eſſet eius adhuc recens lecturorum memoria; ubi apparet, ad τῇ μν. extrinſecus arceſſi iterum pron. αὐτῆς, e pr. ἱστορ. remotiori, Noſtrumque per hanc periodum bis pron. fem. αὐτὴ oppreſſiſſe, et, cum formula, ut nunc eſt in libris omnibus, ſententiam edat commodam, nitaturque etiam uſu loquendi et analogia Gr. et Lat. linguae, non opus eſſe, ut tentetur, in primis, cum Rsk. coniectura habeat ſenſum eundem.

Sed cum Bg. ὑπὸ Lat. *ex* vertit: non equidem negem, hanc vim ei praep. cum dat. eſſe per ſe poſſe, cf. ad Vig. p. 651. N. 95., et convenire cum v. ἤθρ. et Bg. Lat. An vero tota formula, *colligere hiſtoriam*

ex *recenti* legentium *memoria*, ſit perſpicua, et vero etiam ex uſu loquendi petita, id quidem ignoro, nihil reperiens in G. Th., ſed modo ap. Hor. Turſ. *ex* pro in, p. 301. e. Nr. 2. ſq., ad quam rationem illi Gr. ὑπὸ ſubſtituas quoque aliam pr. ἐν, (pro qua illa ſaepe ponitur, cf. Heſ. 2, 1484. e., ut ap. Suid. 3, 558. i. inter ſe permutantur ὑπὸ παντὶ λίθῳ et ἐν π. λ., ubi noſtratium *bey* ſolenne,) it. σὺν, ut ap. Suid. 3, 553. m. ὑπὸ δακρύοις, σὺν δ., noſtrum *unter*; in quibus tamen ſemper eadem, quae ſupra, manet vis.

Caeterum adi. νεαρ. de memoria, quanquam ap. Gr. alios non repertum, tamen a Lat. analogia procedat, tacente Stp. Th., cf. Ind. Xen. Z. Pol. et Cyr., it. Dion. H. S. T. 2. p. 195, 16. ἅτε νεαρᾶς οὔσης ἔτι τῆς ἕξεως, ubi adiunctum adv. temporis, ut ſupra nobis in Verſ. libere, ſed et a P., tum ap. Luc. 3, 393. l. 37. οἷον αὐτὸν οἱ ζωγράφοι παρὰ τῶν ληρούντων ποιητῶν παραδεξάμενοι ἐπιδείκνυνται, *qualem* pictores *a* nugacibus *poëtis* acceptum *oſtendunt*; ubi ſyn. particip. cum Bg. e P. convertitur.

1, 1, 5. i.

Ἐξ οὗ περ λ.

De πὲρ particula primo quaeritur, utrum ſeparanda ſit a praecedente voce, an cum ea coniungenda; quod poſtr. facere multi ſolent etiam in aliis encliticis, nec tamen omnibus, ſed nos, relicto cuique ſuo ſenſu ac more, non facimus, praeterquam in paucis, ut καίπερ et ὥσπερ. Alterum eſt de ſenſu et notione iſtius voculae, quam Bg. quidem ap. Noſtrum aut plane non reddit, ut hic, aut per Lat. *quidem*, in ἐπεί περ 1, 12, 12. m. 3, 13, 3. m. *quandoquidem*, et in οἵ περ 7, 9, 14. m. qui *quidem*; ſicut alii eandem vel putant vacare, non reddentes adeo, vel vertunt varie, cf. Stp. Th. 2, 1678. G. et 4. Ind. 1634. A. it. L. N. T. et Ern., it. Ind. Fi. Aeſch. v. ὅς et ib. Fa. Aeſ. Hſ. et Iſ. Ev. et οὔπ., ſed Xen. Cyr. Z. in π., tum Obſ. Cl. ad Hom. Ἰλ. ά, 508. 587., qui obſcuram notionem eius in animo tenet, nec uno Lat. vocabulo reddit, Dev. p. 316. Hoog. Op. p. 1041. ſqq. et hinc Z. ad Vig. p. 428. ſq.

Equidem eam nec redundare credo, nec in omnibus interpretor cum Hoog., quam hic ei vim μειωτικὴν negat, eandem ego tribuens huic maxime et pro principe, ſic, ut in hac notione teneantur caeterae, utque πὲρ in univerſum minuat vel reſtringendo, diſtinguendo, excipiendo, vel per contemtum quaſi, arrogantiam, fiduciam et negligentiam aliarum rerum ac perſ.; quarum notionem priorem exprimere ſoleo per Lat. *quidem*, ſed poſteriorem non ubique per Lat. *cunque*, ſed interdum etiam per Lat. *modo*, noſtrum *nur*, porro per Lat. *igitur*, ut et per Lat. *tandem*; quanquam hoc poſtr. libere tantum adhiberi cenſeo. Sed Lat. *quidem* hic accipio ſenſu reſtringendi ſic, ut alia Lat., *ſcilicet* ſ. *nempe*, it. *ſaltem* aut *certe*, ei ſubſtitui queant, tanquam ſyn., et ad ſenſum ac perſpicuitatem maiorem. Severum autem prius *quidem* aio ubique valere in reddenda πὲρ, praeterquam, ubi ſtet poſt pron. ὅσις et ὅσος, et forte cum aliis quibusdam particulis; ſicut in πὲρ cum particip. concedimus, ut, pro illo ſevero Lat. *quidem*, adhibeantur perſpicuitatis cauſa Lat. coniunctiones *etſi*, quanquam, *quamvis*, rel., it. ſyn. verbum *licet*; ut tamen haec Lat., quibus in arte vim concedendi vulgo damus, habeant illum ipſum, quem hic quaerimus, uſum reſtringendi, diſtinguendi excipiendique.

1, 1, 5. m.

πολέμων ἐμφυλίων τὲ καὶ ξένων λ. ἐθνῶν τε κινήσεις λ.

Nomine ἐμφυλίων ipſe Noſter inſignivit bella quaedam et certamina, ut 1, 12, 12. ſqq., coll. 1, 13, 1. 5. et 10., de pugna in urbe equitum Cleandri cum plebe ac peditatu urbano, it. 7, 7, 8., coll. §. 5. ſqq., de civibus, in urbe cives necantibus, et 7, 11. et ſq. cap. 1. coll. 7, 11, 13. et 7, 12, 20., de Praetorianorum cum plebe certamine, quod 8, 1, 1. e. dr. ἡ ἐν Ῥώμῃ τῶν ϛρατιωτῶν πρὸς τὸν δῆμον διαφορά. Sed ſine illo titulo diſerto eodem referas et alia, ut rem inter Iulianum et Severum 2, 11. ſq., coll. 2, 11, 17. ſqq., bellum Severi cum Nigro 3, 2. ſqq., it. cum Albino, imperii ſocio 3, 5, 3. ſqq., quo de duplici bello 3, 9, 1. m. dr. Severus βουλόμενος δόξαν ἄρασθαι νίκης μὴ μόνον ἐμφυλίου τὲ καὶ κατὰ Ῥωμαϊκῶν ϛρατοπέδων, cf. 3, 15, 6., tum inter Macrinum et Heliogabalum 5, 3, 25. ſqq., it. Alexandrum inter et Maximinum 6, 8, 13. ſqq., it. Carthaginenſium in procuratorem Rom. ſeditionem 7, 4, 2. ſqq., coll. §. 13. et 8. m., it. Capelliani, Mauritaniae procuratoris, bellum cum Gordiano 7, 9. et Maximini cum Italis et Maximo 7, 12. ſqq., ut Zoſ. 1, 8, 2., de Severo cum dixiſſet, παρελθόντων δὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν Ἀλβίνου καὶ Νίγρου, πόλεμοι συνέϛησαν αὐτοῖς οὐκ ὀλίγοι πρὸς ἀλλήλους ἐμφύλιοι.

Dubitatio eſt, an eo pertineant quoque haec, Materni latrocinium et inſidiae in Commodum 1, 10., Praetorianorum caedes illae nefariae, Pertinacis 2, 5, 3. ſqq., (quo de Noſter adhibet ἐμφυλίῳ αἵματι 2, 5, 9. e. 2, 9, 11. et 2, 13, 16. m.) et Maximi Balbinique 8, 8, 6. ſqq., it. illud Caracallae 4, 6, 10. ſqq., cum exercitus invaſit cives, auriga irriſo, cui ipſe faviſſet, et eiusdem laniena Alexandrina 4, 9., it. Aquileiae oppugnatio per Maximini exercitum 8, 6.

Severi autem cum Britannis quibusdam barbaris bellum 3, 14. quo minus huc traham, impediunt illa 3, 15, 6. οὔτε ἐμφύλια κατ᾽ ἐχθρῶν, οὔτε ξένα κατὰ βαρβάρων τοσαῦτά τις πρὸ αὐτοῦ ἤγειρε τρόπαια, ubi ἐμφ. κ. ἐχθρ. videntur reſpicere Iulianum, Nigrum et Albinum, cf. 3, 7, 16. e. et 19., ſed ξ. κ. β. etiam Britannos, qui barbari nominantur quoque 3, 14, 2. 11. e. 18. e. 3, 15, 2., (cf. Caeſ. G. 4, 24, 1. it. 32, 2.) quia rem ſic cogito, Romanis tum nondum paruiſſe totam Britanniam, cuius incolae adhuc liberi vicinos in eadem inſula, Romanis iam ſubiectos, invaſerint atque vexarint, quod querebatur 3, 14, 2. ad Severum Britanniae praefectus, tamen ib. dicens, ϛασιάζειν τοὺς ἐκεῖ βαρβάρους, quod ϛ. verbum ſane alias uſurpatur de civium parte, obſequium ei negante, qui imperium in eos tenet, ut ϛάσις, ἡ ἐμφύλιος μάχη, πόλεμος δὲ, ὁ τῶν ἀλλοτρίων, ap. Suid. 3, 369. i. cum Schol. Thuc. 1, 2. p. 3. l. 39., quanquam v. ϛασιαζ. latius interdum videtur ſumi, et pro bellum univerſum excitare ac gerere, cf. Diod. S. 1, 309. l. 66. Ariſt. Eq. v. 587. et Dem. 444, 3., ut ap. Noſtrum 3, 14, 17. m. Severus diſerte narratur τὸν Γέταν — καταλιπὼν ἐν τῷ ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνει, in provinciae Britanniae parte ea, quae ſub Romanis erat, τὸν δὲ Ἀντωνῖνον παραλαβὼν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἠπείγετο, tum §. 18. memorantur τὰ προβεβλημένα ῥεύματά τε καὶ χώματα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, quod fuerit Romanum imperium ex parte, i. fines Romanorum ac terrae in Britannia, quibus fluvii aggeresque oppoſiti profuerint contra impetum hoſtilem nondum amicorum ſubiectorumque imperio in illa inſula, denique 3, 15, 12. dr. ὁ Ἀντωνῖνος — σπεισάμενος πρὸς τοὺς βαρβάρους, δούς τε εἰρήνην, τά τε πιϛὰ λαβὼν, quod non cadat in terram, in provinciae formam iam ante redactam.

Itaque hoc quidem Severi bellum potius annumero externis, quae hic opponuntur, et praeterea ap. Noſtrum ſunt haec, Commodi bellum,

a patre relictum, cum barbaris, i. Germanis, nominatim Marcomannis, Hermunduris, rel. 1, 6, 23. ſqq., tum Severi cum regibus Atrenorum, Parthorum, caet. 3, 9., qui et ipſi nominantur barbari ib. §. 19., porro Caracallae cum Parthis iisdem bellum, immo latrocinium 4, 10. ſq., it. Macrini cum iisdem 4, 15., deinde Alexandri cum Perſis 6, 2. ſqq., it. cum Germanis 6, 7, 6. ſqq., denique Maximini cum iisdem 7, 1, 13. et 16. it. 7, 2.

Atque his rebus utrisque convenit nomen πολέμου, a Noſtro adhibitum, cum dicatur non tantum de bello, quod eximie nominamus proprieque, verum et de belli aliqua parte, atque adeo de pugna et certamine, cf. Caſ. ad Polb. T. 1. p. 794. et Klotz. Tyrt. p. 109. m.

Enimvero, ab his quomodo differant ſtatim inſequentes ἐθνῶν κινήσεις, quaeritur. Leisnerus quidem, in Progr. huc reſpiciens per haec „quot — memorat — gentes excitas ſedibus ſuis" vertit partim e P., qui tamen in loco ſimili 3, 7, 17. m. habet, quae hic Bg. Formula illa eſt Liv. 32, 12. fere in., nota partim G. Th. v. *exc.* 462, 99., ubi Philippus rex in fuga per Theſſaliam *homines, qui ſequi poſſent*, ſedibus *excibat*, oppida *incendebat*, rel., i. iubebat ſ. cogebat homines, ut aedes ac patrias relinquerent, alio venturi; unde *gentes*, ſedibus *excitae* fuerint, quae iuſſae ſ. coactae relinquere domos, urbes terrasque, ut alio irent atque migrarent, ſed alio ſenſu ib. 5, 8. m., ubi Capenates atque Faliſci, — Etruriae populi, Romana *caſtra adorti ſunt, ingentemque terrorem intulere; quia Etruriam* omnem *excitam* ſedibus *magna mole adeſſe Romani crediderunt*, it. ap. Curt. 3, 2, 12. *hic tanti apparatus exercitus; haec tot gentium et totius Orientis* excita *ſedibus* ſuis *moles*, finitimis *poteſt eſſe terribilis*; ubi *exciri* ſedibus *ſuis* dicuntur, qui ab aliis ſollicitantur et rogantur, ut e domibus, urbe ac patria abeant, tanquam ſocii in bello, et inde egrediuntur ad bellum gerendum atque inferendum; quod et ſimpl. Lat. *excitari*, moveri, *commoveri* dr. et Gr. κινεῖσθαι, et hinc ſubſt. *motus* et κίνησις, fuerit concurſus ad arma, vexilla, duces, et, ſi res ita fert, etiam diſceſſus e terris ſuis in alienas belli gerendi cauſa, et in tumultu, ſeditione ac defectione, cf. Stp. Th. 2, 215. c. ſq. et Cort Sall. Cat. 42, 1. e.

Iam, quoniam in prioribus memorata ſunt a Noſtro bella tum civilia, tum externa: ne exiſtat tautologia inanis, hic alia intelligere tenemur, ab iisque diverſa, ſive bella, proprie dicta, ſive genera horum, tumultus, ſeditiones, defectiones; ad quorum notitiam perveniemus, ſpero, ductu veluti adiuncti vocabuli ἐθνῶν, cum nequeant ſignificare hic univerſos populos, nec etiam externos ſ. non Romanos ſuperiores, neque ipſum populum Rom., cum ſic redeatur ad bella civilia, cumque populus Rom. poſtea non dicatur plures motus civiſſe, ſed narretur modo ſeditio eius illa 7, 10, 9. ſqq., qua ſenatui, duos creanti imperatores, vi reſtitit, et altera, quae videatur 1, 12, 12. ſqq. in Cleandrum, implicata ſit bello civili, et 1, 13, 13. vocetur ἡ τοῦ δήμου κίνησις, non ἐθνῶν, quod ſubſt. inde capiam hic de provinciis Rom., earumque incolis, quo ſenſu ἔθνος et ἔθνη ſaepe occurrit deinde ap. Noſtrum et alios Romanae hiſtoriae ſcriptores, cf. ad Dion. C. 1, 703. l. 67. cum Ind. et ad Zon. p. 48. b i.

Tales autem ἐθνῶν κινήσεις Romanarumque provinciarum atque hominum, ibi degentium, motus, ſuſcitati in primis ab iis, qui aut male crudeliterque in provinciis magiſtratum adminiſtrabant, aut imperium Rom. appetebant, invadebant et ad ſe rapere inſtituebant, a Noſtro dein-

ceps commemorantur, primus eorum, qui cum Nigro faciebant contra Iulianum, ubi 2, 7, 6. ſq. Niger Συρίας ἡγεῖτο πάσης — τοῦ Φοινίκων ἔθνους, et §. 12. ſq. ἀνεπτόηντο πάντες — φύσει τε κοῦφον τὸ Σύρων ἔθνος, ἐς καινοτομίαν τε τῶν καθεστώτων ἐπιτήδειον, quae provincia cum ſeſe Nigro adiungebat 2, 8, 1.—12., narratur deinde §. 13. διϊπταμένη ἡ φήμη huius rei, πάντα ἐπῆλθεν ἔθνη, ὅσα τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον τῇ Εὐρώπῃ κατοικεῖ, cuius Aſiae gentes poſtea et ipſae, quatenus parebant Romanis, opinor, ad Nigrum defecerunt, cf. ib. et 2, 14, 14. 3, 7, 19. m. Secundum autem motum ponimus, cum adverſus Nigrum Iulianumque Severus ſollicitavit hominum animos ad ſe deligendum imperatorem Rom. 2, 9, 1. διηγγέλλετο τὰ πραττόμενα εἴς τε Παίονας καὶ Ἰλλυριούς, — ἡγεῖτο Παιόνων πάντων Σεβῆρος, cf. §. 3. 9. 16., ſed §. 17. διέπεμψε καὶ εἰς τὰ γειτνιῶντα ἔθνη καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν ὑπ᾽ ἄρκτῳ Ῥωμαίοις δουλευόντων ἐθνῶν, λ., accedentibus exercitibus Illyricis 2, 10, 1. 2, 14, 12. c. 2, 15, 10. Contra haec Niger, quem tertium motum ἐθνῶν feceris, cum reſciſſet 3, 1, 2., et ipſe §. 3. διέπεμπε κατὰ ἔθνη πρὸς τοὺς ἡγουμένους, utrique deinde, Nigro ac Severo, faventibus urbibus quibusdam 3, 2, 17. ſq. et 3, 3, 3. Qui quidem motus ſecundus ac tertius, ſive tu malis accipere unum modo, omnium fuit maximus. Deinde intervallo nullus extitit, usque ad Maximinum, qui immani crudelitate patientiam omnium exercuit 7, 3., ubi §. 10. pergitur, ἐς ὅσον μὲν οὖν τοὺς καθ᾽ ἕνα ταῦτα ἐπράττετο, καὶ μέχρις οἰκείων ἔμενεν ἡ συμφορὰ, οὐ πάνυ τι τοῖς δήμοις τῶν πόλεων ἢ τοῖς ἔθνεσι διέφερε, quo in loco plebs urbium Italiae opponitur, credo, provinciali. Iam idem cum eo progreſſus eſſet, ut vim manumque inferret etiam rebus ſacris ac publicis 7, 3, 12. ſqq.: tum vero res alio ſpectavit, dum §. 15. ὅ περ καὶ μάλιστα τοὺς δήμους ἐλύπησε, adeo, ut ſeſe opponerent. Ἐντεῦθεν δὴ καὶ μάλιστα κατά τε πόλεις Italiae, καὶ κατὰ ἔθνη διοίδαινον τῶν ὄχλων αἱ ψυχαὶ, qui nuncii erant maiorum rerum, motuum ac turbarum; cauſaeque tales 7, 4, 1. εἰς μῖσος καὶ ἀπόστασιν τοὺς ὄχλους παρώξυναν, ut tamen nemo adhuc palam quid auderet, donec §. 2. πρῶτοι ὅπλα ἐκίνησαν, ἔς τε ἀπόστασιν — ὥρμησαν Λίβυες. Interfecto igitur procuratore Rom. §. 3. ſq., electoque Gordiano 7, 5., πᾶν δὴ §. 19. τὸ Λιβύων ἔθνος εὐθέως ἐδεδόνητο. Romam autem a Gordiano litteris miſſis 7, 6, 6., interemtoque Vitaliano per τὸν ταμίαν τοῦ ἔθνους §. 11. ſqq., cum Romae oriuntur turbae ingentes 7, 7, 1. ſqq., tum ἡ σύγκλητος — φόβῳ τοῦ Μαξιμίνου πάντα ἔπραττεν εἰς τὸ ἀποστῆσαι αὐτοῦ τὰ ἔθνη, ubi et P. *provincias* reddit, miſſisque legatis ac litteris ad praeſides earum, rogabat τοὺς ἡγουμένους, συναίρεσθαι τῇ κοινῇ πατρίδι, — τὰ δ᾽ ἔθνη πείθεσθαι Ῥωμαίοις, λ., quo facto οἱ πλεῖστοι — τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες ῥαδίως, μίσει τῆς Μαξιμίνου τυραννίδος, — προσέθεντο Ῥωμαίοις. Dum vero Maximinus cum exercitu in Italiam movet: in Libya Capellianus quidam, ei amicus, alium concitat motum, quod Gordianus, imperator factus, miſſo ſucceſſore, eum τοῦ ἔθνους ἐξελθεῖν ἐκέλευσεν 7, 9, 6. c. Ἡγεῖτο δὲ Μαυρουσίων τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις §. 2. Νομάδων δὲ καλουμένων, τὸ δὲ ἔθνος στρατοπέδοις πέφρακτο λ. Capelliano igitur cum ſuis bellum ſuſcipiente contra Gordianum, quem Libyes et ipſi Carthaginenſes tuentur §. 7. ſqq., in una eademque provincia populi Rom. pugnant gentes duae populares pro diverſis imperatoribus. Qui motus paulo poſt ſedatur, victo mortuoque Gordiano: ſed Maximino, verſus Italiam Romamque nitenti, fortiter reſiſtit Aquileia 8, 2, 3. ſqq., quem non habeo ἐθνῶν motum, cum fuerit Italiae urbs illa 8, 4, 24., ut nec, quae Romani contra Maximinum inſtituerunt 8, 5, 10. ſqq. Ad id tempus §. 15. φῆμαι — ἐδίδοντο, ὅτι πᾶς ὁ δῆμος ὁ Ῥω-

μαίων ἐν ὅπλοις εἴη, Ἰταλία τε πᾶσα συμπεπνευκοι, πάντα τε ἔθνη Ἰλλυρικὰ καὶ βάρβαρα, τά τε ὑπ' ἀνατολαῖς καὶ μεσημβρίαις ςρατὸν ἀγείροι λ., qui motus novus futurus fuiſſet. Verum rumor erat inanis, tametſi ille moleſtus militibus et ipſi Maximino exitiabilis §. 16. ſqq., quo peremto, exercituque eius Aquileienſibus conciliato 8, 6. et Romanis etiam §. 13., ex urbe Roma ἐς τὰ ἔθνη ἄγγελοι καὶ κήρυκες δαφνηφόροι διεπέμποντο §. 18. e., nec deinde a Noſtro ἐθνῶν κινήσεις memorantur.

Horum autem motuum graviſſimi fuerunt iſti ſub Maximino et poſt Pertinacem interemtum ſub Nigro Severoque, at levior hic, quem Albinus Britannus Severo excitavit 3, 7., quam rem, cum ſupra annumerarim bellis civilibus, tamen et ſimul in hanc claſſem referre placet. Nam Severus quum in Britanniam cum exercitu veniſſet: Albinus 3, 7, 2. ἔπεμψεν εἰς πάντα τὰ γειτνιῶντα ἔθνη, τοῖς τε ἡγουμένοις ἐπέστειλε, χρήματά τε πέμπειν καὶ τροφὰς τῷ ςρατῷ λ. Sed, quamvis fortiter Albino cum ſuis pugnante §. 8., tamen victor ſtetit Severus, cuius cum ſuperioribus ἐθνῶν κινήσεσι nec ille motus ſub Maximino comparari queat, recteque pronunciarit Noſter 3, 7, 17. univerſe de Severo, ὡς μηδὲν ταῖς Σεβήρου μάχαις ἢ νίκαις παραβάλλεσθαι, — μήτε ἐθνῶν κινήσεσιν, qui ad pugnas et victorias ſuas, imperiumque occupandum tot provinciarum gentes ſollicitavit, domibus et patria ſua excivit, ut ad ſe venirent et ad ſocia arma, aut ſaltem effecit, ut, captis armis, pro ipſo domi pugnarent resque ipſius adiuvarent, cum Niger, quanquam adeptus, qui faverent opemque promitterent, pauciores tamen belli ſocios expertus ſit, quod aut nollet ſibi eos adeſſe, aut illi vani eſſent promiſſores 2, 8, 12. ſqq., aut ipſe etiam inertia et ſtultitia ſua multos negligeret §. 16. ſqq., ſicut ex 2, 14, 14. nihil conficitur, niſi faviſſe ei Aſiam, non autem vere auxilia miſiſſe. Cum audiſſet, a Severo Romam eſſe iam occupatam, bellumque ſibi inſtare: tum demum de exercitu parando cogitavit 3, 1, 2. ſq. Cumque Severo res ita proſpere omnes eveniſſent: videntur multi, ante Nigro faventes, metu eſſe perterriti, nihilque pro eo egiſſe, ut de rege Armeniorum clarum eſt ex 3, 1, 4., quemadmodum etiam arte Severus quosdam Nigro eripuerit, in ſuas partes alliciens, ut in Aemiliano, Aſiae praeſide, ſuſpicio eſt 3, 2., et denique res Nigri adverſae animos haud paucorum mutarint, cf. 3, 2, 13. ὡς διέδραμε φήμη τῆς Σεβήρου νίκης, ad Cyzicum, εὐθὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ςάσις καὶ διάφορος γνώμη ἐνέπεσε ταῖς πόλεσιν. Tum, Nigrianis alia pugna victis fuſisque 3, 2, 19., et eorum ad Taurum montem munitione imbrium impetu diruta, ut iterum eſſet fugiendum 3, 3., Niger, ultimas quaſi colligens vires, atque adeo exercitum quidem magnum et alacrem, ſed imperitum 3, 4, 1. ſqq., ad Iſſicum victus §. 4. ſqq., et deinde occiſus eſt §. 14. Poſt quae iterum terruit haud dubie alios Severus, ſupplicius ſumtis in Nigri amicis §. 16. Sed Severiani exercitus numerus etſi certo iniri nequit: tamen id conſtat, numeroſum fuiſſe 2, 11, 12. m. 2, 14, 13. et conſtitiſſe Pannoniis, Illyricis, Italis et aliis copiis 2, 9, 1. 17. 2, 10, 1. ſq. 2, 14, 12. ſq.

1, 1, 5. e.

πρότερον ἢ σπανίως, ἢ μήθ' ὅλως μνημονευθέντας.

De μήθ' ὅλως, praeter notionem et Verſ., quaeritur maxime de ſcriptura. In qua primum eſt illud, utrum duo facienda ſint vocabula, an unum; quorum neutrum aliis obtrudo, faciens et hic cum iis, qui ſeparatim ſcribunt. Una quidem voce reperi ſine χρήσει ap. Suid. 2, 550. 1. μηδόλως, ἐπίῤῥημα, *nullo modo*, ut affine ib. p. 733. 1. οὐδόλως, οὐδαμῶς,

nullo modo, *nequaquam*, it. ap. Stp. Th. utrumque, ſed non in L. Ern., at ap. Heſ. modo haec per diverſam ſcripturam 2, 390. m. et 806. i. μηδοτιοῦν — μηδαπλῶς — οὐδ' ὁτιοῦν, quae in L. Ern. eduntur una tantum voce. In quibus etiam animadvertere licet, quod alterum de littera quaeritur, dum lenis δ praebetur, et recte, e contractis μηδὲ et ὅλ., ut contra μήθ' ὅλ., factum e μήτε ὅλ., pro τ littera tenui, aſperatam requirit ob ſq. aſperum, de vulgari Grammaticorum praeceptione. Unde ſimul tertium diiudicabitur in lectionem Bc. 2. μήδ', ubi vitium operarum δ pro θ ſumetur, nec accentus is valet, cum ortum ſit e μηδὲ, voce indeclinabili, nec accentum reclinante; quod ſecus in μήθ', e μήτε facto, quod eſt per ſe iam eiusdem accentus. Quae quidem levia, ut videntur, tamen a perſona ſeveri editoris ac critici non abhorrent.

Sed dabimus etiam maius quid quarto loco, an μηδὲ et μήτε inter ſe commutentur. Igitur μηδὲ et οὐδὲ, ut Lat. *neque* et *nec*, poni pro μὴ et οὐ neg. ſimpl., et in noſtrae formulae ſimilibus illis μηδ' ὅλ. et οὐδ' ὅλ. quoque, vix dubites, cf. Stp. Th. in v. v. l. l. it. 2, 912. i. 4, 1562. E. ſq., ubi, pro οὐδ' ἀρχὴν, plane *non*, alibi eſt ἀρχὴν μὴ, omnino *non*, quae poſtr. ſunt ipſa hic Bg., ſicut pro Lat. *ne quidem* uſurpantur cum μηδὲ, tum οὐδὲ, v. Stp. Th. 2, 1537. F. ſq. p. 911. H. et 4, 1447. E. it. Hoog. Op. p. 753. Nr. 8. p. 982. Nr. 10. ſqq., quo ſenſu μηδ' ὅλ. et οὐδ' ὅλ. ſit Lat. *ne* omnino *quidem*, ſ. Stp. ad m. P. hic *ne ullo* quidem *modo*, et utrumque idem, nobisque ſevere *nicht* einmal *überhaupt*, ſ. *überh.* n. *einm.*, ſ. *gar* nicht *einm.* Iam μήτε ſimiliter eſſe Lat. *ne quidem*, quanquam Stp. Th. 2, 912. i. afferat ſine auctoritate, tamen equidem non dubitaverim, cum ſic adhibeatur quoque affine οὔτε, v. Hoog. Op. p. 984. Nr. 14. et οὐχ, v. c. ap. Call. Iov. v. 89., ubi Verſ. Ern. ſtatim ſic exprimit, it. Lat. *neque*, cf. G. Th. 428, 85. et Oud. ad Caeſ. p. 697. N. 1., it. Lat. *nec*, cf. G. Th. 411, 65. et Hor. Turſ. p. 556. Nr. 5., ut μήτε, pro μὴ ſimpl., tacente Stp., v. ap. Abr. Dil. Th. p. 642. m., quod et firmes per Lat. analogiam in *nec* et *neque* pro ſimpl. *non*, cf. G. Th. 411, 20. ſqq. 428, 70. et Hor. Turſ. p. 564. Nr. 23. Ut adeo μηδὲ et μήτε ſit idem, ac perinde, utram litteram, δ, an θ, hic ſequaris, ut tamen prior videatur eſſe uſitatior, cum Stp. nullum habuerit exemplum poſterioris in noſtra formula, et ap. Dem. ſit οὐδ' ὅλ. 121, 4. et μηδ' ὅλ. 720, 5. 1000, 10., ſed ſemel modo μήθ' ὅλ. 728, 19. et οὔθ' ὅλ. 1431, 26., ubi tamen ſemper praecedit relativa ſimilis negans μήτε ſ. οὔτε, quod hic ap. Noſtrum ſecus eſt, ubi μήθ' ſolitarium. Nec memineram amplius, an μήθ' ὅλ. eſſet etiam in Miſc. Obſ. Amſt. V. 10. p. 361., quem locum univerſe ſignaram in Ind. ad v. ὅλ., cum hoc Sext. Emp. ed. Fabr. p. 491. N. n., οὐδ' ὅλ. εἶναι τὴν ἀρχὴν ὑπάρχον, ubi οὐδ' ὅλ. ſimul cum τὴν ἀ., quod ipſum pro ὅλ. ſupra adhibitum vidimus, ſed quomodo in Verſ. expreſſum, aut in N. conciliatum eſſet, nec ipſum amplius ſciebam, ſed illud, ſaepe ſolere poni adv. ſecum ſyn., per figuram ἐκ παραλλήλου.

Illud addere potui, Schol. Thuc. ad 3, 79. p. 215. l. 72. οὐδὲν μᾶλλον habere οὐδ' ὅλ., quem locum etiam laudat Stp. Th. 2, 775. e. cum Reusm. ad Dev. p. 289. N. 53., tum eundem Schol. tacere ad ſimilem locum 2, 70. p. 142. l. 32., ſed utr. loco Verſ. ed. Duk. reddere *nihilo magis*, it. Stp. l. l. et οὐδέν τι μᾶλλον Bud. C. 1317, 42., quod, Reusm. l. l. bene monente, Schol. Eur. Hec. v. 817. explicat οὐδαμῶς, quomodo οὐδόλως exponit Suidas, qui et 3, 142. m. πολλοῦ γε καὶ δεῖ reddit per οὐδὲ ὅλως, *multum* abeſt, *nullo* prorſus *modo*, ut Heſ. 2, 982. e. idem per οὐδ' ὅλ., ſed p. 995. i. πολλὰ χρὴ, per οὐδαμῶς, quae adeo omnia fuerint ſyn., ut

nec aliud ſignificare videtur Lat. *nihilo magis*, quam minime ſ. prorſus non, ſi quidem ſtet ſolum. Verum, ſi ſequitur relativa alia, v. c. *quam*, ſ. *quam ſi*: tum commodius reddetur per *aeque minus*, cf. Hor. Turſ. p. 590. Nr. 34. et G. Th. v. *nih.* 439, 95. ſqq. Deinde vero liberius οὐδὲν μᾶλλον pro ſimpl. οὐ ſane poteſt accipi, cf. ad Thuc. p. 142. b. N. 31. e. p. 214. b. N. 71. e. Sed eiusdem Schol. ad 5, 15. p. 327. l. 52. οὔπως ἤθελον, nondum *volebant*, habuit οὐδὲ ὅλ. ἤθ., quo de cf. Exc. ad 1, 2, 8.

1, 1, 7.

Εἰσὶ δ', οἳ, μέχρι προσηγορίας καὶ τιμῆς ἐφημέρου μόνης ἐλθόντες, εὐθέως κατελύθησαν.

Facilia ſunt, quae hic de vocabulis addi a me poſſunt; quorum primum eſt de ἐφήμερος, quod Schol. Eur. Ph. l. l. Valck. p. 211. diſerte exponit πρόσκαιρος, it. Suid. 1, 922. i., cf. Heſ. 1, 1549. i. cum N., Gat. ad Ant. p. 122. a. G. 132. b. A. et 271. b. F., noſtrum locum Stp. Th. ſine Vs. referente ad notionem „pro diarius, unicum diem durans" quae ab h. l. aliena et contra hiſtoriam, ut recte monuit Leisn., qui et ad ſenſum bene vertit cum Duk. ed. locum Thuc., cuius alius, noſtro ſimilior, eſt 1, 18. i. οἱ Ἀθηναίων τύραννοι — ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν, Athenienſium *tyrannos* Lacedaemonii *ſuſtulerunt*, it. Xen. Cyr. i. ὅσοι τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ταχὺ πάμπαν κατελύθησαν, λ. ed. Th. V. 1. p. 1. quot *imperio* ſint *deiecti*, quem locum imitatus Noſter videtur Stephano in Th. 2, 756. D., ubi modo Latt. P. ſubiiciuntur, ſed v. κ. cum Bg. etiam reddit, cf. L. Ern. et N. T. Krb., it. Ind Dem. v. i., verum aliter Bud. C. 1071, 14. aliunde, Ind. Ael. V. h. Xen. Ἀνβ. et Cyr., L. N. T. Schw. Ind. Diod. S. Xen. Pol. Z. Abr. Dil. Th. p. 8. i., add. Luc. 2, 737. l. 72. Schol. ad l. 70. Thuc. 249, 95. et Phil. in Flacc. 766. i. κατελύθησάν τινες, per Flaccum, privati homines, tacente Vs. Hic quidem ap. Noſtrum in v. ſuppleas e pr. τιμῆς pron. αὐτῆς, quem gen. habet v. et alias, cf. Z. Ind. Xen. Cyr. Luc. l. l. et Stp., ut fuerit, privati ſunt eo, honore iterum, quomodo forte P. accepit, Verſionibus Bg. et Leisn. (ubi v. abſolute ſumitur, nec intellecto illo pron.) eodem redeuntibus; et quia, cum honore, etiam vita privati ſunt: verteris quoque, peremti ſunt, interfecti, rel., cf. Suid. 2, 258. e. Heſ. 2, 175. m. cum N. 4. p. 103. i. cum N. 2., (quocum cf. Suid. l. l. p. 221. m.) p. 100. m. Nr. 23. p. 169. i. Nr. 5. cum N., ut de μέχρι cum v. aliquo, tacente Stp., cf. Abr. Dil. Th. p. 804. i., quam formulam Latt. Intp. everterunt, ubi tamen Bg. verecundior, quam P., pro his, *qui*, cum *ad*, ſ. *usque ad* — tantum *perveniſſent*.

Enimvero graviora ſunt magisque impedita, quae ad rem ipſam pertinent, ut intelligatur, qui imperatores hac §. a Noſtro innuantur. Is cum iam dixerit §. pr. de brevi quorundam imperio: conſentaneum eſt, non idem hic repeti; et aliud quid memorari, et minus eo, quod antea dictum, vel μόνης adiunctum moneat. Rem, ut mihi fingo, proponam. Cum Noſter § pr. expoſuerit de imperio quorundam duplicis generis ac temporis, et longiori, et breviori: hic ſequi videtur de tertio quodam genere, de aliorum imperio breviſſimo; ut τιμὴ ἐφήμερος non ſit in univerſum brevis temporis honor et dignitas imperatoria, (cum id iam §. pr. adfuerit in πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν,) ſed debuerit eſſe honor breviſſimi temporis, et velut unius diei, durans veluti ad diem ſ. in diem. Itaque intelligo hic iterum particulam ὡς ante adi., et τιμὴ ἐφ. ſit honor velut unius diei, i. breviſſimus ſ. minimi temporis.

Tum, ſi imperatorum, a Noſtro ſcriptorum, ſeriem, ad §. 5. m. propoſitam, accommodare ad hanc et pr. §. debeamus: in iis non laborandum, qui *ἐπιμηκέστερον ἔσχον τὴν ἀρχὴν*, ut eo referantur Commodus, Severus et Alexander. Sed maior difficultas mihi quidem oblata eſt in iis, qui *πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν ἔσχον*, *brevem* principatum, *brevis* temporis *dominatum*, et maxima in his, qui hac §. 7. dicuntur ad appellationem et honorem velut unius diei tantum progreſſi, atque adeo imperaſſe omnium breviſſime, ſaltem brevius iis, qui §. pr. iam breve imperium tenuiſſe narrantur. Nam primo, ut magnitudo, ſic brevitas cenſetur in iis rebus atque notionibus, quae nonniſi per comparationem intelliguntur, neque abſolute ac per ſe, ſed adhibitis rebus aliis et conſideratis, quae tanquam menſura ſunt, cf. Ern. rhet. §. 35. et 418. Deinde ex illa ipſa ſerie et quaſi tabula patet non modo hoc, iſtorum imperatorum in regnando brevitatem diverſam eſſe ac variam, eiusque brevitatis ipſius quasdam veluti claſſes conſtitui oportere, ſed etiam illud, eſſe in iisdem imperatoribus etiam aliquos, de quorum imperii duratione ac tempore nihil dicatur, aut ſaltem nihil certi definiatur vel ap. Noſtrum, vel ap. alios, quos quidem ego habuerim. Tamen faciemus periculum, ab iis initium capientes, quos modo diximus temporis infiniti aut non ſatis certi.

In his primus eſt Niger, qui ſaltem plures, quam duos, menſes imperarit. An totum annum, mihi non liquet. Spartianus quidem de eo in hanc partem attulit nihil, quam c. 2. i. T. 1. p. 634. e., cum iam occiſus eſſet Iulianus, et Albinus etiam in Gallia ſumſiſſet nomen imperatoris, ab exercitibus Syriacis appellatum eſſe imperatorem. Atqui factum id eſſe, vivente adhuc Iuliano, perhibet cum Noſtro 2, 7, 5. ſqq. etiam Capit. in Alb. c. 1. i. l. l. p. 683., ubi uno eodemque tempore Iulianus a ſenatu Rom., Severus in Illyrico, Niger in Oriente, Albinus in Gallia, imperatores appellati eſſe dicuntur. Getam vero Spart. l. l. c. 1. i. p. 734. ſq. refert, prius rebus humanis exemtum eſſe, quam cum fratre teneret imperium, cum Noſter ſcribat, non ſolum Severi patris iam ſocium imperii fuiſſe et negotiorum publicorum 3, 14, 17., ſed etiam poſt mortem parentis cum fratre remp. adminiſtraſſe, ac quaedam imperatoris obiiſſe munia 3, 15, 15. 4, 1, 8. 4, 3, 1. 4, 4, 1. Ad quam rationem Getae imperium audeamus circumſcribere ſaltem menſium ſpatio, duorum aut unius. De Gordiano patre ac filio Capitolinum falſum eſſe volunt, cum refert c. 16. e. T. 2. p. 101., imperaſſe *anno uno*, *menſibus ſex*, pro quo ſcribunt ib. N. 3. Caſ. *uno menſe*, *diebus ſex*, ſed Gatterer. in Enchirid. hiſt. univ. T. 1. p. 830. i. *vix menſe uno*.

Sequuntur tres Noſtro Caeſares dicti, Albinus, Diadumenus, Macrini filius, et Maximinus filius ſ. iunior, cf. 2, 15, 5. 5, 4, 24. et 8, 4, 25. m., non autem Imperatores, quos tamen ſic alii vocant, quo de infra. Hic non de titulo quaeritur, ſed de tempore imperii, quod Albino quidem tribuamus duorum annorum, aut ultra, at Diadumeno anni unius cum duobus fere menſibus e Lamprid. c. 8. i. T. 1. p. 787. et Capitol. in Macrin. c. 8. m. ib. p. 758. m., cui tamen Gatter. l. l. p. 827. i. *vix annum* tribuit, ut Aur. Vict. ep. c. 22. Macrino cum Diadumeno *menſes quatuordecim*. Denique Maximino filio cum patre damus imperii annos tres, ſecundum Noſtrum et Aur. V. l. l. c. 25. i.

Dicendum eſt etiam de illo Quartino, quo de ap. Noſtrum 7, 1, 21. ſqq., qui poſt mortem Alexandri Severi ab Oſrhoënis militibus dicitur

raptus eſſe non modo dux, ſed etiam ad imperium, at nocte ſubito, αἰφνιδίως, interfectus; quae Noſtri valde infinita ſunt; ut et ibi eſt ſimpliciter νύκτωρ, non qua nocte, non eadem nocte. Eundem hominem alii vocant Tycum, aut Titum, narrantque imperaſſe *ſex menſibus*, cf. Capit. in Maxim. duob. c. 11. T. 2. p. 31. cum N. 4. Caſ. Aliis autem ne numeratur quidem in Rom. imperatoribus.

Quodſi iam omnium horum conſtituendus ſit ordo: tum I) longioris imperii erunt, ut dixi, Commodus, Severus et Alexander, ſed II) brevis imperii claſſes aliquot, ut in claſſe ſit 1) alia Caracalla, ſex annorum, 2) alia Heliogabalus et Maximinus uterque, trium annorum, 3) alia Albinus, duorum annorum, 4) alia Macrinus cum Diadum., it. Maximus cum Balbino, unius anni, et ultra, 5) alia Niger, menſium plurium, quam duorum, it. Quartinus, ſex menſium, 6) alia Iulianus, menſium duorum, Pertinax, duorum etiam, ſed non plenorum, et Geta unius et ultra, denique 7) alia Gordiani duo, unius menſis.

Tum iſtorum aliqui Romae vixerunt, Commodus, Pertinax, Iulianus, Severus, Caracalla cum Geta, Heliogabalus, Alexander, et Maximus cum Balbino, aliqui autem extra Romam, non eam occupantes, Niger 2, 8, 17. 2, 14, 1. 3, 1, 2., Albinus 2, 15, 1. ſqq. 3, 5, 4. ſqq. 3, 7, 16., Macrinus cum Diadum. 5, 2, 6. 5, 4, 20. ſqq., Maximini duo 7, 2, 19. 7, 3, 9. 7, 7, 4. 7, 8, 12. ſqq. 19. 21., maxime 25. it. 7, 12, 18. ſqq. 8, 1, 1. ſqq. 8, 5, 10. ſqq. 20. ſqq., Quartinus l. l. ſupra, Gordianus pater et filius 7, 6, 1. ſqq. 9. 21. 7, 9, 9. 20. ſqq. *Ex iis igitur*, qui Romam venerunt, ad §. 7. retulerim certo Pertinacem, et ſubobſcure Getam, ſed ex his, qui urbem non viderunt, Gordianos illos, quorum pater Noſtro dicitur ἐν εἰκόνι βασιλείας τελευτήσας 7, 9, 22., quale quid de alio nullo; ut ad hunc maxime §. 7. ſpectare videatur.

Illud reliquum eſt, an Noſter hic res diverſas cogitarit, ut alii modo appellati ſint imperatores, alii ruſus tantum breviſſimi temporis honorem adepti. Prioris quidem generis diſertum exemplum et teſtimonium non eſt ap. Noſtrum, nec, quod legerim, ap. alios. Si quis eo referre velit illos ſuperiores Caeſares, imperatorumque filios, qui, cum patribus ſimul interfecti, nomen Caeſaris modo nacti ſunt, nec deinde ipſi ſoli imperium: videtur obſtare Albinus, nec numerari poſſe aut in illa claſſe tertia, quo retulimus ante, aut in §. 7. Quod que, Caracalla occiſo, exercitus Adventum elegit imperatorem 4, 14, 3., atque adeo forte et ſalutavit imperatorem appellavitque, ſed is tamen non manſit imperator, ut ib. exponitur: id huc non pertineat, quia ipſe Adventus eum honorem recuſavit propter ſenium, nec eſt de medio ſublatus vi atque interemtus, quod tamen Noſter §. 7. addebat. Similiter ſi quis intelligat tantum de filiis imperatorum Caeſaribus, nominatim Diadumeno et Maximino: in eos cadit quidem poſtremum illud, ut de medio ſublati ſint vitaque privati cum regno, non item εὐθέως et τιμῇ ἐφήμερος, de noſtra quidem expoſitione et regni temporum ſupra ratione et claſſe. Adeoque Noſter ibi potius unam modo rem tetigerit, et utraque formula unum hoc complexus ſit, fuiſſe, qui breviſſime imperarent, reſpiciens maxime, quod dicebam, ad Gordianum.

Bergleri autem *appellatio* non videtur alia, quam nomen et titulus, quod eius Lat. exacte Gr. προσηγ. reſpondet, ap. Stp. Th. fere ſine auctoritate, cf. Ind. Dem., cui add. 629, 6. E Noſtro autem huc in primis pertinet 6, 1, 20., ubi ſimiliter abſolute ponitur et ſine gen. aliquo dignitatis imperatoriae; pro quo alibi eſt ὄνομα, ſed nunquam per ſe,

verum cum gen. vel perſ., ut 7, 6, 1. m. ὁ Γορδιανὸς — ἤδη φέρων βασιλέως ὄνομά καὶ σχῆμα, vel rei, ut 6, 1, 2. τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὄν. τῆς βασιλείας ἐκείνῳ περιέκειτο, Alexandro noſtro, et 7, 9, 6. ἐν τῷ τῆς βασ. γενόμενος ὀνόματι, Gordianus, et 7, 10, 12. e., ubi populus Rom. ἠξίουν, τοῦ Γορδιανοῦ γένους βασιλέα αἱρεθῆναι, τό τε τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς ὄνομα ἐκείνῳ τῷ οἴκῳ καὶ ὀνόματι μεῖναι, ubi gen. rei additur quoque adi. Talis igitur gen. aliquis etiam hic in ſubſt. προσηγ. ſubintelligi poteſt, quod nobis fuerit *Ernennung*, Namen, *Titel*; ut Gr. etiam latius poteſt patere, neque ad ſolos imperatores, ſed quoque ad Caeſares illos. Nam, etſi προσαγορεύειν, ut et ἀνειπεῖν, ap. Noſtrum de imperatoribus tantum adhibetur: tamen ἀποδεικνύειν de utr. genere Noſter uſurpat, quod, ſive reddas deſignare, ſ. creare et facere cum Stp. Th. 1, 927. D., eodem redeat; ſicut de Caeſaribus Noſtro ſolenne eſt v. ποιεῖν, cf. Heſ. 2, 1045. i. προσηγορία, ὀνομασία, it. 1040, e. προσαγορεύει, ἀσπάζεται, et mox προσαγορεύουσι, καλοῦσι, it. Suid. 3, 198. e. it. 1, 204. m. ἀνεῖπεν, ἀνηγόρευσεν, quo v. et ipſo Noſter utitur de imperatore et de Auguſto ſ. Σεβαστῷ, at de Caeſare nunquam, cf. Beck. ep. ad locum Zon. p. 18. e.

Caeterum ad Theogn. v. 63. ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι, *ſed* videaris *quidem* omnibus *lingua* amicus *eſſe*, Seber. Ind. v. ἀπὸ γ. φ. habet „μέχρι προσηγορίας Anthol. 1, 85, 6. verbotenus *amicus*“ ubi adeo noſtra formula alio ſenſu, pro nomine tenus ſ. ſecundum nomen modo, ſed Sb. Ind. e Zoſ. 5, 1, 1. τῆς δὲ τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον περιστάσης, ἄχρι μὲν ὀνόματος ἐδόκουν ἔχειν τὸ κράτος, ἡ δὲ πᾶσα τῆς ἀρχῆς δύναμις ἦν, κατὰ μὲν τὴν ἑώαν, παρὰ Ῥουφίνῳ, κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν, ἐν τῇ Στελίχωνος γνώμῃ, nomine *quidem* tenus *id* obtinere *videbantur*.

1, 1, 9.

Οἱ δὲ κομιδῇ νέοι, ῥᾳθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαινοτόμησαν.

De κομιδῇ cum quaeritur, an in ultima littera habeat Iota: Stp. Th., ubi ipſe cum eo edidiſſet, ac ſine eo ſcriptum inveniri monuiſſet, rectius ait ſubſcribi Iota „quum Euſt. a dat. κομιδῇ fieri tradat, et eiusdem formae eſſe cum σπουδῇ.“ Quae cauſa eſt bona quidem, ab analogia illa ducta, qualis et in ἡσυχῇ aliisque: ſed et dici oportuit, neceſſario ac ſevere Iota addendum eſſe, quia talia per ſe ſunt dativi ſubſtantivorum ſ. potius abl., qui, ut Lat., deinde liberius pro adv. et habentur et redduntur, cf. L. Ern. Tim. L. Plat. p. 118. cum N. Heſ. 2, 308. e. cum N. 24., ubi explicatur σὺν κομιδῇ, *cum* cura, *accurate*, aſſumta praep. non male, ſed deinde e L. Ms. additur κομιδῇ, πάμπαν, τελείως, ἐπιμέλεια, pro quo ſcribendum ἐπιμελείᾳ, qui dat. ſ. abl. nudus par eſt illi pr. σὺν ἐπιμελείᾳ, qua de notione cf. Stp. Th., a qua porro venit altera pro plane, omnino, prorſus, it. admodum ſ. valde, in quam cf. Suid. 2, 343. i. Schol. Ar. Plut. v. 834. ſq. 839. 1087. Ammon. p. 83. cum N. 1., ſine Iota id edente etiam Kuſt. ap. Ariſt. l. l. et Ind., it. Dem., in cuius textu inconſtanter editur, et ſemel modo ſine Iota, cf. 15, 17. 24, 63, 22. 186, 9. 324, 2. 539, 24. 551, 7., ſed cum adi. Noſtri modoque per ordinem et numerum alium 540, 15. παντάπασιν ἔρημος — καὶ νέος κομ., ubi prius adv. eſt ſyn., ut tota formula, h. e. adv. cum adi. poſitivi gradus, facit periphraſin ſuperlat., cf. Fi. ad Well. p. 153. m. ex h. l. etiam.

Tum ſuper adi. ῥᾴθυμος primo etiam de Iota quaeritur ſub prima ſyllaba, ubi h. l. omnes edd. id negligunt, infra in ſubſt. ῥᾳθυμίας variantes, ut et ſit in aliis ſcriptoribus, cf. Luc. Ind. et 1, 106. l. 51., Thuc. Dem. et Diod. S., pendente re a notatione, qua de v. Stp. Th.,

etiam a L. Ern. probata, ut ſit „ex ῥᾴδιος et θυμὸς, — ὁ περὶ τὰ ῥᾴδια θυμὸν ἔχων, cuius animus facilia conſectatur, at difficilia, adeoque laborem omnem vitat" quorſum tendunt et partim Heſ. 2, 1096. e. ῥάθυμος, ὁ μὴ πονητικὸς, ἀλλὰ ἔκλυτος. ἄλλοι ἐπὶ τοῦ μεγάλου θυμοῦ κέχρηνται τῇ λέξει, quae ratio pertineat ad ῥᾶ pro ζὰ ſ. μέγα, qua de notione nihil tenui, ſed ex ῥᾶ alia vocabula compoſita vel ſimpliciter explicari, ut ῥαδινὸς ap. Suid. 3, 249. e., vel ſic, ut reſpiceretur ad adi. ῥᾴδιον, ut ap. Heſ. 2, 1095. e. ῥαδινὸν, εὐκίνητον, λ., cf. Stp. Th., ut contra ῥᾶ pro ῥᾴδιον firmatur ad Heſ. l. l. p. 1093. N. 11., cenſente Stp. Th., potius ῥᾷ ſic cum Iota et accentu ſcribendum, ut L. Ern., dici pro ῥαὶ et ῥαῖ, quod poſtr. explicatur ap. Heſ. l. l. p. 1097. i. ῥαῖστον, ῥᾳδίως, cf. ib. N. 4. Iam, etſi quoque in ῥᾴδιος varietas eadem infra occurrit, ut Iota edd. addant vel demant, tamen, ſi ῥᾶ eſt pro illis Ern., rectius in noſtro adi. ῥᾳθυμ. ſcribetur Iota, ut et in ῥᾴδιος hodie quidem edendo ac ſcribendo cum eodem conſentiunt.

Sed notionem adi. ῥᾳθ. principem agnoſcimus illam Stp., unde altera facile ducitur pro deſes, ſegnis, ignavus, i. laborem moleſtiamque fugiens; unde et alia pro negligens i. incurioſus, cf. Suid. 3, 250. e. ῥαθυμεῖν, — τὸ ἀργεῖν, — παρὰ τὸ ῥᾷστα τῷ θυμῷ διδόναι, i. e. ἐνδιδόναι, indulgere, dedere ſe, cedere, obſequi animo ſuo et voluntati, cupiditati, affectibus et motibus, quae alia notatio non plane reiicienda, cf. ſq., non coll. ad Heſ. 2, 1096. e. cum N. 24. Thom. M. p. 771., coll. Suid. 2, 636. m. et Heſ. 2, 696. i., unde ſit quoque pro tardus ſ. lentus, de animo, ad cogitandum et deliberandum non celer; quae vis tamen et in illa pro ſegnis latet; quo ſenſu fortaſſis et Heſ. l. l. ſubſt. interpretatur κατήφειαν, ab effectu ſ. adiuncto, quia triſtitia habet aliquam in cogitando, deliberando agendoque tarditatem et difficultatem, cf. ib. p. 203. e., ut eiusdem p. 1282. m. συγνὸν, ἀργὸν, nondum emendarim in ἄγριον, v. N. 27., ut ῥᾳθυμία pro luxuria (tacente Stp. Th., v. ap. Per. ad Ael. V. h. 9, 9. e. et 12, 30., qui veri ſunt numeri) confirmabitur e Suid. ſupra v. ῥαθυμεῖν, cum mollities et ignavia ducat ad luxuriam, profuſionem et voluptatem, quod ſubſt., e priori notatione, nobis *Leichtſinn*, ut adi. *leichtſinnig*, quod nec ab h. l. alienum; quanquam procedit et illud *nachläßig* ſ. *ſorglos*, quomodo, P. alio nitente, capio et Bg., ſevere Gr. illud ap. Heſ. ἔκλυτος, ſed ap. Lat. etiam pro negligens acceptum, cf. G. Th., ut ῥ. reſpiciat pr. opp. ἐπιμελέστερον, narrante Noſtro et culpante talem in rep. adminiſtranda animum in Commodo 1, 8, 3. 1, 11, 15. e. 1, 12, 12. 1, 13, 3. in Caracalla 3, 15, 2. 4, 7, 2. ſqq. (quanquam hic tamen rem militarem curavit et militaris videri maxime voluit 4, 3, 8. 4, 12, 4. m. 4, 7, 8. m. ſqq., quo et retulerim illum Alexandri Achilliſque honorem 4, 8.) ſed in Heliogabalo non quidem diſerte, at ſimul ita, dum commemorat iſtius choreas et ſacrificia 5, 6, 1. 5, 7, 8. e. it. aurigationem 5, 6, 23., (quam et profert de Commodo 1, 13, 17. it. 1, 15. et de Caracalla 3, 10, 4. e. 4, 7, 2. e. 4, 11, 15. 4, 12, 11. ſqq.) niſi huc trahas illa 5, 7, 2. ſq., cf. Dem. 112, 2. τῆς ῥᾳθυμίας — καὶ τῆς ἀμελείας it. 133, 12. ἡ ῥαστώνη κ. ῥᾳθυμία, (quorum de differentia v. aliquid ap. Stp. Th. 1, 1608. E. ſq.) et 158, 10. διὰ μαλακίαν ἢ ῥᾳθ.

Tum ad v. καινοτομεῖν et ſubſt. καινοτομίαν cf. Bud. C. 1186, 31. Stp. Th. aliunde et Suic., it. Suid. 2, 286. m. καινοτομεῖ, — καινουργεῖ, λ. ex Ariſt. Eccl. v. 582., cf. v. 580. Veſp. v. 871. it. Heſ. 2, 109. m. καινοτομῆσαι, καινὸν ποιῆσαι, cum N. et p. 1363. N. 14. ad Luc. 3. p. 11. N. 10.

et Ind. Z. Xen. Pol., ubi Bg. melius, quam P., ſenſum dedit, qui eſt hic, ut adoleſcentes imperatores multa fecerint, quae alii ante eos non fecere, maxime in malam partem, utque ſuperiores vicerit A) voluptate Commodus 1, 6, 2. ſqq. 1, 8, 2. e. 1, 12, 12. 1, 13, 15. 1, 17, 22. Heliogabalus 5, 5, 7. 5, 6, 3. ſqq. et 24. it. 5, 8, 2. et Caracalla 3, 10, 4. 3, 13, 3., tum B) crudelitate, ſaevitia et caedibus Commodus 1, 13, 14. 1, 14, 13. e. 18. ſq. 1, 17, 1. ſqq., Caracalla in patrem 3, 15, 4. 9., in fratrem §. 10. e. 4, 1, 2. ſq. 4, 3, 2. 4, 4, 3. ſqq., in reliquos 3, 15, 8. ſq. 4, 6, 1. ſqq., ſingulis adeo noctibus §. 8., in Alexandrinam iuventutem 4, 9., in Parthos 4, 10. ſq., Heliogabalus 5, 6, 1. 5, 7, 11. 5, 8, 15., porro C) veſania quadam, ſtultitia et ſtudio rerum indecentium, ab imperatorumque perſona et dignitate alienarum, Commodus quidem favore ſcurrarum et mimorum 1, 6, 2. 1, 13, 16., it. gladiatorum, ut et cum iis palam in amphitheatro congrederetur, et ap. eos habitaturus eſſet 1, 15, 15. ſqq. 1, 16, 8. 12. it. imitatione Herculis 1, 14, 15. ſqq., ſed Caracalla ſtudio magiae 4, 12, 5., Heliogabalus ardore ſacerdotii 5, 5, 5. 17. 5, 6, 15. ſqq. et in muneribus publ. indigne conferendis 5, 7, 12. ſqq., quanquam Noſter et de ſenioribus talia nova et inſolita narrat, ut Iuliani, Praetorianos pecunia primum corrumpentis 2, 6, 21., Severi, multa militibus concedentis, quibus militaris ſeveritas ac modeſtia concidit 3, 8, 8. ſqq. et Maximini, omnium ſaeviſſimi 7, 1, 2. ſqq. 7, 3., ut bonam in partem nova numero pauca, nec forte niſi in Pertinace 2, 4. et Alexandro 6, 1, 14. ſqq. et 6, 9, 13. ſqq.

Iuventus autem imperatorum Noſtri etiam hinc aeſtimabitur, quod Commodus dr. imperium accepiſſe anno aetatis XIX, ſed amiſiſſe XXXI, ut et Caracalla, natus XXIV annos, cum id ſuſciperet, ſed Heliogabalus, id adeptus XIV aetatis, iam XVIII iterum reliquiſſe; Noſtro quidem Commodi iuventutem memorante tantum infinite 1, 5, 1. 24. ſqq. 1, 6, 2. 10. 20. 1, 7, 4. e. 8. 10., etiam Caracallae 3, 10, 1. e. 4. 9. 3, 11, 15. 3, 12, 25. 3, 14, 4. 17. 3, 15, 7. 4, 1, 2. it. Heliogabali 5, 3, 13. 18. 5, 5, 1. m., ſed huius tamen etiam finite 5, 3, 7. e. 5, 7, 7. e., in quibus indignis imperio iuvenibus excipi debet unus omnium digniſſimus Alexander 5, 7, 9. 5, 8, 3. 6, 1, 2. ſqq. 6, 9, 13. ſqq., cuius iuventutem Noſter definit 5, 3, 7. e. 5, 7, 7. e., ſed et univerſe ponit 5, 8, 20. m. 6, 1, 11. ſq. 6, 9, 9., cui forte acceſſuri erant Geta et Gordianus 4, 3, 4. ſqq. 7, 10, 1. e., niſi caede fuiſſent occupati. Contra ſenum indigni erunt, Iulianus, cui Noſter ῥαθυμίαν tribuit 2, 7, 1. m. et ſenium univerſe 2, 12, 11., alii vero LVII aetatis annum, Severus, quem alii regnum iniiſſe dicunt natum fere XLVII annos, ſed mortuum anno aetatis LXV et ultra, pro quibus ap. Noſtrum modo ſenectus eius memorata 2, 15, 7. m. 3, 11, 1. 15. 3, 14, 4. e. 3, 15, 1. 4. 9., ſed de iis, qui extra Romam vixerunt, Macrinus, quem volunt impetraſſe imperium habentem LIII annos, quo de Noſter modo prodit, ipſum a ſe quidem declinaſſe ῥαθυμίαν 5, 1, 5. e., ſed vere tamen laboraſſe iſto morbo ac vitio 5, 2, 9. e. 5, 4, 4. m. 5, 5, 3. et, quamvis ſe ſuamque vitam laudarit ipſe 5, 1, 3. ſqq., tamen mollius vixiſſe delicatiusque 4, 12, 3. ſq. 5, 2, 7. ſqq. 5, 3, 1., in Maximini ſenectutem Noſtro tantum obſcure ſcribente 6, 8, 2. ſqq. 9. e. 7, 1, 14. m., aliis autem plane nihil, at Nigro ap. Noſtrum exprobrata ῥαθυμία 2, 8, 16. 2, 9, 3. e. 2, 12, 4. e. 2, 14, 11. 3, 4, 15. et de eius aetate allatis modo his, ἦν τὴν ἡλικίαν ἤδη μετρίως πρεσβεβηκώς 2, 7, 8., ut lenitate eiusdem laudata ib. §. 14. et 2, 8, 2. 15. e., denique Albini aetate ſic tantum commemorata, ut fuerit τὴν ἡλικίαν ἔτι

ἀκμάζων 2, 15, 7., ubi opponitur Severo ſeni, ſed moribus ac vita non commendatis ib. §. 2. 3, 5, 4. 3, 7, 1., ubi eius ῥᾳθυμία tangitur, ut tamen quoque de eodem 3, 5, 5. ἥροῦντο — οἱ εὐπατρίδαι ἐκεῖνον μᾶλλον ἄρχοντα, ἅτε — χρηστὸν τὸ ἦθος εἶναι λεγόμενον.

1, 2, 1. ſqq.

Marci imperatoris res ſcripſere Capitolinus, Aurel. Victor hiſt. miſc. Oroſius 7, 15. Xiphilinus, Zonaras, Suidas v. Μάρκος, Excerpta Peireſc. ex Dionis LXXI. Ariſtides orat. 9. T. 1. et ipſe Marcus in δωδεκαβίβλῳ. Inter recentiores egregium libellum de vita Marci ſcripſit ſummus vir Conrad. Rittershuſius, cui titulum fecit *Speculum principis civiliter boni*, et ante hunc Antonius Guevara, Hiſpanus, in Horologio principum, ſed licentiae novo genere, ficta narratione ad ideam perfecti imperii adornatum exhibuit. Cum enim Marcus *omnibus omnino virtutibus ſtuduiſſe, optimeque omnium, qui unquam principatum tenuerunt, creditus ſit imperaſſe*, notante Xiph., adeo, ut *nec adulatio videatur talem potuiſſe confingere*, iudicio Capitolini in Vero 11. (e. T. 1. p. 438.) in primis idoneus viſus eſt, qui in exemplum virtutis imperatoriae commendaretur, cuique etiam ea tribuerentur, quae hiſtoria diſerte et ſeorſum non tribuerat *Boecl.*

Marci genus et parentes traduntur a Capit. l. l., uxores p. 310. ſqq. it. 289. 360. 362. m. 385. 389. ſq. et a Lampr. p. 472. i., tum filiae a Cap. p. 317. 365. e. 389. N. 1. it. a Lampr. p. 489. i. 524. i., denique filii a Cap. p. 367. 377. i. 394. i. 399. e. et a Lampr. p. 472. 475. cum N. 3. Caſ.

θυγατέρες — κλ.) Trium ipſe Herodianus meminit, Lucillae, natu maximae, ab ipſo Commodo interfectae 1, 8, (6 et) 17. it. 4, 6, 7. et alterius, quam non nominat, ab Antonino interfectae 4, 6, 6. Sed 1, 13, 2. idem Herodi. τὴν πρεσβυτάτην τῶν Κομμόδου ἀδελφῶν, maximam natu ſororem vocat Fadillam. Intelligendum igitur, Fadillam poſt mortem Lucillae hanc compellationem habuiſſe, ut natu maxima diceretur, non a natura. *Leisn.* cf. N. ib. et de filiabus Marci ad Dion. Caſ. T. 2. p. 1203. N. ad §. 1. e.

ἄῤῥενες δὲ δύο) Atqui, ſi Lampridio fides, alter erat Commodo frater, ſcil. Antoninus geminus. *Oxon.* Liberi Antonini ſunt 1) Lucilla, primo anno, ut ex Capit. c. 6. (T. 1. p. 312. e.) intelligitur, matrimonii ſuſcepta. Hinc Herodiano πρεσβυτάτη πάντων ἀδελφή (1, 8, 6.) Haec Lucilla nupta fuerat L. Vero, conſorti imperii M. Aurelii. Ea mortuo Vero elocabatur a M. Aurelio, virtutis cauſa, equiti Rom. Pompeiano, (cf. Capit. p. 317. 365. m. it. Spartian. p. 711. e. Herodi. l. l. et §. ſq. 7. it. 1, 6, 11.)

2) Marcus Galerius Antoninus in numophyl. Chriſtinae p. 409., et Lampr. in Comm. (i. T. 1. p. 472.) Antoninum Geminum vocat, quia ipſe et Commodus uno partu erant editi, (cf. ad Lampr. p. 475. N. 3. Caſ.) Sed hic M. Gal. Antoninus quadrimus mortuus eſt, (cf. Lampr. l. l.)

3) Commodus, 4) Verus Caeſar, qui ſeptennis mortuus, Capit. in Anton. c. 21. (p. 367.) Lampridius Commodum ſcribit c. 1. Caeſarem puerum appellatum cum fratre ſuo Severo. Sed Salmaſius ad h. l. p. 114. (nobis p. 475.) legendum putat *Vero* pro *Severo*, huncque ab Herodi. nominari Veriſſimum, (quod potius dicit Caſ. l. l. N. 3.)

5) Fauſtina Auguſta, 6) Fadilla Auguſta, nupta Antiſtio Burrho, (cf. Lampr. p. 491. e. cum N. 6. Caſ., it. Cap. in Pert. c. 3. e. p. 537. m. et ap. Noſtrum 1, 13, 2.)

7) Vibia Aurelia Sabina in numoph. Chriſt. p. 108. 8) Sextus. Huius ſaepe meminit Galenus in l. περὶ τοῦ προγινώσκειν T. 3. Opp. p. 459. l. 21. et eadem pag. aliquoties. Unde ſimul illud manifeſtum eſt, hunc Sextum adhuc in vivis fuiſſe, Marco ap. Marcomannos agente. Sunt, qui Sextum eundem, quem Verum, putent: ſed is Verus periit ſub ipſis Germanicae profectionis diebus, Cap. in Anton. c. 21. (p. 366.) Herodianum igitur mentionem nullam feciſſe Antonini Gemini, non mirum, utpote in prima pueritia mortui, (cf. ad Lampr. p. 476. N. 3. Caſ.) Sed hoc mirum, eum meminiſſe Veri, non meminiſſe Sexti, qui Vero ſupervixiſſe videtur. — Hunc Sextum non fuiſſe Antonini filium, ſed Sextum Quintilium Gordianum, Maximi filium, oſtendit Reineſ. V. L. p. 338. — Numi quidem tot liberorum Marci mentionem non faciunt. Sed hoc non mirum. Numi percutiuntur, non ubi omnes liberi nati ſunt, ſed ubi aliquot. Itaque ex numo ap. Beger. p. 675. cave, colligas, Marco non niſi ſex liberos fuiſſe: quemadmodum ex alio ib. non poteſt colligi, ei non fuiſſe, niſi quatuor. Nam alter numus Fauſtinam praefert cum ſex, alter cum quatuor liberis cum inſcr. Fecund. Auguſta et Temporum Felicitas. *Leisn.*

§. 2. ὁ μὲν ἔτ. κομ. ν. τ. β. μετ.) Puerum quadrimum dicit Lampridius. *Sylb.* T. 1. p. 472. m., ſed ubi ſermo eſt de Antonino Gemino. At Capit., de Vero Caeſare loquens, l. l. p. 367. *ſeptennem amiſit*, cf. ad Lampr. p. 476. N. 3. Caſ. et ad Dion. Caſ. T. 2. p. 1203. it. Grut. Lamp. T. 6. P. 2. p. 892. e.

ib. Βηρίσσιμος) Verum Caeſarem appellatum fuiſſe, ex Capit. (l. l. ante) Schottus adnotavit, qua de re in Indice. *Sylb.* Ibi in Gr. quidem nihil, ſed in Lat. v. „*Veriſſimus*, Marci Antonini filius, (ex h. l.) Lampridius Antoninum vocat, et geminum Commodi fratrem fuiſſe refert. Veriſſimus unde appellatus M. Annius Verus 360, 27." e Xiph. ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἀντωνῖνος Μάρκος, ὁ Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος, Ἀννίου Βήρου — ἔγγονος. — προετίμησε δὲ τὸν Βῆρον (ὁ Ἀδριανὸς) διά τε τὴν συγγένειαν αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ὅτι φύσιν ψυχῆς ἐῤῥωμενεστάτην ἤδη ὑπέφαινεν, ἀφ' οὗ καὶ Οὐηρίσσιμον αὐτὸν, πρὸς τὴν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ῥήματος ἔννοιαν κομψευόμενος, ἀπεκάλει, *erat* porro *M.* Antoninus, *qui* Catilius *ante nominabatur*, filius *Annii Veri.* — *Verum* tamen *maiore* honore *affecit*, cum *propter* ius *ſanguinis*, tum *quod* eum *iam* florentem *aetate* et *ingenio* cognoſceret; *quem etiam ob eam* cauſam *facete* Veriſſimum *nominabat*; quae obſcurius converſa, melius reddentur ſic, *et* quod *indolem* animi *fortiſſimam*, generoſiſſimam, *iam oſtenderet*, et illuſtrantur ad Cap. in Marco c. 1. e. T. 1. p. 290. *M. Antoninus principio avi ſui nomen habuit*, *et Catilii Severi, materni proavi.* Poſt *exceſſum vero patris ab* Adriano *Annius* Veriſſimus *vocatus eſt*: *poſt virilem autem* togam, *Annius* Verus, *patre mortuo*, *ab avo paterno adoptatus eſt et educatus*, in Caſ. N. 1. a. e. „Ante dicebatur *Annius Verus.* Hadrianus iuſſit dici *Annium Veriſſimum*: quare? πρὸς — ἔννοιαν, inquit Dio, h. e. quod eſſet veritatis amantiſſimus, tenaciſſimus. Magnum rectae indolis argumentum, et animi vere generoſi, amor veritatis, odium falſi. — Marcum iuvenem nominant *Veriſſimum* Iuſtinus, Euſeb., Georg. Monachus et Lampridius quoque" in Antonino Diadum. c. 6. m. p. 784. e., cf. Weſſel. Obſ. Var. p. 93 e., ubi, ut et in prioribus, docet, Marcum etiam poſt tempus, a Capit. poſitum, appellatum

eſſe aut *Verum*, aut *Veriſſimum*, quo de ſuperlativo, haud dubie e Gr. illo ἐῤῥωμ. orto, nec de diminutivo intelligendo, it. de ſcriptura Gr. Βηρίσσιμος et Οὐηρίσσιμος, cf. ad Dion. Caſ. T. 2. p. 1168. l. 27. N. ad §. 162., ubi p. 1203. ad §. 1. monetur, *Veriſſimi*, ut hic Noſter vocet, nomen in numis non deprehendi; unde et Spanh. de Pr. et u. n. T. 1. p. 340. i. „neque tamen *Veriſſimum* dictum ſimiliter huius M. Aurelii filium, ſ. Βηρίσσιμον, quod de eo tradit Herodi., ſed Βῆρον ſ. *Verum*, e memoratis ante genuinis eius numis cum addita Caeſaris appellatione vidimus; ac unde Capitolino (in Marco c. 21. T. 1. p. 367.) fides continuo accedit, dicenti, *filium nomine Verum Caeſarem, execto ſub aure tubere, ſeptennem amiſit*" ut tamen Noſtrum excuſem ſic, in nomine hoc uſurpato eſſe ſecutum non numorum fidem, ſed vulgarem conſuetudinem.

§. 4. m. *ἀρετῆς δὲ πάσης ἐμ. ἀ.)* De Marci virtutibus cum Capitolinus omnia ſine ordine poſuerit: placet ea digerere in certa quaedam capita et quaſi claſſes. Igitur ille Marcum ab hac parte laudavit primo univerſe T. 1. p. 286. 350. 358. 363., deinde, ut plures eius virtutes ſimul memoraret p. 307. i. et 336. m., denique, ut ſingulas virtutes aliquas afferret; quarum genera facimus haec, primo ut Marcus curarit, quae pertinerent ad religionem et res ſacras p. 340. 369. 393. et ludos p. 368., tum ut fuerit tolerans p. 293. 373., excelſus in luctu p. 367. ſq., diligens in re familiari p. 309., parcus ib. et p. 394. e., tamen ſine avaritia p. 331. 336. 402., famae ſtudioſus p. 314. e. 365., non avidus gloriae p. 326. aut titulorum p. 325. e. 337., laboris amantiſſimus p. 298. 324. 329., etiam inter ſpectacula p. 346. i., etiam in luctu p. 368., porro his officiis erga ſe ut et addiderit reliqua adverſus alios, ante imperium quidem, fidem in magiſtratu p. 303., modeſtiam in imperio ſuſcipiendo p. 307. e., it. in eo adminiſtrando p. 314., regni ſocius bonus p. 316. ſq. 322. ſq. 345. ſq., poſtquam ſolus imperium adeptus, multo melior p. 350. 364., comis erga omnes p. 307., lenis bonusque erga ſenatum p. 328. 336. 387. 392., it. erga cives p. 320. ſq. 335. 352., it. erga inimicos p. 335. 373. 401., it. in puniendis aliorum peccatis p. 336. 381. ſq., aut iisdem celandis p. 346. 390., it. erga ſtultos p. 342., in regni negotiis aſſiduus p. 324., etiam cum moleſtia p. 329., nec ſibi ſapiens ſolus p. 372. ſq., iuris antiqui tenax p. 334., in iudiciaria re diligentiſſimus p. 330., in iure dicundo cautus p. 334. et aequiſſimus p. 382., ſuffragatoribus non cito credens p. 404., curioſus etiam rerum minutarum, ut viarum et itinerum p. 332., civium amans p. 321. m., eorumque vitae p. 337. e., et deliciarum p. 378. et felicitatis, in ſumtibus publicis cavendis p. 330. e. 332. 354. 370. 377. 394. 401., in vectigalibus recte exigendis p. 334., aut remittendis p. 377. e., in alimentis publicis praebendis p. 331., in re frumentaria curanda p. 332., in iuridicis dandis ib., et legibus multis bonisque p. 328. i. 330. ſq. 333. 340. 374. 379. 394. m., dux belli providus p. 325. 364. 369. ſq., ſtrenuus p. 372. 374., felix p. 325. 343, 354. 372., clemens tamen et aequus in hoſtes p. 382. 387. 389. 390. e., denique pius erga parentes p. 309. 314. i. 315. i. 320. 403., it. erga magiſtros p. 290. e. 297. 299., bonus maritus p. 362. ſq. 390. it. pater liberis p. 348. 354. m. 363. i. 365. 377. 394., ſed infelix idem pater p. 358. e. 395. ſqq., liberalis porro erga affines p. 303. 315. e. 326. i. 346. e. 348. 365., it. erga cives p. 317. e. ſq. 327. 331. e. 342. 377.

ib. *λόγων ἀρχ. ἦν ἐρ.)* Ap. Capit. ſimul cum Marci magiſtris memorantur et res ac diſciplinae, in quibus inſtitutus ſit, T. 1. p. 290. muſice et geometria, it. grammatice, Gr. Latinique ſermonis, ſed p. ſq. orato-

ria ſ. rhetorice, itidem utriusque ſermonis, tum p. 293. philoſophia univerſa, at p. 295. Stoica, it. p. 297., ubi et Peripatetica, porro p. 298. iuris ſtudium, it. declamatorum ſcholae, praeterea p. 306. pingendi ars, pugilatus, lucta, curſus, tum ut fuerit ſtudiorum amantiſſimus, etiam inter negotia publ. p. 312. e. et inter ſpectacula p. 346. i., ſed plurimum tribuerit philoſophiae p. 293. 306., in primis Stoicae p. 295, 351., ut philoſophus fuerit in imperando p. 394., in vita p. 286. 293. 351. 363. 388. et in morte p. 399., etiam doctus litteras Aegyptias p. 388. e., ubi et dicitur philoſophum egiſſe in Aegypto, it. in Oriente, cf. Heyn. Hiſt. T. 4. p. 989. m.

§. 5. δηλοῖ — ἢ λεχθ. ἢ γραφ.) Scriptorum quidem doctrina et ſapientia ſatis firmatur vel uno illo Antonini ad ſe ipſum libro, quem recte laudavit Fabric. Bibl. Gr. V. 4. p. 22. e. Dicta vero eiusdem, ubicunque prolata, quin de ſimili genere fuerint, refertaque litteris ac ſapientibus ſententiis, dubitari nequit; ut tamen oratio eius, quam infra legimus, nihil huc valeat, cum ſit a Noſtri ingenio conficta, proferente Capitolino haec modo eius dicta, p. 362. *ſi uxorem dimittimus: reddamus et dotem*, p. 373. *aequius eſt, ut ego tot et talium amicorum conſilium ſequar, quam, ut tot et tales amici meam unius voluntatem ſequantur*, p. 394. *florere civitates, ſi aut philoſophi imperent, aut imperatores philoſophentur*, it. p. 399. alia tria.

Denique de Marci obitu ad 1, 4, 18. i. ὁ μὲν — ἀνεπαύσατο) Etiam Capit. c. 28. (in Marco T. 1. p. 397.) morbo mortuum narrat: at Dio 71, 33. peremtum a medicis, Commodo gratificantibus, tradit. *Leisn.*

E Cap. verbis l. l. p. 399. e. *ſeptimo die gravatus eſt, et ſolum filium admiſit, quem ſtatim dimiſit, ne in eum morbus tranſiret*, peſte abſumtum Marcum colligit Salm. N. 6., afferens tamen et Dionis illam de violenta morte ſententiam, quam et amplectitur Gatterer. in Enchirid. Hiſt. univ. T. 1. p. 824. m., de mortis genere Marci plane tacentibus Anglis ap. Heyn. Hiſt. T. 4. p. 1010.

1, 2, 2. e.

— ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν λ.

Quod Leiſn. in N. ſuper pr. ἐπὶ de conditionis notione dicit, univerſe quidem verum eſt, cf. Stp. Th. 1, 1211. H ſq. Vig. p. 599. Nr. 11. cum N., Barn. ad Eur. Alc. v. 375. Duck. ad Thuc. p. 516. N. 76. Weſſ. ad Diod. S. 1, 138. N. 49. Rz. ad Luc. 2, 793. N. 32. it. 3, 44. N. 88. Bach. ad Xen. Ag. 1, 4. m., Fi. ad Well. p. 386. et Indd. Dion. C. cum Xen. Z. At ubi ſequitur ipſum vocab. *conditionis* et *pacti*, ut hic et 3, 12, 1.: ibi valere iſta obſervatio nequit, et ἐπὶ in Vs. aut exprimitur Lat. *ſub*, uſurpato in ſimili cauſa, cf. G. Th. 589, 24. ſqq. cum Indd. Suet. et Iuſt., aut libere opprimitur cum Bg. hic, et altero Noſtri loco cum Sb., unde eadem loca duo ad iſtam notionem non bene adhibentur ad Luc. 2, 86. N. 99. et unus hic a Vig. p. 601. i., noſtratibus h. l. uſurpaturis *unter* ſ. *mit*, dum ratio P. „maxima *que* propoſita *mercede*“ ſimilis eſt illi Bg. in pr. μετὰ τῆς ἀλλ. ἐπιμ., mutata praep. in particip., ſed deſerto numero plur., et inſuper addita copula *que*, forſan inde, quod orationem rel. in abl. conſeq. mutaſſet, et praepoſuiſſet particip. *accitis*, ad Noſtri haec reſpiciente Vig. l. l. ſic „*viros* eruditione *clariſſimos* (e P. partim) *non contemnendis*, i. e. ἀφθονωτάταις, ampliſſimis, *conditionibus* undique *arceſſens*. συντάξεις hic *gages* ſ. *penſions*“ ad ſenſum bene, ſed per barbara et Gallica, pro domeſticis *Gehalt* ſ. *Beſoldung*, at Bg. ambigue red-

dente, pro noſtris *Bedingungen*, aut exquiſite pro commodis, praemiis et pactionibus, cf. Cl. Cic., tacente G. Th. Proprie quidem Gr. σ. eſt formula et ratio, qua quid paciſcimur, componimus et conſtituimus, ſed deinde etiam res ipſa pacta, pacto decreta; unde reliqua derives, quae ſuper hoc v. habent Bud. C. 896, 7., ut ſit ſtipendium, it. annua, quae dantur a principibus, ut h. l., et p. pr. l. 12. 43. it. Stp. Th., ubi, praeter illa Bud., aut affinia, ut tributum „at P. ap. Herodi. reddidit *praemia*, quidam *ſtipendia*" quorum prius P. reſpicit 1, 6, 24. e., tum Ind. Z. Xen. Cyr., ad Heſ. it. Suid., pro cuius τὸ λαμβάνειν καὶ τὸ ποιεῖν τὰ δέοντα legerim bis in gen. τοῦ λ. — τοῦ π., e Dem., cuius locus p. ſq. i. etiam affertur, et in Ind. recte explicatur.

De εὐκαταφρόνητος ſcriptura quidem per vocem unam conſentiunt non modo libri noſtri, ſed etiam alii; ſicut ſunt alia quoque ex εὖ compoſita; ubi tamen eandem ſcripturam repetas e vetuſta illa ſerie omnium una; ſed ſuper interpretatione eſt obſervatio Ind. Polb. Ern., eſſe ſimpl. *contemtibilis*, quia addatur adv. τελέως, in quo et ipſo eſt notio illius εὖ, ut ib. „οὐκ εὐκ. non levis ſ. parvus" recte ad ſenſum, cui par Lat. *magnus* ſ. *amplus*, quia negat. cum aliis orationis partibus e claſſe negantium aut minuentium etc. facit oppoſitum, cf. 1, 1, 1. e. οὐχ ἥκ., per λιτότητα, aut copiam ornatumque orationis variandae, ita, ut nihil inſit notionis eius, qua carpimus et minuimus cum contemtu, ſed contra notio bonitatis, praeſtantiae et magnitudinis, (quod hodie ſcimus in Lat. ſimili phraſi ap. Liv. de Polybio 30, 45. m. *haudquaquam* ſpernendus *auctor*, cf. 33, 10. e. G. Th. v. *ſpernend.*, Ern. rhet. §. 332. 380. e.,) quanquam non ita, ut per Lat. adi. gradum ſuperlat. exprimatur cum P. et Vig., quo tamen inclinat nuperrime Ianus ad Hor. od. 1, 28, 14.; unde bene Ind. Xen. Mor. et Z. ſimpl. per *contemtus*, cf. Dem. Ind., cui add. abſolute 45, 1., ſed cum oppoſitis quibusdam 1244, 9., pro quo l. 12. καταπεφρονημένος ὑπ' αὐτοῦ, it. compoſitum cum aliis 97, 27. cum ῥαθύμους, opp. pr. φοβεροὺς καὶ χαλεποὺς, 1110, ult. cum βάρβαρον, opp. ſq. τῷ κ. οὐδ. λειπ., it. cum praep. 154, 20. et opp. ſq. σφαλ., ut ap. Dion. H. Sb. T. 2. 2, 39. copulantur εὐκ. καὶ ταπεινὰ — ὀνόματα, pro quo p. 3. l. 17. ſyn. εὐτελεσ. κ. ταπειν. et l. 26. μικρὰ κ. φαῦλα ὀνομ. et Ael. V. h. 12, 53. i. oppon. τῶν μεγίστων — εὐκατ. *contemnendas*, cf. Ind., dum Stp. Th. non vult reddi per particip. Lat. *contemtus* et *deſpiciendus*, ſed per adi. *contemtibilis* et *aſpernabilis*, quae et L. Ern. modo repetit ſimul cum *deſpicabilis*, ut tamen eodem redeant, et verbalia in τὸς verti liceat aeque per illa particip. perf. et fut., ſicut ipſe deinde Stp. Th. vertit tamen „οὐκ εὐκ. non *poenitendus*" ſine exemplo cum negat., cf. Dion. H. S. T. 2. 85, 36. de Iphicrate cum ſyn. et praep. τὰ πολέμια δεινὸς — καὶ ἐν λόγοις οὐκ εὐκ., it. Zoſ. 4, 6, 6. e. πλῆθος οὐκ ἐ., *copiae* non *contemnendae* et 5, 37, 2. e. eadem *copias* haud *aſpernandas* cum Sb. Ind., it. Luc. 1, 8. i. οὐκέτι εὐκ., non *iam* contemtu *digna*, per ſyn. rationem adi. *dignus*, cum ſubſt. affini, quae par eſt illi per particip. fut., etiam uſurpatae ib. p. 387. l. 70. et p. 389. l. 10. οὐδὲ οὗτος εὐκ. *ne* ipſe *quidem* facile *contemnendus*, ſeverius, quam p. 145. l. 32. οὕτως ἄρα εὐκ. ὑμῖν ἡ Πενία δοκῶ καὶ εὐαδίκητος, ὥσθ' λ., *ita ne* vobis *idonea* Paupertas *viſa eſt*, *in* qua *ſic* illudatis, *ut* rel., pro ſeveris *adeo igitur* contemtibilis *vobis* ego *Paup.* videor *et* imbecillis, *ut*; nihil huc profuturis Heſ. et Suid., qui modo duo compoſita talia habet 1, 892. e., non coll. ad Heſ. 1, 1508. εὐκατάπρηστον, — εὐχερῶς καιόμενον, quod i. q. εὖ et Lat. illud *facile* Gs. ante. Sed in aliam partem denegat. cum aliqua orationis parte negante etc. Suid. 2, 733. e.

οὐκ ἀδύνατοι nugatur e Schol. Thuc. ad 1, 25., (ubi Verſ. rectius *nec parum potentes*,) melius verſans alibi, ut 2, 734. m. οὐκ ἀπεικὸς, οὐκ ἄτοπον, — ἄξιον — non *abſurdum*, — *dignum*, cum diſerto canone, τὸ οὐκ ἀπ. διὰ δύο ἀρνήσεων μία συγκατάθεσις, ὡς τὸ ἥκιστα, οὐδαμῶς, — οὐχ ἥκιστα δὲ, τὸ μάλιστα, — per *duas* negationes *unam* affirmationem *ſignificat*, rel., ſine emphaſi adeo ulla, nec per ſuperlat. gradum, it. mox οὐκ ἀπεικότως, ἀντὶ τοῦ εὐλόγως, et p. 736. i. οὐκ ἐπικῶς, ἀντὶ τοῦ λογίως, cf. Heſ. 2, 807. i. οὐκ ἄκοντες, ἑκόντες, cum N. et ib. m. οὐκ ἀνεύθυνον, εὐκατάκριτον, ubi in N. 11. pro Cyr. Ms. οὐ κατακρ. legendum εὐκατ., p. ſq. i. et m. οὐκ ἀπίθανος, πιθανὸς, it. e. οὐκ ἄσημοι, ἐπιφανεῖς, λ. p. 909. i., et in verbis ib. p. 808. m. οὐκ ἀπηξίωσεν, ἠξίωσεν, et mox οὐκ ἀπορεῖ, — εὐπορεῖ, it. in Hom. οὐδ᾽ ἀπίθησε, Ἰλ. β΄, 166. 441. etc., it. in adv. p. 815. m. οὐ μετρίως, μεγάλως, p. 818. i. cum N. 18. et p. 822. i.

1, 2, 3. i.

— ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς λ.

Bg. e P. partim exprimit formulam τ. σ. β., non ſevere quidem, tamen referens Graeca ad ſpeciem externam, conſervato adi. et ſubſt., ut Stp. Th. 1, 767. E. e. G. libere per *ſenatus* tantum, at 2, 30. i. per *patres conſcriptos*, nec per ſeverum *convocatus ſenatus*, ad Noſtrum reſpiciens ſine loco et praeterea tantum ad Plut., cf. Bud. C. 768, 27. Harpocr. p. 325. e. Suid. 1, 693. e. 3, 389. m. Rs. Or. V. 9. p. 401. m., quae de Gr. συγκλήτῳ ἐκκλησίᾳ valeant etiam in rem noſtram et Romanam e Suid. illis 2, 402. i. οἱ Πρυτάνεις συνῆγον τὴν βουλὴν λ., quibus ſubſtitui poſſunt *Conſules*, etſi alio tendit Caſ. ad Suet. Aug. c. 35. m. „ſenatus *legitimus* opp. ei, qui indicitur a Coſſ. aliove, cui competit id ius. — Haec proprie βουλὴ σύγκλητος Graecis dr. Nam *indicere* dicunt συγκαλεῖν βουλὴν ſ. προσγράφειν β. — At *ſenatus legitimus* Graecis eſt βουλὴ καθήκουσα λ.“ ſed Met. Eutr. 1, 1, 3. σύγκλητον Ἕλληνες ἐκάλεσαν τὸ συνέδριον ἐκ τοῦ πρότερον μὲν τοὺς βασιλεύοντας, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ὑπάτους, συγκαλεῖν τε αὐτοὺς (τοὺς βουλευτὰς, qui latent in pr. τὸ συνέδριον) ἐπὶ τὰς βουλὰς, καὶ τῶν ψήφων ποιεῖσθαι κυρίους, tribuens nominis originem Gr. ſcriptoribus, ſed tamen ſimul a Romano ritu, et a facto ipſo regum Rom. et poſtea conſulum: ſicut ab Athenienſibus multa venerunt in Rom. civitatem auctore Romulo, nominatimque totum ſenatus inſtitutum, v. Dion. H. Rs. V. 1. p. 252. l. 5. p. 254. l. 8. et p. 261. l. 13., ap. quem deinde occurrunt de rege p. 264. l. 8. βουλήν τε συνάγειν καὶ δῆμον συγκαλεῖν, quae duo v. ponuntur ſyn. et promiſcue ib., de ſenatu et populo etiam, cf. p. 503. l. 7. συναγαγὼν τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, it. p. 537. l. 10., ſed de rege iterum V. 2. p. 654. l. 16. συγκαλέσας τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλ. it. p. 662. l. 14. 667, 3. 692, 5. 703, 15. et mox συναγαγὼν τήν τε Ῥωμαϊκὴν βουλὴν λ. 719, 11. συγκαλέσας τὸ συνέδριον, 736, 16. de Tarquinio, qui, ſtans ante curiam, ἐκέλευε τῷ κήρυκι, τοὺς βουλευτὰς καλεῖν εἰς τὸ συνέδριον, p. ſq. l. 4. 822, 4. ſqq. 844, 9. 865, 6. 905, 13. 989, 12. 15. 1244, 3. it. V. 3. p. 1346. l. 8. et 1933, i. οἱ δὲ ὕπατοι — συνεκάλουν τὴν βουλὴν, quae collecta usque ad libr. 9. non monſtrarunt mihi ap. eundem Noſtro frequens aut ſolum τὴν σύγκλητον, aut hoc cum βουλῇ, ut noſtro loco, ſed ſaepiſſime βουλὴν abſolute, it. ἡ βουλὴ τῶν Ῥωμαίων V. 2. p. 966. ult. et rurſus τὸ συνέδριον ib. p. 1110. l. 10. Caeterum Sb. Ind. v. σ. cum β. vertit cum Stp. ſupra *patres conſcriptos*, ut ap. Dion. H. redditur ὦ βουλὴ, v. c. V. 3. p. 1398. l. 8., it. ὦ πατέρες p. 1409.

l. 4. et ὦ βουλευταὶ 1439, 6., quae ratio tamen non eſt ſevera, nec affinis ſaltem, ſed Bg. aut Bud. l. l. *ſenatus Rom.*

I, 2, 3. m.

— τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας.

Hoc τῶν εὐπατριδῶν nomen et inſtitutum ab Aegyptiis veniſſe cenſetur ad Graecos, et hinc ad Romanos, cf. Diod. S. 1, 33. l. 91. ſqq. cum N. Weſſ., qui comparat Iſocr. in laud. Buſir. p. 328. l. 49., ubi tamen, ut et altero loco Diod. p. 84. l. 71. ſqq., non ſermo eſt de εὐπ., ſed de ἱερεῦσι, quibuscum illos Diodorus comparavit, ut de εὐπ. ap. Athenienſes, ex inſtituto Theſei, in huius vita locus eſt Plut., quem excerpſit Stp. Th. 3, 93. A. e., ut de iisdem ap. Romanos, ex inſtituto Romuli, v. Dion. H. Rs. V. 1. p. 252. l. 5. ſqq. ἐκ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας — τὸ παράδειγμα λαβών. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ — εὐπατρίδας — ἐκάλουν τοὺς ἐκ τῶν ἐπιφανῶν οἴκων καὶ χρήμασι δυνατοὺς λ. — διὰ ταύτας τὰς αἰτίας κληθῆναί φασι τοὺς ἄνδρας ἐκείνους Πατέρας, καὶ τοὺς ἐκ γένους αὐτῶν Πατρικίους λ. Sed Stp. l. l. B. m. „idem Plut. et Herodi. aliique, qui Romanam hiſtoriam ſcriptis perſecuti ſunt, peculiariter εὐπατρίδας vocarunt, quos Romani *patricios* appellabant“ e Bud., forte C. 127, 42., ut Sb. Ind. „ἐ. *patricius*“ quo Lat., an interdum etiam *nobiles* reddendi, quaeſitum eſt, v. D'Orv. Ch. p. 592. m., qui tamen nihil definit. Equidem in ſcriptoribus, Rom. hiſtoriam tradentibus, nihil video, quod impediat, quo minus εὐπ. vertamus *patricios* proprie, h. e. 1) in vetuſtiſſima rep. Rom. patrum ſ. ſenatorum primorum filios, 2) eos, qui ab his orti, et ſic porro, 3) alios univerſe, etiam e plebeiis, pro variis temporibus, cf. Tac. Ann. 11, 25. cum N., G. Th. v. *patric.*, cum Gr. n., et ad Dion. C. 1, 693. Porro, ubi εὐπ. copulantur cum alio vocab., quod ſignificat *nobilem* ſ. *illuſtrem*: ibi, quod adiunctum eſt vocab., vel dicetur copiae ſ. explicationis ergo acceſſiſſe, vel etiam diſcriminis cauſa, ut εὐπ. ſumerentur proprie de iis, qui in gente ac numero patriciorum veterum erant, ſed *nobiles*, qui non de illo genere, at et ipſi clari, et e claris orti parentibus, cf. D'Orv. l. l., ubi πολλοὺς εὐπ. καὶ ἐπισήμους ἄνδρας, et ap. Noſtrum 4, 2, 9. m. τῶν εὐγενεστάτων καὶ εὐπατριδῶν χορὸς — παίδων, ad quem locum Ind. Gs. Chr. Gr. εὐπ. non bene reddiderit „generoſus, patricius“ ſic ſimul. Alia res ſit, cum in Gr. ſcriptoribus, non de rebus Rom. agentibus, εὐπ. occurrit; ubi video reddi varie, nobilem, it. nobili ortum genere, it. ex nobili familia ortum, v. Spanh. ad Call. Di. v. 4. Barn. Eur. Hipp. v. 152. 1283. it. Alc. v. 920., ſed Ind. Xen. Bach. *nobilis* ſ. *patricius Athenienſis*, it. tantum *patricius*, denique *Eupatridarum* nomine, Latinitate donato Gr., forte e Verſ. ad Diod. S. l. l., mutante quaedam Z. in Bach.; quibus in ſcriptoribus mihi videtur ſufficere Lat. *nobilis*, nobis *edel*, de genere, ſ. *vornehm.*

Ap. veteres quidem Grammaticos Gr. ſunt haec, Suid. 1, 902. i. εὐπατρίδαι, εὐγενεῖς, *nobiles*, ubi Kuſt. N. 3. non coll. ad Heſ. 1, 1519. e. εὐπ., αὐτόχθονες, οὐχὶ ἐπήλυδες, cum N., interpreratione ducta ab alio ſubſt. πατρὶς, ut ap. Moer. p. 141., coll. ed. Fiſch. p. 45. e., et Schol. Soph. ad Electr. v. 25. ἵππος εὐγενὴς — εὐγενὴς, ἀπὸ ἀγαθοῦ γένους. εὐγενεῖς, ὧν ἡ πατρὶς περιφανὴς καὶ τὸ γένος. γένος γὰρ (ſc. καλεῖται ſ. ὀνομάζεται) καὶ ἡ πατρὶς καὶ ἡ γενεὰ, *nam* vox γένος ſignificat *tum* patriam, ſ. locum, ubi quis generatus, (ut in formulis Ἰταλιώτης τὸ γένος etc. cf. 1, 8, 2.) *tum* natales, i. homines, a quibus quis natus. εὐπατρίδαι δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς οἱ αὐτόχθονες, καὶ κατὰ τοῦτο περιφανεῖς, οἷον οἱ εὖ ἔχοντες

ἕνεκα τῆς πατρίδος· ὡς εἶναι τοὺς εὐγενεῖς ἐπὶ πλέον τῶν εὐπατριδῶν, λ., cf. Suid. 1, 883. i. et Thom. M. p. 392. εὐπ. καὶ εὖ γεγονὼς λ.

Addimus Noſtri loca quaedam, e ſuperioribus lucem acceptura. Nam primo, ut εὐπατρίδαις tribuit ſupra Dion. H. divitias, ſic Noſter 1, 6, 8. m. τὶς τῶν εὐπ. πλουσίων, quos tamen diſtinguit 2, 6, 8. m. ὅσοι εὐπατρίδαι, ἢ ἔτι πλούσιοι, et per ſyn. 1, 8, 4. m. πλούσιοι — καὶ εὐγενεῖς et §. 10. εὐγενοῦς — καὶ πλουσίου. Tum, ut ap. Dion., ſic ap. Noſtrum εὐπατρίδαις attribuitur εὐγένεια 2, 3, 9. ἦν — εὐγενέστατος πάντων εὐπατριδῶν, quod eſt i. q. noſtro hoc loco, *patricius* per *plures* ſeries *maiorum*, quam alii omnes, cf. 2, 3, 4. 5, 1, 14. 8, 8, 9., qua in cauſa εὐπ. videtur eſſe nomen honoris, loci ac ſtatus, ſed εὐγένεια res, cum eo ſtatu coniuncta, genus et familia. Porro memorantur ap. Noſtrum ſenatores e patricia familia 4, 6, 7. e. εἴ τι γένος — ἐν συγκλήτῳ ἐξ εὐπατριδῶν καταβαῖνον et 2, 15, 2. ἀνὴρ τὸ μὲν γένος τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου εὐπατριδῶν. Similiter, quod Thom. M. attulit ſyn., etiam ap. Noſtrum 3, 5, 5. ᾑροῦντο — οἱ εὐπατρίδαι ἐκεῖνον μᾶλλον ἄρχοντα, ἅτε ἐκ προγόνων εὖ γεγονότα, Albinum, qui et 2, 15, 2. dicitur diſerte fuiſſe τῶν εὐπατριδῶν, cf. 5, 1, 14. 12. e. 8, 8, 1. e. 8. ſq. Tum 7, 4, 5. m. de Afris, νεανίσκους τινὰς τῶν παρ' ἐκείνους εὖ γεγονότων καὶ πλουσίων, non intelligam patricios Rom., ſed nobiles univerſe, et e familiis claris ortos, forte et ſenatoriis, quales hodie etiam Norimbergae alibique, ut de εὐγενὴς et εὐγένεια cf. Loesn. Obſ. p. 212. m. Denique 5, 6, 1. πλείστους ἀπέκτεινε τῶν ἐνδόξων τε καὶ πλουσίων per ἐνδ. iidem videntur innui, ob ſyn. ἐπιφανῶν ſupra ap. Dion. H.

1, 2, 3. e.

— κοσμίους τὸν τρόπον καὶ σώφρονας τὸν βίον.

In ſubſtantivis hic primum τὸν τρ., i. q. alias τοὺς τρόπους in plur., uterque Lat. intpr. reddit, ut iam Stp. Th. 3, 1636. e. aliunde „τρόπος, *mores*, interdum etiam ingenium, indoles, animus.“ Sed Lat. *mores*, ut Gr. illa ſing. et plur., dupliciter dicuntur, de externis et internis, ut noſtrorum *Sitten*, ſuntque univerſe in agendi ratione certa et ſolita, et quam quis tenere ſolet ac ſequi, ſ. in eo, quidquid eſt aut fit in animo et corpore, vel per naturam et nativitatem, vel per conſuetudinem repetitamque actionem, it. per artem, operam et ſtudium, imitationem aut diſciplinam, quorum ſunt externi, qui ad corpus pertinent, eiusque omnem rationem in agendo, quam explicant cum rhetores in loco de *actione*, tum philoſophi in capite de *decoro*, ſed interni, a Lat. ſimpliciter eximieque *mores* vocati ſaepe, referuntur ad totum animum, atque adeo ad modum, quo ſe mens habet et intelligentia, ac quo quis cogitat iudicatque, et ad cogitata, ſententias, opiniones, placita, praecepta, dictata, nobis *Maximen*, Grundſätze, *Geſinnungen*, Meynungen, *Denkungsart*, ſed maxime etiam ad voluntatem eiusque ſtudia, propenſiones, appetitiones et declinationes ſ. horrores, it. affectus et perturbationes ſ. motus, conſtantque iis, quae quis amat vel odit, appetit vel averſatur et fugit, idque vel lenius ac moderate, vel nimis et vehementius, cf. Ern. rhet. c. 9., quod utr. morum internorum genus noſtrates eloquuntur *Charakter* et *Gemüthsart*; quanquam interdum quoque capientes anguſtius et modo de voluntatis motibus, ut et haec *Gemüth* et *Herz*. Iam, quod h. l. ſequitur ſubſt. ὁ βίος, per ſe aeque late patens, ac Lat. *vita*, hic tropice ſumitur, pro ratione vivendi agendique et modo externo, quo quis vivit et agit, non quoad mores corporis, quos ante diximus, verum quoad victum, amictum, cultum, ſupel

lectilem et domicilium, et omnem rationem, qua quis utitur domi ſolusque, tum extra domum et inter alios, it. in adminiſtranda re aut domeſtica, aut publ.

Cum vero, ut in N. monebamus, Noſter in illis *ἀνδράσι — τοῖς ἀρίστοις* videatur univerſam nominare honeſtatem, ſed in loco, quem hic tractamus, eius honeſtatis virtutisque duas partes ac formas, unam animi, alteram externae vitae: de priori *τὸν τρόπον*, ſed de poſteriori *τὸν βίον* accipio. Nam mores quidem externi illi, etſi non contemnuntur in coniugibus et generis, tamen nec praecipue ſpectantur, et ſaepe ſunt ſine moribus animi internis atque honeſtis, quos Marcus pro ſapientia ſua ac virtutis amore reſpexit praeter caetera, non tamen prorſus fortaſſe negligens vel genus, vel divitias, maxime, ſi *οὐ* et *δὲ*, ad ſe relata, non ſevere capiantur, ſed, ut alibi, pro non tam — quam ſ. quam potius, cf. vel L. N. T., ſicut in ipſo Marci facto, cum *filiam ſuam* dedit — *grandaevo* equitis *Rom.* filio *Cl.* Pompeiano, *genere* Antiochenſi, *nec* ſatis *nobili*, tamen quaedam nobilitas apparet, cf. ad Capit. T. 1. p. 462. Caſ. N. 5. a. e., ubi *peregrinus* pertinet ad illa *genere Antioch.*, i. e. quoad patriam, ut adeo non fuerit Italus et indigena Romae urbis.

Tum de *τροπ.* pro plur. habet aliquid *Stp.* Th., non item de tota formula, cum in hoc et altero ſubſt. deeſt pr. *κατὰ*, de more adi. cum acc. rei, cui par Bg. abl., cf. Dem. 805, 10. *τὸν τρ. ἄδικος* et l. 18. *βάρβαρος τὸν τρ.*, Noſtri ordine, ſed 530, 6. *φιλάνθρωποι τοὺς τρ.*, ſine Ind., cui add. 314, 21., ut Lyſ. V. 6. add. 790, 4., cf. V. 7. Ant. et utr. numero Ariſtoph. Kuſt. et Plut. v. 246. 630., ubi Cod. pluralis eſt e gloſſa, v. 1004. 1050. it. Pac. v. 349. 934., tum L. N. T., (quorum ad Schw. marg. pater notarat „v. Deyling. Obſ. P. 2. p. 459. ſq.") Ind. Luc. Ael. V. h. cum Per. N. ad 12, 1. Fiſch. The. et Pal., it. Iſocr. Ev. Xen. Cyr. Z., ſed utr. ſubſt. ſimul etiam Rs. Or. V. 3. p. 641. i. *εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώφρονα*, ut hic, ſed infra §. 6. *σεμνῷ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι*, ubi *ἦθος* ſyn. noſtro *τρόπῳ* ut ap. Plut. de ſer. n. v. Wyttb. p. 21. i. *ἤθος ἀνδρῶν καὶ βίον*, hominum *mores* et *vitae*, ubi ſq. aliquid de *τρόπου* notatione, quo reſpexit Stp. Th. l. l. p. 1637. e., cf. Foeſ. Oec. p. 375. b. m. Fiſch. L. N. T. et Suid. 3, 509. i. *τρόπος*, *ἦθος*, *modus*, mos, *ingenium*, non coll. ad Heſ. 2, 1425. m. *τρ.*, *ἦθος*, *γνώμη*, *προαίρεσις*, ſine N.

Sed adi. *κόσμιος* intelligitur e primitivo *κόσμος*, cuius notio princeps eſt decor, ſ. convenientia cum alia re, tanquam regula ac lege, unde duae rel., tum ordo, tum ornatus ſ. pulcritudo; hincque adi. *κ.* proprie decorus ſ. decens, conveniens, conſentiens cum altero, velut cum lege ac norma, it. ordinatus, ordinem ſervans et habens, it. pulcer, elegans, et dr. magis de perſ., quam de re, minusque phyſice, quam moraliter, et de hominis potius animo, quam corpore, cf. Stp. Th. Suic. L. N. T., nominatim Fiſch., Suid. 2, 353. e., in cuius loco aliquo pro *αὐτοθελεῖς* legendum *αὐτοτελεῖς*, Heſ. 2, 327. m. ſine N., cf. 1, 365. m., Gottl. Plat. Ph. p. 30. m., cum Ind. Plut. Hſ. et ad affine adv. Z. Xen. Pol. et Cyr., ut ap. Ael. V. h. 13, 27. i. *ὅτι τὸ Σωκράτους σῶμα ἐπεπίστευτο κόσμιον καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς γεγονέναι*, intelligo corpus recte conſtitutum, compoſitum, et redactum ad leges honeſtatis, adſuefactum ad virtutem omnem, munitum adverſus corporis voluptates et cupiditates, non iis obnoxium et obſequens nec ſenſuum illecebris, cf. Diog. L. 2, 25. e. et quod ap. Suic. Th. aliquis dr. *κόσμιος καὶ φθέγματι, καὶ σχήματι, καὶ βλέμματι καὶ βαδίσματι*, *ornatus et locutione*, et *habitu* (geſtibus), *et aſpectu et inceſſu*: ibi eſt potius *decorus*, decori ſtudioſus et obſervans,

cf. Ern. init. iur. n. c. 6. §. 175. ſqq. Sed de animo cum vertitur, ut a Stp. Th., *moderatus*, it. *modeſtus*: res eodem redit, dum *modus*, (quo Lat. et ſubſt. κόσμος reddunt) et ipſe eſt lex quaedam ac formula, ad quam quid ſit ſ. factum eſt; ubi equidem ſoleo interpretari Lat. *honeſtus*, ſenſu quidem hoc, quo eſt conveniens cum lege qualicunque, div. ſ. humana, et noſtro *rechtſchaffen*, quod eſt i. q. recte factum et comparatum, i. ex lege decenterque; et cum adi. κ. abſolute ponitur, ſenſu morali, non de animi parte prima et mente, ſed de altera potius ac voluntate ſumtum: ſignificat mihi eum, qui cupiditates animi motusque ad leges et praecepta virtutis compônit ſ. compoſuit, iisque convenienter vult, appetit et abhorret; qui eſt ille vulgo honeſtus. Verum, ubi adi. κ. habet adiunctum aliquod, ut τὸν τρόπον hic: fit id ex redundanti, et ad vocabulum magis definiendum; qualia et Lat. habent, ut *probus* v. c. *moribus*, cf. G. Th. 1075, 95., fortaſſis e Plin. ep. 8, 18, 8. m. Sed quoniam ad illam honeſtatem virtutisque ſtudium requiritur animus magnus, excelſus et quaſi virilis, aut quia in hoc eſt decor et ornatus maximus, isque homines ac viros natos in primis decet: hinc adi. κ. interdum ponitur pro ἀνδρεῖος, cf. locum Plat. ap. Gottl. et Fiſch. Ph. c. 34. i. p. 218. m., ubi οἱ δικαίως φιλομαθεῖς κόσμιοί εἰσι καὶ ἀνδρεῖοι, quorum κ. reddo *generoſi*, et ἀ. *fortes*, utr. capiens pro ſyn., et iis, qui voluptates et dolores contemnunt, quibus de rebus eſt ſermo ibi, et in quibus cernitur animi magnitudo, ſed per clariorem locum Xen. Hier. 5, 1., ubi manifeſto prioribus κοσμίους ſubſtituit ἀνδρείους, quibus §. ſq. opp. ἀνδραποδώδεις, *illiberales*, ut bene Ind. Bach., qui κ. verterat modo „honeſtos, moderatos" ut ed. Th. Vol. 3. p. 537. *egregii*, pro quibus periſſime nunc Zeunium vidimus plane nobiscum reddere in Ind. *fortes*, et in N. quoque ſic demonſtrare notionem illam. Sed in Ariſt. Plut. v. 89. δικαίους, καὶ σοφοὺς, καὶ κοσμίους, ſufficiet *probos* ſ. *honeſtos*, qui, ut genus univerſum, conſiſtunt bene cum pr. δικ., ut cum forma ſ. ſpecie, propter quos dixerint noſtrates ibi κ. *tugendhafte* potius, quam illud ſupra *rechtſchaffene*; ut ib. v. 565. ſq. de re eſt itidem honeſtum, legitimum, licitum, decorum, ubi male explicat C. D'Orv., ſed v. 563. ſq. copulantur iterum σωφροσύνη et κοσμιότης, ut Rs. Or. V. 5. p. 707. l. 21. κόσμιον εἶναι καὶ σώφρονα, cum explic. ſq., it. Ael. V. h. 6, 12. e. σωφροσύνην καὶ τρόπου κόσμον, temperantiam *et* morum *honeſtatem*, ſed 9, 4. σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς, *prudenter* et *moderate*, in N. *temperanter* et *continenter*, at 12, 1. i. σ. κ. καρτερῶς, *pudice* et *ſevere*, in N. e. „*decore* ſ. *honeſte*" ut Ariſt. Plut. v. 979. κ. κ. καλῶς, *perbelle* atque *egregie*, pro decenter. Sed noſtro hic loco, ubi κ. cum σ. copulatur, pro ſyn. capio, reddens κ. τ. τρ., probos *moribus*, nobis *von* rechtſchaffenem *Herzen*, ſed σ. τ. β., honeſtos *vita*, ſ. honeſtae vitae, nobis *von* tugendhaftem *Lebenswandel*.

Nempe Bg. *vitae ſobriae*, expreſſum alia forma, per gen., ad Vernaculam rationem aptius fuerit; unde et nos ſimiliter reddebamus. Sed de Lat. Bg. dubitet aliquis, an h. l. ſit ſatis aptum, cum G. Th. modo habeat „νηφαλέος, νηφάλιος, qui in cibo, potu praeſertim, temperans eſt, quaſi ſine ebrietate, it. qui non eſt actu ebrius. — *ſobrius*, σώφρων, ſanae mentis" nec de vita, ut eſt tamen in Ind. Amm. Marc., ubi ex 22, 16. p. 274. m. proprie accipitur et ſenſu illo primo ap. Gs., cuius notatio illa Lat. non mihi videtur vera, ſed haec, ut Lat. e Gr. noſtro σώφρων ductum ſit, idque propterea maxime, quod per Gs. notationem vix intelligas, quomodo Lat. acceperit alteram notionem impropriam. Scilicet Gr.

noſtrum derivo e σῶς, pro σάος, et φρὴν, cum aliis, cf. Stp. Th., quocum et dico „eſſe dictum, quaſi σῶς τὴν φρένα“ ſanum, quoad mentem, ſanae mentis hominem, quorſum tendunt etiam, quae de σωφροσύνη ap. Stp. tradit Ariſtot., it. Suid. 3, 358. i. et Plato ap. Suic. Th. p. 1225. m., quae eſt ſimiliter ſana mens, h. e., tropo remoto, recta, recte comparata et ſic, ut eſſe debet pro hominis veri notione, ac conditione legibusque virtutis, et quoad intelligentiam, ut recte ac vere ſentias ac cogites de rebus, veram et rectam teneas earum notitiam, verum iudicium, ſed quoad voluntatem, ut recte velis, appetas, fugias, ames, oderis, et quae vere expetenda, vere odio digna; e quibus et ſequitur extra recta vita et actio per omnes partes; et in his ineſt ſimul vulgaris notio pro temperantia, it. moderatio et modeſtia, de Ciceronis interpretatione Tuſc. qu. 3, 8. i., qui et adi. σ. reddit *temperans*; quae ſunt tantum formae prioris generis univerſi, ut et rurſus, cum ſubſt. σ. et affinia valent pro caſtitate, cf. Heſ. 2, 1337. m. Suid. 3, 357. e. p. ſq. i. Plat. ſymp. p. 153. e. Schw. L. N. T. p. 1299. Xen. Mem. S. 4, 3, 2. cum praep. περὶ θεοὺς — σώφρονας, de *diis* recte *ſtatuentes*, et 3, 9, 4., qui locus claſſicus eſt ob ſqq. ἐγκρατεῖς — ἀμαθεῖς, cf. Ind. v. σωφρονεῖν, Thuc., cui add. 26, 81. 188, 40. 385, 1. cum Abr. Dil. p. 574. m. it. Dem., cui add. 1402, 10. p. ſq. l. 20. 1406, 8. p. ſq. l. 6. 15. 1410, 19. Fiſch. Pal., Xen. rel. Mor. et Z., Dion. H. Luc., ap. quem 1, 171. l. 10. περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος, de *ſobrietate* et *modeſtia*, (qui Gs. ib. etiam alibi adi. reddit cum Bg.) L. N. T., Valck. Eur. Ph. p. 209. Per. ad Ael. V. h. 3, 35. cum Ind. ex 14, 19., ubi opp. ἄκοσμα, quae mox ἀπρεπῆ, ut σ. ſit decorus, decori ſtudioſus, et adeo i. q. κόσμιος, Hindb. ad Xen. p. 145., tum adi. σ. cum ſubſt. noſtro ap. Luc. 1, 485. l. 6. ὁ τῶν ἰδιωτῶν ἄριστος βίος καὶ σωφρονέστερος, idiotarum *optima* eſt *vita* et *prudentiſſima*, Dem. 793, 12. τὸν ἑαυτοῦ βίον —, ὡς σώφρονα καὶ μέτριον et Rs. Or. V. 3. p. 560. l. 3. σώφρονα καὶ μέτριον χρὴ πεφυκέναι αὐτὸν πρὸς τὴν καθ᾽ ἡμέραν δίαιταν, ubi praep. ſyn. illi, quam ſupra explebamus, ad quae loca reſpicit forte Stp. Th. 4, 202. D. m., cuius locus e Soph. Ai. eſt v. 132. ſq., ubi v. Schol.

1, 2, 4. i.

Ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα.

Huius ſententiae in verbis rectio, forte ob orationis laevitatem mutata, proprie ſic habet, ταῦτα γὰρ ψυχ. κτημ. μο. ἡγ. ἰδ. κ. ἀναφ., quam et Sch. in v. κτ. per Lat. monſtrabat, dum ſubſt. κτ. reddit Bg. e P., ſed Stp. Th. 2, 467. G. „κτ. *poſſeſſio*, ut quum dr. virtus eſſe κτ. ἀναφαίρετον“ haud dubie huc reſpiciens, quanquam ſine auctore, mox tamen et Bg. Lat. tenens, ubi cum Vern. utr. adi. μον. ſane per adv. reddas ob addita duo alia adi., quorum in illo ἰδ. neſcit Stp. Th. Lat. P. *certa*, quae notio per ſe tolerabitur ab analogia Lat. *proprius*, pro perpetuus ſ. ſtabilis, ſyn. illi P., it. a ſerie et adiuncto ſq. ἀναφ., me quidem manente in vulgari ſenſu, qui et commodus eſt, et e ſimilibus, deinde proferendis, probabilis, pro noſtrorum *eigen* ſ. *eigenthümlich*, i. quae noſtri ſunt dominii, in noſtraque poteſtate, quae nobis paravimus ipſi, aut ſoli, aut maxime; ut res iſtae duae, §. pr. poſitae, nobilitas et divitiae, plerumque dantur non per nos, ſed a parentibus et fortuna; unde illa poëtarum, Ovid. Met. 13, 140. *genus* et *proavos*, et *quae* non *fecimus* ipſi, *Vix ea* noſtra *voco*, Hor. ep. 1, 6, 37. *et* genus *et* formam *regina* pecunia *donat*, et Sen. Herc. F. qui *genus* iactat *ſuum*, aliena *laudat*; quod ſecus eſt in animi bonis, ſapientia et virtute, quae deus

nobis vendit ſudore, labore, precibus operisque noſtris; unde et noſtra haec putabimus. Sed de altero adi. Stp. Th. „ἀν. qui ſ. quae auferri non poteſt, ut virtus dr. κτ. ἀναφαίρετον, poſſeſſio, *quae* auferri *nequit*“ iterum ſine auctoritate, quae non eſt quidem ap. veterrimos ſcriptores, at recentiores non peſſimae notae, cf. Munth. p. 495. e. (e Diod. S. 2, 271. i. πάντες — τὰς οὐσίας εἰώθησαν ἔχειν ἀναφαιρέτους, *cunctis* poſſeſſiones *ſuae* integrae *et* intactae *permanſerunt*, pro *omnes ſinebantur* habere *res* ſuas *intactas*, ſ. omnibus conceſſum eſt habere facultates ſuas illaeſas,) tum add. p. 595. l. 16. οὐ κατασκευὴ κτημάτων πολυτελὴς ἀναφαίρετος, ſc. ἦν, *nullas non* opes *per* vim *rapiebat*, pro *nec* ſupellex, *apparatus* praediorum ſ. domuum, *pretioſus* erat *illaeſus*, Ind. Dion. H. S. T. 1. 542, 24. τὰς μὲν πρότερον ὑπαρχούσας ἡμῖν κτήσεις — ἰδίας τὲ καὶ ἀναφαιρέτους ἑκάστοις δεῖ μένειν, poſſeſſiones *proprias* ac *perpetuas* debere *manere* ſuis *dominis*, (etiam in Verſ. ed. R. V. 3. p. 1689.) it. 695, 30. αὗται γάρ εἰσι βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς τιμαὶ καὶ ἀναφαίρετοι, hi *enim* ſunt *veri*, ſtabiles *honores*, plane neglecto adi. noſtro, ſed ad N. T. Luc. 10, 42. comparante Pric. tum Noſtri hunc locum, tum alia, in quibus et ſyn. ἀγαθὸν οἰκεῖον καὶ δυςαφαίρετον, it. ταῦτα μόνα ἐμά ἐστι καὶ ἀναφαίρετα, cf. Plut. Hſ. Suid. 1, 185. ἀναφαιρέτους, μὴ ἀφαιρουμένους, qui *auferri* non *poſſunt*, Heſ. cum N. e Diog. L., ubi v. Menag. p. 290. b. m., reddente hic Bg. per periphraſin quoque, forte e Stp. m. ad P., ſed recte manente in Gr. ταῦτα ψ. λ., quae nihil habent, quo referantur in prioribus, cum nihil horum bonorum diſerte nominatum ſit, ſed ut in concretis κοσμίους — et σώφρονας §. pr. lateant abſtracta ſimul κοσμιότης τοῦ τρόπου et σωφροσύνη τοῦ βίου, in quo eſt genus ſyneſis, cum ſubſtantiva rerum et abſtractorum repetenda ſunt ex adi. perſonarum ac concretorum, idque in pron. demonſtr. ταῦτα cum ſubſt., ut 6, 1, 17. in αὐτὰ nudo. Deinde Bg. καὶ per *ve*, ut alibi, ſed hic pro mera copula, et in v. ἡγ. e P. ſevere, tropico ſenſu, pro putare, cf. pauperam Stp. Th. 1, 1423. E. e. L. N. T., Ind. Thuc. Dion. H. Diod. S. Ael. V. h. Luc. Fiſch. Aeſch. et Pol., Fab. Aeſ. Hſ. it. Plut. cum Krg., Rs. Or. V. 4. Kypk. 2, 315. e., qui p. ſq. in Verſ. exprimit inf. εἶναι, hic, ut alibi, oppreſſum, forte etiam in formulis νομίζειν aut ἡγεῖσθαι θεοὺς, cf. Abr. An. ad Aeſch. T. 1. et Dil. Th., it. Heſ. 1, 1599. i. cum N., Rs. Or. V. 7. p. 559. e. it. Suid. 2, 42. e., quod pertineat ad N. T. Phil. 3, 7., ubi vs. ſq. inf. εἶναι cum v. noſtro, quod et ap. G. Th. in Bg. 279, 40.

1, 2, 5. m.

Παρεῖχε — τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα.

Copulata adi. ἐπ. et μ. e Dem. ap. Stp. Th. 1, 1120. G. non reperi, ſed in L. N. T. Schw. p. 910. N. „ἐπιεικής τε καὶ μ. *manſuetus* et *moderatus*“ it. ap. Luc. 2, 188. l. 29. de Phalari, τῇ μὲν πόλει δημοτικὸν ἐμαυτὸν παρέχων, τοῖς δὲ συμπολιτευομένοις ἐπιεικῆ κ. μ., *me* praeſtiti *aequum* et *moderatum*, opp. βίαιον — ὑβριστικὸν λ., cf. Koen. ad Gr. p. 246. N. 27., ubi et contrario ordine μ. κ. ἐπ., ſed Ael. V. h. πρᾶος κ. ἐπ. *manſuetus* et *mitis*, Plut. Krg. §. 8. χρηστὰ κ. ἐπιεικῆ, (quocum cf. N. T. 1 Petr. 2, 18. τοῖς ἀγαθοῖς κ. ἐπιεικέσιν, Grot. *bonis* ac *lenibus*,) it. §. 385. καὶ φίλος ἐπ., καὶ πατὴρ χρηστὸς, et Diod. S. 1, 106. l. 64. τὸν τρόπον ἐπιεικὴς κ. δίκαιος, morum *benignitate* atque *iuſtitia*, tum ap. Stp. Th. l. l. H. ἐπιεικείας κ. πρᾳότητος, (quocum cf. N. T. 2 Cor. 10, 1. πρᾳότητος κ. ἐπιεικ.) — ἐπιείκειαν κ. χρηστότητα, — ἐπ. κ. φιλανθρωπίαν, — ἐπιεικῶς κ. μετρίως, — ἐπ. κ. φιλανθρώπως, ut μέτριος κ. ἰσότιμος, it. μέτριον κ. πρᾷον ib. 2, 906. F. et

Schw. L. N. T. l. l., ſed ap. Dem. 556, 24. *βίον μ. κ. φιλάνθρωπον*, 573, pen. *τῶν μετρίων τινα κ. δημοτικῶν* ex Ind., cui add. 574, 14. *μέτριος κ. φιλάνθρωπος*, Ariſt. Nub. v. 1135. *ἐμοῦ μέτρια τε κ. δίκαια αἰτουμένου*, *iuſtum* et *aequum*, immo inverſo ordine, Xen. Ageſ. 11, 11. m. *τῶν ὑπεραύχων καταφρονῶν*, *τῶν μετρίων ταπεινότερος*, Th. V. 2. p. 522. mediocribus *humilior*, Dion. H. Rs. V. 2. p. 1160. l. 5. *χρηστὸν κ. μέτριον*, *frugi* et *modeſta*, Luc. 1, 566. l. 93. *μέτριος*, *ἐπιεικής*, *ἁρμόδιος τῷ βίῳ*, *mediocris*, aequus, *vitae aptus*, et p. 675. i. *τὸ μέτριον κ. αὔταρκες τοῦ σοῦ τρόπου*, mediocritatem *tuam*, Thuc. p. 286. l. 6. *ἑαυτὸν παρασχὼν δίκαιον κ. μ. ἐς τὰς πόλεις*, *quod ſe* iuſtum *et* moderatum *erga* civitates *praebuiſſet*, cum praep., ut ap. Dem. 547, 13. *μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι λ.*

Tum de *ἐπιεικής* cum affinibus, quoad notionem, cf. Bud. C. 157, 32. 1158, 6. Stp. Th. Foeſ. Oec., ubi „Gal. *ἐπιεικέως* exponit *μετρίως*, h. e. modeſte, *moderate*, quemadmodum etiam *ὁ ἐπιεικὴς ἄνθρωπος ὁ μέτριος* Graecis dr.“ Suic. Th. L. Ern. et N. T. Indd. Dion. H. S. T. 1. Polb. Ern. Rs. Or. V. 7. Dem. et V. 1. An. ad Gr. A. p. 170. m., Plut. Hſ., (cuius locus ſimilis illi ap. Rs. Or. V. 3. p. 569. l. 32.) Fiſch. Aeſch., Xen. Mor. Hell. et Bach., (ubi Oec. 2, 1. m. *ἐπιεικῶς* i. q. pr. *ἀρκούντως* et ſq. *ἱκανῶς*, quod partim et Z. Ind. monuit,) Iſocr. Ev. et Ael. V. h., tum Vig. p. 394. m. Obſ. ad N. T. Grot. et Loesn. p. 357. e. Caſ. ad Polb. T. 1. p. 802. m. Graev. L. Heſ. p. 71. e., ad Luc. 2, 22. N. 80. Rs. An. ad Gr. A. V. 1. ad Dion. Chr. p. 126. m. et V. 4. p. 270. m. Abr. Dil. Th. p. 192. m. Ern. ad Hom. Ἰλ. ψ', 246. ad Plat. Ph. Fiſch. p. 208. N. 3. et Gottl. p. 108. m. Caſ. ad Suet. Claud. c. 21. m. et Boſ. ad Corn. N. 1, 8, 4., porro per definitiones, ut Galeni, *ἄνθρωπον ἐπιεικῆ καλοῦμεν τὸν μέτριον, ᾧ μηδὲν ἄγαν πράττεται κατὰ τὸν βίον*, (quae repetitur a Foeſ. l. l., ſed mendoſe ap. Caſ. ad Polb. et Graev. l. l.) tum aliam ex Ariſtot. ap. Bud. C. l. l., Stp. Th. 1, 1120. D. e. ſq. et per partes etiam ap. Caſ. l. l., qui et aliam ex Euſtrathrio, Ariſtotelis interprete, affert, ut Stp. ex Ariſt. ſunt de morib. l. 5. c. 14. e. l. 6. c. 11. e., quibus ſimilia ſunt illa in rhet. l. 1. c. 13. e. et Magn. mor. l. 2. c. 21. *ἔστι δ' ἡ ἐπιείκεια καὶ ὁ ἐπιεικὴς ὁ ἐλαττωτικὸς τῶν δικαίων τῶν κατὰ νόμον*, pro quo mox *ὁ ἐν τούτοις παραχωρῶν*, quod vicinius eſt ad notationem, quam v. ap. veteres Grammaticos, ut Etym. M. ap. Suic. l. l., *ἐπιεικής*, *παρὰ τὸ εἴκειν καὶ ὑποχωρεῖν. καὶ γὰρ οἱ πρᾳεῖς ὑποχωροῦσι καὶ οὐκ ἀντιτείνουσιν*, ſed Suid. 1, 808. i. *ἐπ.*, *πρᾷος*, *μέτριος*, *lenis*, moderatus, *modeſtus*, cf. paulo ante v. *ἐπιεικές*, et poſt v. *ἐπιεικῶς*, it. 816. i., Heſ. 1, 1351. i. ſqq. *ἐπεοικός*, — *μέτριον*, — *πρᾷον*, *ἀγαθόν*, it. mox cum N. 7. et Schol. Luc. 2, 188. l. 29. p. 737. l. 67. it. Schol. Thuc. 52, 38. 170, 71. p. ſq. l. 53. 368, 12. 250, 15. *ἀλλ' ἦν, παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι πρὸς τὸ ἐπιεικές, καὶ ἀρετῇ αὐτὸς νικήσας παρὰ ἃ προσεδέχετο, μετρίως ξυναλλαγῇ*, *ſed ſi*, cum *ipſi* liceat *hoc* ipſum *facere* et vi uti, *quamvis* ipſe *victoriam virtute* praeter *ſuam* expectationem *ſit adeptus*, tamen *animi* aequitate *adductus*, moderatis *conditionibus* cum hoſte *reconcilietur*, ubi Schol. *πρ. τ. ἐπ.* explicat *τῇ φιλανθρωπίᾳ*, ut Stp. Th. 1, 1120. E. m. putat, eſſe i. q. ſq. *μετρίως*, me quidem *πρ. τ. ἐπ.* copulante cum pr. membro, et, *παρὸν* accipiente pro *ἐξόν*, quo et tendit Schol. liberius *δυνάμενος*, in hanc ſententiam, *ſed ſi*, quanquam liceat *ei* (poſſit is) *id* ipſum *facere* per *ius* aliquod (cum iure quodam,) *et* quanquam *virtute* ipſe *vicerit* praeter *expectationem*, tamen *moderate*, animi uſus moderatione, moderatis, aequis conditionibus *reconcilietur* cum *hoſte*.

Similiter de adi. *μετρ.* cum affinibus, praeter Stp. Th. et L. Ern. cum Schw. N. T. p. 910. N., cf. Indd. Dion. H. S. T. utr., Ern. Polb.

et Xen., cum Bach., Mor. 'Αγβ. Z. Pol. et Cyr. Fiſch. Aeſch. et Pal., Plut. Hſ. Rs. Or. V. 4. et Dem., tum Obſ. ad Heſ. ἔργ. v. 306. Heinſ. Graev. et Krb. et hic ad N. T. p. 371., Gron. ad Polb. T. 1. p. 896. Harl. ad Dem. p. Cor. p. 371. N. 29. e., porro ap. vet. Grammat. Schol. Ariſt. Plut. v. 246., qui in pr. etiam reddit σύμμετρος, Suid. 2, 545. m. μ., τὸ ἦθος ἐπιεικὴς, *moderato* et *modeſto* ingenio *praeditus*, etiam in rel. plane cum Schol. ad Luc. l. l. ſupra ad ἐπιεικ., non coll. ad Heſ. 2, 588. m. μέτριοι, ἐπιεικεῖς, Greg. de dial. §. 116. Schol. Thuc. 30, 31. 250, 16. 286, 4. 258, 18. ſed cum praep. 374, 28. πρὸς τοὺς ἥσσους μέτριοι, inferioribus *ſe* moderatos *praebent*, δίκαιοι. E quibus omnibus ſatis liquet, iſta adi. duo Noſtri eſſe ſyn. et per copiam hic copulari, ut tamen per ſe differant ſic, ut ἐπιεικὴς, ex ἐπὶ et εἴκω, proprie dicatur, qui cedit de iure ſuo, neque id ſevere ſectatur et uſurpat, Lat. *concedens*, et nobis *nachgebend*, ſed deinde i. q. lenis, benignus, quia tales libenter cedunt, ſed μέτριος, qui modum tenet, Lat. *modeſtus* et *moderatus*, nemini nocendo contra leges, et eas ubique obſervando, quod et ipſum eſt principis et imperatoris boni benignique, cf. Plin. Pan., qui μετρ. βασ. pingit c. 21. ſq. §. 5. c. 23. ſq., ſed ἐπιεικ. c. 48. ſq. §. 4. ſqq. c. 50. ſq. §. 4. c. 56. §. 6. c. 63. §. 5. e. ſq. c. ſq. it. 71. 76—78. c. 80. 85. ſqq., ubi *modeſtia* et *moderatio* de principe dr. eo, qui non eſt arrogans, ſed ſe demittit et cum civibus agit, ut cum paribus, quem nos dicimus *leutſelig*, quo forte potius, quam ad noſtratium *beſcheiden*, reſpexerit Bg. in ſuo, ap. G. Th. cum Gr. n., etiam in pr. *clemens* et affinibus huius, quod et ap. Stp. Th. 1, 1120. G. e. aliunde et ap. Suic. l. l. in gloſſ., v. c. „ἐπιείκεια, manſuetudo, *clementia*" ap. G. Th., praeter principem notionem pro eo, qui non nimius eſt in ira et poenis, ſed in his modum tenet, etiam in univerſum pro leni ac benigno, nobis *gnädig*; de Marco quidem, ita modeſto ac leni, per exempla narrante Capit. c. 3. p. 297. cum N. Caſ. 2. b. m. it. c. 6. p. 314., cf. Exc. ad 1, 2, 1., ſed et Noſtro mox ſubiungente quaedam per participia, dictis prioribus demonſtrandis atque explicandis inſervientia, quae reſolvimus adeo per particulam Lat. *dum*, nobis *indem*, vel per Lat. *quippe* ſ. *utpote*, aut per pron. ſimul *quippe qui*, ſ. *utpote qui*; quae deinde valent pro quia; ut eodem ſpectat P. *ut*, ſenſu explicandi acceptum, pro ita, ut, cf. Ern. Ind. Tac., ſilentibus G. Th. et Hor. Turſ., liberius verſante P. in v. πρ., ſed Bg. ſevere etiam omittente ſuppreſſum dat. perſ. pron. αὐτῷ ſ. αὑτῷ, cf. ap. Luc. Ael. V. h. et Xen. Cyr. Z. v. i.

Tum v. δεξιοῦσθαι med. hic P. accepit phyſice proprieque, pro dextram dare ſ. porrigere, et hinc forte etiam C. Barth. Adverſ. l. 25. c. 8. p. 1229. „Principibus noſtris ſignum animi clementis dextrae datio, Herodi. l. 1." ſubiectis Gr. noſtris, ſed vitiato τοὺς δὲ, pro τούς τε, ſumente contra Bg. translatam notionem, cuius formulam non tenet Stp. Th., ſed alias ſyn., pro ad ſe admittere, pati venire, alloqui, colloqui, audire cum ſignis benevolentiae, hilari fronte et oculo, voce et oratione leni comique. Verum de hac ratione, cum Noſter iam praemiſerit, Marcum clementem ſe praebuiſſe, ſi nunc addas, *clementer* excipiendo *adeuntes*, videatur quaedam oriri tautologia, niſi in adv. aliquo deligendo prudenter verſeris, utendo v. c. comiter, amice, aut Bg., ubi remanet modo tautologia generis ac formae, non illa vitioſa; ut de P. more et porrectae dextrae aut ad oſculandum adeo, ut hodie, cf. Gs. ad Plin. Pan. 23, 1. et Lipſ. Elect. 2, 6. Opp. T. 1. p. 466. e., ſed, ad Stp. Th. locupletandum, de v. δεξ. in univerſum L. Ern. Ind. Dion. Caſ. cum Xen. Cyr. Z.

et Caſ. ad Athen. p. 13. e., ſed deinde 1) in phyſicam notionem, de perſ., cum acc. perſ. diſerto ſ. oppreſſo, pro dextra manu prehendere, ſ. dextram porrigere Xen. Bach. et Cyr. Th. V. 1. p. 166. m. 380. i. e., pro quo p. 294. i. λαβὼν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, it. p. 517. i. et 357. m. λαβόμενος τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, (quam formulam cum Ioſeph. T. 1. p. 77. ſ. 5. i. habet Noſter etiam,) Luc. 3, 423. l. 11. illum *ſalutare*, Dion. H. S. T. 1., Plut. Krg., Rs. Or. V. 4. 6. cum Luc. 1, 156. l. 18., ubi Barl. p. 195. valde convenit cum Pott. ad Lycophr. v. 51., tum de re ac loco, cum perſ. acc. ib. v. 564., ubi i. q. δέχεσθαι ſ. ὑποδέχεσθαι, cf. infra 1, 5, 3. 2) in tropicam vim, de perſ., cum acc. perſ., ad Luc. 2, 130. l. 47. in N. ex Longo τοῦτον ἐδεξιοῦντο πᾶσαν δεξίωσιν, per oppreſſam pr. κατὰ, *cum* omni, *ſumma* dexteritate, i. bonitate, humanitate, *accipere*, cf. G. Th. Heſ. 1, 916. i. Suid. 1, 523. m., ut Luc. δεξιῶς capio pro bene, humaniter, comiter, ſicut δεξιὸς, ut Lat. *dexter*, praeter phyſicam notionem, tropice eſt 1) aptus ad aliquid, ſolers, bonus, 2) bonus, ſenſu morali, propitius, benignus, comis, 3) felix, proſper, tum Foeſ. Oec. p. 91. b. i. „φιλοφρονώτερον τοῦ καιροῦ — ἐδεξιοῦντο, maiori cum comitate, quam occaſio, (tempus, temporis rationes) *ferret*, homines *excipiebat*“ bene ſic ſimpl., ob pr. adv. ſimul; porro cum acc. rei ſ. loci Lycophr. v. 416. δεξιώσονται τάφους, intrabunt *ſepulcra*, ad ſenſum, ſed melius v. 51. *ſalutare*, quod et ipſum dr. pro venire in locum, cf. G. Th. cum Gr. n., it. cum acc. perſ. et dat. rei ſ. modi Stp. Th. 1, 962. C. Dion. H. S. T. 1. 422, 25. *excipere*, Rs. ed. V. 3. p. 1326. l. 7. *ſalutans*, i. tropo remoto, declarans, excitans in adventu eius, Ael. V. h. 1, 32. σὲ δεξ. τοῖς δώροις, *exceperunt*, i. affecerunt, tibi ea tribuerunt advenienti, it. 3, 19. δεξ. αὐτοὺς τιμῇ — καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν λόγων, *excipiebat*, cum diverſo ſubſt., ubi in primo, honorem tribuere, declarare, ſed in poſtr. admittere ad ſermones, participem reddere, ut reddiderim, *tribuens* illis cum reliquum honorem, tum vero etiam hunc, ut liceret intereſſe ſermonibus ſuis; cum quibus conveniunt expoſitiones veterum Grammaticorum, Suid. 1, 524. m. δεξιοῦται, προσάγεται, ξενοδοχεῖ, φιλοφρονεῖ, *data dextra* ſalutat, *hoſpitio* excipit, *benevole excipit*, (omiſſo v. πρ., quod ceperim non tam pro ad ſe adducere, quam pro amplecti ſ. amplexari, cf. Dion. H. S. T. 1. 516, 26. Rs. ed. V. 1. p. 1610. l. 7. Suid. 3, 198. m. ex Ariſt. Av. v. 161. et Schol.) Heſ. 1, 916. i. cum N. 18., ſed ib. m. δεξιώσασθαι, ἐγγίσασθαι γυναικὶ, quod ceperim ſenſu exquiſitiori honeſtiorique, pro rem habere cum femina, concumbere, ut noſtratium elegantiores dicunt etiam *umarmen* et *die Umarmungen*, ut et Lat. *amplexum*, v. G. Th. 314, 75., aliter me locum Aeſch., ibi excitatum, interpungente, νῦν δ', ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους, Ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα, δεξιώσομαι, accepto ἐς, ut Lat. *ad*, pro apud, in, intra, et recto ἐλθ. cum dat. perſ., ut ἥκειν, pro *veniens* ad *deos* ante *omnia*, i. ad eorum ſimulacra, denique δεξ. abſolute ſumto, ſed ut e pr. repetatur pron. αὐτοὺς, pro *amplexabor* eos, ſ. ea ſimulacra, eorumque genua, cf. ib. Sept. c. Theb. v. 97. cum Schol. β'. aut *ſalutabo*, i. adorabo, cf. G. Th.

1, 2, 6.

— σεμνῷ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι.

Super hoc loco iam aliquid dictum in Exc. ad 1, 2, 3. e., ubi cum σ. β. reddiderimus *vita honeſta*: prius σ. ἤ. vertamus aut *honeſtos mores*, aut probos ſ. ſanctos, quae ſunt ſyn., ut Gr. σεμν. et σωφρ., reddente Bg. prima σ. ἤ. per ſubſt. duo e P., non item ſecundum β. σ. membrum,

ſed in Gr. σεμν. per Lat. *gravis*, ſecundum exemplum aliorum quidem, at per Lat. ambiguum, ap. G. Th. „eſt virtutis nomen, quatenus ſe huc, illuc impelli ac demoveri non patitur, (ut ſit, de perſ. quidem, i. q. conſtans, ſibique par ac ſimilis, nobis *geſetzt*,) quo et tendunt Gs. in ſubſt. Bg., nihil ut ib. ſit in notionem pro honeſtus in univerſum, nec alibi, et in Corn. N. Ind. modo cum Gr. n. ſine explic.; unde equidem non uſurus eram iſto Lat. hic, ubi ex opp. σωφρ., et adhuc clarius ex illo 1, 2, 3. e. κοσμίους τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, nihil ſit σεμνὸς, quam κόσμιος, et hoc, ut ibi demonſtravimus, idem cum Lat. iſtis, ab initio poſitis, cf. Suic. Th. p. 148. i. „κόσμιος — poſſes etiam *gravem* vertere, ut Theophylactus, qui interpretatur σεμνοπρεπῆ. Greg. N. — κόσμος, ἡ σεμνότης, *gravitas*. Heſ. ἐν κόσμῳ, ἐν σεμνότητι" 1, 1247. e.

Omnino σεμνὸς recte videtur derivari a σέβομαι, ut ſit, e σεβινὸς contractum, i. q. σεπτὸς, σεβάσμιος, σεβαστὸς, atque adeo, ut Lat. *gravis* ap. G. Th. et Cl. Cic., venerabilis, colendus, magni faciendus, dignus honore, admiratione, it. amore, it. laude, atque hinc etiam laudatus et celebris; quibus affinia Lat. alia, ut, cum vertitur *auguſtus*, quod G. Th. „σεβάσμιος, σεβαστὸς, ἱερὸς, fere i. q. magnificus, atque venerabilis ob maieſtatem ſuam divinam" ſ. omnino magnitudinem ſuam; unde σεμνὸς quoque magnus, praeſtans, excelſus, it. honeſtus et virtuti deditus, cum univerſae, tum partibus eius; unde ſanctus, caſtus, pudicus, it. ſeverus, ſine ſtudio partium, v. c. de iudicibus et magiſtratibus, etiam (propter virtutum ac vitiorum affinitatem, vicinitatem et ſimulationem) i. q. rigidus, nimis ſeverus, moroſus, triſtis; it. tumidus, inflatus, faſtuoſus; it. magnificus in malam partem, i. amans magnificentiae in rebus inanibus, profuſionis, luxuriae; quorum multa cadunt et *in* Lat. illud *gravis*, cf. G. Th. et de Gr. Bud. C. 964, 37. 1176, 52. Stp. Th. L. Ern. et N. T., Indd. Ariſt. Kuſt., R. Or. V. 6. 7. Dem., Iſocr. Pan. et Ev., Ael. V. h. Diod. S. Xen. Ern. Bach. et Z. Cyr., Fiſch. Aeſch., Luc. et Plut. Hſ., nihil ut proſit huc definitio Lex. Schw. ex Ariſtot. Eud. l. 3. c. 7. i., nec alia ib. Magn. Mor. l. 1. c. 29., ſed magis veterum Grammaticorum ratio, ut Schol. Eur. Ph. v. 989. ed. Valck. σεμνὰ, — σεβάσμια, Heſ. 2, 1169. e. σεμνὴ, τιμία, σώφρων, cf. p. ſq. i. cum N., Suid. 3, 298. e. (ex Schol. Ariſt. Nub. v. 48.) it. p. ſq. i., cf. copulata Ael. V. h. 1, 15. νεὼς, σεμνός τε καὶ ἅγιος, *venerandum* et *ſanctum*, 13, 1. σεμνότατον καὶ σώφρονα παρθενῶνα, 2, 11. μέγα κ. σεμνὸν, R. Or. Iſ. V. 7. p. 148. l. 4. σεμνὰ κ. εὐσεβῆ γράμματα, et Luc. 3, 229. l. 3. σεμνότερον κ. θειότερον, *auguſtius* ac *divinius*, cf. ſq. ib.

De ἦθος autem abſolvimus hic, quae 1, 2, 3. e. coepimus, eſſe i. q. τρόπος, cf. ad Heſ. 1, 1611. N. 4. „Etym. ἦθος ὁ τρόπος" at ib. 1613. i. pro ἦθος, γνώριμος τρόπος, ob adiunctum hoc adi. et epitheton malim cum N. τόπος, ut Lat. *nota loca*, it. *notae ſedes* dr., pro nido, cubili et commorationis loco. Tum etiam conveniunt duo iſta in hoc, quod in ſing. et plur. ἦθος et ἤθη eodem ſenſu, ut τρόπος et τρόποι, uſurpantur, v. Stp. Th. 1, 1097. F. m. ſqq. R. Or. V. 3. p. 1069. m. Ind. V. 8. p. 663. e. it. Dem. Luc. Plut. Hſ. et Fiſch. The. Cumque ἦθος ductum ab ἔθος, huiusque ſyn. eſſe velint, cf. Stp. l. l. D. e. ſq. Hſ. l. l. p. 24. N. 16. Wyttb. Plut. de ſer. n. v. p. 21. Ariſtot. Eth. l. 2. c. 1. i. et Eud. l. 2. c. 2. i.: tamen mireris, praeter L. N. T. Fiſch., nullibi nominis ἦθος principem notionem conſtitui per Lat. *mos* et *conſuetudo*, ſed potius illam, cum dr. de loco ac ſede, ubi homines ſ. animantes degere, verſari, eſſe ſoleant atque conſueverint, quae tamen eſt impropria, et ex illa pr. ducta,

e qua et reliquae, in Lexx. reperiendae, derivari poſſunt ad hanc rationem ac veluti ſeriem. Sit enim univerſe Lat. *mos* et *conſuetudo*, ſed vario ſenſu, it. ἤθη Lat. *mores*, tum de hominibus, quoad vel animum, vel corpus eiusque adeo partem aliquam, veluti oris ac vultus, tum de animantibus, v. c. equo, aut de aliis rebus, tanquam de febri, it. de civitate et inſtitutis civilibus, rebusque, more receptis et obſervatis inde a multo tempore. Hinc de loco, in quo quid ſolet ſ. conſuevit eſſe ac commorari, ut de hominibus pro patria ſ. domicilio, ſed de amantibus pro luſtro, it. paſcuis, campis, pratis, ſylvis, ſaltibus, it. nido, porro de rebus aliis, ut de ſole et loco eius conſueto, ubi oritur. Denique ſenſu rhetorico primum Lat. *mores*, ut definivimus ad 1, 2, 3., de toto hominis animo, mente ac voluntate, pro iis, quae ibi ſunt fiuntve per conſuetudinem aliquam, cf. L. Ern., deinde vero de ſola voluntate, nec tantum de univerſis illis motibus et affectibus, ſed et anguſtius de lenibus modo ac moderatis; unde ἦθος dr. lenitas, moderatio, modeſtia, etiam extra rhetorum ſcholas, et omnium aliorum hominum, nec tantum animi illa interna, ſed etiam externa, nominatim vocis et orationis; quanquam haec notio quoque fuerit orta hinc, quod, ſicut τρόπος, cf. Ind. Fiſch. Pal., ita ἦθος de certo tantum genere morum virtutisque ſumeretur, cf. pro more ſ. moribus illis univerſis ante laudatos, ſed de ratione oris ac vultus Ind. Fiſch. The. cum Caſ. p. 106., de civitatis moribus, praeter Stp. l. l., quoque Thom. M. p. 417. et Ind. Dem., pro loco ſolito, praeter Stp. l. l., etiam Suid. 1, 771. i. 2, 49. i. Heſ. 1, 1611. i. cum N., Greg. de dial. p. 236. i cum N., Ind. Hom. Ern. Herodt. Ael. V. h. D'Orv. Ch. p. 753. Cl. ad Hom. Ὀδ. ξ', 411. Ern. Call. Del. v. 297., ad Plat. Phaed. Fiſch. p. 213. a. N. Gottl. p. 52. i., ſed ſenſu rhetor. Ind. Dion. H. Sb. T. 2. it. Quinct. Inſt. Or. 6, 2, 8. ſqq., quae, quanquam repetita a Stp. Th. l. l. F. m., non tamen recte habent.

Sed quod ἦθος ſubinde vertitur per Lat. *ingenium*, animus, *indoles* et *natura*; cf. Stp. l. l. G. i. et p. 1098. A. e. Cl. Cic. Ind. Grl. it. Ind. Fab. Aeſ. Hſ., in L. N. T. Krb. et ad Plut., ubi veriſſime ἤθους pro εἴδους corrigitur: iſtis Lat. utuntur libere et ad ſenſum, ſed non neceſſario, cum Lat. *mos* et *mores* aeque late pateant, ſimiliterque *mos* v. c. equi dicatur, ut ἦθος ἵππου, ad quam formam ἦθος πυρετοῦ non dubitem reddere *morem febris*, quae et noſtrates habent, *den* Gebrauch, *die Art* des *Pferdes*, des *Fiebers*. Porro cum Thom. M. l. l. ait, καὶ ἦθος ἡ εὔλογος αἰτία, ex Ariſtid. οὐδὲ τὰ τολμήματα τῆς πόλεως ἀσπάσασθαι μᾶλλόν ἐστιν, ἢ τὸ τῶν ἔργων ἦθος, ſufficit ibi ἦθος interpretari per Lat. *ratio*, pro modus, quo Lat. et utitur L. Ern.; et cum Stp. l. l. p. 1097. G. dicit, Ciceronem ap. Plat. ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει vertiſſe, *conſtanter* in *ſuo* manebat *ſtatu*, Cicero libere egit, ut alibi, ad ſenſum reddens, primo κ. τρ. pro adv. Lat. *conſtanter*, quaſi κ. τρ. τὸν αὐτὸν, uno *eodem* que *modo*, ſed deinde ἤθει Lat. *ſtatu*, pro ratione, more, modo, cf. Cl. Cic., quanquam mihi potius videtur κ. τρ. exquiſite poſitum, et praep. cum ſubſt. in periphraſi gen., pro ἐν τῷ — τρόπου ἤθει, *manſit* in *animi* more *ſuo*, quem gen. non poſuerit Plato ob pr. ἑαυτοῦ eundem caſum; ſicut illud Stp. l. l. p. 1098. i. ex Iſocr. p. 1. l. 32. ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι, eſt neque bene ibi vel converſum, vel explicatum in Annot. p. 49. l. 12. ſqq., neque ap. Stp. Th. 3, 1637. D. e., cum ſit, *ut* quoad *animorum* ſ. *animi* mores *videantur* probi *facti eſſe*, ut σπ. τὰ ἤ., pro κατὰ τὰ ἤ., ſic Lat. *probus moribus*, et οἱ τρόποι i. q. animi,

animus, mens, cf. Exc. ad 1, 2, 3. e. it. Stp. l. l. p. 1636. G. e. ſq., quanquam et hic reddas, morum rationes, vitae, vivendi agendique rationem; ut in prima Verſ. reſpondet noſtrum *Gemüthsart* contractum illis Gr. pluribus τὰ τ. τρ. ἤθη.

Denique formula ἐν ἤθει ponitur p. adv. ἠθικῶς, ſed hoc utrumque ſenſu duplici, primum pro convenienter et accommodate moribus cuiusque perſonae inductae atque tractatae, (v. c. ap. Plut. de aud. p. p. 26. e., ubi in pr. oppon. ἀτόπως, cf. ib. Krb. p. 129., quo ſenſu familiare et Scholiaſtis Gr., cf. Valck. Theocr. p. 328. m. Ind. Ariſt. Kuſt. in Schol. v. et Call. Iov. v. 7., ubi verterim *ſecundum mores*,) deinde, ut in Ind. Plut. Krg. de diſcr. ad. redditur, *modeſte*, i. moderate, ſ. melius, cum lenitate ſ. leniter, e §. 386. e. ἐν ἤθει καὶ μετ' εὐνοίας προσφέρεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ubi ἐν pro σὺν capias, ut alias, et tanquam ſyn. cum ſq. μετὰ, ubi etiam per *placide*, i. q. noſtrum antea, verſum ait Abr. L. Ariſt. p. 311. i., it. ἠθικῶς, *blande* ib., qui locus eſt §. 368., ubi Ind. tacet, et §. 387. oppon. πικρῶς, Lat. *acerbe*, i. cum ira et contumelia, ſed §. 388. ἠθικώτερον iterum Ind. „moderatius, aequius“ i. lenius, verbis mitioribus. Sed ad Ariſtaen. l. l. p. 310. e. „ἠθικῶς — notat *graviter*, — *ſevere*, ut vertit Intp. Philon. p. 429. e βαθεῖ φάναι ἤθει, et p. 435. A. ἤθει βαρυτάτῳ φησὶν αὐτοῖς, ſevere *admodum* reſpondet *iis*“ quorum poſtr. locus in mea ed. ſimiliter vertitur, ſed prior, *pari oris gravitate*, quod rectius videtur, cum loco utr. ἦθος ſit, ut ſupra monuimus, ſenſu anguſtiſſimo, pro vultus certa ratione et *vultu ipſo ſoloque*, ob diſertum adi., i. oculis, fronte ac genis, cumque potius modo adi. iſta duo ſignificent id, quod Abr. voluit, loquente ibi Ioſepho cum fratribus, et affectum opprimente fraternum, cumque vehementer eo moveretur, βαθεῖ ὅμως ἤθει φησὶν, tamen *dicit* ad *eos* vultu *gravi*, i. ſevero, non commoto, non perturbato, ſed conſtanti et aequabili, vel etiam irato, non benigno et amico; cum utr. ſenſu dicatur Lat. *gravis*, cui exacte reſpondet Gr. alterius loci βαρὺς, pro quo in pr. ſit βαθὺς, niſi in hoc depravato latet alterum, ut alibi quoque confunduntur. Caeterum hic commode dici poterit, quare ἦθος de vultu ſumatur, quia Gr. ea vox proprie de animo valet, ſed, ubi hic ſeverus eſt et iratus, aut aliquo alio affectu commotus, etiam vultus conformatus eſſe ſolet ſimiliter, illosque animi motus prodit et prae ſe fert.

1, 2, 7.

Πολύ τι πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν φορά.

Noſtro loco uſus eſt Graev. ad Iuſt. 13, 1, 12. *neque enim unquam ante* Macedonia, *vel* ulla *gens* alia, *tam* clarorum *virorum* proventu *floruit*, ubi N. „ἀνδρῶν σοφ. φορὰν vocat Herodi. l. 1. ſub init.“ memoriter ac male, ut apparet, et forte e P. „*quo factum eſt*, ut *magnum* ſapientium *virorum* proventum *aetas* illa *extulerit*“ tum Kuhn. Ind. Ael. V. h. v. εὐφορία „at 2, 17. (εὐετηρίαν τὴν ἐξ ὡρῶν καὶ εὐφορίαν τὴν παρὰ τὸν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνον, *copioſum* ex *anni* partibus *proventum* et *fertilitatem* per *imperii* illius *tempus*,) fertilitas; nec tamen repugnaverim, ſi quis haec verba, εὐφορίαν χρόνων, (quae proprie ibi non ſunt; ſed tamen ad ſenſum et ex illa periphraſi gen. per praep. cum ſubſt., ut Exc. pr., quae iterum orta ex altero gen. τῆς ἀρχ.) interpretetur non de frugum, ſed de virorum fortium proventu et copia. Haec enim optima καιρῶν φορὰ eſt. Herodi. 1, 3.“ in verbis quidem diligentior, quam Graev., ſed obſcurus, cum non dicat, quomodo capiat φορὰν, pro fertilitate, an pro copia.

De Bg. non dixerim, unde reddiderit, e P., an e Sb. Ind., ubi ex h. l. „φ. *proventus* ſ. εὐφορία, — φορὰ χρημάτων, affluentia“ ut ap. Poll. 1, 51. redditur φ. *copia*, et 1, 237. *proventus*, ſed ad Sext. E. p. 379. N. 9. „proventus, genus et veluti ſecta, it. aetas, proprie multitudo atque ubertas“ tum Geop. 1, 8, 2. σίτου φορὰ πολλὴ — ἔσται, frumenti *fertilitas* magna *erit*, §. 6. multa *copia*, §. 7. multa *fertilitas*, it. §. 12., ſed §. 10. cum ſyn. σίτου ἐλαχίστου φορὰ καὶ ἐλαίου εὐφορία, *frumenti* copia *exigua*, olei *fertilitas*, at 10, 1, 4. ταχεῖαν φορὰν τῶν καρπῶν, citum *ipſorum* fructuum *proventum*, Bud. C. 539, 37. *ubertas* et *copia*, Stp. Th. 4, 88. F. e. ſqq. *proventus*, nec hunc tenens locum, nec ſimilem, L. Ern. „4) *feracitas*, ubertas, *proventus*“ cf. Thom. M. p. 899. Ind. R. Or. V. 4. et Dem. cum Weſſ. ad Diod. S. 2, 124. N. 19. et Gs. ad Luc. 2, 859. N. 76. Iam Bg. ap. G. Th. „— ortus ſ. reditus non tantum bonarum, ſed etiam malarum rerum, — pro ſucceſſu, — *ſuperioris* temporis *proventus*“ cf. Ind. Iul. Caeſ. Plin. Iuſt. Amm. M. et Liv. „*ſecundarum* rerum *velut* proventus *ſecutus eſt*. Nempe *proventus* in bonam partem dr., Gr. φορὰ“ in quibus nihil eſt ſimile noſtro loco, quam iſtud Caeſ. *ſuper*. temp. *proventus*, ubi quidem cum ſubſt. *temporis* etiam, ſed ut dubites, an eodem ſenſu, tacentibus N. ad Caeſ. b. Civ. 2, 38, 2. e., ſed Ind. Mor. fere cum Gs. Th. explicante, ut ſit pro ſucceſſu bono, i. felicitate ſ. fortuna, rebus et caſibus ſecundis, laetis, bonis; ad quam rationem h. l. fuerit, *illius* temporis *felicitas* ſ. *fortuna*, nobis *die Glückſeligkeit* ſeiner *Zeiten* ſ. *Zeit*, ſeines *Zeitalters*, ſ. per ſubſt. et adi., *tempus* eius *felix*, fortunatum, in quod ille incidit, quo ille vixit et imperavit, *magnum* numerum *virorum* ſapientum *tulit*, quod, tropo remoto, felicibus iſtis temporibus imperii eius, ſ. quibus ille imperavit, multos ſapientes ac doctos extitiſſe, fuiſſe, ortos eſſe ac repertos.

In quo ſane eſt ſententia commoda, ſed dubito, an uſus loquendi ap. Gr. ſcriptores; non me tenente locum alium, ubi φ. ſit i. q. fortuna, felicitas, ſecundus ac felix curſus, ſtatus et conditio, ſed modo haec, Suid. 3, 623. m. φορὰς, ὁρμὰς, ἢ τύχας, *impetus* ſ. *caſus*, Schol. Aeſch. Choeph. v. 351. τάφον — εὐφόρητον, — ἀντὶ τοῦ εὐτυχῆ. φορὰ γὰρ ἡ τύχη, quo de pronunciato Grammatici tamen et ſenſu dubitat Abr. Ann. 2, 432., Pavo etiam alio inclinante T. 2. p. 1020. b. m., ut tamen copulentur quoque ap. Dem. 316, 26. ἀνθρώπων τύχην κοινὴν καὶ φοράν τινα πραγμάτων χαλεπὴν, et ap. Greg. N. αὐτόματον φορὰν et συντυχίαν, cf. Bud. C. 539, 47. et Stp. Th. 4, 88. C. m., ſicut nota ſunt φορὸς et εὔφορος de vento ferente, ſecundo ac felici, v. D'Orv. Ch. p. 661. e. Weſſ. ad Diod. S. 1, 685. N. 86. Abr. Auct. D. Th. p. 319. e. Ind. Fiſch. Pal. et Xen. Hell., unde fortaſſis elicias, φορὰν eſſe poſſe curſum, motum, ſtatum ſecundum felicemque, et adeo in univerſum fortunam et felicitatem.

Alioqui, ſi φορὰ eſt Lat. *aetas*, ut ſupra ad S. Emp. explicabatur, ἡ τῶν κ. φ. poſſit videri noſtratium contractum *Zeitalter*, et Lat. *tempus* i. *ſpatium* aetatis, *temporum*, cf. G. Th., ubi et Cic. aetates *ſaeculorum*; ad quam rationem finxeris et *temporum aetatem*, e Gr. magis ordine, qui eſt plane in illo Vern. ante; unde exiſtat idem ſenſus, qui in pr. explicatione, ut *temporum* illius *aetas* multos doctos *tulerit*, multique docti fuerint temporum illius aetate; verum ut et hic uſum loquendi requiram, et an φ. ſit vere alibi pro aetate ſenſu hoc, quo habet notionem temporis; etſi illuc fortaſſis proſint haec, quod φ. dr. de motu ac curſu, ſed in tempore tale quid etiam cogitamus, rerumque ſucceſſionem quan-

dam ac motionem, cf. v. c. Ariſtot. Phyſ. 4, 12. it. de coelo 1, 9. fere extr., ubi κίνησις, noſtro φ. ſyn.; tum quod φ. vidimus eſſe *proventum*, i. quidquid veniat, oriatur, proferatur ab aliqua re, i. q. *adventus*, et quidquid ſuccedit, unde ſupra Gs. *ſucceſſus*, et cum aliquid cadit, accidit, unde ſupra ap. Suid. *caſus*, porro quod γενεὰ (proprie Lat. *progenies*, i. homines, ab aliis generati ortique, cum Lat. pr. *proventus* quodammodo conveniens,) etiam uſurpatur de aetate ac tempore, quanquam certi generis tantum et certorum quorundam annorum. Quibus tamen non multum tribuo, ſuſpicans, ad S. Emp. Lat. illud *aetas* non de tempore ſumtum eſſe, ſed potius de iis, quae in aetate ac tempore ſunt, fiunt et generantur, h. e. pro γενεὰ de progenie et hominibus alicuius aetatis et temporis, cf. G. Th. 178, 90. ſqq. 180, 13. cum Ind. Iuſt. et Corn. N.

Iam, cum conſtet, φορὰν ſignificare motum et curſum, it. ſucceſſionem: hinc ἡ τῶν κ. φ. queat eſſe noſtrum *Zeitlauf*, et Lat. *curſus temporum* ſ. *temporis*, quibus et dr. *curſus aetatis*, it. *decurſus temporis*, it. *motus temporis*, it. *aetatis flexus* et *ruina*, (quod par ſuperiori *caſus*,) it. *tractus temporum et aevi*, quod G. Th. 831, 75. ſqq. non explicat, ſed Cl. Cic. per curſus et motus, cf. alio ſenſu Ind. Iuſt. Flor. Corn. N. et Cort. Sall. cum Vell. Pat. 1, 6, 4. 1, 7, 2., quorum in primo loco Interpres Vern. in N. recte ad ſenſum dedit, *um* dieſe *Zeit*; unde et hic ἡ τῶν ἐκ. κ. φ. libere vertatur et ſumatur pro οἱ ἐκείνου καιροὶ et ὁ ἐκ. καιρὸς, quo redit et P. *aetas illa*, niſi quod peccat in pron., pro *aetas illius*; quanquam, quod ap. Vell. ſevere valet *um* dieſe *Zeitfolge*, id et noſtro loco eſt aptum, ut Lat. *tractus* ibi et alias eſt i. q. ſeries et omnino id, quod trahitur, extenditur, ſequitur, ſuccedit alteri; et quod G. Th. *tractum* aliquo loco explicat *ductum*, non id plane abhorret a Gr. φορὰ, cum et v. affine φέρειν, ut Lat. *ferre*, ſumatur pro ducere, cf. Stp. Th. 4, 81. i., ut adeo ἡ τ. κ. φ. aeque reddi poſſit *temporum tractus* ſ. *curſus*.

Sed ſi quis malit *temporis feracitas*, i. fertilitas, fecunditas, ubertas: ob iam praemiſſum a Noſtro πολὺ πλῆθος, ne tautologia exiſtat inanis, id Lat. non capiet pro copia, ſed ſic, ut ſit i. q. vis et facultas copiam aliquam rerum proferendi, et *temporum feracitas* ea temporum conditio, qua potuerint producere aliquam copiam, ut *tempora fertilia*, quae ita comparata, ut poſſint aliquid copioſe proferre; ſicut *agrum fertilem* dicimus, qui valeat proferre magnum numerum, magnam copiam, ſegetum ac frugum. Cumque Noſter potuiſſet ſimpliciter ſcribere, πολὺ πλ. ἀνδρῶν σ. ἤνεγκαν οἱ ἐκείνου καιροὶ ſ. ἤνεγκεν ὁ ἐκ. καιρὸς, ut 1, 1, 8. ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ — πολλὰ ἤνεγκε, et ap. Corn. N. 25, 12, 4. *L. Iul. Calidum*, quem — *multo* elegantiſſimum *poëtam* noſtram *tuliſſe* aetatem *vere videor poſſe contendere*: addito φορᾶς ſubſt. Noſter videatur ſimul aliquam adiecisse cauſam, ut magnum numerum virorum doctorum protulerint illius tempora, ob ſuam in hoc genere fertilitatem, et quia haberent conceſſam facultatem et vim talium proferendorum; in quo nihil ſit, quam brevitas iſta exquiſita, per quam cauſa et enunciatio cauſalis exprimitur vel per adv., vel per adi. ſ. epitheton, vel denique per ſubſt., idque aut ſimplex, v. c. condona id meae iuventuti, i. mihi ob iuventutem meam, ſ. quia iuvenis ſum, aut duplex, v. g. parcendum infantum teneritati, i. infantibus teneris ſ. ob teneritatem et quia teneri ſunt, cf. Ern. rhet. §. 154. 300. c. 310., maxime, cum Noſter ſit in numero ſcriptorum non modo elegantium, ſed et eorum, qui abundantiam aliquam amant, cumque tum Gr. φορὰ iſtam notionem certo habeat, ut ab initio demonſtra-

tum, tum Plin. ep. 4, 15, 8. dicat *ferax* ſaeculum *bonis artibus*, ſimiliter tempori tribuens, quod proprie eſt divinae providentiae, quae facit permittitque, ut aliquo tempore et ſub alicuius imperio ſint atque exoriantur docti viri, et naſcantur ingenia, litterarum ſtudiis apta et incenſa, tum parentum magiſtrorumque bonorum cultura, tum vero etiam regum ſavore, honore ac praemiis, et, quod his omnibus eſt potentius, exemplo, quod in Marcum cadere novimus.

Ad quam quidem poſtremam rationem ut in primis inclino: ſic probo pauciores vocabuli φορὰ notiones, quas prae Stp. Th. conſtituit L. Ern., ut princeps ſit phyſica pro vi actuque ferendi, it. pro re, quae fertur, profertur, editur, datur; in quibus ineſt 1) latio ac portatio ſive perſonae, ut in humeris, ſive rei, ut ſuffragiorum, 2) motio, motus, impetus, isque omnis generis, cum phyſicus, ut iactus, lapſus, curſus, deſcenſus rerum naturalium, v. c. fluctuum, fluminis, fulminis, it. diſci, tum moralis et animi, ubi valent Lat. *impetus*, ſtudium, *propenſio*, idque vel univerſe ac ſimpliciter, vel cum aliqua vehementia, 3) latio, collatio, datio, penſio, penſitatio, vel hominum, in primis pecuniae, (unde pro tributum, portorium, vectigal et donum,) vel agrorum, cum ferunt, proferunt fruges; unde pro proventus, annona, copia, it. feracitas, fertilitas; quo et pertineat φορὰ pro genus et ſecta ad S. Emp., dum, qui ab aliquo doctore inſtituti ſunt, dici poſſunt eius progenies, genus et familia, quae et ipſa Lat. dr. *ſecta*; it. foetus, quocum Lat. φ. comparat Stp. Th. et Cl. Cic., quam et cf. in v. *proventus*, ut nominatim pro impetus, motus, curſus Suid. 3, 322. c. Heſ. 2, 1519. e. Bud. C. 539, 47. Stp. Th. 4, 88. A. ſqq. Ind. R. Or. V. 7. Ant. cum Luc. it. D'Orv. Ch. p. 273. e. 312. c. 661. e. ac pro curſus etiam ap. Diod. S. 2, 42. l. 48. αἰωνίοις κινήσεσι καὶ φοραῖς ὡρισμέναις, pro penſio v. c. tributi Ind. Xen. Cyr. Z., pro εἰσφορὰ et ἔρανος, collatio, tributum Thom. M. p. 899. Schol. Thuc. p. 63. l. 62. Bud. C. 539, 35. Stp. Th. l. l. F. Ind. R. Or. V. 6. et pro impetus et ſtudium de animo Stp. l. l. D. Ind. Polb., quo et retulerim Luc. 2, 438. l. 94. p. 684. l. 70. p. 858. l. 76.

1, 2, 8.

φιλεῖ γὰρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

Tria illa φ. γ. π. ſimul etiam ſunt ap. Ariſt. Nub. v. 810., ubi Schol. v. φιλ. explicat ἔθος ἔχει, it. συμβαίνει, at Suid. 3, 599. i. φ. γ. π., — τέρπεται γ. π., ἢ εἴωθε γ. π., amat *enim*, ſ. *ſolet enim*, poſt quae cum Comici eodem loco eſt etiam aliquid e Schol., ſed inverſo ordine, ſed Heſ. 2, 1507. i. φιλεῖ, εἴωθεν, quomodo et exponit Schol. Eur. Ph. v. 854., ut Schol. Thuc. 216, 15. φ. —, ἔθος ἐστὶν λ. quo de Gr. φ., improprie ſumto hic pro ſolere, cf. Bud. C. 1491, 6. Stp. Th. 4, 158. D. ſqq. Foeſ. Oec. p. 394. b. m. L. Ern. et N. T., Ind. Thuc. Ael. V. h., Plut. Hſ. cum p. 12. N. 2., Harl. Chr. Xen. Pol. Z., ubi φιλοῦσι δέ πως, tum Barn. ad Eur. El. v. 523. it. Temen. v. 12. Fiſch. ad Plat. Phileb. p. 74. N. 2. Pierſ. ad Moer. p. 382. N. 1. Gat. ad Ant. 10, 21. e., ubi e Noſtro comparatur ἐρᾷν 1, 3, 15., ut hic locus noſter ſine Vs. a Cort. ad Sall. Iug. 34, 1. quae *ira* fieri *amat*, cf. Phil. in Fl. p. 760. B. m. et Dem. ſine Ind. 1361, 12.

Bg. e P. ad ſenſum: at ſevero interpreti liceat imitari Gr. per Lat. *amare*, in primis hic in hiſtorico, cum et Lat., nominatim hiſtorici, ſic uſurpent, v. Bud. C. Stp. Th. Gat. et Corr. l. l., G. Th. 303, 26. ſqq. et Ind. Amm. Marc. Verum ad Luc. 2, 406. l. 93. *aſſolet*, per compoſ.

redditur, at per ſyn. tamen; ut ad ſenſum rectum eſt, cum reddunt per adv. aliquod affinis notionis, 1) *libenter*, cf. Stp. Th. l. l. E., quod redit ad illud Suid. τέρπεται, 2) *plerumque*, quod reſpicit illud alterum eiusdem v. εἴωθε, et Lat. *ſolere*, quod etiam reſolvunt per alia ad temporis, ut *frequenter*, it. *ſaepe*, it. *ſemper*, it. *alias*. Sed, quod Ind. Dion. H. S. T. 1. φ. vertit „plerumque *accidit*" atque adeo dupliciter, per v. *accidit*, reſpondens ſuperiori ad Ariſtoph. συμβαίνει, et ſimul per adv., id nec ipſum improbem, dum, quod accidit, i. fit, non neceſſario ſecum copulatum habet hoc, ut plerumque ac frequenter contingat; quod tamen ineſt in illo Gr. εἴωθε. Illa vero cautio eſt in v. φ. per adv. explicando, ut id fiat modo tum, cum non adeſt ſimul adiunctum, quod idem ſignificat, ut noſtro loco ἀεὶ, quod cum πὼς Bg. e P. *plerumque* reddit negligenter, pro quo πώς cum v. φ. Ind. Xen. Z. vertit per Lat. *fere*, de noſtra ratione, ut πώς ἀεὶ ſit Lat. *fere ſemper*, i. prope ſemper, *beynahe immer* ſ. *ſtets*; ſicut in illo Xen. loco Vs. ed. Th. V. 4. p. 584. 9' reddit φιλ. δέ πως *ſolent* vero *plerumque*, e qua ratione Bg. hic ἀεὶ neglexerit, niſi cogitarit illud G. Th. cum Grr. al. „*plerumque*, i. fere ſemper" unde expreſſerit Gr. utr. πώς ἀεὶ brevius modo.

Omnino de particulae πώς verſione ac ſenſu videas adhuc diſſentire Viros Doctos, et hodie quidem convenire tantum in hoc, ut ſit enclitica, nec amplius ſcribatur cum circumflexo, ne confundatur cum interrogativa ſimilium litterarum, ut ſaepe olim, v. Fiſch. Plat. Soph. p. 23. N. 4. Stp. Th. 3, 652. G. Dev. p. 330. m. Hemſt. Ariſt. Pl. p. 73. a. e., ad Thom. M. p. 732. N. 7., nec cum iſto accentu deprehendimus, niſi ap. Vig. p. 431. Nr. 3. (et laudatos ad 4, 13, 15.) praeter quem, ſuper hac encliſ. cf. Bud. C. 1547, 17. Stp. Th. l. l. p. 651. B. e. L. Ern. et N. T. Fiſch. cum Krb., Ind. Thuc. Xen. Fiſch. Aeſch. Ael. V. h. ad eumque Per. 2, 12. N. 2. Hoog. Op. p. 1115. e. ſqq. ubi Plat. „περιέρχεται γάρ πως ἀεὶ ἡμῖν, ſemper *enim* neſcio *quomodo* obverſatur *mihi*" verterim, ut noſtro loco, at v. περ. *oberrat*, vagatur incerto loco, i. incertum eſt, certo definiri nequit; ut patet ex ſq. ed. Fiſch. Euthy. p. 24. i. καὶ οὐκ ἤθελει μένειν, ὅπου αν ἱδρυσώμεθα αὐτὸ, ut ap. eundem Hoog. p. 1116. Nr. 3. illud Hom. „ἀεὶ μέν πως λ. quodammodo *ſemper*, i. fere" idem puto cum Noſtri πὼς ἀεὶ alius ordinis, et recte habere Vs. Cl. *ſemper — fere*, non curans Euſtathium, ſaepe cum errore ſubtiliorem in talibus, ut nec Schol. cum aliis Nr. 4. ib. in Ariſtoph. ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πώς εἰμ' ἀεὶ, quod ſimiliter verto.

Haec attuli, quia ad Noſtri hunc locum pertinebant quam maxime, reliquum Exc., olim ad h. l. ſuper πώς ſcriptum, opprimens, ut longiorem, hincque modo afferens haec, primo putari a quibusdam, πώς interdum vacare, v. Hoog. p. 1118. e. ſq. Stp. Th. l. l. p. 651. E. Rs. ad Dev. p. 331. N. 63., quod equidem nolim, ſic conſtituens huius particulae notiones, ut ſint principes tantum duae, 1) *quodam modo*, nobis *einiger Maſſen*, etwas, *etwa*, it. *quo modo*, i. aliquo modo, 2) *fere*, ſed triplici ſenſu, a) pro ferme, prope, propemodum, nobis *beynahe* ſ. *faſt*, b) pro circiter, nobis *ungefähr*, v. c. in ὧδέ πως, Lat. *ſicce fere*, c) pro plerumque, nobis *meiſtens* ſ. *gemeiniglich*; quae ratio poſtr. procedit et cum v. φιλεῖ ſolo et absque adv. ἀεὶ, ut in illo Xen. ſupra, ſed et alibi, et cum aliis v. v., tanquam ap. Ael. V. h. 1, 23. e. ἔοικε γάρ πως ἡ δόξα μὴ πάνυ τὶ ἀκριβὲς μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν, videtur *enim* fama *non* prorſus *accurate* aut *cernere* aut *audire*, neglecto πώς, pro *videtur* enim *fere* fama *non* admodum *certi*, veri *quid* vel *videre* vel *audire*, τὶ potius ad ſq.

trahendo. A quibus notionibus pendent reliquae, ut cum 1) Ind. Xen. Ἀνβ. Mor. et Z. reddit „τεχνικῶς πως, *cum* quadam *arte*" quod per ſe eſt *artificioſe quodammodo*, nobis inverſo ordine *einiger Maßen* ſ. *etwas künſtlich*, et liberius *artificioſe ſatis*, nobis *ziemlich künſtlich*, 2) ib. „ἄλλως πως, *ullo* alio *modo*" pro *aliter quodammodo*, vel, ut Ind. Xen. Cyr. Z., *alio* quodam *modo*, it. *alio* quo *modo*, i. alio aliquo modo ſ. aliquo alio modo, nobis *auf einige* andre *Art*, it. *etwa anders* ſ. *ſonſt anders*, cf. Stp. Th. 1, 342. C. e. „*alio* quodam *modo*, vel ſimpl. pro *alio* modo, *aliter*, vacante particula πως" quod ſupra iam negabamus; ut nec probamus Ind. Dem. „ἄλλως, temere, ut fert, fortuito, ſine fraude mala, τῶν ἄλλως πως ἐξαμαρτανόντων" ubi ſaltem πὼς *quodammodo*, etſi ἄλλως pro temere concedatur, cum opponatur in pr. ἑκουσίᾳ, pro ἑκουσίως, ut illud Ind. Fiſch. Aeſch. „ἄλλως γέ πως, *temere* quidem *quodammodo*" rectius putamus, quam Hoog. Op. p. 1118. Nr. 5., μὴ potius ad ξυνυποθέμενος referendo cum Fiſch. p. 125. b. m. N. 99., tum alius ordinis hoc Xen. Mem. S. 4, 6, 9. i. τὸ δὲ καλὸν ἔχοιμεν ἄν πως ἄλλως εἰπεῖν, ed. Th. V. 4. p. 254. *an vero* pulcrum *aliter* appellare *poſſimus*, de Stp. ratione oppreſſo πὼς, ſed Ind. Ern. „num *forte* aliqua *ratione* dicere *poſſumus*" ubi πὼς redditum credo per *forte*, ut alias fit, v. c. in εἴ πως, ſi *forte*, et μή πως, ne *forte*, pro quo alii ſevere *ſi* quo *modo* et *ne* quo *modo*; quae tamen ad ſenſum redeunt eodem, etiam eo, ut πὼς ſit in his noſtrum *etwa*, quod ſimiliter, ut Lat. *forte*, uſurpatur pro fortaſſis; ſicut in illo Xen. Ern. aeque procedit *alio* quo *modo*, ſed 3) Ind. Xen. Cyr. Z. „μόλις πως, vix aegre, ſumma cum difficultate" quo Stp. Th. reſpexerit 4, 1468. G. i. „Xen. μ. πῶς, *cum* quadam *difficultate*" de vetere more in accentu, pro *vix quodammodo*, nobis *kaum* einiger *Maßen*, ſed Soph. Ai. v. 306. μόλις πὼς, Hoer. ed. in Vs. proſ. *vix*, at Vs. Scal. *tandem*, ſed ap. Camer. p. 24 e. et ap. Iohnſ. *vix tandem* ſimul, quod potius eſt Noſtri 3, 15, 5. μόλις ποτέ.

Quod iam noſtro in loco ſequitur τὸ ὑπήκοον, ignoratum a Stp. Th., habensque formam ſubſtantivi illam e neutro adi. cum artic., et faciens ſubſt. vel rei, vel perſ., ut hic, per quandam enallagen abſtracti pro concreto, reperimus ap. Thuc., de re 296, 6. νομίζοντες, τὴν μὲν Ὠρωπίαν — Ἀθηναίων κατὰ τὸ ὑπ. εἶναι, *exiſtimantes, agrum Oropium — Athenienſium quidem* eſſe, *quod* illorum *imperio* ſubiectus *eſſet*, pro breviori *Athenienſium eſſe* quoad *ditionem*, ſed de perſ. 422, 87. τὸ δ' ὑπ. τῶν ξυμμάχων λ., ſocii *vero*, qui *aliorum* imperio *parebant*, ubi opp. in pr. l. 84. τῶν ξυμμάχων οἱ αὐτόνομοι, *qui* ex *ſociis* liberi *erant*, pro quo 482, 26. ſqq. τῶν δὲ ἄλλων οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δ' ἀπὸ ξυμμαχίας αὐτόνομοι, *alii*, partim *ſubditi*, partim *ſocii*, qui *ſuis* legibus *vivebant*, et mox καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν, *atque ex* ſubditis *quidem* et *tributariis*, ſed l. 37. ὑπήκοοι δ' ὄντες λ. *et Athenienſium* imperio *ſubiecti*, quo Lat. particip. ſolo Bg. cum Sb. Ind. reddit, utque 1, 1, 9. m. ad τῶν ὑπηκόων, pro quo h. l. variatur, ut et pro τοῖς ἀρχομένοις 1, 1, 5. m. Sed ap. L. Boſ. Ell. p. 268. m. ſub nom. πλῆθος „idem abeſſe puto in τὸ ὑπηκ., quod Herodi. habet l. 1. c. 3. φιλεῖ — τῆς (τοῦ) ἀ. γ. β. *ſolent* enim *cives* aemulatione *imperantis* vitam *inſtituere*" omiſſis πὼς ἀεὶ, utque fortaſſis alia ſubſt. liceat ſuppleri, γένος, φῦλον, μέρος, quae conveniant in loca, ubi de perſ. ſermo eſt, ut in ſuperius Thuc. de re modo τὸ μέρος τῆς γῆς ſ. χώρας, ſecundum, *quoad* partem *terrae*, regionis, *quae* paret *iis*.

In reliquis noſtri loci ſane vix ſummam diligentiam et ſeveritatem adhibueris, unde et ante ap. L. Boſ. libera eſt Vs., et ap. ipſum Bg., qui

primo uſurpat pro ſimpl. verbo β. phraſin, deinde commutat dat. ζ. cum formula participii illa per praep. *ad* aemulandam *vitam*, quam ſi mutes in affinem *ad aemulandum*, venias ad eius rationem alibi in praep. εἰς cum ſubſt., unde pro ζήλῳ habeamus εἰς ζῆλον, quae ſane inter ſe permutare licet; ut ſit *vitam* componere *ad aemulandam* ſententiam *principis*, i. q. vitam ita inſtituere, ita vivere, ut aemuleris ſ. imiteris, ſententiam principis; quod verius, quam ζήλῳ ſumere pro Lat. abl. ex aemulatione et imitatione; quanquam et Lat. habent ſuum v. *vivere* cum ſexto caſu, v. c. Ter. Andr. 1, 1, 125. *alieno* more *vivere* et *meo*, pro quo per diſertam praep. ib. Heaut. 1, 2, 29. ex *illius* more *vivere*, quod tamen potius reſolvas per Lat. *ſecundum*; ſicut ap. G. Th. in praep. 86, 97. „*ad* naturam *vivere*, i. ſecundum nat. (pro quo ib. in verbo 1063, 34. de ſapiente) ut *e* natura *vivat*" praeter quae nihil ſimile in Lat. reperimus; ut Noſter peculiari ratione ſcripſerit, proque breviori ζηλοῦν τὴν τοῦ ἀρχ. γνώμην, ſ. ζηλοῦν τὸν τοῦ ἀρχ. βίον, quod cum Ind. Diod. infra 2, 7, 8. adhibet Noſter et P. hic, et ſaltem ad analogiam, dum copulatur cum aliis verbis ille caſus ζήλῳ, (ut ap. Luc. 3, 114. l. 39. πράττειν τὰ δέοντα ζήλῳ τῶν ἀρίστων καὶ φυγῇ τῶν χειρόνων, *ut poſſit facere*, *quae* oportet, *optimorum* aemulatione *et* fuga *deteriorum*, i. ex amore boni honeſtique, et odio mali,) tum formula ſyn. aliqua, ut ap. Ael. V. h. 10, 9. e. χρὴ — τῶν τοιούτων μνημονεύειν, οὐκ εἰς ζῆλον αὐτῶν, ἀλλ' ὥστε φεύγειν αὐτὰ, *oportet talia memorare*, non *ad* imitationem *eorum*, ſed *ut* ea *fugiamus*, pro εἰς τὸ ζηλοῦν αὐτὰ ſ. ὥστε ζηλοῦν αὐτὰ, propterea ſ. eo conſilio, ut imitemur, (cf. ap. Noſtrum 3, 8, 17. παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας εἰς μυστηρίων ζῆλον, ubi Bg. *pervigilia celebrata* ad *Cereris* initiorum *aemulationem*, et 2, 14, 7. πάντα πράξειν εἰς ζ. τῆς Μάρκου ἀρχῆς, *omnia facturum* ad *aemulandum* Marci *imperium*,) it. πρὸς ſ. κατὰ ζῆλον, cf. Sb. Ind. v. ζ. et Suid. 2, 6. m. ex Appiano κατὰ ζῆλον ἀρετῆς, *ob* virtutis *aemulationem*; nihil horum tenente Stp. Th. 1, 1399. E. m. nec in v. ἀρχ. Lat. Bg. e P., ubi variatur cum §. 1. τῷ βασιλεύοντι it. §. 5. ſq. βασιλέα et βασιλέων, quod Bg. ibi reddit, ut hic, ubi Noſter itidem variet pro τρόπος, ἦθος et βίος §. 3. et 6., quorum poſtremum diſerte P. hic exprimit.

Sed Bg. *ſententia*, ut et ſyn. *ſenſus*, magis ſeverum et e notatione Gr. vocabuli a v. γινώσκειν, quae pertinent praecipue ad mentem et intelligentiam, ut ſint cogitatio, opinio et iudicium de rebus quibusvis, noſtratiumque *Geſinnung* et *Denkungsart*, ſed quoque vagantur deinde ad voluntatem eiusque ſtudia, cupiditates ac propenſiones, et, cum §. pr. ſermo fuerit de doctis et ſapientibus, hic maxime innuunt opinionem et iudicium de ſcientiis earumque praeſtantia et utilitate, tum amorem litterarum; quas res dum palam oſtendebat Marcus cum aliis modis, tum favore, honore ac praemiis doctorum virorum: idem hoc faciebant cives ſuo quisque modo. Sed P. ratio ſaltem non pertinet ad omnem principis vitam, cum nec Gr. γνώμη ſic ample dicatur, ſed modo 1) de mente, 2) de voluntate, 3) omnino de iis, quae in utraque illa facultate ſunt ac fiunt, 4) de animo in univerſum, 5) de iis, per quae profertur, declaratur et ſentitur animi vis, nominatim de verbis et dictis, tum ſenſu forenſi, de iudicum ſententia ac populi ſuffragio, tum ſenſu rhetorico, cf. Ern. rhet. §. 150. ſq. et G. Th. v. *ſenſus* 391, 97. ſqq. et v. *ſententia* cum Gr. n. 393, 12. ſqq. Ind. Dion. Caſ. et Suid. 1, 488. m., ap. quem et de ſubſt. ζηλ. 2, 7. m. cum Heſ. 1, 1583. e. p. ſ. Nr. 12. 15.

Caeterum Noſtri ſententiae toti proxima fuerit illa Iſocr. Nicocl. Or. 3, 10, 3. e. ed. Krt. γιγνώσκων, ὅτι φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύ-

μασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας, ed. W. 48, 49.

1, 2, 9. i.

Ὅσα μὲν οὖν — ἃ δὲ λ.

De μὲν et οὖν agetur hic modo, quoad iſtae particulae ſunt aut in vicinia, aut aliis adiunctae particulis, idque maxime ad Noſtri intelligentiam.

Primo igitur de μὲν οὖν in vicinia, quod et μενοῦν ſic una tantum voce ſcribitur, mei quidem Grammatici veteres nihil edicunt, et Heſ. 2, 574 i. obſcura ſunt, v. N. ib. Sed e Lexx. tacet Ern. v. μ., habens in v. οὖν, poſt vulgares notiones, „variis particulis ſubiunctum vacat“ ſine exemplo, ut e L. N. T. modo Krb. p. 455. e. μ. οὖν aliquot locis reddit Lat. *vero*, at Schw. „μενοῦν, igitur, 2) autem, vero, — μὲν οὖν, igitur quidem; et tum ſequitur δὲ“ quod poſtremum repetit Ind. Fab. Aeſ. Hſ., inconſtans hic ib. in v. μ., potiusque faciens cum Vig. p. 524. i. et Rs. ad Dev. p. 210. N. 52., ut omnium maxime fluctuat Stp. Th., de cuius loco e Thuc. 1, 138. ſ. 90, 88. cf. Vig. l. l. Nr. 16. cum Abr. Dil. p. 144., quem et v. in Auct. p. 257. e. it. in Lect. Ar. p. 142. m., ut et Bud. C. 1238, 37. Ind. Dem. Ariſt. Kuſt. Xen. Hell. Mor. et Cyr. Z. v. μ., it. breviter Hoog. ad Vig. l. l. Nr. 17., ſed pluribus in Op. p. 676. e. ſqq. Pro quibus ego, praeterquam in reſpondendo, reddere ſoleo ſevere *quidem igitur* ſ. *igitur quidem*, ut ſuam quaeque illarum particularum vim ſervet, οὖν illam in colligendo, tranſeundo, redeundo, ſed μὲν iſtam reſtringendi, quae valet non modo, cum δὲ ſequitur, etiam intervallo, ut noſtro loco, ſed et alibi, poſt ſubſt., ut Θαλῆς μ. ο., poſt adi., ut ἐκεῖνοι μ. ο. (quo et pertinet Noſtri locus,) et poſt alias orationis partes, ut adv., v. c. πρῶτον μ. ο., quod reddo *igitur* primum *quidem* ſ. *igitur* primo *quidem*. Sed Bg. ap. Noſtrum varie reddit, at nunquam ſevere, ſed *nempe* 7, 3, 1. *quidem* 1, 8, 5. *equidem* hic et alibi.

Cum hoc μὲν οὖν comparo μὲν ὦν, μέν νυν, μὲν ἄρα, poët. μέν ῥα, et μὲν δὴ, quod Sb. Ind. e Noſtro 3, 12, 26. vertit *igitur*, ſed Hoog. ad Vig. p. 521. a. e. ex 6, 9, 13. *quidem*, tum Bg. primo loco, ut et 1, 8, 14. *ſcilicet*, at poſteriori *nempe*, porro *videlicet* 1, 9, 23. *nimirum* 3, 9, 21., quae ſunt ſyn., ſed *itaque* 1, 9, 14. *igitur* 3, 1, 16. etc., *quidem* 3, 1, 1, etc., *ac quidem* 3, 3, 3. etc., *atque quidem* 7, 9, 25., at *hactenus* 1, 11, 14., plane omittens 1, 17, 26. etc., cf. Bud. C. 1286, 5. Vig. p. 521. Ind. Plut. Hſ. Stp. Th. 2, 1617. C. m. 4, 1115. F. m. L. Ern. v. μ. Nr. 3. Hoog. Op. p. 672. ſqq. Ind. Xen. Z. Pol. Cyr. et Ἀνβ. In quo μὲν δὴ a nobis, reddentibus ſimiliter, ut pr. μὲν οὖν, alii diſcedere videntur ex eo, quod putatur redundare alterutrum, deinde ob multiplicem iſtius δὴ notionem, quarum aliquam quisque interpres pro ſua opinione deligit loco quovis; ubi ſaltem hoc improbamus, cum utr. μ. δὴ opprimitur, v. c. ad Herodt. p. 153. l. 13., nec capio, quod ſit diſcrimen in μ. οὖν et μ. δὴ, placitum Hoog. Op. p. 677. N. 3. p. 1007., cum δὴ et οὖν valeant *igitur*, ac pro ſe ponantur promiſcue, cf. Hei. 1, 924. m. 934. m. Nr. 27. it. Xen. Mem. S. 1, 2, 55. ταῦτα οὖν, ſed §. 58. e. ταῦτα δὴ, et modo οὖν, modo ἄρα, modo τοίνυν, adhibeatur variandae orationis cauſa ib. §. 3. m. 29. i. 44. m., ut ipſe Hoog. Op. p. 1164. Nr. 6. fatetur, μὲν τοίνυν et μ. οὖν pro iisdem poni, nec quis diverſa putat πρῶτον μ. οὖν et πρ. μ. δὴ ib. p. 673. Nr. 3. e. 677. e.

Ibi p. 688. Nr. 22. οὖν δὴ ſ. μὲν οὖν δὴ redditur *age igitur*, ſed Nr. 23. μ. δ. ὀ. „*quocirca*, quapropter, *quare*, (ſed p. 577. Nr. 13.) καὶ δὴ οὖν, atque *adeo*“ ut ap. Herodt. 1, 30. i. ſ. 13, 25. αὐτῶν δὴ ὦν harum *itaque*, ſed p. 123. l. 4. pro textus ἐν ταύτῃ ὦν V. L. ἐν τ. δὴ ὦν male habet Gronovium in Obſ. p. 94. b. e. ad 104, 27., non item me, ut nec Noſtri 1, 4, 9. γένεσθε δὴ οὖν, ubi, quanquam δὴ poſt imperat. poteſt ſignificare *quaeſo*, tamen δὴ οὖν videtur poſitum per figuram illam ἐκ παραλλήλου, ut Lat. *itaque ergo* ſ. *ergo igitur*, cf. G. Th. v. *itaq.* 1238, 59. et v. *igit.* 963, 39. it. Hor. Turſ. p. 468. i. cum Ind. Liv. v. *itaq.*, ubi bene comparatur Ter. Eun. 2, 3, 25., ad quae Weſth. argutatur, ſed, praeter Dev. p. 109. i., nobiscum facit dudum Thom. M. p. 663. e. τὸ οὖν, καὶ τὸ δὴ, καὶ μόνα καθ' ἑαυτὰ τίθεται, καὶ ὁμοῦ ἐκ παραλλήλου, θατέρου τούτων ἢ ἡγουμένου, ἢ ἑπομένου, οἷον, ὅσα οὖν δὴ γέγονε, καὶ, ὅσα δὴ οὖν γέγονε, quomodo hic locus conſtituendus eſt, ut comma ponatur poſt παραλ., non item poſt τούτων, cum ſenſus ſit, οὖν et δὴ *poni* cum *ſola per ſe*, tum etiam *ſimul* in vicinia et ſine copula, ita quidem, ut *alterutrum* horum *aut* praecedat *aut* ſequatur, *veluti* οὖν δὴ, ubi οὖν praeit, ſed δὴ ſequitur, et δὴ οὖν, ubi δὴ praemittitur, ſequente οὖν, qualia iuncta nemo ad Thom. attulit. Nam, quod Oudend. habet e Phav., minus pertinet ad illuſtrandum, quam ad criſin, quae tamen non videtur neceſſaria: ſed Thomae dicta firmantur Phavorinis, ὅσα οὖν γέγονε, καὶ ὅσα δὴ γέγονε, καὶ πάλιν, ὅσα οὖν δὴ γεγ., καὶ ὅσα δὴ οὖν γεγ., quorum priora, de οὖν et δὴ ſimpliciter poſitis, Thomas de induſtria omiſit, ut per ſe facilia et perſpicua.

Cum hoc δὴ οὖν confero quoque Hom. δή ῥα, hic dimittendum, ut pergam modo in Noſtri rebus, et in hoc, cum μὲν eſt ſimul cum γὰρ et τοὶ, quorum prius μὲν γὰρ a Bg. 1, 16, 1. redditur *autem*, ſed cum P. 2, 4, 12. ſeverius *nam — quidem*, quomodo ſemper vertendum exiſtimo, ita quidem, ut μὲν non referatur ad γὰρ, ſed ad orationis partem praecedentem, vel ſimul ad illam, quae poſt γὰρ ſequitur; nihil ſuper μὲν γὰρ monente Hoog. Op., forte quod nobiscum proprie ac per ſe particulam utramque capiebat, tum afferente Dev. nihil, quam duo exempla, ſed illa ſine Vs., p. 207. i. et p. ſq. i., hocque tantum conſilio, ut oſtenderet, μὲν et δὲ inſervire partitioni, praecedentibus articulis, ut ἡ μὲν γὰρ — ἡ δ' ἑτέρη λ. ubi manifeſto ad ſe referuntur μὲν et δὲ, ut in Noſtri 1, 5, 17. ſq. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ — ἡμῖν δὲ λ., reliquis ſuper μὲν γὰρ varie ſtatuentibus, Stp. Th. 2, 1617. B. e. ex Hom. 'Οδ. σ', 131. et Thuc. 7, 55. ſ. 480, 75. (cf. Abr. ad Aeſch. 1, 215.) ſed L. Ern. e Stp. in v. μ. „3) μ. γὰρ, *enim*“ ut L. N. T. Schw., quod tamen ſubiungit „2) *nam — quidem*“ Vig. p. 515. e. cum Ind. Plut. Hſ. et Fab. Aeſ., it. Fiſch. ad Plat. Apol. p. 103. i. ἐγὼ μὲν γὰρ λ. N. 23. „partic. γὰρ habet vim augendi affirmationem“ forte pro ſane, profecto, utique, cf. eius L. N. T. Ind. Dem. et Xen. Cyr. Z. cum Vig. p. 479. b. N. 5., ut de μὲν γὰρ per Vs. inconſtantem ap. Luc. 1, 673. l. 67. 684. l. 32. 687. l. 89. 784. l. 89. σὺ μ. γ. tu *quidem*, at ſevere eadem 2, 632. l. 41. *nam* tu *quidem*, ap. Herodt. 210, 85. 445, 1, ap. Ael. V. h. 3, 17. c. ap. Xen. Mem. S. 1, 2, 12. m. ed. Th. V. 4. p. 13. Κριτίας μ. γ. *nam* Critias *quidem*, ſed negligentius ib. §. 27. p. 19. §. 34. e. p. 23. §. 61. m. p. 34. it. ap. Hom. 'Ιλ. δ', 226. ἵππους μ. γ. *equos* quidem *enim*, ε, 877. ἄλλοι μ. γ. πάντες, alii *enim* quidem *omnes*, ſed negligentius ib. δ', 376. 415. χ', 149.

Alterum Noſtri μέντοι, vel diviſum μέν τοι, (v. ap. Stp. Th. 2, 1619. F. m. ſqq., qui p. 1622. G. praefert priorem ſcripturam una tantum voce:

ut et eſt ap. Suid. 2, 534. m. μ., ὅμως. *tamen*, quibus utitur quoque Abr. Dil. Th. p. 441. e., ſed ſine Vs.) redditur varie, cf. Stp. l. l. Ern. v. μὲν et N. T. cum Ind. Xen. Cyr. et Ἀνβ. Ael. V. h. Hſ. Plut. et Fab. Aeſ. Bud. C. 1286, 27. Dev. p. 208. Vig. p. 522. cum Ind. et N. it. Hoog. Op., cuius ſenſum et verſionem nos quidem repetimus, ut ſit ſevere *quidem vero* ſ. *quidem certe* et *quidem ſane*, cf. Hor. T. p. 905., aliove ordine *certe quidem* ſ. *ſane quidem*; aut, alterutra vi et particula modo ſervata expreſſaque 1) *quidem* ſ. *equidem*, 2) pro adverſativa quadam, *ſed*, vero, *verum*, caeterum, *tamen*, eaque adeo ſimplici, aut pro duplici, ſed per figuram ἐκ παραλλήλου, *at vero* etc. vel diverſae notionis, ut *verum* tamen, tamen *vero*, ſed *tamen*, at *tamen*, 3) pro affirmativa aliqua, *ſane* ſ. *certe*, quae adeo ſimplex, oppreſſo primo vocab. μὲν, quanquam ſeveras quoque Lat. utrasque antea dedi ex Hor. T. et ſyn. alius ordinis *certe quidem*, rel.

Nempe de particulae τοὶ vi utraque, adverſativa aut affirmativa, quam Stp. Th. 4, 118. tenet, non diſerte priorem ponit Hoog. Op. p. 1152. ſqq., quanquam profuturam in multis, ut γάρ τοι, quod eſt Lat. *enim vero*, ubi ſtat ſolum, cum in καὶ γάρ τοι malim Lat. *etenim ſane*. Sed, quod maxime pertinet ad illam notionem μέντοι, ante poſitam, pro dupl. adverſat., μὲν ſumi poteſt pro μὴν, et pro adverſativa quadam, non modo per analogiam Lat. *quidem*, (cf. Exc. ad 1, 1, 5. i.) ſed et propter teſtimonia Grammaticorum Gr. diſerta, Heſ. 2, 804. i. οὐδὲ μὲν, — οὐδὲ μὴν, et ap. Stp. Th. 2, 1624. B. Euſt. ad Hom. Ἰλ. β', 703., qua ſumta notione, iuveris intelligentiam locorum Hom. aliorum, etiam Platonis, nec opus habeas vel μὲν in μὴν corrigere, vel cogitare de confuſis iſtis, cf. Fiſch. Phaed. p. 154. N. 1. 227. N. 6. cum Ind. v. μ. ad Soph. et Phileb. Tum, quod ſevere ſoleo reddere μέντοι, expreſſa particula utraque, id valet quoque v. c. ap. Xen. Symp. 4, 10. e. κἀγὼ μέν τοι πιστεύω, quod, tacentibus Ind., pro ed. Th. V. 4. p. 450. *ac* fidem *vobis* equidem *habeo*, verto potius *et* ego *quidem* ſane *credo*, it. Ariſt. Pac. v. 1289. σὺ μέν τοι νὴ Δία λ. at *tu* quidem *profecto*, et Equ. v. 168. σύ μ. τ. *tu* quidem *ſane*, it. v. 189. cf. Hoog. Op. p. 689. e. ſqq. it. Xen. Ἀνβ. Z. 1, 9, 29. 4, 6, 15. quanquam non pugno, ſi quis aliter reddat, et modo alterutram particulam, in primis, accedente alia adhuc adverſativa, ut ib. 4, 6, 16. ἀλλὰ μέντοι, quod Ind. Mor. *enimvero*, pro noſtro *at* ſane *quidem*, nobis *aber* freylich *wohl*, cf. infra ap. Noſtr. 1, 13, 8. e.

Caeterum in noſtra §. 9. ordo eſt, πολλοῖς οὖν καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται ταῦτα μὲν, ὅσα ἀνδρεῖα — ἐκείνῳ πέπρακται· ἐγὼ δὲ ταῦτα συνέγραψα, ἃ μετὰ λ., unde apparet, illa μὲν οὖν ſeparatim et locari et verti poſſe; ſicut eodem redit, ſi ſic regas, ὅσα οὖν ἐκείνῳ μὲν πεπρ. ſed ut potior ſit prior ordo, ubi, ταῦτα omiſſo, μὲν debet neceſſario poſt ὅσα collocari; ut nemo offenditur hoc ordine diſſoluto οὖν, ὅσα μὲν — ἃ δὲ λ. qui Latinus plane ſit, *igitur* quae *quidem* — quae *vero*.

1, 2, 10.

ἃ δὲ — εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔστι δ' ὧν λ.

In verbis ἔστι δ' ὧν — γενόμενος ſi parentheſis ſtatuitur: ſeveram interpretationem conſequaris hanc, *ſunt* vero *quaedam*, quorum *et* experimento *particeps fui*, i. quae et expertus ſum, aut *quaedam vero et expertus ſum*, ſi v. εἶναι cum pron. reſolvitur per pron. aliud illud *quidam*, cf. 1, 1, 3. 7., cui ſyn. eſt hoc *nonnulla* ap. Lat. noſtri loci Interpretes, qui, praeter δὲ, pro τὲ, ſeriem orationis et ipſi dirimunt, cum eorum *nonnulla* non cohaereant cum praemiſſo ἃ pron., poſt quod requiritur

potius ὧν δὲ καὶ π. μετ., ſine v. ἐςὶ, aut opus eſt alia medela, qua de poſt.

Equidem credo, utrumque Intp. in animo habuiſſe formulam iſtam exquiſitam, cum v. εἰμὶ cum pron. facit periphraſin illius pron. τὶς, maxime ἐςὶ in tertia ſing., qua de cf. Stp. Th. 1, XVI. A. e., e Thuc. in primis, cuius Ind. alia tenet v. εἰν. e., quibus add. alia ad Vig. p. 229. a. e. ſq. ex 1, 12. ſ. 11, 64. 2, 13. ſ. 107, 55. 2, 26. ſ. 114, 27. 2, 67. ſ. 141, 72. 3, 92. ſ. 224, 18. et 6, 88. ſ. 434, 32., praeterea l. 41. it. 1, 6. ſ. 7, 21. it. 2, 89. ſ. 157, 7. 7, 11. ſ. 452, 28., quorum in quibusdam locis Schol. explicat per τινὰ ſ. ἔνια, ut inſignis locus eſt 7, 3. ſ. 448, 61. ubi ἔςιν ἃ et τὰ δὲ componuntur, pro τὰ μὲν et τὰ δὲ, i. e. τινὰ — τινὰ, Ind. Xen. Z. Pol. et Cyr. v. ἐςὶ, ubi cf. Ind. Mor. cum N. ad p. 76. it. Duk. ad Thuc. 2, 13. p. 107. a. N. 55. et Abr. Auct. p. 358. e., tum per locum mirabilem ap. Xen. Mem. S. 1, 4, 2. e. εἰπέ μοι, — ἔςιν οὕς τινας ἀνθρώπων τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; ed. Th. V. 4. p. 43. *dic* mihi, *ſunt* ne, *quos* ob *ſapientiam* ſis *admiratus*? ubi poſt ἔς. οὓς eſt adhuc diſertum pron. τινὰς, quod, reſpondens iam illi formulae ἔςιν οὓς, redundet, ut ὅςις pro ὃς habuimus in Exc. ad 1, 1, 5. i. et ſic per *aliquos* reddit Bud. C. 1545, 35., cf. Vig. l. l. et Rs. ad Dev. p. 382., nec ap. Xen. eſt V. L. in hanc partem, ut non de gloſſa ſuſpicio ſit, quaſi e marg. τινὰς in textum ſimul venerit.

Enimvero eo ſenſu formula haec ponitur

1) continuo et in ſumma vicinia, v. c. τῆς Ἑλλάδος ἔςιν ἃ χωρία, ubi inter v. ἔς. et pron. ἃ nihil interponitur,
2) ſic, ut interiiciatur aliquid, una vox, ut noſtro loco, (ubi modo δ' intercedit,) vel plures, ut ap. Thuc. ἔςι δὲ αὐτοῦ ἃ λ.
3) in media verborum ſtructura, ut ἀκρίτους καὶ βουλομένους ἔςιν ἃ εἰπεῖν, ἀπέκτειναν πάντας, *indemnatos* et *volentes* quaedam *dicere*, interfecerunt *omnes*, vel ab initio enunciationis, ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς Τυρσηνίαν, ἔςιν ὧν πόλεων ἐπαγγελλομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν, *miſerunt* (vero) *etiam in Hetruriam*, quia *nonnullae* civitates *ultro ſe belli ſocias fore ſpoſponderunt*, ubi genitivi conſeq. perite reſoluti ſunt per cauſalem particulam, pro ſevero *quibusdam* civitatibus *denunciantibus*, profeſſis, *et ipſis* belli *ſocietatem*, ſ. *ſe* ſimul *belligeraturas eſſe*, vel in fine enunciationis, ἦλθε —, ςρατιὰν ἔχων ἐκ Πελοποννήσου καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων ἔςιν ὧν, venit *cum* exercitu, *quem* ex *Peloponneſo* duxit, *et* ex *quibusdam* Siciliae *civitatibus*, pro ſeveriori *venit* ſecum *habens* ſ. *exercitum* ducens *e* Pelop. *et* e *Siciliae* civitatibus *quibusdam*,
4) ſic, ut caſus pronominis regatur quidem a parte orationis aliqua, vel antecedente, vel ſequente, ſed tamen etiam
5) ſic, ut pronomen cohaereat cum v. ſubſt. tertiae perſ., tanquam pron. relativum, ut v. c. in poſtremo loco e Xen. ſupra apparet, ſi ἔςιν commutatur cum plur. εἰσὶν, ut fit ab Intp. ibi.
6) ſic, ut, omiſſo v. ἐςὶ, debeas pro pron. ὧν etc. ſubſtituere poſſe pron. τινῶν ſ. ἐνίων etc.

Atqui hoc ſecus eſt in noſtri loci lectione vulgata. Nam hic ſi ὧν refertur ad prius v. ἐςὶ, de forma exquiſita: debet ἔςιν ὧν mutari poſſe in τινῶν ſ. ἐνίων, quem gen. requirit v. μετέχειν. Verum ſic oriuntur haec, ἃ δὲ — εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, τινῶν δὲ πεῖρα μετέσχον, — ταῦτα σ., ubi videas tranſitum fieri ab ἃ relativo ad indefinitum τινῶν et demonſtrativum ταῦτα. At ſic nemo ſcribit ſeverus, ſed, quod iam ſupra ponebam, ἃ —

ὧν δὲ καὶ π. μ. — ταῦτα σ. Itaque, ſi formula illa exquiſita in Noſtri loco defendatur: non poteſt cum Bg. ὧν tractari tanquam pron. relativum, quod ad ſq. v. μετ. pertineat, ſed debet parentheſis ſumi illa ſuperior, per quam ἃ — ἤκουσα referantur ad ταῦτα σ., at caetera ab ἔστι — γενόμ. per ſe ſtent et extra rectionem reliquorum.

Sed parentheſis iſta cum, de meo quidem ſenſu, ſit durior: valde inclino illuc, ut pro ἔστι δ' legatur ἔτι δ', his e cauſis, quia primo ἔστι et ἔτι facile potuerunt inter ſe confundi, deinde ἔτι δὲ tum Noſtro eſt ſolenne, tum aliis, porro ſic melius referuntur ad ſe illa pron. ἃ et ὧν, atque etiam utraque ad unum ταῦτα, poſtremo ita manet rectio eadem et ſeries duntaxat una orationis, per hanc interpretationem, *quae vero* — vidi *et* audivi, *praeterea* que, *quorum* et *experimento* particeps *fui*, — ea *conſcripſi*; ubi ſane et ipſe δὲ pro τὲ accipio, nec καὶ poſt ὧν, pro *etiam*, negligo, quod facit Bg., ut alibi, ſed hic forte, quia δ' iam per *etiam* expreſſit.

De dicendi autem genere ὧν πεῖρᾳ μετ. tacet Stp. Th., afferens v. μ. 1, 1348. G. modo pro conſcium eſſe, nec pro ſimpl. Lat. *cognoſcere*, ut h. l. ſumſerim cum ſubſt. πεῖρᾳ, quod ille ib. 3, 151. C. e. pro Lat. *experientia* agnoſcit aliunde, etiam e Noſtri 8, 7, 8. πεῖρᾳ μεμαθηκέναι, quam formulam hic comparaverim, ut et illam Thuc. 286, 11. τῶν μὲν πεῖρᾳ αἰσθομένων, τῶν δὲ ἀκοῇ νομισάντων, *quod* alii *quidem* re ipſa *experti fuiſſent*, alii *vero* fama *iudicarent*, it. Dion. H. S. T. 1. 590, 8. ἱστορίᾳ τὲ καὶ πεῖρᾳ παραλαβόντες ἔχομεν, *vel* experientia, *vel* auditu *acceperimus*, et Dem. 1443, 3. (ἃ) πεπειραμένος οἶδα, quibus phraſibus Gr. utuntur potius, quam privo v. πειρᾶσθαι, fortaſſis ob ambiguitatem eius, cf. Stp. Th. 3, 155. D. e. ſqq., ut tamen occurrat id interdum iſta notione, ut ap. Dem. 195, 2. ἔργῳ πειραθέντες καὶ διδαχθέντες, ὅτι λ. et 255, 9., proferente G. Th. haec „*experior*, — uſu et rebus ipſis cognoſcere, (ſed in ſubſt. Bg., cum Gr. n., tantum) diſcat *igitur* Aegyptus *credat* que *experimento*, — deprehendere *experimentis*.“ Cumque dicamur *experiri*, quod ſenſibus percipiamus, ſive externis, ſive internis, cf. Ern. Log. §. 131: Noſter hac formula ὧν π. μ. idem eloquitur, quod ante in privis v. v. ἃ εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, nec diſcrimen facit in his, niſi per tempora, quibus ſuas res viderit, et audierit, et expertus ſit, h. e. παρὰ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον, per *omnem* ſuam *vitam* reliquam et priorem, ante munera ſuſcepta, et ἐν βασ. ἢ δ. ὑπ. γενόμενος, poſtquam, dum, quoad eſſet, conſtitutus eſſet, verſaretur in muneribus, cf. 1, 2, 3., quo in participio per Lat. Bg. e P. ditabitur Stp. Th., ut G. Th. ſic, quod hoc Lat. ſaepe dr. pro eſſe, cf. Ind. Corn. N.

Sed de Noſtri muneribus his ut nihil mihi conſtat: ſic de primo eorum genere, de *principalibus*, ut habent Lat. Intp., vel imperatoriis, h. e. iis, quae ab imperatore Rom. acceperit, et in quibus curarit res, ad imperatorem pertinentes maxime et ad eius commoda, quaeritur, quomodo a δημοσίαις, *publicis*, diſtinxerit? Quod fecerit, ſi particulam ἢ proprie accipias; quanquam haec vocula ſaepe non diſtinguit, nec res diverſas innuit, ſed eſt pro copula tantum, ut h. l. diſerte Lat. Intp. uterque exprimit; in quo convenit Lat. *aut*, quanquam dubitante G. Th. v. e., cf. Ind. Tac., ut contra *atque* et *aut* ponuntur promiſcue et variant, cf. Cort. ad Sall. Iug. 82, 2. Igitur *publica* quidem munera et negotia intelligo, quae ſuſcipiuntur populi ac civium cauſa, quatenus opponuntur reges et imperatores, et quibus res populi civiumque aguntur, et eorum commoda ac ſalus praeter caetera curantur. Cum ſint

tamen utraque interdum implicata ſibi: non repugno, ſi quis et hic per copiam exiſtimet illa Gr. copulata ſynonymice, at cum hac differentia, quatenus a diverſis ſpectantur partibus, et βασιλικαὶ quidem, quoad auctorem, et qua conferuntur ab imperatore, ſed δημόσιαι, quoad naturam et uſum, cum *publica* quoque dicantur, quae fiunt non noſtra cauſa, ſed pro aliis in univerſum, nec ſunt noſtra, ſed aliorum omnino, in quibus adeo rex et imperator resque horum ſunt aeque, ac civium et populi; tacente Stp. Th. etiam de fem. iſtorum adi., (cf. de δημ. Ind. Xen. Z. Pol. et Ἀνβ.) et tantum e Syneſ. proferente ſubſt. ὑπ., quo de cf. Ind. Dem., a Sb. Ind. hinc converſo *miniſteriis*, quod, noſtrati reſpondens *Dienſte*, redit ad Bg. e P., quod pro dignitate cum laboribus forte reperias ap. G. Th. in his 568, 43. „*officium*, pro magiſtratu videtur accipi“ ap. ſcriptores ſerioris aetatis.

I, 3, 1. i.

Γηραιὸν ὄντα κ.

De ἡλικία, vocabulo univerſi generis, ut Latt. Intp. illo *aetas*, et noſtrate *Alter*, deinde tantum pro aetatis aliqua parte, ut hic de ſenili, praeter N. ad 1, 1, 9., cf. Stp. Th. 1, 1452. C. m., cuius locum e Luc. ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας 1, 725. l. 14. Gs. *prae ſenectute* reddit ſevere, conſervata praepoſitione, quam e P. oppreſſerit Bg., non tam, quod abl. Lat. nudus eſt par illi formulae per praep. cum ſubſt., quam potius, quod h. l. pr. ὑπὸ poteſt etiam non *prae* valere, ſed Lat. *ab*, ut alibi cum v. paſſ., quale hic τετρ., et denique quod noluerit imitari inconſtantiam aut varietatem in hoc verbo dupliciter conſtructo, (qua de ratione v. Exc. peculiarem,) forte nec recordatus Lat. verbum cum aliqua praep., de quo infra.

Tum de καμάτοις res eſt expedita, accipi hic non de quibusvis laboribus, ſed ſuſceptis imperii cauſa, in quibus ſunt et bellici, bellique illae moleſtiae, per itinera, in caſtris et tempeſtatibus, quo de utr. laborum genere Noſter id ſubſt. adhibere ſolet; tenente Stp. Th. noſtrum locum ſine Vs. alia ſub „labor, fatigatio. — Hac voce utuntur interdum proſae ſcript., licet poëtica ſit potius, quam oratoria, praeſertim autem Herodianus“ quae cenſura forte nimia, cf. Ind. Ael. V. h., ſed Heſ. 2, 131. m. ſine N.

Sed de φροντίσι forte dubitatio eſt, utrum ſignificentur aegritudo ac triſtitia, rerumque triſtium cogitationes, ut de filio, quorſum inclinat Bc. in N., et pertinent quaedam ap. Noſtr. in ſqq. §. 3. 5. ſqq., ut et de Germanis §. 12., an univerſe valeant cogitationes rerum, ad imperium pertinentium, deliberationes, conſilia, mente agitata, cum opera corporis quadam; cum et Lat. *curae* ſimiliter dicantur, et ſaepe copulentur *labor* et *cura*, tanquam affinia, ut tamen ille maxime ad corpus, ſed haec ad animum praecipue referatur, cf. G. Th. cum Gr. n., nobis hic ut ſufficiant *Geſchäfte* und *Sorgen*, aeque late patentia.

Porro v. τρυχοῦσθαι, idem cum τρύχεσθαι, (cf. Ind. Xen. Hell. Mor. et Fiſch. Aeſch.) communis eſt notionis cum τρύω, v. Stp. Th. 3, 1323. F. et Foeſ. Oec. p. 377. b., quorum uterque noſtrum locum adhibet, e P. paene, ille G. e. „*laboribus* multis *que* curis *confectum*“ ſed hic ſeverius ſine illo P. adi. „lab. *curis* que *confectus*“ ut Bud. C., recte comparato v. τρέω, 1233, 10. cf. p. pr. l. 33. ſqq. it. Stp. ad Schol. Thuc. p. 643. a. i. ad Vs. 5. Suid. 3, 455. i. 513. e., ubi et ſyn. ἐκτετρυχωμένος, *attritus*, afflictus, *vexatus*, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς ἀπορίας ἐκτ. ἦν, *ille* vero *propter*

rerum *inopiam* macie *confectus erat*, cf. p. ſq. i. (cum Toup. P. 3. p. 231. ſq., non tamen memori prioris loci ap. Suid. ad P. 2. p. 79. m.) it. 1, 705. ἐκτρυχωθεὶς, ἐκπιασθεὶς, (vel potius ἐκπιεσθεὶς, ut ſupra πιεσθεὶς, cf. ad Thuc. l. l.) *attritus*, malis *confectus*, Heſ. 1, 1152. m. 1155. e. 1487. e. 2, 1428. e. 1430. m. τρύχειν, — κακοπαθεῖν, (quo de in N. nihil dicitur, cum tamen ſic rariori ſenſu ponatur, nec act., ſed neutraliter et pro paſſ., ſupplendo pron. ἑαυτὸν, ſ. *affligere*, et ſe male habere, mala perpeti, cf. Foeſ. l. l. v. e.) it. τρύχωσα, (forte τρυχῶσα,) τρύχουσα, 1374. e. 2, 188. m. v. κατατρύχει, ad quae cf. Suid. 2, 268. i. cum Toup. emendatione certiſſima, (ad quam tamen iam Stp. Th. 3, 1324. C. ducere potuit, in v. diſerte explicandi cauſa habens „ἐλαττῶ, κολούω“ quanquam tum de Suida non cogitans,) et per locum, οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν· κατατρύχειν ἑαυτοὺς μερίμναις, *non eſt virorum*, curis *confici*, quibus firmentur ante poſita ad Heſ. explicandum.

Succedere nunc quum Schol. ſ. Biſetus ad Ariſt. Pac. v. 989. debuiſſet: pro eo, iam occupato in Leisn. N., monebimus ad ipſa Comici οἵ σου τρυχόμεθ', poſitum ibi videri v. hoc cum gen. perſ. per ellipſin alicuius praep., ὑπὸ ſ. ἐξ, cf. D'Orv. Ch. p. 414. e., ſed ut ὑπὸ praeſter, v. Abr. Dil. Th. p. 830. e., quia et ſupra eadem fuit cum affini v. ἐκτετρ., et per legem iſtam, ſi qua praep. deſit in v., talem ſupplendam eſſe, qualis alibi cum v. diſerte occurrat; ut ad Soph. Ai. v. 609. χρόνῳ τρυχόμενος, *attritus*, Schol. ἤγουν ὑπὸ τοῦ χρόνου δαμαζόμενος καὶ κακοπαθῶν, bene dat. ſ. abl. reſolvit per ſyn. formulam praep. cum gen., ſed Sch. Thuc. 224, 12. non recte culpatur a Stp. l. l., cum hic ipſe in Th. 1, 908. E. reddat „δαμάω et δαμάζω, — affligo, *conficio*“ cf. Ind. Thuc. v. τρυχ. et ἐκτρ., ubi reſpiciuntur Hom. Ὀδ. ϱ', 387. τρύχειν ἓ αὐτὸν, quod et ipſum ad Heſ. l. l. proſit, κ', 177. τρυχώμεθα λιμῷ, (cf. Stp. Th. 3, 1323. H.) β', 219. Ind. Herodt. et Polb. it. Luc. 3, 469. l. 8. ἐς ἐμφανὲς ἐτρύχετο, *manifeſte* afflictabat *ſe*, Zoſ. 4, 29, 3. πενίᾳ τε καὶ ἀρχόντων κακίᾳ τρυχόμενοι, *qui tam* paupertate, *quam magiſtratuum* improbitate *affligerentur*, ſed phyſica notione ap. Alc. ep. 1, 14. i. p. 58. παλαιὸν καὶ τετρυχωμένον δίκτυον, vetus *et* lacerum *rete*, ſed Bud. C. 1233, 6. „detritum et vetuſtate conſumtum“ nobis *abgeführt* ſ. *abgenützt*, attenuatum, tenue factum et hinc lacerum, it. vile ac inutile; ut noſtro loco, tropice poſitum, de corpore et animo ſimul, pro viribus privatus, debilitatus, (*entkräftet* ſ. *geſchwächt*,) quibus par Lat. Bg., quod de morbo non reperi ap. G. Th. et alibi, ſed modo ap. Foeſ. l. l., cf. Ind. Flor. Suet. et Cort. Sall. et ad P. Lat. ib. Iug. 11, 5. „morbo *atque* aetate *confectus*, — i. q. viribus exutus, attritus, imminutus, (it. ad Cic. ep. 14, 4, 4. mulierem — *et* corpore *et* animo *confectam*,) attritam et diminutam“ ſed G. Th. in Bg. „*affligere* et *debilitare* animos *metu*, — *haec duo*, ſc. deſidia et luxuria, *corpora afflixerunt*, — *non* plane *me* enervavit, *non* afflixit *ſenectus*“ ſed cum praep. aliqua modo in affini ib. *afflictari* de *re aliqua*, et Ind. Tac. *afflictari* a *vulneribus*, cf. Ind. Cort. Sall. Liv. Flor. Amm. M. Iul. Caeſ. Corn. N. et Iuſt. it. Caſ. ad Suet. Cal. 13.

1, 3, 1. e.

Μάρκον — νόσος χαλεπὴ καταλαμβάνει.

Super v. κατ. non hic dicturi univerſe, ſed quatenus eius explicatio prodeſſe Noſtro queat, adhibemus notionum ordinem, in Ind. a nobis propoſitum, ut primo valeat phyſice de perſ., pro Lat. *deprehendere*, offendere, invenire, v. c. τινὰ, quo de cf. Bud. C. 782, 3. Stp. Th. 2, 570. F.

Ind. Polb. „κ. τινὰ, reperire, *von* ohngefehr *antreffen*" Xen. Mem. S. Cyr. et Ἀνβ. Z. Ael. V. h. Fiſch. Aeſch. R. Or. V. 7. Iſ. et ap. Dem. 298, 13. 911, 13. 1149, 26. rel. Sed Noſtri 1, 15, 2. παρδάλεως ποτε ὀξυτάτῳ δρόμῳ τὸν ἐκκαλούμενον καταλαβούσης ſimpl. interpretamur cum Ind. Z. Xen. Ἀνβ. Lat. *aſſequi* ſ. invadere, ob diſerte adiuncta δρόμῳ et ὀξ., quae impediunt, quo minus explicare poſſis aut *aſſequi curſu* cum Stp. l. l. p. 571. C. m., aut de eo, qui, quem perſequitur celeri curſu, comprehendit, ut ad Luc. aliunde 1, 821. N. 46., quae tamen procedunt alibi, ubi v. ponitur abſolute, cf. Ind. Xen. Ἀνβ. et Cyr. Z. Tum in Noſtri 2, 13, 22. τὰ ὅπλα καταλαβόντες ſevere reddetur Lat. *comprehendere*, ſed liberius Lat. *occupare*, pro ſimpl. capere ac ſumere, vel pro rapere, corripere, praeripere, i. rapide, celeriter capere, cf. Ind. Xen. Pol. Z.

De re autem ubi adhibetur, ut h. l. cum Μάρκον dr. νόσος κ., refert hoc Stp. Th. l. l. p. 571. D. m. ad notionem pro invadere, corripere, inceſſere, it. illud 1, 14, 13. πολλῶν καὶ δεινῶν συνεχῶς κατειληφότων τὴν πόλιν, quod Bud. C. 783, 26. contra videtur explicare *contingere* ſ. accidere, ad ſenſum non admodum differens, nobis *befallen* ſ. *betreffen*, cf. Dem. 918, 18. τριῶν ἤδη καιρῶν κατειληφότων τὴν π. it. 804, 2. 301, 27., in quibus ſimilibusque locis alii dicunt, v. κατ. in malam partem uſurpari de periculis et caſibus, qui inopinati repentino impetu ſuperveniant, Duk. ad Thuc. p. 258. N. 36. et Hemſt. ad Luc. 1, 16. N. 78., ubi et Lat. *deprehendere* valere oſtendit Abr. Dil. Th. p. 707. m., conſentiens et cum Sb. Ind., qui, poſt exempla aliquot e Noſtro, ut 1, 12, 16. αἰσθόμενοι τὸ κατειληφὸς πάθος, ſubiicit „in quibus loquendi generibus accuſativum (pronominis aliquem, v. c. αὐτοὺς) ſubaudiri, cum ex aliis patet, tum ex hoc, τέλος κατέλαβεν αὐτοὺς τοιοῦτο" quorum primum locum Stp. l. l. p. 571. F. e. habet in notione verbi pro accidere, contingere, evenire, quanquam nec ibi Lat. *invadere* reſpuens.

Sed cum nominatim de *tempore* adhibetur: varie reddunt, Stp. l. l. p. 572. B. i. *advenire* e Noſtro 1, 15, 5. ἐπεὶ κατέλαβον αἱ τῆς θέας ἡμέραι, it. Bud. C. 783, 38. cum Sb. Ind., ſed Abr. Dil. Th. p. 187. m. *appetere* et *appropinquare*, tum e Noſtro 6, 4, 3. καταλαβούσης τῆς ὡρισμένης ἡμέρας, *ubi* dies — *advenit*, e P., ubi adiunctum ὡρ. non admittit notionem inopini aut celeritatis, qui locus eſt claſſicus pro ſimpl. notione veniendi, cf. Abr. l. l. Porro e Noſtro 2, 9, 6. ἑσπέρας καταλαβούσης Stp. l. l. ſine Vs. modo ſubiungit priori, at Kypk. 1, 398. ad Io. 12, 35. ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ reddit „quum *veſpera* illi *ſuperveniſſet*, (putans quippe,) κ. de noctu ſ. veſpera ingruente in primis dici, ſi illa homines *opinione citius* occupet" ut Ind. Fab. Aeſ. Hſ. ſimili phraſi „cum *veſpera* eos *deprehendiſſet*, iis *ſuperveniſſet*" aliter explicante ſacrum locum L. N. T. Krb. p. 326. Nr. 2., ſed me in talibus de tempore locis capiente v. κ. nonniſi ſimpl. pro venire ſ. advenire, ut et illum N. T. 1 Theſſ. 5, 4. ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς, ὡς κλέπτης, καταλάβῃ, ubi notio inopini ac celeritatis non eſt in v. κ., ſed in adiuncto ὡς κλ., cumque v. 2. ἡ ἡμέρα — ὡς κλ. — ἔρχεται haud dubie illis reſpondeat: κατ. v. 4. nihil eſt, quam pr. ἐρχ. Sed Stp. l. l. denique e Noſtro 7, 2, 18. χειμῶνος ἤδη καταλαμβάνοντος vertit „*quum* hyems *adveniret*" de noſtra ſententia, qui et notionem violentiae ſ. impetus, huic v. tributam, habemus ſuſpectam, cum nec tale quid ſit in L. Ern., nec in pr. κατὰ in compoſitis, cf. ad Vig. p. 618. b. e. ſqq., nedum ut primam hanc faciamus notionem cum L. N. T. Schw. p. 743. b. e., ad ſecundariam aliquam nitentibus etiam Schol. Thuc. ad 202, 44. (ſecus ac 320, 70.) et Suida 2, 257. m., non item p. 278. i. in

paſſ., in quo breviori Stp. Th. 2, 571. A. ſqq. add. Foeſ. Oec. p. 193. b. 1. cum Ind. Xen. Cyr. Z., ubi et ſemel in med. 4, 2, 6., cf. R. Or. V. 6. 7. Ant. 8. And. (ad quem V. 4. p. 10. N. 33. non cogitatur de Stp. monitis l. l. p. 572. G. e.) Dem. Fiſch. Aeſch. et L. N. T. Krb.

Sed ad ſg., deſerto P., ap. G. Th. cum Gr. n. „*occupare*, vi quadam capere ac tenere, (ubi tamen non eſt cum ſubſt. noſtro, at 332, 31.) morbus *occupat* Celſ. (et l. 21. 13.) *invaſit*, — *inceſſit* in *caſtra*, (ſed in loco Iuſt. 11, 8, 4. tum *repente* tantus *nervos* eius *occupavit* rigor, *ut* rel., adiunctum adv. vetat, quo minus vis illa inſit verbo Lat. per ſe, cf. ad 1, 4, 17. v. *capere* e Iul. Caeſ., tum ad Lat. Stp.) *invadere*, — aggredi, impetum facere, (1207, 4.) an *dolor* repente *invaſit*? (l. 7.) eum *morbus* invaſit *gravis*, (ut hic χαλ.) — quibus *invaſit* repentinus *rei* magnae *timor*, — *inceſſere*, aggredi, invadere, — ingruere, accidere, *cura* gravis *patres* inceſſit, — *corripere*, una, uno impetu rapere ſ. capere celeriter, (et tamen ſq.) *corripere* ſe *repente*, — ita *corripuit* derepente *tacitus* ſeſe *ad filiam*, i. raptim intulit, (quod eſt potius in adv. adiecto) — morbi *ſingula* corpora *corripiunt*, (cf. 1260, p. et 400, 3.) *appetere*, relatum ad temporis nomen, pro appropinquare, inſtare, adventare, — *advento*, — appropinquare, — de tempore, (1156, 60. ſqq.) *inſto*, adeſſe, propinquum ſ. proximum eſſe, — *dies inſtabat*.“

1, 3, 2.

Ἐπεὶ δὲ — ὑπώπτευεν, ἑώρα τε — ἐπιβαίνειν· δεδιὼς, μὴ λ.

Longioris periodi redditio eſt §. 5. in οἷα δὴ, quae, cum caſus variationem habeat, a nominativo δεδιὼς §. 3. tranſiliens ad accuſ. ἄνδρα πολ. §. 5., efficit quoddam σολοικοφανές. Sed eiusmodi ἐναλλαγαὶ huic ſcriptori non ſunt infrequentes, atque adeo paulo poſt, non multum abſimilis uſurpata variatio 1, 5, 11. et 1, 16, 2. In quarum poſteriore, ob multiplices parentheſes, duplex eſt epanalepſis, prior §. 7. ταύτης δὴ ἐ. προϊούσης, poſterior §. 8. πάντων ἑορτ. Itaque recte in talium hyperbatorum redditione uſurpatur epanaleptica particula δὴ ſ. οὖν, ſicut ap. Lat. *igitur*. Mox etiam, poſt hanc ita variatam periodum, ſequitur alia, parentheſi et ἀκαταλληλότητι etiam ipſa transfigurata 1, 16, 9. ſq. *Sylb.* Pro τὲ aut τότε leg. aut τέως, et apodoſis ſententiae, hic coeptae, eſt §. 11. in illis τοιαύτας δὴ λ. *Reisk.* Aut deeſt aliquod verbum ante δεδ., aut ſcribendum ἐδεδίει. *Steph.* Sed reſcribere tam ex facili aliena opera, vix eſt conſultum. Modeſtius agit doctiſſimus Sylb. — *Boecl.* Aſſentimur Stephano, qui aut verbum aliquod ante δεδ. intercidiſſe ſuſpicatur, aut legendum cenſet ἐδεδίει. *Oxon.* Poſt δεδ. aut excidit ἦν, aut hoc ipſum eſt ſubaudiendum. Sic Aeſch. Choëph. v. 643. τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες ἀθεμίστως, *omnem Iovis* maieſtatem *transgreſſi ſunt*, ſc. Aegiſthus et Clytaemneſtra. Ad h. l. Schol. παρ., ἀντὶ τοῦ παρεξέβησαν. καί ἐστι μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος, ὡς τὸ καρπῷ βριθομένη. Qui locus eſt ap. Hom. Ἰλ. θ', 307. ubi v. Schol. (Pavo T. 2. p. 1031. e. quaedam contra diſputante, ſed violenter, more ſuo:) Sic Luc. in Gallo (2, 714. l. 21. ſqq. εἶτά μοι — ὄνειρος ἐπιστὰς, tum *mihi* ſomnium *ſuperveniens*, i. e. ſuperveniebat, (ubi tamen in textu et Vs. poſt ἐπισ. ſunt puncta ...., ſigna lacunae aut orationis imperfectae.) Eadem ellipſis verbi ſubſt. eſt Ebr. 12, 15. (ubi poſt ὑστερ. ſane et Grot. ſupplet v. ſubſt. ᾖ, et Vat. Vs. *ſit*, et L. Krb. vertit, eodem ſubintellecto „*ne quis* deſtituatur *gratia dei*“) Si ergo in δεδ. ſubaudias ἦν verbum: non erit, cur cum Stp. ſcribas aut ἐδ., aut deeſſe aliquod verbum ante δεδ. ſtatuas. *Leisn.* Verba δεδ. — μετοχ.

(a §. 3. — §. 4.) parentheſin efficere, adeoque uncinis includenda videntur. *Stroth.*

Tum Tob. Eckhardi Obſ. Philol. ex Ariſt. Plut. p. 41. i., ſuper ellipſi v. ſubſt. agens, haec habet. „Sed nec profanis ſcriptoribus haec loquendi ratio eſt incognita. Herodi. l. 1. n. 3. δεδ. ſc. ἦν, pro ἐδ., ut Stp. legendum, ſed ſine cauſa, cenſet, *anxius agebat*, v. Boecl. in Annot. ad h. l. et Luc. T. 2. in Gal. p. 165. εἶτα — ἐπ. ſc. ἦν, *tum mihi* ſomnium *ſuperveniens*, ſc. *erat*, et in Tim. T. 1. p. 100. (p. 131. l. 53. πορφυροὶ — περιέρχονται,) οὐδ' αὐτοὶ πιστεύοντες, οἶμαι, neque *ipſi* credunt, *puto*, (qui locus non eſt idoneus, cum participium πισ. cohaereat cum pr. v. περ., nec οὐδὲ ſit copula, ſed Lat. *ne quidem.*) Elsnerus affert etiam locum ex Aeſch. Choëph. — ubi notanda Scholiaſtae interpretatio, — ubi diſerte ait, quod participium pro verbo (finito) ſit poſitum, atque hinc illuſtrat locum 2 Cor. 10, 12. ſq., ubi μετροῦντες pro μετροῦμεν, et συγκρίνοντες pro συγκρίνομεν poni obſervat, et Ebr. 12, 15. ubi ὑστερῶν pro ὑστερῶν ἦν adhibetur. — Hom. Ἰλ. θ', 307. ἥ τε — βριθομένη, *quae* in *horto* fructu *gravata.* Scholia annotant, βρ. ἀντὶ τοῦ βρίθεται λ. additque, quod Attica ſit loquendi ratio, ſi participium pro verbo ponatur" finiti temporis, qua de ellipſi v. ſubſt. poſt particip. ſ. enallage temporis modive ac participii pro finito verbo cf. L. Boſ. Ell. p. 422. i. D'Orv. Ch. p. 347. i. Abr. ad Aeſch. 1, 451. cum Dil. Th. p. 746. Z. Xen. Pol. p. 251. a. i. Cyr. p. 743. a. §. 8. Mem. S. p. 94. b. m. Hom. Ἰλ. ω', 500. et Ὀδ. δ', 231. per quam omnis ſane dubitatio ſublata videtur de h. l., ſuper quo tamen adhuc quaedam dicimus.

Primo illa Sb. aliorumque parentheſis non bene procedit, quorſumcunque prolata aut contracta, cum nominativus δεδ. non coëat cum §. 5. ἄνδρα — ἐτάρασσε μνήμη diverſa conſtructione, neque cum §. 11. τοιαύτας δὴ τυραννίδος εἰκόνας ὑποτυπούμενος, ἐδεδίει τὲ καὶ ἤλπιζεν, ubi et moleſtum eſt v. finitum ἐδεδ., nec convenit res et argumentum, quod demum a §. 5. incipit, non iam hic §. 3. Neque exempla alia, a Sb. ſubiecta e Noſtro, ſunt idonea, ut ad illa videbitur loca, quae ſine iſto adminiculo poſſunt conſiſtere. Tum correctiones, propoſitae a Stp. et Rsk., duriores ſunt, in primis illa in particip. δεδ., pro quibus, ſi quid mutandum eſſet, legerem leniori ratione aut ἑώρα γὲ τὸν π., e perpetua confuſione illarum particularum τὲ et γὲ, quam, pro Lat. *quidem*, i. ſcilicet, reperiat quis in P. *videlicet*, aut ἑωρᾶτο τὸν π., ſenſu medii accepto paſſ., quo de v. Stp. Th. 2, 1417. E. m. et Ind. Hom., cum et alia Noſter cum hiſtoricis poëtica habeat, et ultima το ſyllaba potuerit ſeparata in τὲ tranſire; quanquam et pro τὲ legi poſſet δὲ, et ipſum ſaepe varians cum τὲ, et hic in apodoſi, ut Lat. *vero*, ſumendum, aut pro Gr. δὴ, ſimiliter in apodoſi occurrens; ſecundum quas coniecturas, non illas tamen neceſſarias, ſubiectum particip. δεδ. bene conſiſteret, per copulam *et* reſolutum; quanquam omnium optimum eſſet, putare ἦν elapſum ob pr. ſimile εἶν, quod tamen et ipſum non eſt neceſſarium, cum ellipſis iſtius v. ſubſt. ſatis ſit ſolennis, per eamque locus hic ſalvus maneat ſine medicina, quae non adhibenda, niſi ubi deficiunt reliqua interpretandi praeſidia, in quibus ſane et illa ellipſis habetur.

Fuit et, cum putarem, ἐπεὶ hic non eſſe particulam conſecutivam ſ. temporis, pro Lat. *cum*, quum, *poſtquam*, ſed continuationis ſ. ordinis, pro ἔπειτα, quo ſenſu ſaepe occurrit, cf. Ind. Sb. e Xiph. 197, 19. et ipſo e Noſtro 2, 3, 6. 2, 10, 7. Abr. Dil. Th. p. 446. e. 719. m. Rs. An. ad Gr. A. V. 1. ad Dion. Chr. p. 14. i. (ubi ἐπεὶ δὲ λ. deinde *vero*, ut h. l.)

ib. Ind. poſt Xiph. p. 170. m. it. ad Polb. p. 646. e., quanquam videas de hoc dubitari ab aliis, v. c. ad Xen. Cyr. Mor. 1, 3, 12. e. at Z. 1, 3, 14. m. reiectum ἐπεὶ mutatur in ἔπειτα, tum ib. Mor. 1, 6, 17. m. in N. ἐπεὶ δὲ habitum pro ἔπειτα, et in Ind. ἐπεὶ pro ἔπειτα, refutat Z. ad 1, 6, 20. m., ut contra Vig. p. 389. m. Nr. 4. it. Dev. p. 138. N. 34. e. pugnat Hoog. Op. p. 396. Nr. 4., non ſatis idonea, credo, ex cauſa, cf. ad Orph. p. 36. v. 182. p. 98. v. 675. ubi αὐτὰρ ἐπεὶ i. q. proſaicum ἐπεὶ δὲ, quod nec bene tentatur ad Luc. 1, 30. N. 96., ut legatur ἔτι, (quocum tamen illud ἐπεὶ ad ſenſum convenit, cf. Abr. l. l., qui reddit diſerte *praeterea* et *porro*,) ſed 3, 8. N. 54. pro ἐπεὶ δ' non corrigitur ἔπειτ', quanquam et ἐπὶ δ' V. L. ib. procedit, Lat. *inſuper* ſ. *ſuper*, pro praeterea ſ. deinde, ut male ἐπεὶ δὲ in ἐπὶ δὲ mutat L. Boſ. Obſ. Miſc. p. 15. et Ell. p. 338. e. it. Valck. ad Herodt. p. 607. N. 30., quod forte et valet de loco Xen. Mem. S. 1, 4, 6. e., ad quem Hindb. p. 29. e. ἐπεὶ δὲ, ab initio corrigens in ἐπὶ δὲ, tamen deinde tuetur, ſed ἐπεὶ δὲ ap. Hermog. π. ἰδ. ed. Sturm. p. 22. l. 7. perverſe redditur *quia autem*, pro *tum vero* ſ. *praeterea vero*, quomodo ἐπεὶ et capio ap. Dion. H. S. T. 2. 186, 37., ut et ἐπειδὴ interdum videtur ſtare pro ἔπειτα, v. c. ap. Theophr. Ch. 28, 1. m. ἐπειδὴ δ', it. ap. Thuc. 10, 30., cf. ib. Stp. N. it. 14, 49.

Ad quam rationem noſtro loco ἐπεὶ, per ἔπειτα explicatum, etſi habet ſententiam non incommodam: tamen inclino potius ad δεδιὼς per illam ellipſin, nihil certi conſtituens, quid Bg. legerit, niſi quod, extrinſecus aſſumto v. ἦν, cum P. potuerit formulam illam verbi ſubſt. cum particip. mutare in unum verbum finiti temporis atque adeo imperfecti h. l., dum *agebat* i. q. vivebat ſ. erat, cf. G. Th. 214, 48., non tenente Stp. Th. hanc Lat. phraſin in *v*.

1, 3, 3. i.

— νεότης ἀκμάζουσα λ.

De v. ἀκμάζειν etſi non commode dici poteſt, niſi et ſimul de cognatis dicatur: tamen diſputatiunculam accommodabimus maxime ad uſum Noſtri, ap. quem ἀκμὴ phyſica notione, de corporum extremitate, (cf. Stp. Th., ad Luc. 1, 656. a. Suid. 1, 86. i. Heſ. 1, 194. e.) ſed translate tantum de aetate, idque vel abſolute, οἱ ἐν ἀκμῇ ὄντες, opp. οἱ πρεσβύτεροι, (quorſum habet Stp. Th. 1, 273. G. e. ſine auctore „οἱ ἐν ἀ. ὄντες, ſ. ἔνακμοι, ſ. ἀκμάζοντες, qui firma ſunt aetate et vigente, rel." cf. p. ſq. i. e Bud. et Polb.) vel cum adiuncto, ut πρὸς τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ, quam formulam Stp. l. l. p. 274. A. m. B. e. leviter modo tangit, ſine Vs. et auctore, ubi ἡ ἀ. vigor, i. ſummum et optimum, it. cum gen. τοῦ βίου, ut Ind. Xen. Cyr. Z. i. q. τοῦ ζῆν ap. Stp. l. l. p. 274. m. it. cum gen. τοῦ σώματος Ind. Xen. Pol. Z., ut contra, ubi ἀκμὴ ſimpliciter ponitur, poteſt valere pro vigor aetatis, integra ſ. firma aetas et iuventus, cf. Stp. l. l. p. 273. G. e. L. Ern. Heſ. et Suid. l. l. Foeſ. Oec. p. 11. e. Bud. C. 844, c., quo et refer Orph. h. 86, 7. ἐν ταχυτῆτι βίου παύων νεοήλικας ἀκμὰς, *florentes* ſtinguens *aetates* funere *acerbo*, immo *mature* vita *iuvenilia* robora *privans*, i. iuvenes, ut de viris et virili aetate ap. Ael. V. h. 3, 18.

Tum ap. Noſtrum eſt adi., inde ductum, de Heliogabalo 5, 3, 13. ἦν τὴν ἡλικίαν ἀκμαῖος, tum annos fere habente quatuordecim, cf. §. 7. e., quo pertinere poſſunt Stp. Th. haec ſine auctore 1, 275. i. „ἀκμαῖος, vigens aetate, florens aetate, integer aevi, aliquando ἀκμαῖος τὴν ἡλ., aliquando ἀκμαῖος ſimpliciter, et de eo dr. qui aetate viget ſimul et robore,

i. e. cui per aetatem datur robuſto eſſe“ ſic potius conſtituenda, ut ἀκ. ſolum ſit vigens ſ. florens, optime ſe habens, ſed cum acc. elliptico τὴν ἡλ. (oppreſſa κατὰ) *vigens* per *aetatem* ſ. *ob* aetatem, *aetate*, ſ. habens aetatem optimam, cf. ap. Noſtr. 2, 14, 10. m. τοὺς ἀκμαιοτάτους ἐπιλεξάμενος, ubi maxime iuvenis et maxime robuſtus, et de aetate ſimul ac viribus, ut quae plerumque cum iuventute coniunctae, et intelliguntur in vigore hominum ac corporum, cf. Suid. 1, 85. e. per ἀκμάζων recte, ſed p. ſq. i. cum Heſ. 1, 194. e. cum N., at ἀκμαίων, ὀξέων, ſine N., phyſice, ab ἀκμὴ, pro Lat. *acies*.

Porro v. ἀκμάζειν ap. Noſtrum de perſ. tum de viris, tum de adoleſcentibus ſ. iuvenibus, ut 7, 6, 11. νεανίσκον, τὴν ἡλικίαν ἀκμάζοντα, plane cum Diod. Sic. 1, 136. l. 59. aetate *florens*, oppreſſa iterum pr. κατὰ, quod i. q. pr. τὴν ἡλ. ἀκμαῖον, nihil ſimile tenente Stp., cf. L. N. T. Foeſ. Oec. p. 12. i. Ind. Fiſch. Aeſch. R. Or. V. 4. 6. 7. Ant. Thuc. Xen. Ἀνβ. et Pol. Z. Dio Caſ. Polb. cum Ael. V. h. it. Abr. ad Aeſch. 1, 464. m. et Dil. Th. p. 182. e. D'Orv. Ch. p. 619. m. 303. i. Harpocr. p. 19. m. Suid. 1, 85. e. 2, 50. e. Heſ. 1, 194. m. N. 28. Moer. p. 180. ſq. cum N. Luc. 2, 141. l. 3. ſed in aliam notionem Ind. Xen. Cyr.

Verum noſtro loco res, νεότης, dr. ἀκμάζουσα, de Commodo, quem Noſter inter μειράκια ponit, novendecim fere annorum, cf. ad 1, 1, 9., ubi haud dubie eſt iuventus optima, (quo Bg. tropus reſpicit pro florens,) et i. q. ap. Stp. Th. 1, 275. D. m. ſine auctore „ἀκμάζουσα ἡλικία, aetas iuvenilis, vivida et vegeta“ quae forte pertinent ad Noſtri 6, 1, 11. de Alexandro, qui dr. κομιδῇ νέος 5, 8, 20. et τοῦ δωδεκάτου ἐπιβαίνων 5, 7, 7. et παῖς aliquoties poſtea 5, 8, 3. 9. 12. In quibus de aetate locis vulgo retinemus Lat. *vigere* et *florere*, quae, tropo remoto, de re ac perſ. dicuntur, cum ſunt in conditione optima, et cum quis fruitur aetate optima, firma, robuſta, eaque vel iuvenili et adoleſcentium, vel adultiori ac virorum, cf. Cort. ad Sall. Cat. 15, 2.

Sed idem v. Noſtro uſurpatur et de aliis rebus, ut, praeterquam de urbe,

1) de plantis ac floribus 1, 7, 4. ἄνθη, τότε ἀκμάζοντα, flores vigentes ſ. virentes, i. qui tum erant in ſua natura et conditione optima, colore, ſucco, robore et vigore naturali primoque, qui nondum perdiderant colorem, et rel. iſta, nec dum contraxerant ſe in rugas et plicas, nec folia abiecerant, (cf. Ael. V. h. 13, 1.) it. 7, 2, 6. de ſegete τῶν ληίων ἀκμαζόντων, quorſum referas Stp. l. l. G. m. „ἀκμάζοντος τοῦ σίτου, *adultis* iam frugibus, *maturis* iam frugibus“ quo Lat. poſtr. redditur quoque ἀκμαῖος, ut adv. ἀκμαίως *mature*, et ſubſt. ἀκμὴ *maturitas*, it. v. ἀκμάζειν *matureſcere*, cf. Stp. l. l. C. L. Ern. et N. T. Fiſch. cum Krb.,

2) de tempore 2, 5, 3. ἡμέρας ἀκμαζούσης, quorſum Stp. l. l. F. e. „ἀκμάζουσα ἡμέρα ap. Herodi. (ſine numeris) dr. meridies“ cum diei tempus eſt optimum et pars optima, cf. ib. B. i. cum Ienſ. Lect. Luc. p. 196. i. tum 2, 1, 12. νυκτὸς ἀκμαζούσης, ap. Stp. l. l. F. m. iterum univerſe „ἀκμ. νυκτὸς, ap. Herodi. *nocte intempeſta* Pol., q. d. vigente nocte, tunc videlicet, quum eſt μεσονύκτιον, i. e. medium noctis ſ. media nox“ it. 5, 6, 13. ἀκμάζοντος θέρους, ut Zoſ. 3, 10, 1. ἀ. ἤδη τοῦ θερ. *adulta* iam *aeſtate*, cum artic. ſine diſcrimine, ap. Stp. l. l. p. 274. B. e. „θέρους ἀκμὴν, aeſtatis *vigorem*, i. illud aeſtatis tempus, quo maxime viget calor, (ſed p. ſq. G. i.) ap. Thuc. ἀκμάζον θέρος, adulta *aeſtas*, ut loquitur Tac.“ e Thuc. 110, 77. τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος, vigente *iam* aeſtate *maturis* que *frumentis*, ubi Vs. libere addit illud adv. Zoſ., cf. Abr. Dil. p. 182. e. Tac. An. 11, 31. m. *adulto*

autumno et Lipſ. ad eiusdem Ann. 2, 23. *aeſtate* iam *adulta*, qui reſpicit ad Sall., tacente Ind., et ad Serv. ad Virg. Ge. 1, 43. vere *novo* „prima parte veris, — ut primo menſe veris *novum* dicatur ver, ſecundo *adultum*, tertio *praeceps* rel.“ unde et aeſtas *adulta* ſecundo eius menſe, cf. Poll. 1, 59. 80. ἀκμάζοντος ἔτους, adulto *anno*, πρώτου ἔτους καὶ νέου ἔτους, καὶ ἀκμαζ. τοῦ ἔτους, καὶ μεσοῦντος τοῦ ἔτους λ. cf. Ind. Geop. ἀκμάζοντος ἡλίου.

3) de morbo, peſte ac calamitate 1, 12, 1. τὸ πάθος τῇ Ῥωμαίων πόλει ἤκμασεν et §. 6. ἡ νόσος — ἤκμασε, ut ap. Thuc. in ſimili lue 129, 11. ὅσον πὲρ χρόνον καὶ ἡ νόσος — ἤκμασε, *quamdiu* morbus *vigebat*, ap. Stp. l. l. p. 274. B. e. ſine Vs. νοσήματος ἀκμὴ, ſed p. ſq. E. m. „ἀκμάζον νόσημα ſ. πάθος, quod eſt in ipſo vigore mali, quum dolor ad ſummum venit“ it. calor, frigus, debilitas, periculumque, ut Foeſ. Oec. p. 12. i. „ἀκμάζειν morbus dr., qui ſumme intenditur ac viget“ ſed in civitate nominatim et urbe, cum ad plures homines diffunditur per contagionem et multos citoque perimit, praeſidiaque et remedia omnia eludit ac reſpuit, et ap. Noſtrum §. 6., propter adiunctum adv. ἐπὶ πλεῖστον (χρόνον ſ. χρόνου μέρος,) cum durat, nec deſinit, vel, ut ante, vehemens fuit, multos invaſit ac perdidit; non praebente G. Th. aut Ind. v. *vigere* cum ſubſt. *morbus*.

Tum noſtro loco ſubſt. ὀρφανία ap. Stp. Th. 2, 1692. B. e. cum Bg. e P. et ex Aeſch. Or., qui locus ſine Ind. eſt V. 3. p. 542. p., cf. R. Or. Ind. V. 6. Ael. V. h. 12, 1. i. ap. Suid. 2, 718. m. ſine ῥήσει cum Bg., ap. G. Th. cum Gr. n. Sed ſubſt. ἐξουσία perinde eſt, utrum reddas cum Bg., an cum Leisn., e P. forte, qui *licentiam* ceperit non in malam partem, ob additum adi. *nimiam*, ſed notione fere recentioris aevi pro ſimpl. *poteſtate* Bg., i. agendi facultate ac libertate, cf. in utr. partem Bud. C. 1462, 36. Stp. Th. aliunde, L. Ern. et N. T. Schw. cum Fi., ſupra 1, 1, 10. Dem. 95, 23. 111, 12. 625, 18. 634, 4. 639, 13. 171, 6. τοῦ — ψηφίζεσθαι — ὑμῖν ἐξουσίαν καὶ ἄδειαν παρασκευάσουσι cum affini ſubſt., cf. 6, 1, 11.

Sed adi. ἀκ. non habui aliunde, at Stp. Th. cum ſubſt. ἐξ. modo hinc et praeterea cum ſubſt. alio e Luc. ſine Ind. 1, 129. l. 23., ubi redditur cum Bg., qui alterum αὐτ. cepit non pro appellativo et univerſi generis nomine, ſed proprio et honoris, qua notione non eſt ap. Stp. Th. ſed affine αὐτοκρατορικὸς, at e Noſtro 7, 10, 12. αὐτοκρατορικὴ ἀρχὴ, imperatoria *dignitas*, ubi Bg. contra *abſolutum imperium*, quae notio eſt antiquae et melioris Graecitatis, et noſtrum, cum ſit proprie ſubſt., ponitur pro adi. valetque i. q. plenus, ſummus, nullis limitibus circumſcriptus, cf. Stp. Th. L. Ern. Bud. C. 50, 33. 382, 42. Ind. Sb. Thuc. cui add. 206, 17. Dion. H. S. T. 1. 87, 17. ἡγεμονίαν αὐτοκράτορα ἐν πολέμῳ, ſummum *in* bello *imperium*, Dem. ſine Ind. 279, 12. στρατηγὸν αὐτοκράτορα, qui *plenam* habet *poteſtatem*, ſed Diod. S. 1, 618. l. 81. imperator *cum* ſumma *poteſtate* et Ind. Xen. Hell. *ſummus dux*, ſed Z. Ἀνβ. *qui* ſolus *ſummum* imperium *obtinet*, ad quorum analogiam Noſter cum ſuo ſubſt. dederit, cf. Suid. 1, 386. m. Heſ. 1, 626. m. coll. p. 622. i., ſed ap. Dion. H. S. T. 1. 528, 22. τὴν αὐτοκρατορικὴν ἔχοντα ἐσθῆτα, *ornatum* imperatorio *cultu*, quam veſtem gerere ſoliti duces belli, i. q. pr. l. 32. ἐν ἡγεμονικῷ ἀξιώματι, ſed h. l. cum ἀκ. ſyn., cum liber homo habeat quoque plenam agendi facultatem; unde et Leisn. unum modo reddiderit *licentiam nimiam*, pro *poteſtatem plenam* ac *liberam*, in qua et ipſa non eſt impedimentum; ut vel ſic appareat ſyn., at per hanc interpretationem

ſubſt. ἐξ. non debeat reddi *licentia*, cf. de αὐτ. Exc. ad 1, 4, 4. e Diod. S. et pro ſubſt. cum diſcrimine a βασιλεὺς ap. Cang. Gloſſ.

1, 3, 3. e.

— μέθαις — καὶ κραιπάλαις λ.

Duo haec ſubſt. ap. Noſtrum copulantur quoque 2, 6, 9. in ſing., ut hic in plur. ſine differentia, quomodo in N. T. Luc. 21, 34., alio quanquam ordine, μή ποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ, it. verba μεθύων ἀεὶ καὶ κραιπαλῶν ap. Luc. 2, 810. l. 21. *ebrius*, vino *gravis*, ſed ap. Noſtr. praeterea τρυφαῖς καὶ κραιπάλαις, it. ἀσωτίαις καὶ κρ. et ap. Dem. 23, 12. τὴν καθ' ἡμέραν ἀκρασίαν τοῦ βίου καὶ μέθην, it. Plut. de diſcr. ad. §. 319. ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ, et Phil. in Fl. p. 762. C. ἄκρατος καὶ μέθη, καὶ παροινίαι, compotationes, *ebrietates* debacchationes *que*, ſed ſecundum Stp. Th. 2, 1605. A. e. ap. Plut. μέθη et οἴνωσις, it. Athen. μέθας καὶ εὐωχίας.

Iam, quid in talibus locis κραιπάλη ſit, iuncta τῇ μέθῃ, quaeritur. Pricaeus quidem ad N. T. l. l. „κρ. non eſt h. l., quod magiſtri Gr. χθεσινὴν μέθην vocant, ſed πλησμονὴ, ἀδδηφαγία. Clarum id ex adiuncta μέθη" unde mihi nondum ſatis clarum eſt, quomodo ille intellexerit πλ. et ἀδδ., intemperantiamne ſolius cibi et edendi, an ſimul potus ac bibendi; ſicut video, κραιπάλην de utroque victus genere explicari in L. N. T. Fiſch. p. 628. e. it. μεθύειν in Krb. p. 385. ex 1 Cor. 11, 21., cui ſimile fuerit illud Matth. 24, 49., tum Stp. Th. 1, 1441. G. m. e Suida, neſcio unde, affert ὑπὸ τῆς ἀδηφαγίας καὶ μέθης, ubi ſane illa intemperantia duplex intelligi queat; et ſi τρυφὴ eſt interdum ſenſu anguſtiori i. q. πολυφαγία, cf. Stp. Th. l. l. p. 1594. e., ut τρυφηλὸς καὶ τρυφητὸς ap. Suid. 3, 513. i. ὁ ἄπληστα τρώγων exponitur: tum in Noſtri illis τρυφαῖς καὶ κραιπάλαις etiam aliquid pro duplici iſta vitioſitate reperiatur. Sed de πλησμονῇ in Lexx. nihil invenio; etſi notatio vocabuli per ſe patitur, ut capiatur de utraque intemperantia in cibo ac potu, ut diſerte Ind. Polb. „πλησμονὴ, intemperantia in cibo et potu" e T. 1. p. 173. m. διὰ τὰς ἀλόγους οἰνοφλυγίας καὶ πλ. *ubi* mero *cibo* que *ſeſe ingurgitarunt*, ob quod adiunctum οἰν. potius tamen capias de ſolo cibo, ut de ſolo potu videtur eſſe ap. Ael. V. h. 9, 26. e. μή ποτε διαῤῥαγῇ ὑπὸ πλησμονῆς, ne *nimia* ſaturitate *dirumperetur*, cum in toto illo capite nihil memoretur de cibo, ſed modo praecedant τὴν μέθην ἐλέγξας, *temulentiam* eius *redarguens*, it. ὑπερπλησθεὶς οἴνου — ἐπεκώμασεν λ., cf. Plut. de diſcr. ad. §. 221. ἐν ὑποψίᾳ κραιπάλης τινὸς ἢ πλησμονῆς γενόμενον, Ind. Krg. „repletio ventris, ſaturitas, κρ. crapula, ebrietas" ut affine v. πληροῦσθαι tantum de vino ac potu memini, pro οἰνοῦσθαι, ut Heſ. 2, 558. e. μεθύσκομαι, πληροῦμαι, ubi ſupplendus gen. οἴνου, qui expreſſus erat ap. Ael. l. l. in affini compoſ., cf. Luc. 3, 81. l. 37. ὅταν μεθυσθῶσι τοῦ ὕδατος, *aqua* illa *ebrii*, qui gen. proprie pendeant ex omiſſa praep. ἀπὸ, ὑπὸ, ἐκ, ut in μεθύσκεσθαι intelligi οἴνῳ vult Fiſch. Ind. The., qui dat. eſt diſerte cum v. in N. T. Eph. 5, 18., ubi reſpondet πληροῦσθαι, contra ἀπληστία de ſola edendi aviditate dici videtur, cf. Suid. 1, 268. m. coll. p. 51. e. it. Stp. Th. 1, 1441. G. et 3, 377. D. m., qui et cum L. Ern. ἀδηφαγίαν novit tantum proprie ac de uno victus genere.

Sed κραιπάλη neque in illo loco N. T., neque ap. Noſtr. unquam eſt in propria notione, pro capitis ex vino offenſione ſ. dolore, cf. Stp. Th. Foeſ. Oec. L. N. T. Suid. 2, 371. e. Biſet. ad Ariſt. Plut. v. 298. Heſ. 2, 337. m. et Thom. M. p. 553., ſed eſt ibi vitium hominis atque animi,

τῇ μέθῃ cognatum, cuius adeo genus eſt quoddam, etſi obſcurum, quale, cum veteres Grammatici non modo κρ. tanquam μέθην aliquam definiant, ſed et κρ. ſubſt. et v. κραιπαλᾷν et alia e ſubſt. compoſita, per μέθην exponant, cf. ad Alc. ep. 1, 37. p. 169., unde Bg. p. ſq. i. τὴν κρ. reddit *temulentiam*, Ammon. p. 85., ad Heſ. 2, 337. N. 6. Schol. Ariſt. Ach. v. 276. (ubi adv. ἕωθεν refero ad v. ſq., non ad ἐκ κραιπάλης, quod explico *a crapula*, i. poſt crapulam, ubi evanuerit illa, cf. ib. Veſp. v. 1247. it. ἐξ ἀρίστου ap. Stp. Th. 1, 1162. B. i. cum Ind. Dion. Caſ. v. ἐκ — τοῦ δείπνου,) ad Tim. L. Pl. p. 121. N. 25., ad Thom. l. l. (cui proſint Suid. 2, 246. e. Heſ. 2, 152. i. m. cum N. 16. 25.) denique Grot. ad N. T. Luc. l. l., ſicut promiſcue ponitur κρ. et μ., cf. Heſ. 2, 557. m. N. 9. μέθη, κραιπάλη, λ. Suid. 1, 276. m. ἀποκεκραιπαλισμένος, τῆς κραιπάλης ἀπαλλαγεὶς καὶ μέθης, *cui* crapula *et* ebrietas *deceſſit*, p. 277. e. 2, 371. m. Schol. Ariſt. Ran. v. 218. (quanquam diſſidente Biſeto,) Heſ. 2, 337. m. Tim. l. l.; unde κρ. et μ. intelliguntur ſyn., ſed ut per ſe differant, credo, ut minus et maius, levius et gravius, ſitque μέθη uſus vini largior is, ut ſecuta mentis quaedam alia conditio duret breve tempus et eo tantum die, quo vinum ſumtum eſt, ſ. ebrietas quaedam levis ac brevis, at κρ. uſus vini adeo largus, ut conſecuta mentis alia conditio ſit diuturnior duransque etiam in diem alterum, et ultra, ſ. ebrietatis genus maius, nobisque ap. Noſtr. h. l. *Trunkenheit* und *Völlerey*, cf. de μ., ut mitiori, Suic. Th. P. 2. p. 325. m. B., qui bene comparat v. μεθύεσθαι, oblitus loci clariſſimi N. T. Io. 2, 10., ad quem, poſt caeteros, cf. Loesn. et Kühn., et ſimile quid ap. Plut. de diſcr. ad. §. 147., ſed de μ. in peiorem partem, utque ſit par κραιπάλῃ, v. Stp. Th. 2, 1247. i. B. ſqq. e Plut. οἰνώσεως μὲν ἄνεσιν, μέθης δὲ φλυαρίαν, quod interpretor, illius eſſe hilaritatem atque recreationem, at huius garrulitatem nugasque ineptas, tum Plut. de diſcr. §. 320. Plat. Symp. ed. Fiſch. p. 113. e. p. ſq. l. 6. Alc. ep. 3, 32. p. 342. e. Plut. Hſ. 18, e. p. 164. ἦλθέ ποτε χθεζῆς μέθης ἀποπιέων, *venit* aliquando, *heſternam* exhalans *crapulam*, Luc. 1, 725. l. 15. χθεσινῆς κραιπάλης ἀνάμεστον λ. *heſterna* crapula *oppletum*, cum diſertis adeo epithetis, ſed ib. 3, 409. l. 3. ſqq. εἶτα ὑμεῖς μὲν οὔτε καρηβαροῦντες ἀνασταίητ' ἂν ἐς τὴν ὑστεραίαν — ὑπὸ τῆς μέθης, οὔτε ὑπὸ τῆς ἄγαν πλησμονῆς δυσῶδές τι καὶ καπνωδέστερον ἐρυγγάνοντες, *deinde* enim *vos* neque *gravato* per *ebrietatem* capite *poſtridie* ſurgatis, *neque* ventre *nimis* referto *tetrum* vaporem *eructetis*, cui loco reſpondeat per oppoſita ſuperior e Polb. ſecundum Heſ. 2, 731. i. οἰνοφλυγίαι, μέθαι, ſine N., ut Ind. Polb. caruit illo ſubſt., quod ap. Stp. Th. redditur *vinolentia* et *ebrietas*, ubi et e Philon. οἰνοφλυγίαι καὶ ὀψοφαγίαι, καὶ λαγνεῖαι, λ.

Tum ad v. κραιπαλᾷν cf. Alc. ep. 1, 37. p. 166. m. τέσσαρας — ἑξῆς ἡμέρας ἐν τῷ — κήπῳ μετὰ Θεττάλης — κραιπαλᾷ, *comiſſatur*, Luc. 3, 282. l. 83. μέμηνας — ἢ κραιπαλᾷς; καίτοι χθὲς οὐ πάνυ ἐμεθύσθημεν, *furis*, an *ebria* es? *Certe* (quanquam) *heri* non *plane* fuimus *ebrii*, Plut. Hſ. p. 162. e. δούλων πολλάκις κραιπαλώντων μέθην οὐκ ἐξηλέγξαμεν, *quum* vel *ſervorum* crapulam *ebrietatem* que *ſine* reprehenſione *feramus*, quod ego ſimpliciter, ſine Heuſingeri repetitione, τί θαυμαστὸν, εἰ τέκνων, vertetim, *ſervorum* adeo *potorum* ebrietatem *ſaepe* non *caſtigamus*, nobis *verſoffner* Sclaven *Trunkenheit*, Plat. Symp. ed. Fiſch. p. 114. i. κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας, ſc. ἡμέρας, capite *gravatum* adhuc *e* priori *die*, ſ. potu prioris diei, pro quo ib. p. 112, e. πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου, quod i. q. ἀπὸ χθιζῆς οἰνοποσίας ap. Schol. ad Ariſtoph. l. l., cf. p. 113. l. 4. καὶ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων, bene *potorum*, quaſi

vino obrutorum, tectorum, ut nobis *zugedeckt*, cf. Stp. Th. 1, 719. D. ſq. Sed ap. Noſtrum 2, 1, 3. m. τῶν φυλάκων, ὧν οἱ μὲν ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες λ. eſt illud κρ. *capite* gravatum *eſſe*, et hinc teneri ſopore, torpore, obtenebratione mentis, ut nihil ſentias et videas, pro quo, ſine adiuncto illo ἀπὸ μεθ., alii dixerunt ſimpliciter κρ., ut in Tim. Lex. l. l. κραιπαλῶντα explicatum ἔτι ἀπὸ τῆς μέθης βαρυνόμενον, ſed ut Noſtri ratio forte defendatur e ſimilibus, ut ſupra Luc. καρηβ. ὑπὸ τῆς μεθ., quale quid et ap. Caſ. ad Athen. 2, 209. i. παρειμένοι καὶ καρ. ὑ. τ. μ. (cf. ap. Noſtr. 1, 17, 25. παρειμένον ὑπὸ τοῦ φαρμάκου καὶ μέθης,) Lycophr. v. 384. καρηβαροῦντας ἐκ μέθης, caput *ex* crapula *gravatos*, ubi Schol. comparat Hom. Ὀδ. γ′, 139. οἴνῳ βεβαρηότες, cf. τ′, 122., tum Poll. 2, 41. ὑπὸ μέθης καρηβαρεῖν, *ebrietate* caput *gravare*, ubi mox ſequitur ſimpl. καρηβαριᾶν ex Ariſtoph. *crapula laborare*, quo pertinet Stp. Th. 4, 1137. G. e., locum Comici non tenente Ind. Kuſt., ſed alia Suid. 2, 244. i. καρηβαρῶν, τὴν κεφαλὴν βαρούμενος ἀπὸ μέθης (ἢ) οἴνου, cuius *caput* ebrietate *vel* vino *gravatum eſt*, cf. Heſ. 2, 149. i. καρηβαρεῖ, — ἐξ οἴνου μεθύει, ut ap. Diod. S. 2, 96. l. 49. τῆς μέθης μεθύοντες, ab *ingurgitatione* adhuc *ebrii*, ubi in N. recte comparatur N. T. Apoc. 17, 2. ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου, quod i. q. ſuperius μεθύσκεσθαι οἴνῳ, cui ſimile Luc. 3, 469. l. 15. οἴνῳ ἑαυτὴν μεθύσασα, vino *inebriata*, ut ap. Diod. l. l. ἐκ τ. μεθ. vertas etiam *e vino*, cf. ib. 2, 237. l. 98. παροξυνθεὶς ὑπὸ τ. μ. *ubi* mero *incaluerat*, it. Valck. ad Eur. Diatr. p. 178. e., ut ſuperior Diod. locus reſpicit p. 96. l. 35., ad quae cf. p. 60. l. 43. et 45., apparetque, promiſcue dici in talibus ἀπὸ, ὑπὸ, ἐκ, pro *propter*, cf. ap. Noſtr. 1, 17, 22. τοῦτο πάσχειν — ὑπὸ κραιπάλης.

1, 3, 5. e.

Διονυσίου τοῦ Σικελιώτου τυράννου λ.

In locis, a Bc. in N. excitatis, ſermo eſt de Dionyſio filio, quem vulgo appellant minorem ſ. iuniorem, et hunc innui h. l., ſuadent potius ſeqq., quae de voluptatibus conquiſitis Noſter ſubiungit, quam nomen τοῦ Σικ. τυρ.

Omnino Dionyſii utriusque, patris et filii, nomina ap. ſcriptores ſunt haec, ut ap. Graecos vocetur 1) uterque ſimpliciter Διονύσιος, ap. Diod. S. pater 1, 631. l. 90. etc. 2, 8. l. 22. rel., ſed filius 2, 86. l. 44. it. p. 89. l. 65. etc., ap. Polb. T. 3. p. 41. e., ubi tamen in Vs. *Dion. tyrannus*, ap. Ael. V. h. pater 4, 8. 12, 46. ſed filius 3, 17. 4, 8. cf. Ind., ap. Luc. pater 2, 820. l. 8. 3, 112. l. 7. ubi Vs. *Dion. tyrannum*, ſed filius 2, 737. l. 72. it. p. 861. l. 23. 29. 33. it. ap. Dem. 506, 22. ubi Ind. Lat. hiſt. V. 12. p. 848. m. „*Dion. iunior*“ ut uterque Διονύσιοι ap. Luc. 2, 505. l. 21.

2) uterque ſimpliciter ὁ τύραννος, ap. Diod. S. pater 1, 644. l. 37. 53. 62. rel. 2, 7. l. 12. it. p. ſq. l. 15. 47. p. 60. l. 14. ſed filius 2, 90. l. 17. p. 92. l. 30. etc.

3) pater per ſyn. ὁ δυνάστης ib. 2, 14. l. 43. 4) uterque Διον. ὁ τύραννος, ib. pater 2, 13. l. 79. p. 57. l. 84. p. 59. l. 99. ſed filius p. 153. l. 13. it. ap. Ael. V. h. pater 2, 41. i. 4, 8. ap. Iſocr. Or. ad Nicocl. p. 44. l. 37. ſed filius ap. Luc. 2, 860. l. 19.

5) a terra aut urbe pater Δ. ὁ Συρακούσιος ap. Polb. T. 1. p. 204. i. Dion. *Syracuſanus*, it. Dion. H. S. T. 1. 417, 35. et Dem. 161, 11., ubi Ind. Lat. hiſt. V. 12. p. 848. m. „D., Siciliae tyrannus“ tum Δ. ὁ Σικελὸς ap. Ael. V. h. 11, 11. i. D. *Siculus*, ſed filius ὁ Σικελιώτης Δ. ap. Luc. 1, 474. l. 3. *Siculus D.*, cf. Polb. T. 2. p. 425. e. Ἀγαθοκλεῖ καὶ Διονυσίῳ τοῖς Σικελιώταις, de *Agathocle* aut *D. Siculo*, it. Suid. 1, 601. m. Δ., Σικελίας

τύραννος, *D.* Siciliae *tyr.*, et mox Δ., *υἱὸς τοῦ Σικελίας τυράννου, καὶ αὐτὸς τύραννος καὶ φιλόσοφος*, tum pater Δ. *ὁ τῆς Σικελίας τυρ.* ap. Ael. V. h. 2, 41. i. 13, 18. it. Dion. H. S. T. 1. 418, 12. *ὅστις ἦν τύραννος τότε Σικελίας*, cf. Polb. T. 3. p. 22. e. *Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελίας δυνάστου*, *Agathoclem*, Siciliae *tyr.* coll. p. 27. m. *Ἀγαθοκλέα τὸν Σικελίας τύραννον*,

6) a populis, pater Δ. *ὁ τῶν Σικελῶν τύραννος* ap. Diod. S. 1, 643. l. 4. *D.* Siculorum *tyr.*, it. Δ. *ὁ τῶν Σικελιωτῶν τυρ.* ib. p. 653. l. 70. cum eadem Vs., ſed per V. L. Σικελῶν, e gloſſa, it. Δ. *ὁ τῶν Συρακουσίων δυνάστης* ib. p. 720. l. 89. *D.* Syracuſanorum *princeps*, it. p. 723. l. 13., it. *ὁ τῶν Συρ.* Διον. p. 718. l. 79. *Syracuſiorum* tyrannus *Dion.* it. Δ. *ὁ Συρ. τυρ.* ib. 2, 66. l. 28. *D.* Syracuſanorum *tyr.* it. Δ. *ὁ τῶν Συρ. τυρ.* ib. 1, 631. l. 71. *D.* Syracuſanus *tyr.* it. p. 650. l. 14. *D.* Syracuſiorum *tyr.*, ſed p. 679. l. 84. D. Syracuſarum *tyr.* ſed p. 685. l. 45. *D.* Syracuſanorum *tyr.*, cf. 2, 7. l. 99. p. 13. l. 49. p. ſq. l. 35. ſed filius Δ. *ὁ τῶν Συρακουσίων τυρ. ὁ νεώτερος* ib. p. 85. l. 14. D. *iunior* Syracuſanorum *tyr.*, ut

7) ab aetate porro Δ. *ὁ πρεσβύτερος* et Δ. *ὁ νεώτερος* ap. Diod. S. 2, 138. l. 68. ſqq. D. *ſenior* — *iunior*, (cf. Dion. H. S. T. 1. 417, 44.) ſed *ὁ πρ.* Δ. p. 86. l. 32. et Polb. T. 1. p. 8. e., at *ὁ νέος* Δ. ap. Ael. V. h. 4, 18. i. *D.* ille *iunior*,

8) a tempore, Δ. *ὁ δεύτερος* ap. Ael. V. h. 6, 12. i. 12, 60. i. D. *iunior*, pro *Dion. ſecundus*, ut ſupra ad Suid.

9) ab origine, ap. Diod. S. 2, 60. l. 27. ſqq. pater Διονύσιος et *ὁ υἱὸς* Διονύσιος, filius *Dionyſius*, quo de et Agathocle add. Polb. T. 2. p. 426. i. *ἀμφότεροι — τύραννοι Συρακουσῶν, πόλεως λ., μετὰ δὲ ταῦτα βασιλεῖς ἁπάσης* Σικελίας νομισθέντες λ. Hinc ap. Lat. quoque uſurpatur

1) *Dionyſius*, de patre, a Corn. N. 10, 1, 3. 5. it. 10, 2, 1. 4. it. a Iuſt. 20, 1, 1. etc. et a Cic. divin. 1, 33. m. 2, 31. e., ſed de filio a Corn. N. 10, 1, 1. etc. 20, 2, 1. ſqq. a Iuſt. 21, 1, 3. etc.

2) *utrique Dionyſii* a Corn. N. 20, 2, 2. 3) *tyrannus*, de patre ib. 10, 1, 3. ſq. Dionyſius *tyrannus* ib. 10, 2, 3. et a Iuſt. 20, 5, 1. 21, 1, 1. ap. Cic. de nat. d. 3, 33. m. *Dionyſius* tyrannus *fuit*, et Verr. 5, 55. i. *crudeliſſimus* tyr. *Dion.* et de filio ib. ep. ad div. 9, 18. i. Dion. *tyrannus*, quo de filio

4) *Dion.* Siciliae *tyr.* ap. Liv. 24, 3. m. et Iuſt. 23, 1, 11. (ubi cf. 22, 1, 1. it. 23, 4, 4. de Agath. et Gelone, ſed 23, 1, 1. *Agathocles* rex *Siciliae*, it. 23, 3, 2. de Pyrrho,) ut de patre ap. Cic. Qu. Tuſc. 5, 20. i. tyrannus *Syracuſanorum* fuit *Dionyſius*, it. divin. 1, 20. i. Dionyſii *eius*, qui *Syracuſiorum* tyrannus *fuit*, et de eodem

5) *Dionyſius* ille *ſuperior* ap. Corn. N. 10, 1, 1. et *ſuperior Dion.* ap. Cic. de off. 2, 7. m. at *Dion. prior* ap. Corn. N. 10, 1, 3.

Quae omnia videntur efficere, ut Noſtri titulus, Dionyſio tributus, ſit ambiguus, (unde Vern. rec. *König*, ſed vet. *Tyrann*, quo ſenſu malo hic forte potius capiendum Gr. *τυρ.*, cf. §. 11.) deinde, ut eundem titulum non male, nec ſine exemplo, reddiderit Bg. e P., pro ſeveriori *Dionyſii* Siculi *tyranni*, accipiendo Σικελιώτης pro Σικελὸς, quae et ſupra promiſcue poſita, et praeterea ſaepe ap. Diod. S., cum dicantur iidem οἱ Σικελοὶ 1, 687. l. 92. p. ſq. l. 28. et Σικελιῶται p. 689. l. 50. *Siculi*, p. 690. l. 97. et 7. it. l. 15. *Siceliotae*, cf. l. 30. et p. 693. l. 94. ſed p. ſq. l. 6. *Sicilienſes*, p. 695. l. 81. 89. *Siculorum*, deinde iterum οἱ Σικελοὶ p. 700. l. 34. 41. p. 702. l. 54. p. 710. l. 17. 23. 29. p. ſq. l. 33. 41. 50. 53. etc., rurſus οἱ Σικελιῶται p. 724. l. 63. *Siculi*, etc., qui, quod viderim, ſoli occurrunt ap. Polb. T. 1. p. 24. e. *Siculi*, p. 175. c. 20. e. T. 2. p. 521. i. bis et

T. 3. p. 27. e., ſed et aliud adi. τὸ Σικελικὸν πέλαγος, mare *Siculum*, ib. p. 521. et T. 2. p. 197. e. it. τὰς Σικελικὰς πράξεις, res *Siculas* p. 101. e., quanquam ab initio diſcrimen potuit eſſe, ut Σικελοὶ dicerentur *Siculi*, indigenae Siciliae, ſed Σικελιῶται, *Sicilienſes*, advenae in Siciliam, in primis Graeci, ibique habitantes, non nati, ſed deinde Siciliae incolae omnes, v. Thom. M. p. 792. ſqq. cum N., Ammon. p. 77. v. Ἰταλοὶ e., Schol. Thuc. 321, 89., ad Ael. V. h. 11, 13. N. 1. ad Thuc. p. 271. Var. L. r) et N. 48., ad Diod. S. 1, 335. N. 24. p. 420. N. 39., ad Luc. 1, 389. N. 97. Miſc. Obſ. Nov. T. 6. p. 496. e. Ind. Fiſch. Aeſch. Suid. 3, 312. e. nude Σικελιώτης, *Siceliotes*, quod Gr. ap. G. Th. in „*Siculus*, qui e Sicilia eſt, vel incola, vel indigena, — *Siculi tyranni* Hor. ep. 1, 2, 58."

Sed, quod ſupra coeptum eſt, non Dionyſium patrem hic a Noſtro notari, verum filium, pateat e Cic. Qu. T. 5, 20. i. de patre *a bonis auctoribus ſic ſcriptum accepimus*, ſummam *fuiſſe* eius *in* victu *temperantiam*, — eundem *tamen* maleficum *natura* et *iniuſtum*, ut de filii luxuria et voluptate cf. Iuſt. 21, 2, 1. 10. Luc. 2, 861. l. 32. ſqq. Ael. V. h. 9, 8. et 6, 12.

1, 3, 6. i.

— *αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι λ.*

Copulantur ſubſt. ὕβ. et β. ap. Noſtr. iterum, ſed inverſo ordine 1, 4, 12., atque etiam in ſing. βία καὶ ὕβ., tamen et de imperantibus, ut cognata ὑβριστὴς καὶ βίαιος ap. Lyſ. R. Or. Ind. V. 6. et Xen. Mem. S. 1, 2, 12. e., ſed ap. Luc. 2, 153. l. 25. ὑβριστὴς βιαιότερος, in *facienda* iniuria *violentior*.

Sed utriusque ſubſt. notio hic et diſcrimen forte ſic conſtituatur, ut ſit ὕβρις genus iniuriae levioris, at βία gravioris, tum ὕβ., quatenus honor nullus tribuitur, priſtinusve minuitur, ex animi arrogantia et ſuperbia contemtuque aliorum, ſed β., quoad bona reliqua adimuntur, fortunae, familia, libertas, patria, vita, it. corpori aegre fit manibus, armis, etc., e crudelitate in primis et avaritia, cf. de ὕβ. Bud. C. 397, 31. Stp. Th. L. N. T. Schw. cum definitione Plat., (quacum cf. Ariſtot. de Virt. et Vit. p. 377. A. e. it. Rhet. 2, 2. p. 651. E. m. cum Sturm. p. 158. b. i. et ed. Cantabr. p. 220. ſqq.) Heſ. 2, 1442. i. L. Ern., cuius notatio melior eſt, quam illa ap. Suid. 3, 523. m. cum loco e Soph. Oed. tyr. v. 892. ſqq. (cf. ib. Schol. ad v. 882. e. ad Trachin. v. 904.) Ind. Gs. Chr. Gr. et Theſ. in Lat. Bg. cum Gr. n., Xen. Z. Pol. Cyr. et Ἀνβ., ad Vig. p. 298. N. 45., Weſſ. ad Herodt. 4, 129. N. 84. Mor. ad Xen. Ἀνβ. 5, 8, 2. cum Ind. v. ἐγγιν., ut ad univerſam notionem in textu ib. 5, 8, 1. ſq. 8. ſq., ſed de β. Ariſtot. Eudem. 2, 7. i. et 8. Stp. Th. 1, 731. E. e. „βίαι, iniuriae, *contumeliae*, quae per violentiam fiunt" e ſolo Hom. hunc plur. afferens, (quem nec aliunde habui,) et per illud ſuum Lat. agnoſcens ſyn., ut ap. G. Th. in altero Bg. eſt ſimul „βία, ὕβρις."

Caeterum ex hiſtoria in rem huc afferri poterunt Demetrius et Andriſcus, ſed in contrariam partem Antigonus Doſon cum Philippo, cf. Heyn. Hiſt. 3, 696. i. 764. e. 733. i. 735. i.

1, 3, 7. e.

— *κισσὸν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ.*

Addentes hic aliquid ſuper καυσία tum per ſe, tum in vicinia διαδ. Μακ., locum Poll., ad quem reſpexerunt N. aliorum, dabimus 10, 162. ἡ δὲ καυσία πῖλος (hoc accentu, non illo edit. Oxon.) Μακεδονικὸς, ὡς τιάρα

Περσικὸς, ad quem in N. 8. „Gloſſ. καυσία, inſula, tegumentum capitis ap. Macedonas, (et ex Euſtath.) καυσία διαδηματοφόρος, cui diadema circumvolutum erat“ quorum prioribus ſimilia habet Stp. Th. et praeterea ex Euſt., fuiſſe καυσίαν πῖλον πλατὺν, ὃν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν, λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιειλοῦντες, tum Suid. 2, 284. i. cum epigr. Antipatri cuiusdam, quod ſic carmine reddidimus, Καυσίη, ἡ τὸ πάροιθε Μακηδόσιν εὔκολον ὅπλον, καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ, *Cauſia, quae quondam Macetum capiti leve pondus, Tegmen ſub pluvia, militibus galea*, rel. it. ex Athen. de Alexandro M. — τὴν καυσίαν, ἔχουσαν τὸ διάδημα τὸ βασιλικὸν, it. e Bud., cui ſimilia ſunt ap. G. Th. in v. *cauſia* cum Gr. n., cf. Polb. T. 1. p. 435. i.

Iam ſecundum illos ſcriptores, quibus diſtinguitur ipſa cauſia, h. e. pilei genus qualecunque, a diademate, i. e. faſcia, quae circa cauſiam pileumque ligabatur, Noſter per duo ſubſt. cum copula per hendiad. expreſſerit ſuperius ſubſt. cum adi. καυσίαν διαδηματοφόρον, quod et ap. Stp. l. l. e Plut. affertur, i. e. cauſiam, quae ferebat ſ. habebat circa ſe ligatum diadema; cum alioqui Noſter potuerit etiam poſuiſſe ſynonyma, quorum prius a poſteriori explicaretur, de more ſcribentium, in primis in vocabulo peregrino, cumque cauſia dici poſſet diadema, quia hoc adiunctum habuit illa; ſicut *vitta* et *inſula*, quanquam per ſe diverſa, tamen interdum pro ſe ponuntur, ut unum eorum modo nominetur, cf. G. Th. v. *inſula*, utque κίδαρις dr. dupliciter, pro pileo et faſcia, cf. Suid. 2, 312. e. Heſ. 2, 254. e. cum N., ubi *Diod. S.* dr. κίδαριν vocaſſe Περσικὸν διάδημα, *Spanh. de Pr. et u. n.* 1, 449. ſqq. cum G. Th. v. *cidar.* ubi *locus* Curt. 3, 3, 19. ſimilis illi Leisn., Heſ. 2, 1384. N. 22., ubi laudata Gat. Adv. Miſc. p. 690. C. e. 692. C. „quod τιάραν Xenophon, idem καυσίαν appellat Ephippius ap. Athen.“ poſt quae ſunt ex Etymologo quaedam ſuper καυσία, unde Suidas hauſit, ſed p. 693. D. m. de μίτρα, quae et ipſa ab initio fuit diadema, at poſtea latius capitis tegumentum, cf. Diod. S. 1, 250. l. 69. ſqq.

Sed in ſententiam, qua cauſia diverſa eſt a diademate, cf. Hemſt. ad Luc. 1, 478. N. 66. et Xen. Cyr. Z. p. 745. §. 13., ubi tiara et diadema quoque diſtinguitur, et non modo hoc circa illam volutum dr., ſed diſerte etiam „ſimili modo cauſiam regum Macedonum diademate fuiſſe cinctam; unde καυσία διαδηματοφόρος Plutarcho“ ſed in nomen Vernaculum Montefalc. Antiqu. p. 240. e. et in figuram ib. Tab. 85. fig. 6. 8—12. cf. Suid. 3, 329. e.

1, 3, 8.

— *αὐτὸν ἐλύπει τὰ μὴ πρὸ πολλοῦ, ἀλλ' ὑπόγυον ἔχοντα τὴν μνήμην.*

Quo ſenſu hic Noſter ὑπόγυος uſurpat de re ac tempore, etſi Grammatici veteres quidam non ſatis Graecum putant, ut Thom. M. p. 872. et Moer. p. 377., tamen his reſponſum eſt bene in N. et nuper iterum in Ind. Iſocr. Ev., reliquis Grammaticis nec ipſis convenientibus, cf. Etym., ad Moer. laudatus, Heſ. 2, 1468. m. e. cum N. et Suid. 3, 553. m., qui fere explicant ſic cum Stp. Th., ut derivetur a notione τοῦ γυίον, pro manu, cf. Heſ. 1, 864. e. cum N., Suid. 1, 499. e. Foeſ. Oec. p. 89. a. m. et Ern. Call. h. in Di. v. 177., quanquam et ſumi licet alteram notionem eiusdem ſubſt. pro pede, ac conferri Terent. Ad. 3, 3, 32. *illud eſt ſapere, non*, quod *ante* pedes *modo 'ſt* Videre, *ſed* etiam *illa*, quae *futura* ſunt, *proſpicere*; ubi, *quod ante ped. eſt*, valet i. q. propinquum, vicinum, praeſens; quod et ſignificant illa *ad manum*, in *manibus*, ſub

manus; unde ὑπόγυιος, cum de tempore adhibetur, dicemus de proxime praeterito, aut pr[oxi]me futuro, ſevere quidem; etſi fortaſſis deinde vis vocabuli ampliata patuit quoque ad remotius utrinque, etiam in noſtro loco, ubi, per hiſtoriae fidem ac tempora, τὰ ὑπ. ἐχ. τ. μν. non ſunt proxime praeterita, ſed paulo remotiora, cum Neronis et Domitiani facta, a Noſtro ſubiecta, plures annos a Marci memoria diſtent; quomodo et Lat. *recens*, quo reddit Bg. cum aliis noſtrum Gr., latius ſumitur, cui reſpondet νεαρὸν, a Noſtro uſurpatum 1, 1, 4. i. in ὑπὸ νεαρᾷ τῇ μνήμῃ, ut νεαρὰ ἡ μνήμη et ὑπόγυος ἡ μνήμη ſint eadem per variationem.

Sed totam Noſtri formulam ὑπ. ἐχ. τ. μν. ſevere reddam, *quae recentem habent memoriam*, cum et Niz. afferat, *habet* aedilitas *eius* memoriam *non ingratam*, i. libenter meminimus eius aedilitatis; unde Noſtri illa vertantur libere, quorum ipſe, Marcus, meminerat e ſuperioribus temporibus, ſ. quae in recenti adhuc memoria habebat, ſ. ei erant; tenente Stp. Th. tantum v. ἐχ. 1, 1316. A. e. exemplum, cum res dr. ἔχειν τὶ, quod eſt alius notionis, cf. ad 1, 2, 9. i., quo et referenda illa ap. Vig. p. 246. Nr. 12. et p. ſq. Nr. 15., nec mihi reperto, quod plane ſimile eſſet formulae noſtrae, quae tamen analogiam habet ab iſto Cic. et a reliquis, cum res dr. aliquid habere, vel perſona, cuius generis quaedam ſunt affinia ap. Luc. 2, 402. l. 2. ἔτι τὴν μνήμην ἔναυλον ἔχω, cuius *memoria* aures *adhuc* perſonare *videtur*, pro ſeveris *adhuc habeo* memoriam *aures* perſonantem, *circumſonantem*, i. recentem, (cf. Schol. et Suid. 1, 735. m. 385. i. Heſ. 1, 1216. m. Thom. M. Tim. L. R. Gottl. Plat. Menex. p. 19. N. 39. et Stp. Th. 1, 620. F. e., ubi ἔναυλοι λόγοι ap. Euſt. per οἱ πρόσφατοι explicantur, quo vocabulo Grammatici ſupra utuntur in noſtro adi., ſed ap. Phil. in Fl. p. 765. C. e. ταῖς ἐναύλοις μνήμαις τῶν κακοπραγιῶν διακναιόμενος, *vexans ſe* ipſum *recenti* calamitatis *memoria*, cf. Krb. ad Plut.) ſed ap. Luc. porro 1, 191. l. 31. ἑωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, *heſternae rei* memoriam *conſervare*, cf. Suid. 1, 781. i., tum ad ſupplendam Stp. penuriam in v. ἐχ. de rebus Dion. H. S. T. 1. 667, 45. ἄλλως τε καὶ τῆς εἰς τὰ χρήματα ζημίας εὐδιόρθωτον ἐχούσης τοῖς πεπονθόσι τὴν συμφορὰν, *praeſertim* cum *pecuniarum* iactura *facilius* ſarciri *poſſet*, ubi ad ſenſum bene, etiam in formula ſubſt. cum praep. et ſubſt. ἡ ζημία εἰς τὰ χρήματα, per gen. ἡ ζημία τῶν χρημάτων, pro *iactura* ſ. *damnum* quoad *pecunias*, ſ. ratione, reſpectu pecuniarum, cf. ad 1, 5, 27., ſed caetera ſeverius ſic vertentur, *tum* aliam *ob* cauſam, *tum* propterea, *quod* pecuniarum *iactura* iis, *qui* paſſi *eam* eſſent, *calamitas* eſſet *facile reparabilis*, Aeſch. Or. R. V. 3. p. 172. l. 6. διὰ τί οἴεσθε, — τὰς κρίσεις ἐνίοτε τὰς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἔχειν ἐπιπλήξεις; Ind. V. 4. p. 1065. i. „ἐπίπληξιν ἔχειν, reprehendi, culpari, obiurgari“ *ob quid* putatis, *ſententias*, quae *in* iudiciis *fiunt*, interdum *reprehendi*? Lyſ. V. 5. p. 403. l. 5. ταῦτα οὔτε ἔλεγχον, οὔτε βάσανον εἶχεν, Ind. V. 6. p. 817. v. ἐχ. fere extr. „haec neque verbis argui, neque tormentis exprimi poterant“ *haec* neque *argumentis*, neque *tormentis* convinci *poterant*, Iſ. V. 7. p. 170. l. 6. τοιαύτας ἀκριβείας ἔχει τὰ δίκαια τὰ παρ' αὐτοῖς, Ind. p. 558. v. ἐχ. i. modo per Vernacula, pro *tanta* cum *diligentia* et *ſeveritate* ſ. adeo ſevere ac diligenter *iura* apud *eos* habentur, *tenentur*, exercentur, obſervantur, cf. v. ἐχ. Ind. Fiſch. Aeſch. et The. cum Abr. Dil. Th. p. 408. m. „ἔχειν πάροδον, παρουσίαν, pro παριέναι, παρεῖναι“ reſoluta formula in verbum affine, latens in ſubſt., hic reddentibus forte noſtratibus, *was noch* im *friſchen* Andenken *war*, reddito particip. ἐχ. praeſ. per impf., unde et in pr. τὰ μὴ πρ. π. expleas potius γενόμενα.

1, 3, 11. e.

— ἐδεδίει τε καὶ ἤλπιζεν.

Verbum ἐλπίζειν cum improprie ſumitur: ſignificat vel univerſe Lat. *expectare*, it. *cogitare* et *putare*, vel in malam partem *ſuſpicari*, it. *metuere*; quae notiones tenentur ſimul in propria pro *ſperare*, cum ſpes ſit in expectatione, opinione et cogitatione (repraeſentatione) boni futuri, ſed, ubi in partem deteriorem accipitur, h. e. de ſuſpicione aut metu, remota *boni* notione, maneat tantum notio expectandi, opinandi et cogitandi; quae cum cadant in futurum ſive bonum, ſive malum: in hoc poſtremo haeret ſuſpicio ac metus, quibus propria eſt expectatio, opinioque mali, cf. Ern. Init. pſych. §. 73. et in illas notiones v. ἐλπίζειν Stp. Th. L. Ern. et N. T., tum, praeter Suidam, iam in Leisn. N. occupatum, Heſ. 1, 1184. m. Schol. Thuc. 1, 4., unde Suidas hauſit, ſed quaedam immutando, 105, 62. Thom. M. p. 298. (ubi et tranſitive, pro ſpem alicui iniicere et excitare, quo de cf. N. et p. 158. N. Ammon. p. 66. et L. Ern.) Moſchop. ad Thom. M. p. 300. N. 4. Ind. Thuc. Dion. H. Dion. Caſ. R. Or. V. 6. et Dem. cum Ariſtoph. Kuſt. et Xen. Ἀν.β. Z. it. Grut. Lamp. T. 5. ſupplem. p. 331. ſq. Barn. ad Eur. Suppl. v. 790. (e Nicolao ap. Grut. et Stp. Th., etiam cum vitio ap. Noſtr.) ad Helen. v. 1539. ad Ion. v. 348. cum Ind., Weſſ. ad Diod. S. 1, 574. N. 49., ad Luc. 2, 143. N. 30. e. 741. N. 57. Abr. ad Aeſch. 1, 363. e. Kypk. 1, 321. Schw. ad Onoſ. p. 68. N. 10. 126. N. 28. Seybold. Luc. Opuſc. Sel. p. 91. N. 39. „ἐλπίζειν pro φοβεῖν (immo φοβεῖσθαι,) vel ſimili verbo" Vig. p. 191. m. 239. N. 50. ubi locus ex Herodt. 490, 23. et Lyſ. ſine Ind. eſt V. 5. p. 100. l. 2. et ad Hom. Ἰλ. ν', 8. pertinere poteſt Heſ. 1, 1088. e. ἐέλπετο ſine N.

Sed de ſubſt. ἐλπὶς, praeter laudatos, qui ſimul egerunt, cf. Barn. ad Eur. Or. v. 857. Weſſ. ad Diod. S. 2, 463. N. 11. Heinſ. ad Heſ. ἔργ. v. 500. ſ. 498. Caſ. ad Suet. Caeſ. c. 60. (ubi Pindari eſt Nem. od. ά, 48.) Heſ. 1, 1184. m. Suid. 1, 717. e. 3, 195. e. v. προσδοκ. Thom. M. p. 299., tum philoſophi, Plato ap. Vig. p. 240. e. Ariſtot. rhet. 2, 5. i. p. 658. E. (ed. Cant. c. 6. i. p. 247.) p. 660. C. m. (ed. Cant. c. 7. i. p. 254. i. cum Sturm. p. 179. b. i. 181. b. m. 183. b. m. 185. i. e. p. ſq. b. i.) tum per ſingula quaedam loca, Luc. 2, 142. l. 30. τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος, *imminentium* ſpe *malorum*, 155. l. 67. τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, terrorem, *futuri* metum *temporis*, Thuc. 486, 71. ἀθυμεῖν δὲ οὐ χρὴ, οὐδὲ πάσχειν, ὅ περ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ, τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες, ἔπειτα διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν, *ſed animum* abiicere *non oportet*, nec *idem* pati, *quod* imperitiſſimis *hominibus* accidere ſolet, *qui*, ſi *primis* in *praeliis* rem *infeliciter geſſerint*, deinde *ſimiles calamitates* perpetuo *formidant*, fere e Schol., pro ſeveris, *ſed animum abiicere non oportet*, neque *pati*, facere, ſentire, cogitare, *quod* quidem *imperitiſſimi* hominum, *qui*, cum *primis* praeliis *infelices fuerunt*, deinde *per omne* tempus *ſpem* mali *eandem* ob *clades* priores *habent* ſ. *fovent*, ut dat. ταῖς ξ. non copuletur cum ὁμ., ſed per ſe capiatur, ut dativus ſ. abl. cauſae, per praep. reſolvendus, pro διὰ τὰς ξυμφορὰς, (ubi et ſupplendum adi. προτέραις,) tum τὴν ἐλπ. pro cogitatio ſ. expectatio, ſed τοῦ φ. non de motu ſ. affectu animi, verum de re, quae timetur, re timenda, re mala, ſ. de malo, eventu malo et infelici, ut contra ἐλπὶς et Lat. *ſpes* pro re, quae ſperatur, cf. Bauer. Thuc. Or. Ind., quomodo et capio Apul. *adhuc illis* expectatione *teterrimae* formidinis *torpidi*, pro rei formidandae ſ. formidabilis, quod G. Th. non

protulit, ſed Pric. ad N. T. Luc. 21, 26., cf. ad Thuc. locum Abr. Dil. p. 711. m., tum Aeſch. Ag. v. 1443. οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν, Vs. ed. Pav. *non* mihi *ſuſpicio* eſt *timoris* ſpecu *ingredi*, quam Vs. non intelligo, ut nec Gs. hanc ap. Luc. ſine 2, 149. l. 16. ἓν μόνον ἐξέταζε, — τίς τῶν πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν, *illud* (unum modo) *repoſce*, *quis impiorum relictus ſit*, aut *quae* metus *ſuſpicio*, aut *quod* calamitatis *monumentum*, quae utraque, (ut et Valck. ad Ammon. p. 40. N. 86. ex Heliod. δέει τῶν παρόντων φόβων, ex 2, 12. ed. Schm. p. 112. l. 8., qui in N. tacet,) capio, ut ante illud Thuc., ſed Eur. Or. v. 857. Οἴμοι, προσῆλθεν ἐλπὶς, ἣν φοβουμένη Πάλαι, τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις, *hei* mihi, *venit* ſpes, *quam* metuens *Olim*, propter *futura* contabeſcebam *luctu*, ubi Barn. modo „ἐλπὶς, ὁ φόβος" pro re timenda, triſti, mala.

Quod vero Leisn. dixit in N. de δέδοικα pro praeſ., recte habet clarumque eſt ex Hom. Ἰλ. ώ, 435. aliisque locis, nec aliter fere Intp. reddunt, ut ap. Ariſt. Plut. v. 199. 354. (ubi quoque eſt cum alio praeſ., ut ap. Hom.) it. Equ. v. 112., et diſerte Grammatici ſic explicant, Heſ. 1, 901. m. e. δέδοικα, φοβοῦμαι, it. Suid. 1, 518. i. cuius locus e Soph. eſt in Ai. v. 278., ubi v. Schol. et v. 584. it. Aeſch. Sept. c. Th. v. 255. Sch. β'. ſed v. 770. Sch. ά., Sylb. Ind. v. ἐλπ. „ἤλπικα, pro ἐλπίζω" repetitum in v. ἠλπ. e Noſtri 1, 4, 6., ut poët. ἔολπα Orph. Λιθ. 15, 29. *dubito*, Heſ. ἐργ. v. 271. ſ. 273. *arbitror*, Moſch. Idyll. δ', 55. *credo*, Call. h. in Di. v. 221. *ſpero*, Heſ. 1, 1303. m. Ind. Hom. Ern. et ad Vig. p. 208. b. N. 2. tum Schol. ά. Aeſch. l. l. v. 527. πέποιθα, πιστεύω, cf. Heſ. 2, 915. m., de aliorum v. v. perfectis Munth. p. 205. m. Fiſch. Pal. Ind. v. πιστεύειν et p. 9. b. N. e), ubi recte praeſentis notio dr. „ex iis maxime locis cognoſci, ubi praeterita et praeſ. coniuncta legantur" ſed de pluſq. pro impf. vel praet. cf. Heſ. 1, 1570. m. ἐώλπει, ἤλπιζεν, ut ap. Hom. Ἰλ. τ', 328. et Ὀδ. φ', 96. *ſperabat*.

Copulata porro habent Ael. V. h. 13, 17. e. δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα, *metuentem* ac *trepidantem*, iterum perf. cum praeſ., Dem. 314, 24. λαγὼ βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν, Ioſeph. 1, 81. ſ. 3. i. οἱ δ' ἦσαν ἐν ταραχῇ καὶ φόβῳ, καὶ, κίνδυνον τὸν μέγιστον αὐτοῖς ἐπηρτῆσθαι νομίζοντες, λ. Fa. Aeſ. 124, 3. ed. Hſ. ἀλλ' ἔγωγε ἄνους ἂν εἴην, εἰ, τὸ ἐν χερσὶ παρεὶς κέρδος, κἂν σμικρὸν ᾖ, τὸ προσδοκώμενον, κἂν μέγα ὑπάρχῃ, ἐλπίζειν, in quo, etſi nondum conſtat, utrum ſana ſit lectio ἐλπίζειν, ut εἰ ſtet cum inf., quemadmodum ὅτι, ὡς, ἐπεὶ, it. πρὶν, an legendum ἐλπίζοιμι cum Hſ., aut potius cum Zeun. ad Vig. p. 492. b. c. ἤλπιζον ſ. ἐλπίσεια, quod ad litteras lectionis vulg. quam proxime accedit, tamen apparet, τὸ προσδ., ſc. κέρδος, copulatum cum v. ἐλπιζ., eſſe ſimpliciter pro *futurum* ſ. abſens, ex oppoſ. τὸ ἐν χ. κέρδος, ſc. ὂν, *lucrum*, quod *in* manibus *eſt* i. praeſens, ut aperte Ael. V. h. 14, 6. e. μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον, *ſolum* enim *aiebat* praeſens *noſtrum eſſe*, non autem *praeteritum*, neque *futurum*, ad quam rationem interpretor illud N. T. Ebr. 11, 1. ἐλπιζομένων ὑπόστασις, *rerum futurarum* ſ. abſentium *adhuc* expectatio *conſtans* ſ. *firma*, ſive fiducia firma de rebus futuris, quas ſis conſecuturus, cum proprie quidem ὑπόστασις ex uſu τῶν ό ſit expectatio firma rerum futurarum, ſed deinde cum gen. illo ἐλπ. tantum expectatio firma et conſtans, et ἐλπιζόμενα i. q. ſupra προσδοκώμενα.

Verum ad Noſtri hic locum propius accedit ſacer ille Luc. 21, 26. ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων, ubi ſub-

ſtantiva ſunt eodem ordine, quo ap. Noſtr. verba ἐδεδ. τὲ καὶ ἠλπ., et utraque notionis affinis, primum finitae, deinde infinitae, ſic, ut poſterius πρ. τῶν ἐπ. ſit quaedam explicatio prioris φ., ſed cum diſcrimine hoc, ut πρ. pertineat proprie ad mentem intelligentiamque, in qua eſt cogitatio, ſed φ. maxime ad animum et voluntatem, ut ſenſus ac motus ſ. affectus; recte comparantibus Pricaeo locum Plut. et Kypk. 1, 321. m. locum Thuc. 418, 30. „πρὸς τὸν πρῶτον φόβον καὶ τὴν προσδοκίαν, poſt primum *metum* et *expectationem*“ qui Kypk. ſic πρ. melius vertebat, quam deinde *metum*, cum φοβ. diſerte adſit, et πρ. quidem per ſe, ad ſenſum, ita explicari liceat, ubi ſolum ſtat, v. c. ib. 409, 2. et alibi, ſed, ubi ſimul additur ſubſt. affine, ut φόβος, per Lat. reddi debeat vocabulum univerſi generis quoque, quale illud Lat. *expectatio*, cf. Obſ. Krb. p. 132. et Loesn. p. 131. cum L. N. T. Schw. p. 1166 m. et Krb. Iam, quemadmodum in ſacro loco copulantur ſine vitio illa ſubſt. ſyn., ſic et in Noſtri loco verba ſyn. eiusdem generis ac notionis; ſicut e L. Boſ. Obſ. Miſc. p. 98. in adverſariis habui „copulari φοβεῖσθαι et προσδοκᾶν, verti que *timere* et *expectare*“ quae ſunt ſyn. verbis Noſtri.

Quod denique a Leisn. quaeſitum eſt de ἐδ. plusq. ſimul cum impf. ἠλπ., ad id videmur iam ante reſpondiſſe in perfecto poſito cum praeſ. et pro praeſ., cum monſtravimus, plusq. adhibitum pro impf., ut adeo ἐδ. τὲ κ. ἠλπ. ſumi queant pro duobus impf., et ἐδ. quidem pro impf. propterea, quia cum alio impf. ἠλπ. ſimul ſtat, qui canon, ſupra de praeteritis ſ. perf. valens, et huc accommodari poteſt ac debet.

1, 3, 12. m.


— τοὺς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο λ.) blanda *perſuaſione* in *ſocietatem* pellexerat. *Memm.*

Pertinet hoc contra P., qui omiſit dat. πειθοῖ, non item Vern. vetus (*durch Güte*), in ſubſt. π. Stp. Th. 3, 134. A. m. reſpiciente huc tantum ſic „προσάγεσθαι πειθοῖ, ap. Herodi.“ ſine Vs., cum antea in locis aliorum varie reddidiſſet, etiam *perſuadendo*, ut Sch. in π. „προσάγειν εἴς τι, *vi perſuadendi* adſciſcere *in* —, ut ſponte id faciant: opp. vi armorum“ pro ſevero *ſuaſu*, aut (quoniam illud G. Th. modo habet e Tertull., ſed *perſuaſione* plane non illa notione, it. *per ſuaſum* modo ex Ulp.) per ſyn. *perſuadendo* et *ſuadendo*, nobis *durch Zureden*, Ueberredung, *Vorſtellung*, it. liberius *durch* gütliche *Vorſchläge*, Anträge, *Anerbiethungen* it. *Verſprechungen*, cum videatur Marcus, miſſis acceptisque legatis, cum iis egiſſe, ne bellum et noxas inferrent, idque vel cauſis afferendis, quibus proprie ſuadetur, vel offerendis commodis ac praemiis, quae potentius verbis loquuntur, promittendaque amicitia et adiumento ad uſus neceſſarios. Omnino enim ſubſt. πειθὼ aeque late videtur accipi, ac v. affine πείθειν, quod non modo eſt verbis precibusque flectere, ſed etiam quacunque ratione ſibi alios conciliare, pacare, in partes pellicere ſuas, etiam pecunia et donis, cf. Obſ. M. A. Nov. T. 3. p. 8. Abr. Dil. Th. p. 165. i. Krb. ad N. T. p. 77. Loesn. p. 68. m. Ind. R. Or. V. 6. 7. Ant. et Dem. it. Xen. Bach. cum Hell. Mor.

Et pecunia quidem an Marcus ad Germanos uſus ſit, neſcio. Commodus ſane 1, 6, 26. et Alexander 6, 7, 21. pacem ab iis atque amicitiam ita redemerunt.

Quoad formulam autem, noſtro loco ſimilia ſunt haec Diod. S. 2, 17. l. 68. τῶν πόλεων ἃς μὲν πειθοῖ προσαγόμενοι, ἃς δὲ — βίᾳ χειρούμενοι, urbium *aliis* perſuaſione, *aliis* vi *ſubactis*, 231. l. 99. τῶν πολ. ἃς μὲν βίᾳ

p. 826



Irmisch sc.

T. 3. p. 131. e. it. Luc. 1, 386. l. 50. cum Gs. Vs. eadem in Ind., ſed cum acc. perſ. hic et illo loco Leisn. e Xen. Mem. S., quem quis putet eundem eſſe cum iſto Stp. et Leop., forte memoriter allato, quanquam de perſ. capiunt Vs. ed. Th. V. 4. p. 126. *eum — obſervare*, et Indd. Ern. ac Z., ubi et Lat. *colere*, quo caſu exemplis Stp. Th. aliis add. Ind. Xen. Cyr., it. ſimul cum adiuncto et adv. et dat. ſ. abl. rei ſ. modi ap. Dion. H. S. T. 1. 59, 19. ἀσπαζόμενον δὲ αὐτὸς Λατῖνον, τῇ τε ἄλλῃ θεραπείᾳ περιέπειν εὖ λ. Ind. *bene tractare*, Vs. *educatos liberaliter*, at ed. Rs. 1, 184. l. 12. liberaliter *tractatos*, pro ſeveris, *reliquo* que *cultu*, honore, *proſequi decenter*, cf. Stp. Th., ſed ap. Plut. de diſcr. ad. §. 272. φανερῶς μὲν ὑποσαίνει, καὶ περιέπει, καὶ τέθηπεν, ὡς ἀμείνονας, ſine Ind. Krg, ſed ap. Luc. 1, 121. l. 9. τοὺς περιέψοντας, *qui* me *amplectantur*, ubi caſus pron. deeſt, ut h. l., ſed in med. Ind. Xen. Hell. Mor., quem locum ignorat Stp. Th., cuius paſſivo add. aliud exemplum ap. Foeſ. Oec. p. 299. i., cf. Bud. C. 1035, 25. Abr. ad Aeſch. 1, 214. i. et Obſ. M. A. V. 9. p. 111. ſq. „περ. et ἀμφέπειν proprie cingere, circumire, ſed improprie adminiſtrare, curare, tueri, obire, inſtruere, tractare" cf. Hom. ἀμφιβαίνειν et ad hoc Heſ. 1, 295. e., ſed praeterea ad Soph. El. v. 653. Schol. it. ad Valck. Eur. Phoen. v. 342. 1337. Suid. 1, 578. m. (cf. Ind. Hom. v. διεπ. ex Ἰλ. β', 207.) 3, 85. m. Heſ. 1, 292. e. cum N., it. 299. m. (coll. Valck. ad Eur. l. l.) 984. m. cum N., 2, 557. i. 924, i. cum N. e Suid. 3, 87. i., cui ſimilia in Gl. Plat. Tim. p. 154. cum N. ex Herodt., quorum nihil eſt in Ind., ſed tamen valent quaedam ad conſtituendum Stp. Th., ut 1, 73. f. 36, 98. coll. l. 5. et 57, 10. cum N. et V. L., it. Stp. Proleg. ad Herodt. p. 20. ad p. 738. i. Grut. l. l., ubi ad Stp. Th. pertinet ap. Herodt. locus ultimus ex 8, 27. f. p. 631. e., ſed e Xen. Symp. ſine Ind. Bach. eſt §. 38., bene converſus in ed. Th. V. 4. p. 492., cf. Stp. Th., quem auge ex eodem Symp. §. 23. e. ad med. v. uſum, quod ſolum in L. Ern., non item act., quod v. etiam ap. Zoſ. 2, 31, 4. e. de Rheae ſimulacro, τὴν πόλιν ἐφορῶσα καὶ περιέπουσα, urbem *inſpectans* et *obſervans*, i. tuens, ut dea tutelaris, ſed h. l. ap. Noſtr. e notione impropria *curare*, i. pro Commodo et eius commodis facere aliquid, ea cogitare et adiuvare, nobis *für* einen *ſorgen*, etiam ſic, ut conſilio regas et hortatu, ut Noſter reſpexerit ad pr. κυβερνᾷν, quo explicabatur a Schol. ſupra ad Eur. Ph. (unde et hic ſequatur quodammodo ſyn. et explicatio,) ſed ex propria et phyſica notione i. q. 1, 2, 2. e. συνόντες ἀεὶ αὐτῷ, et 1, 6, 1. m., ubi ſimiliter ſq. τὰ βέλτιστα συμβουλεύοντες, reddente Bg. plane e P., (ut Sch. partim *excolentes*,) quod redit ad priorem notionem impropriam, et maxime ad curam animi mentisque, ut inſtruatur ſapientia ac virtute, dignisque imperante ſententiis et ſtudiis, i. q. formare ingenium et animum, nobis *einen bilden*.

§. — ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος λ.

Lectionem vulg. dubiam fecit Stp. ſic, ut legendum putaret, πόθον δὲ ἐκ τῆς αὐτ. χρ., intruſa pr. ἐκ, idque ob P. Vs., ubi ſane illa praep. compareat, unde et Bg. ſervarit, ſimul ita coniecturam Stp. amplexus forte, quam tamen nec Mss. adiuvant, nec vicinitas; ut dubites, an exciderit ἐκ intra δὲ et τῆς, quanquam, aſſumta pr. illa, videatur oriri maior concinnitas, Noſtro familiaris, quae ut non ubique ſpectanda ap. Noſtr., (et hic forte de induſtria eidem neglecta, cum §. ſq. id artificium adhiberetur, ne nimis appareret,) ita, cum ἐκ intrudendo vis textui Gr.

ſiat, leniorem quis medicinam primo afferat illam, quae litteras tantum aliquas mutet, legendo τῇ αὐτῶν χρηστότητι, quia τῆς et τῇ, Iota de more poſtpoſito, et ς cum ι facile ac ſaepe confunduntur, ut et ſyllabae et finitiones τος et τι, cf. Ern. ep. ad Xen. Bach. Apol. p. 7., quo dat. ſ. abl. ſumto, membrorum aequabilitas haec et concinnitas conſit, ut quaedam ſibi reſpondeant non quidem ad externam ſpeciem, ſed tamen vi pari, cum ille dat. Gr., ut Lat. abl., componi eodem ſenſu queat cum gen. pr., inſtructo praepoſitione, et, ut pr. ἐξ ὠμ. eſt *per* ſ. *propter* ſuam *crudelitatem*, ſic τῇ α. χρ., *ſua bonitate*, reſolvi liceat in *per* ſ. *propter* ſuam *bonitatem*.

Quae cum habeant ſpeciem aliquam: tamen nondum ſic correxerim, quia ſupereſt alterum critices praeſidium, ut explicando lectionem vulg. adiuvemus. In quo varia iniri poteſt via. Primo dicas, Noſtrum neglexiſſe ſummam illam concinnitatem, ut aliam elegantiam afferret. Nam, quum potuiſſet ſic ſcribere, *diu* imperarunt, *non*, qui *terrorem* incuterent *civibus*, ſed *amorem* ſui *commoverent*: pro poſtrema parte *amorem ſui* dixit potius *amorem* ſuae *bonitatis*, i. amorem ſui propter bonitatem; ſecundum elegantiam iſtam Ern. rhet. §. 300. e., ut cauſa amoris ſimul afferatur, et pro ſimplici pron. *ſui* ponatur ſubſt. cum pron., quod ſubſt. deinde reſolvitur per aliquam praep. cauſalem, v. c. *propter*; unde ſententia oritur toleranda, *qui non* timorem *ex* crudelitate, *ſed* amorem *ſuae* bonitatis *animis* civium *commoverent*, i. amorem ſui propter bonitatem. Pro quo acutiori forte placeat magis aliud interpretandi adiumentum; quod ad gen. ſubſt. aſſumit a) aliquam praep., ut διὰ, cf. D'Orv. Ch. p. 779. e. it. ἐκ, (quam Stp. obtrudit h. l.) cf. ad Vig. p. 220. N. 15. L. Boſ. Ell. p. 486. Abr. ad Aeſch. 2, 431. e. Bach. ad Xen. Ag. 11, 8. Fiſch. ad Well. p. 309. i. 313. i. 357. e. cum Ind. Pal. v. e.

b) aliam particulam, quae vim praepoſitionis habet, ἕνεκα ſ. χάριν, cf. Abr. l. l. p. 125. L. Boſ. l. l. p. 361. m. 501. e. Ind. Xen. Cyr. Z., et utramque, quod hic maxime prodit, pro διὰ, et Lat. *propter*, v. Abr. Dil. Th. p. 804. m., aut pro ἐκ, quod Stp. coniecturam plane enecat, cf. L. Boſ. l. l. p. 502., unde habeas *amorem* propter *ſuam bonitatem*, vel *ex* ſua *bonitate*, eodem ſenſu. Denique hic valere poteſt modus ſcribendi atque interpretandi ille, ubi e priori aliqua vox ſ. pars orationis repeti debet, et nominatim praepoſitio, quae iam in praeced. membro eſt, in primis, cum adeſt eadem verborum rectio in membro ſeq., quanquam aliae quaedam orationis partes interiiciuntur, ſive, ubi praepoſitio, quae bis ponenda erat, ſemel tantum ponitur in primo membro, ut πόθον δὲ videas interiectum inter genitivos ἐξ ὠμ. et τῆς α. χρ., qui poſterior pendeat adhuc e priori praep. ἐξ, pro φοβ. ἐξ ὠμ. πόθον δὲ ἐκ τῆς α. χρ., cuius generis exemplum ſuppetit ap. Iſocr. Ev. 293, 45. ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐν τούτοις πολὺ θαυμαστότερον, ἢ τοῖς ἄλλοις, ſe in his *longe* admirabiliorem *praebuit*, quam *in* aliis *omnibus*, repetente ſic Vs. praepoſitionem ἐν, ut ad Phil. ſupra Exc. ad 1, 4, 3. i., cf. Abr. Dil. Th. p. 208. e. 630. e. 770. et in Lat. ap. Ern. init. Ethic. §. 146. e. ad *patientiam* roborant *altitudinem* que *erigunt*; quam quidem explicandi noſtri rationem, ut facillimam omnium, prae caeteris probem.

Sed in formula ἐξ ὠμ., de ἐκ in notione modi aut cauſae, pro Lat. *per* et *propter* ſ. *ob*, cf. Stp. Th. 1, 1161. F. e. G. e. L. Ern. it. N. T. Schw. p. 428. a. e. Nr. 4. cum Krb. p. 202. Nr. 16., Indd. Thuc. v. m. Plut. Hſ. Rs. Or. V. 8. Din. et Lyc. it. Dem. (cui add. 20, 25.) Iſocr. Ev. F. v. m. Xen. Z. 'Αναβ. et Cyr. v. ἐκ Nr. 3. v. ἐξ e. 3, 3, 37. Vig. p. 582. i.

Nr. 4. Fiſch. ad Weſſ. p. 356. m. Abr. ad Aeſch. 1, 407. m. Krb. Decr. Ath. p. H. p. 425. e. Loesn. p. 47. m. Schol. Aeſch. Choëph. v. 31. Soph. Trach. v. 729. Thuc. Ind. v. ἐκ, ἀντὶ τοῦ διὰ, Euſt. ad Hom. ap. L. Boſ. Ell. p. 502. i. Suid. 1, 698. e. ἐκ παντὸς, διόλου, pro δι' ὅλου, cf. ἐξ ἑταιρείας Ind. Fi. Aeſch., et ap. Noſtr. 7, 1, 4. ſyn. δι' ὠμότητος, ad quod ſubſt. Ind. Dem. add. 543, 4. 550, 12.

Denique de ſubſt. χρηστ. dubius videtur aliunde Stp. Th., an reddi debeat *bonitas*, ut hic fit a Bg. e P., ſubiiciens „eſſe alioqui frequens pro clementia ſ. benignitas, quo verbo ab eodem (Pol.) reddatur ap. eundem (noſtrum) hiſtoricum non ſemel" non allato loco, ſed e Plut. et N. T. Per notationem quidem, ductum a χρηστὸς, cum hoc habeat principes notiones duas, phyſicam, pro utilis, et moralem, pro bonus, ſane etiam χρηστότης, ſenſu poſtremo, eſt bonitas univerſa, noſtratium *Güte*, ſtudiumque animi hoc, ut aliis proſis ac benefacias, ſed etiam deinde prolata extra animum bonitas, declarataque verbis et factis, hinc beneficentia, it. comitas, it. lenitas et clementia, quatenus in ira et poenis modum tenet, aut peccata aliorum fert patienter; quae bonitas externa patet h. l. ex oppoſ. ὠμ., in quam notionem nihil eſt per Indd. antiquiorum ſcriptorum, ſed ap. Dion. H. S. T. 1. 680, 46. cum Bg., ap. Diod. S. 1, 75. l. 27. *benignitas*, pro quo in ſq. ἐπιείκεια, quam et Noſter cum χρ. copulat 5, 1, 12., cf. Bud. C. 157, 32., Ael. V. h. 1, 30. e. cum Bg., Luc. 1, 114. l. 24. χρ. καὶ φιλανθρωπία, *comitas* atque *humanitas*, (qui locus proſit ad N. T. Tit. 3, 4.) 118. l. 73. ὑπὸ χρηστότητος, *qua* bonitate *eſt*, ſ. *pro* bon. *ſua*, ſed cum gen. perſ., ut ap. Noſtr. hic, *ib.* 2, 631. e. χρηστότητι — τινὶ τῶν ἀνθρώπων, *benignitate* quadam *hominum*, ſed in N. cum Bg., ubi V. L. mera eſt gloſſa, cf. Heſ. 1, 1493. e., non coll. Suid. 1, 883. m. Thom. M. p. 921. cum L. N. T.

1, 4, 12.

— ἀνύποπτοι — διατελοῦσι

Primo ad adi. ἀνυπ. comparativum Stp. Th. cf. Rs. Or. V. 6. p. 36. i. 751. m. cum Ind. Thuc., ſed ſuperlat. v. Ind. Xen. Cyr. Z., ubi et poſitiv., qui etiam ap. Sb. Ind. et Diod. S. et Poll. 2, 57. de perſ., at de re ſine Ind. ap. Dem. 191, 24., ut adv. ἀνυπόπτως ſine Ind. ap. Thuc. 96, 30. cf. Abr. Dil. p. 622. Heſ. 1, 409. m. et ad ſyn. ἀνυπονόητος Ind. Dem. et Polb.

Tum in ſq. formula ἔξω κολ. utitur Bg. non optima Latinitate, cum *citra* dat pro ſine, cf. G. Th., quam notionem τοῦ ἔξω novit Stp. Th., ſed ſine ſimili loco cum ſubſt. ex abſtractorum genere, cf. Schol. Thuc. Ind. it. Addend. p. 665. a. m. ad p. 10. l. 19. (quorſum pertinet etiam Thom. M. p. 329.) Ind. Thuc. ad textum v. et in ἐκτὸς, Abr. ad Aeſch. 1, 98. m., ad Vig. p. 226. N. b. Nr. 6. 290. N. 96. e. et de ἔξω cum adi. vel ſubſt., pro ſine, Ind. Xen. Cyr. Z. Polb. Ael. V. h. Luc. Rs. Or. V. 4. 6. 8. Lyc. et Dem., ubi cf. 38, 19. 528, 21. 633, 25. 1328, 27. 1471, 19. et cum inf. pro ſubſt. 49, 25. it. ap. Luc. 3, 413. l. 24., ubi et cum particip., ut h. l., 391, 84. Gs. *extra*.

Sed adi. προσποίητος hoc accentu v. ap. Stp. Th. aliunde, Rs. Or. V. 8. Din. cum ſyn. ψευδὴς, Dem., ſed cum alio accentu προσποιητὸς in L. Ern. Ind. Dion. Caſ. et Dion. H. S. T. 1. cum ſyn. πεπλασμένος, ubi melius Vs. ed. Rs. 3, 1439. i., ut noſtro loco Bg. propius ad Gr., quanquam non per optimum Lat., cf. G. Th. cum Gr. al., ſed v. *ſimulatus* cum Gr. n., quod non deprehendi cum ſubſt. κολ., cui alia adiungun-

tur, v. Ind. Rs. Or. V. 4. et Dem., (quae et G. Th. tenet in Bg.) ſed ut tamen adulationi, ſive aulicae, ſ. univerſae, conveniat id epitheton et quaedam ſimulatio, cf. Theophr. ch. 2. et Plut. de diſcr. ad. §. 188. ſq. e. 249. 356. m., ut Noſter per id adi. adulationis naturam pinxerit, vel etiam magis definierit ſubſt. κολ., interdum uſurpatum in meliorem partem, et pro Lat. *blanditiis*, quae innoxie adhibentur ac vere atque ex animo, cf. G. Th. cum Gr. n. et affine κολάκευμα ap. Alc. 1, 38. p. 178. m. Xen. Oec. 13, 12. m. cum Ind. Bach. et Abr. L. Ariſt. p. 108. m., quo Gr. caret Stp. Th., non item L. Ern., nobis h. l. *ohne* verſtellte *Schmeicheley*, ſ. *ohne* angenommene *Heucheley*.

Caeterum, ubi ἀν. per ſe capias, aſſumto extrinſecus v. εἰσὶ, ut in N. dicebam, intelliges *non ſuſpectos* de malo animo, perfidia, inſidiis. Sin cum ſqq. copules: in καὶ ἐξ. κολ. fuerit quaedam explicatio, et anguſtior notio adi. ἀν., ut ſint tantum *non ſuſpecti* de ſimulatione; qua de poſteriori ratione aliquid et in ſqq. dicetur, ut priorem ſpectarunt, qui poſt ἀν. punctum ediderunt, quod tamen non fert ſevera diſtinctio, cum priora ſubiecta etiam ad extr. verb. ἀχϑ. ſuſpendantur, praeſertim per eandem conſtructionem et meros nominativos in §. tota.

Porro in v. πασχ., cum hic in malam partem ponitur, oppoſito v. δρᾶν, ut alias v. ſyn. ποιεῖν, etiam cum ſolum ſtat, ut in formula εἴ τι πάϑοι, recte ſumſeris ellipſin aut adi. ſ. ſubſt. κακὸν, κακὰ, ſ. δεινὸν et δεινὰ, aut adv. κακῶς, quae utraque interdum diſerte adiunguntur, ut in partem contrariam εὖ, it. ἀγαϑὸν et ἀγαϑὰ, cf. L. Boſ. Ell. p. 159. e. 554. Bud. C. 109, 46. Stp. Th. 3, 60. E. ſq. p. ſq. B. E. F. m. G. e. ſqq. L. N. T. Ind. Rs. Or. V. 4. 6. cum V. 5. p. 690. N. 91. Indd. Thuc. Xen. Z. Ael. V. h. Fi. Aeſch. et Plut. Krg.

Nec difficile eſt ad intelligendum, cum *cives* a Noſtro dicuntur *agere* ſine *adulatione ſimulata*, i. e. tum in ſermone non eſſe mendaces, ſed vere loqui, ac quae ſentiant, tum in factis, ubi dant v. c. dona ex vero honore atque amore, et, quae ſunt ſigna alia documentaque honoris et amoris, ea praeſtant ac declarant ex animo. Verum, quod *cives* dicuntur *pati* aliquid *ſine* adulatione *ſimulata*, id fuerit vel hoc, ut doleant de principis malis, incommodis ac morbo non ſolum vultu, geſtu, ſermone, ſed et ex animo, vel fuerit hoc, ut, cum ſub principe et propter eum debent ſubire incommoda, pericula, iacturas et ſolvere tributa, ut igitur in talibus prae ſe ferant hilarem frontem ac vultum, animum promtum, libentem, patientem malorum, principis amantiſſimum, nec tum fingant, nec pectore aliud clauſum teneant, iram, indignationem, diras.

Deinde in totius enunciationis ſerie et rectione ſic verſeris, ut 1) participia per ſe ſumas et pro gerundiis, δρ. τε καὶ πασχ. διατ. ἀν. καὶ ἐξ. κολ. πρ., *tum* agendo, *tum* patiendo *ſemper ſunt* ſine *ſuſpicione* et *ſine* adulatione *ſimulata*, ubi v. διατ., ſumtum vi ſua continua, reſolutumque in phraſin ſyn. *ſemper eſſe*, habeat ſecum modo adiectivi nominativum ἀν., et formulam ἐξ. κολ., quae et ipſa pro tali aliquo nominativo adiectivi haberi poteſt, ut adiectivum ἀν. mutari rurſus in talem formulam, quod in Vs. fecimus, cum ad ſenſum iidem ſint, *qui* ſunt *non ſuſpecti* et *qui* ſunt *ſine ſuſpicione*,

2) verbum διατ. referatur non ſolum ad adi. ἀν. et formulam ἐξ. κολ. πρ., ſed et ſimul ad participia illa, *ſemper* tum *agunt*, tum *patiuntur* ſine *ſuſpicione* et *ſine* adulatione *ſimulata*,

3) ſumto adi. *ἀν.* ſolo, ſed per ellipſin v. ſubſt. *εἰσὶ*, verbum *διατ.* coniungatur cum caeteris modo, *ſuſpecti non* ſunt, *et* ſine *adulatione* ſimulata *ſemper* tum *agunt*, tum *patiuntur*.

Quomodo P. et Bg. hic egerint, videbimus deinde, ſi prius ipſi egerimus de v. *διατ.*, primoque ſecundum alios, quorum ſunt, qui hoc verbum tractarint univerſe, ac miſcendo formulas et rectiones eius diverſas, ut Bud. C. 544, 35. Stp. Th. 3, 1382. C. m. Ind. Ael. V. h. Munth. ad Act. 27, 33. p. 290., de cuius e Diod. locis monendum, primo ed. Weſſ. 1, 42. l. 23. vitioſe *ἀνθρώπων* habere cum Vs. ſimili, ſed reliqua loca a Munth. non accurate et plene exhibita eſſe, quibus plenis opus eſt ad totam rectionem perſpiciendam p. 53. l. 98. *τοὺς δὲ λοιποὺς χρόνους ἅπαντας διατελέσαι βασιλεύοντας τῆς χώρας ἐγχωρίους*, p. 398. l. 96. *θυσίαις ὡς θεὸν ἐτίμων, ἃς διετέλουν θύοντες μέχρι τῶν νεωτέρων καιρῶν*, p. 153. l. 3. *ἄφωνος διατελεῖ τὸν λοιπὸν βίον*, et poſtremum locum p. 159. l. 71., e Vs. ad latus hauſtum, potius ſic eſſe reddendum, *Arabes* invicti, *indomiti* ſunt *adhuc* ſ. *adhuc ſemper*, nobis *unbezwinglich*.

Sed alii ſuper v. *διατ.* cum participio ſolo praecipiunt, ut Wolf. ad Iſocr. Annot. p. 582. l. 18. et 601. l. 49. ad loca 279, 48. et 289, 3. quorum in primo *καὶ κατ᾽ ἐκεῖνόν τε τὸν χρόνον λ.* minus hoc *τὲ* ſervarim, relatum ad ſq. *δὲ*, quam correxerim in *γὲ*, Lat. *quidem*, Poſſ. Synt. p. 201. e., melius reddens, quam in Call. p. 193. e. 596. i., Hoog. ad Vig. p. 227. b. Nr. 1., Krb. Decr. Ath. p. H. p. 386. i. cum per Indd. Gs. Chr., Xen. Mem. S. Ern. (cui add. 3, 1, 4. 4, 2, 4.) et Z., it. Bach., porro Iſocr. Ev. F., ad cuius loca tacet Wolf. in Annot. p. 587. l. 31. 297. l. 12. 611. l. 44. 292. l. 34. 605. l. 42. 613. l. 7.

Praeterea non reperimus praecepta in hanc rem, ſed v. *διατ.* cum particip.

1) per Indd. varie redditum, cf. Aeſch. Fiſch. Xen. Z. omnes et Fab. Aeſ. Hſ.

2) per Vss. ad latera varie tractatum, ut a) ſervaretur omnis conſtructio, et participium adeo, ap. Ael. V. h. 4, 25. et 6, 12. ſecus ac in L. N. T. Schw. p. 346. N. b) participium mutaretur in inf., ut ſupra praecepit Munthius, ap. Ael. V. h. 2, 41. (ſecus ac in L. N. T. Schw. l. l.) cf. 3, 4. e. it. ap. Herodt. 1, 32. ſ. 17, 32. qui eſt locus ille ap. Gs. Chr. c) v. *διατ.* mutaretur cum adi. aliquo temporis continui, ut ap. Ael. V. h. 12, 41. i. *ἑπτὰ ἔτεσι διατελῶν γράφων λ. ſeptem annis* continuis *pingens*, cf. Xen. Ἀνβ. ed. Th. V. 2. p. 202. d) v. *διατ.* plane omitteretur, quaſi vacans ap. Luc. 1, 65. l. 38. e) tota formula mire tractaretur ib. 2, 822. l. 90. *τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχουσα διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοὶ*, deos *deas* que *precor* univerſos, *ut*, quanta *eſt* ſemper *que* fuit *mea* adverſus *urbem et vos omnes benevolentia*, talis *a vobis* mihi *tribuatur*; ubi v. *διατ.* per adv. *ſemper* converſum, ſed participium *ἐχ.* per duplex verbum et verbi tempus *eſt* et *fuit*. Apud Dem., unde iſtud prooemium nomine Rhetorices Lucianus duxit, in noſtram rem, praeter Ind., exempla ſunt verbi *διατ.* cum participio 1) nudo 84, p. 156, 21. 160, 18. 163, 12. 249, 3. 253, 20. 2) ſimul cum acc. temporis 295, ult. 3) ſimul cum adiuncto temporis per praep. 255, 22. *ἐν τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ Βυζαντίοις*, it. 266, 26.

Sed ubi cum v. *διατ.* reperitur diſertum adv. *ἀεὶ*, de eo genere habeo 1) per Indd. Polb. Ern. „*ταύτας ἀεὶ τὰς χώρας προθοῦντες διετέλουν*. Ex quo loco patet, in hac phraſi non intelligi neceſſario perpetuitatem actionis, niſi *ἀεὶ* redundare dicamus. Et ſunt alia loca, ubi illa vis non

convenit“ in Vs. T. 1. p. 150. 2, 5. i. *fines* perpetuis *Illyriorum* incurſionibus *obnoxios*, neglecto adv. ἀεὶ, et v. διατ. per adi. illud temporis continui expreſſo, it. Plut. Krg. „δ. *perficio*. Iungitur participiis verborum, et explicatur per adv., πράττων ἀεὶ διατελεῖ, ſemper *ac* perpetuo *hoc* facere *ſolet*“ ubi neſcias, utrum *ſemper ac perp.* per copiam iuncta reddant unum adv. ἀεὶ, et v. *ſolet* unum v. διατ., an *ſemper* pertineat ad ἀεὶ, et reliqua *ac perp. ſolet* ad unum v. δ., quod tunc redditum ſit a) per adv. *perpet.* b) interiecta *ac* copula, ob ἀεὶ iam adiectum diſerte, ne *ſemper perpetuo* concurrerent cum tautologia inani, et c) ſimul per v. Lat. *ſolet*.

II) per Vss. ad latus, ubi vel omittitur alterutrum, ἀεὶ aut διατ., ut ap. Luc. 2, 188. l. 27. ἀεὶ διετέλουν τῇ μὲν πόλει δημοτικὸν ἐμαυτὸν παρέχων, ſemper *popularem* me *in* civitate *praeſtiti*; it. 3, 416. l. 82. (cf. ſine Ind. Xen. Mem. S. 4, 5, 1. e. ed. Th. V. 4. p. 245.) vel exprimitur utrumque ap. Luc. 1, 575. l. 99. ὡς ἀεὶ φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεκα λ. *qui* ſemper *ita* vixerim, *philoſophiam* ut *admirarer*; ubi redditur ἀεὶ per *ſemper*, et v. δ. per Lat. ſimpliciter *vivere*, ſed participium θαυμ. reſolvitur per particulas *ita*, *ut*.

In his ſententiarum verſionumque divortiis nos quidem 1) ſtatuimus, praepoſitionem διὰ in v. διατ. aliquid ſignificare, 2) credimus, v. διατ. non vacare, ſive poſitum ſit cum nudo particip., ſive etiam ſimul cum adv. ἀεὶ aliove temporis adiuncto, 3) tribuimus verbo διατ. vim illam continuam, ſed paulo ampliorem, dividentes perſpicuitatis ergo tempus iſtud continuum a) in univerſum et infinitum, ubi in v. διατ. vertendo adhibeas Lat. quaedam adv., et ipſa univerſe infiniteque ſumta, ut *ſemper*, perpetuo, *conſtanter*, it. *deinceps* et *continuo*, nobis *nach einander*, b) in definitum, idque duplex, ut reſpiciatur vel tempus prius ac praeteritum, (cui apta ſint Lat. *adhuc*, it. *unquam*, it. *inde* ab *aliquo* ſ. *ab* omni *tempore*,) vel ſequens, poſterius, futurum tempus, ubi adhiberi queant Lat. *deinde*, poſtea, *porro*; quae valent omnia in v. διατ. vel cum particip. ſolo, vel cum adv. ἀεὶ, vel cum adiuncto temporis alio quodam; ſicut in v. διατ. ſine adv. ἀεὶ procedunt quoque compoſita Lat. temporis adverbia, quale noſtrum ſupra ad Diod. *adhuc ſemper*, it. *ſemper adhuc*, it. Stp. Th. *deinceps perpetuo*, et *ſemper deinceps*, per quam libertatem modo perſpicuitas iuvatur, et additis iſtis *deinceps*, (pro poſtea) aut *adhuc*, definiuntur magis illa infinita *ſemper* et *perpetuo*.

Sed his adv. omnibus interdum non opus eſt in v. διατ. reddendo: ſed poſſumus contenti eſſe uno verbo aliquo Lat., compoſito e praepoſitione aliqua, in qua ſit notio illa continua, ut *permanere*, perſeverare, *traducere*, tranſigere, *exigere*.

Scilicet ſimplex τελεῖν, praeter reliquas notiones, habet primo hanc, qua eſt finire, i. ad finem perducere, ſed deinde etiam aliam pro agere et facere. E priori compoſitum Gr. διατ. ſit proprie Lat. *perfinire*, quo de G. Th. cum Gr. „ἐπιτελέω, i. q. ſimplex finire“ recte; unde et Gr. διατ. nihil fuerit, quam τελεῖν, et in v. utroque praepoſitio nihil poteſt valere et augere. Sed in διατ. a verbi τελεῖν notione poſteriori poſſumus vim aliquam praepoſitionis cogitare, ut in Lat. verbis, quae ſevere reſpondent, *peragere* et *perficere*, aut, quae libere ac pro ſyn. ſubſtitui illis poſſunt, *exigere* et *tranſigere*, it. *conficere* et *traducere*; ut in his omnibus ſit notio haec, qua dicamur aliquid totum agere et facere, ac plene perpetuoque.

Hinc naſcitur verbi διατ. notio illa continua, et perpetuitatis, conſtantiae continuationisque; nec modo a v. τελεῖν, pro finire, (in quo et

ipſo eſt aliquid illius continui, dum in re quadam finienda atque abſolvenda incipimus alicubi, pergimus, venimusque ad extremum iſtius,) verum et a pr. *διὰ*, cui vulgo damus notionem hanc, ut ſignificet continuationem temporis, poſſitque in compoſitis inde verbis reddi per Lat. adv. *ſemper* etc., cf. Zeun. Ind. Xen. Pol. v. *διὰ*, et ad Vig. p. 511. b. N. 3. cum Ind. v. *διαγίγνεσθαι* Xen. Bach. (ed. Th. V. 4. p. 410.) Mem. S. et Cyr. it. v. *διατελ.* Ind. Iſocr. Ev. cum Xen. Bach., tum L. Ern. v. *διὰ* Nr. 7. „cum nominibus temporis exprimitur per *quoque* ſ. *quaque*, v. g. *διὰ δέκα ἐτῶν*, *decimo* quoque *anno*, (quod eſt i. q. *decimo* anno *ſemper*, ut noſtrum *im zehnten* Iahre *allezeit*, et Nr. 14.) notat continuum, ut *διαμένω*, permaneo" i. ſemper maneb, cf. ap. Dem. 107, 21. *διαμένω λέγων*, ubi Ind. „pro *διατελῶ λέγων*" ſine Vs., at in v. *διαγιν.* cum Vs., porro Foeſ. Oec. p. 98. a. m. v. *διὰ τέλεος* e. ubi locum *καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ πλευμοῤῥωγέες ἐόντες, διατελέουσιν, ἕως ἂν ἀποθάνωσι*, multi *namque* rupto *pulmone* vitam *trahunt* ad *extremum* usque *ſpiritum*, potius, commate poſt *ἐοντ.* ſublato, reddam, *etenim* multi *ruptis* pulmonibus *ſemper* deinde *vivunt*, donec *moriantur*, ſ. usque ad mortem, ſ. ruptos pulmones habent deinde ſemper, rel.

In verbis autem Lat., quae valere poſſunt ad Gr. *διατ.* reddendum, cognoſcetur notio haec e G. Th. 1) *perduro* „*χρονίζομαι*, usque ad finem durare, — *probitas* longum *perdurat* in *aevum* Ovid." quod adiunctum potius oſtendit, eſſe i. q. ſimplex, 2) *permaneo* „*διαμένω*, usque ad finem manere, — *mos* ille *Athenis* iam *a* Cecrope *permanſit*, — ſtatus *hic* permanſit *in* multos *annos*, — *ira* —, quae *iam* permanſit *diu*" quo in Ter. loco, ob adiunctum, fuerit modo pro ſimplici, ut et in prioribus, (ut in noſtro *verbleiben*,) — 3) *perſevero*, „*διατελέω*, *διαμένω*, cum conſtantia animi et quadam fortitudine continuare" quae refutantur per diſerte adiuncta ſyn. adv. e locis his 828, 27. e Cic. perſevera *conſtanter* nos *conſervare*, et ap. Niz. *Dolabella* iniuriam *facere* fortiſſime *perſeverat*, — 4) *pergo*, „*πορεύομαι*, *διατελέω*, — perſeverare" 798, 51., quod et ipſum ſit i. q. ſimpl. agere ſ. ire ex illo Cic. l. 69. perge *porro*, — 5) *traduco* ſine Gr. in Nr. 2. „tempus *traducere*, i. conſumere, — it. *vitam*" quod ſit i. q. ſimpl. *ducere vitam*, et hoc i. q. privum v. *vivere*, cf. ib. in ſubſt. 1053, 42., niſi pro continuare velis ex illo *diem ducere*, cf. Cl. Cic. et Graev. Cic. ep. ad Att. 5, 21. e. it. ex hoc *trahere tempus* et *bellum*, cf. Cl. Cic. G. Th. 830, 38. Cort. ad Sall. Ind. v. et Iug. 27, 1. — 6) *exigo* ſine Gr. Nr. 2. „*exigere* — *aetatem*, i. tranſigere, (ſed 498, 59.) *lux exacta ſolis*, i. finitus dies" ſed pro ſimpl. v. Cort. ad Sall. Iug. 14, 15. it. ad Plin. ep. 3, 1, 1. et Ind. Iuſt. — 7) *tranſigo* Nr. 2. „ad tempus refertur, ut *agere*, *διάγειν*, — adoleſcentiam *omnem* per *haec* fere *tranſegit*, (quod adiunctum adiectivi etiam faciat pro ſimpl. notione, ut ipſe Gs. 218, 54.) *agere* tempora *belli*, i. tranſigere" ubi procedent noſtratium *zubringen* et *hinbringen*, fortaſſis et poëticum *verbringen*.

Sed in verbi *διατελεῖν* claſſibus conſtituendis primam facimus, ubi habet aliquem acc. caſum temporis, qui varius eſt,

1) ap. Stp. Th. *διατετελεκὼς δέκα ἔτη*, cum Lat. *peragere*, exigere, *conficere*, pro finire ſ. abſolvere,

2) ib. ex Iſocr. *τὸν βίον διατελεῖν*, ubi Latt. procedunt *vitam* tranſigere, *traducere*, etc., ſevere, *vitam* ſemper *duceremus* ſ. *ageremus*, ubi Stp. Th. non bene nudum v. *διατ.* iam per ſe reddebat *tranſigere vitam*,

3) cum aliquo adiuncto alio, ut, praeter adv. *εὐδαιμόνως* in pr. loco Iſocr., etiam in eiusdem Ev. *ἐν ταύτῃ* (*τῇ βασιλείᾳ*) *τὸν β. διατ.*, per praep.

adeo extra temporis notionem, ſed ap. Diod. S. 1, 454. l. 19. διετ. τὸν β. εἰρηνικῶς μέχρι τῆς τελευτῆς, praeter adv., quoque aliud temporis adiunctum, quod male Vs. neglexit, pro *vitam* pacifice (tranquille) peregit *usque* ad *mortem*, ſ. *ſemper* egit *deinde* usq. ad *mort.*

4) ap. Poeſ. l. l. οὐ δυνάμενοι τὰς ἡμέρας διατελέειν, ἄχρις οὗ λ. cum *nequeant* ad *dies* perdurare, *in quibus* rel., ſeu potius *dies* (ſc. vitae, τῆς ζωῆς rel.) *exigere*, ducere *eo*, *donec* rel., vel cum vi quadam praep. *dies porro*, adhuc, *deinde* agere.

Altera claſſis eſt, ubi, praeter acc. temporis, ſimul adeſt participium, quod in Vs. reſolvas per *ita*, *ut*, aut in gerundii ablativum, aut in adi. aliquod, v. c.

1) Iſocr. Ev. ὁμονοοῦντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν, concordes *omne* tempus *tranſegerunt*; ubi v. διατ. non poſſis per adv. *ſemper* reddere, ob adiunctum ἅπ. τ. χρ., quod, ſuppleta pr. κατὰ ſ. διὰ, faciens adv., idem ſit, ut quoque noſtratium *allezeit*, pro *auf* alle *Zeit*, quanquam v. διατ. licet verti per aliud adv. aliquod temporis poſterioris, v. c. *concordes* per *omne tempus* deinde *fuerunt*, ſ. concordarunt, *conſenſerunt* deinde *per* omne *tempus*; cui non adverſatur ibi praeſens ſimul ἔπειτα, cum hoc pertineat ad pr. πρῶτον, pro Lat. *tum*, in numerando. Sic et eiusdem ib. ἅπ. τὸν χρ. διετέλεσεν οὐδένα μὲν ἀδικῶν, τοὺς δὲ χρηστοὺς τιμῶν, *omne* tempus *exegit* neminem *quidem* laedendo, *ſed* bonos *honorando*, colendo, beneficiis afficiendo; it. eiusdem in Paneg. 66, 4. ἀλλ' οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν, ὥστ', ἐξ ἧς περ ἔφυμεν, ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τ. χρ. διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες, ſed *ita* bene *ac* genuine *nati ſumus*, ut *e* qua *quidem* terra *prognati ſumus*, hanc *teneamus* per *omne* tempus *deinceps* ſ. adhuc, *cum* indigenae *ſimus*, ubi Wolf. deterior in Vs., quam in Annot. 299, 30., ſed nos vertamus quoque, *hanc* tenendo *omne* tempus *exigimus*. Sed ap. Schw. L. N. T. p. [illegible]5. N. ſine Vs. e Lyſ. Rs. Or. V. 5. p. 805. l. 24. στασιάζοντες πρὸς αὐτοὺς τὸν ἅ. χρ. διετέλεσαν, *quippe* qui *omni* tempore *adverſari* eis *perſtiterunt*, pro qua Vs. ed. Marb. p. 418. e. (ubi, praeter acc. temporis per ſyn. abl., mutatum v. διατ. in inf. cum Lat. alio, quam ſupra ponebamus, ap. G. Th. cum ἐμμένω in utr. *perſto* et *perſiſto* et per perſeverare) licuit quoque ſic, *rebellare* cum *iis omne* tempus *perſeverarunt*, perrexerunt, ſ. rebellando *cum* iis *omne* tempus *exegerunt*, ſ. rebellarunt *cum* iis *omne* tempus *deinde* ſ. deinceps.

2) ex Iſocr. ap. Poſſ. Call. p. 596. i. ἡμεῖς τὸν πλεῖστον χρόνον μεθ' ὑμῶν ὄντες διατετελέκαμεν „*nos* quam *diutiſſime* vobiscum *perſeveravimus*" immo *nos* plurimum tempus *vobiscum* verſando *traduximus*, ſ. *ita*, *ut* vobiscum *eſſemus*, ſ. *plurimum* tempus *vobiscum* fuimus *adhuc*,

3) Dem. 295, ult. ἀγωνιζομένη — πάντα τὸν αἰῶνα διατετέλεκε, certando — *omne* aevum *peregit*, ſ. conſumſit, ſ. *ita*, ut *certaret*, ſ. *certavit* adhuc *per* omne *aevum*.

4) Plat. Apol. Fi. p. 76. i. εἶτα τὸν λοιπὸν χρόνον καθεύδοντες διατελοῖτε ἄν, *tum* reliquum *tempus* dormiendo *tranſigatis* ſ. tranſigetis, ſ. *rel. tempus* dormietis *ſemper*, ſ. *deinde* per *rel. tempus*, pro libera Vs. Ficini, *reliquum* omne tempus *dormietis*, ubi tamen in adi. *omne* ineſt notio adv. iſtius *ſemper*,

5) Diod. S. 1, 25. l. 29. τὴν Ἶσιν — διατελέσαι — τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον βασιλεύουσαν νομιμώτατα, „*in* aequiſſima *regni* adminiſtratione, *quod* reliquum *erat* vitae, *exegit*" immo *exegiſſe reliquum* vitae *tempus* iuſtiſſime *regnando*, ſ. *per* rel. *vitae* temp. *ſemper* ſ. *deinceps* regnaſſe *iuſtiſſ.*

6) ap. eundem 1, 53. l. 98. τοὺς λοιποὺς χρόνους ἅπαντας διατελέσαι βα-

ϕιλεύοντας τῆς χώρας ἐγχωρίους, cum Vs. liberrima, pro *reliqua tempora* omnia *tranſegiſſe* imperando *illi* regioni *indigenas*, ſ. *rel. temp.* omn. *deinde*, deinceps *imperaſſe* iſti reg. *indigenas*; quod adv. alterutrum hic adhibueris, non vero *ſemper*, ob adiunctum ἀπ.

7) Ael. V. h. 4, 25. χρόνους διετέλεσε πολλοὺς συνοικῶν τῷ ἀῤῥωστήματι τούτῳ, „multos *annos* perſeveravit *huic* morbo *implicitus*" fere ad rationem Vern., *er* blieb *behaftet*, pro *annos* tranſegit *multos* conflictando *cum* morbo *iſto*, ſ. *annos* deinceps *multos conflictavit*, conflictatus eſt *cum m. iſto*.

8) Xen. Ἀνβ. 4, 3, 2. ἑπτὰ ἡμέρας — πάσας μαχόμενοι διετέλεσαν, ed. Th. V. 2. p. 202. „*dies* totos *ſeptem* perpetuis *exerciti* proeliis *fuerant*" pro *ſeptem* dies *totos* pugnando *tranſegerunt*, ſ. *ſept. di. tot.* pugnarunt *ſemper*, deinceps, continuo; ubi nihil officit adi. πασ., cum alio, quam antea, ſenſu ſtet.

In his igitur locis temporis caſus quartus regetur aut a verbi διατ. praepoſitione, aut ab extrinſecus ſumta praepoſitione quadam, κατὰ et ἀνὰ, it. διὰ, ut ap. G. Th. 798, 49. in Cic. *Neptunum eſſe dicis animum cum* intelligentia *per* mare *pergentem*, eadem eſt praep. ſeparatim adiuncta, quae eſt in v. ipſo.

Secundam verbi διατ. claſſem ſubiicio cum temporis dativo, qualis ap. Ael. V. h. 12, 41. τὸν Ἰάλυσον — ἑπτὰ ἔτεσι διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν „*ſeptem* annis *continuis* pingens *abſolvit*" pro *Ialyſum*, ſeptem *annis* perpetuo, *continuo*, *deinceps*, (*nach einander*) pingens *abſolvit*, ſ. Ialyſum abſolvit, poſtquam pinxiſſet ſeptem annis deinceps; ubi dat. temporis, par illi acc. in priori claſſe, pendet ab ellipſi praep. ἐν.

Tertia rectio verbi διατ. eſt cum particula temporis, caſum regente quendam, h. e. a) praepoſitione, vel b) adverbio, vicem naturamque praepoſitionis obtinente, cuius poſterioris generis exemplum fuit ſupra ap. Diod. S. 1, 398. l. 96. θυσίαις ὡς θεὸν ἐτίμων, ἃς διετέλουν θύοντες μέχρι τῶν νεωτέρων καιρῶν, cum Vs. liberrima, pro *victimis* ut *deum coluerunt*, quas *deinde* ſ. *ſemper* deinde *immolarunt* usque *ad* recentiora *tempora*, ſed prioris generis exempla, in que praepoſitionibus cum caſu temporis, ſunt haec,

1) Dem. 255, 22. ἐν τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὐνόως διατελεῖ Βυζαντίοις, in *prioribus* temporibus *favit* ſemper *Byzantiis*, it. ordine inverſo 266, 26. ἀρετῆς ἕνεκα —, ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ, *quam* habet *adhuc* omni *tempore*,

2) Iſocr. Ev. θαυμαστότατος ἐξ ἀρχῆς ὢν διετέλεσεν, ubi pro Vs. Wolf. 298, 12. admirabiliſſimus *iam* inde *ab* initio *permanſit*, malim ſic, *maxime admirabilis* ab *initio* fuit *ſemper* ſ. deinde ſemper, ſ. inde *ab* rel.

3) eiusdem ap. Poſſ. Caſſ. p. 596. i. „ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀρθῶς καὶ νομίμως πράττοντες διετέλεσαν, quotidie *haec recte et legitime* conſtanter *fecerunt*" pro quo ob tautologiam in *quotidie* cum *conſtanter* malim hoc, *haec* quovis die *recte* fecerunt *deinde*, deinceps, inde ab omni tempore,

4) eiusdem ex Ev. κατ' ἐκεῖνον χρόνον, ἕως ἦν μετ' ἀνθρώπων, μετὰ καλλίστης δόξης ὢν διετέλεσεν, Wolf. 279, 48. *is et* dum *vixit*, inter *homines* maxima *ſemper* gloria *fuit*, pro ſeverioribus, *per* ſ. *ad* id tempus, *dum* erat *inter* homines, *cum* maxima *gloria*, ſ. cum *optima* exiſtimatione, *fuit ſemper*; ubi, praeter praepoſitionem, etiam adiunctum aliud temporis per coniunctionem, ut ap. Ter. Heaut. 5, 1, 78. *dabo adeo depexum*, ut, *dum vivat*, *meminerit* ſemper *mei*, it. Ad. 3, 1, 6. *nunquam* unum *intermittit* diem, *quin* ſemper *veniat*.

Quarta verbi *διατ.* claſſis conſtituetur cum adv. temporis aliquo, ut

1) *ἔτι καὶ νῦν* ap. Xen. Mem. S. 4, 8, 11. *οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι πάντες ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι πάντων μάλιστα ποθοῦντες ἐκεῖνον*, Vs. Th. V. 4. p. 267. *qui virtutis ſtudioſi* ſunt, *etiam* nunc *eum* cum *maximo* deſiderio *expetunt*, immo *virtutis* ſtudioſi *omnes* adhuc *etiam* nunc *ſemper* omnium *maxime* deſiderant *eum*,

2) *ἀεὶ*; quo de maxime quaeritur, quia idem ſignificat, quod v. *διατ.*, ſi de vulgari praeceptione mutatur in adv. temporis continui; unde tautologia oriatur, aut alterutrum redundare videatur, aut verbo *διατ.* non tribuenda vis illa continua. Ibi

a) facillima res eſt, ſi verbum *δ.* reddas per Lat. *perſeverare*, quocum ſupra e Cic. erat adv. *conſtanter*, cui par illud *ſemper*, quo vulgo reddimus *ἀεὶ*, unde ſit noſtrum *beſtändig*, ſ. *ſtets fortfahren*; in quibus duplex eſt continuatio, tum infinita in Vern. *fort*, pro porro, it. in Lat. *per* et Gr. *διὰ*, tum finita magis per adv. illa *ſtets*, it. *conſtanter* etc., dum ſane aliquis continuare poteſt aliquid et facere per aliquod tempus, ſed non per omne reliquum tempus deinde, neque adeo ſemper;

b) aeque facilis res eſt, ſi verbum *διατ.* ſumas pro ſimplici, ut redundet praepoſitio, quo reſpiciebat ſupra Ern. Ind. Polb., etſi non dicens, quid tum ſignificaret remanens ſimplex v. *τελεῖν*, quod equidem tunc ceperim aut pro continuare, aut pro agere, aut pro adv. aliquo, ut *porro*, deinde, *deinceps*; quae apta fuerint illi Polb. *ταύτας γὰρ ἀεὶ τὰς χώρας Ἰλλυριοὶ πορθοῦντες διετέλουν*, ſic reddendo, *has* enim *ſemper* regiones *Illyrii* vaſtabant *porro* ſ. deinde, ſ. deinceps; quod quidem nunc malo, quam ut

c) verbum *διατ.* cum *ἀεὶ* et participio reddatur per Lat. adv. *adhuc*, et *ἀεὶ* — *διετ.* per *ſemper* — *adhuc*, aut alio ordine *adhuc* — *ſemper*, propter locum Xen. Mem. S. 4, 5, 1. e. *ἀεὶ μὲν οὖν τῶν πρὸς ἀρετὴν χρησίμων αὐτός τε διετέλει μεμνημένος, καὶ τοὺς συνόντας πάντας ὑπομιμνήσκων*, Vs. ed. Th. V. 4. p. 245. *itaque* ſemper *et* ipſe *meminerat* illorum, *quae* ad *virtutem* conducerent, *et* familiares *ſuos* omnes *commonefaciebat*; ubi opprimitur alterutrum *ἀεὶ* aut *διατ.*, pro quibus valebit v. *διατ.* aut per adv. illa *porro*, deinde, *deinceps*, aut per Lat. ſeverum verbum *perſeverare* ſ. *pergere* cum inf., *igitur* ſemper *quidem* eorum, quae *ad* virtutem *utilia* eſſent, *tum* ipſe *perſeverabat*, pergebat *meminiſſe*, tum *familiares* omnes *commonefacere*.

Quintam ultimamque claſſem facimus verbi *διατ.* cum caſu aliquo recto vel obliquo nominis

1) ſubſtantivi, ut cum nominativo ap. Stp. Th. *διετέλει φίλος τοῦ λαβόντος*, ubi reddimus v. *διατ.* vel ſevere, per v. aliquod Lat. reſpondens, vel per adv., ut *perſeverabat*, permanebat *amicus* ejus, qui *ceperat*, it. *perpetuo deinde* manebat, erat *amicus* rel., ubi et explere poſſis acc. *τὸν βίον* ſ. *τὸν χρόνον*, *tranſegit* vitam *amicus*, i. ut amicus, ſuppleta particula *ὡς*,

2) adiectivi, quod genus proprie a ſuperiori in v. *διατ.* cum participio non eſt diverſum, quia ad adiectiva etiam participia referimus; ubi valent

a) eadem verba Lat. ſevera, quae et ipſa ſic conſtruuntur; v. c. Ind. Liv. Ern. „*unus* incorruptus *permanſerat*, — dr. h. l. de pertinaci conſtantia“ pro conſtanter ſ. ſemper manſerat,

b) ſupplementum ſ. ellipſis illa accuſativi, ut plene fuit ſupra ap. Diod. S. 1, 153. l. 3. *ἄφωνος διατελεῖ τὸν λοιπὸν βίον* „mutus *deinceps* vitam *exigit*“ ap. Munth. p. 290. m. „*perpetuo* mutus *vivit*“ pro *mutus* perma-

nec *per* reliquam *vitam*, cf. per rectum caſum, praeter Bud. et Stp. Th. l. l. ſupra, etiam ad N. T. Act. 27, 33. *ἄσιτοι διατελεῖτε* Inttp. et L. Fi., ſed cum ellipſi Schw. et Krb. cum Obſ. p. 264. i. et Kypk. 2, 143. e. et per obliquum caſum, ut gen., ap. Stp. Th. l. l. e Thuc. 5, 89. ſ. 435, 78. *διατελοῦντός μου προθύμου*, Vs. ad latus et Ind. „cum *in* hoc *ego* ſtudio *perſeverarem*“ pro *cum* permanerem *ſtudioſus veſtri*, propenſus in vos, amicus vobis ſ. hoſpes, quo de ſermo erat in pr.

In qua quidem claſſe aſſumunt quidam ellipſin participii v. ſubſt., non tamen neceſſario, cf. Munth. l. l., Fi. ad Plat. Phaed. p. 238. m. N. b. e. (*ἡ δὲ ἄγνοιά μοι αὕτη οὐ ξυνδιατελεῖ*, *ſed inſcitia* haec *mecum* ſ. *in me non permanebit*, it. ſemper poſtea manebit ſ. erit,) ad Aeſch. Socr. p. 78. a. N. 54. e. (ſuper Xen. Mem. S. 1, 6, 2. *ἀχίτων διατελεῖς*, ubi et Ern. cum Valck. inclinatior ad *ὢν* omiſſum,) Zeun. ad Xen. Cyr. 1, 5, 10. e. (*ἀναγώνιστος διατελέσειεν*, Vs. ed. Th. V. 1. p. 53. e. „ac *deinde* nullum *unquam* certamen ſubeat“ fere ut Ind. Z. v. *ἀν.*, omiſſo tantum adv. *deinde*, pro *ſine* certamine *ſemper* deinde *maneat*,) Hindb. ad Xen. p. 41. e., qui reſpicit Xen. Ag. 10, 4. *ἀήττητος διετέλεσεν*, ed. Th. V. 2. p. 517. *perpetuo* invictus *exſtitit*, melius, quam ib. 1, 37. e. *ἐποίησεν, ὥστ᾽ ἄνευ φυγῆς καὶ θανάτων, ἕως αὐτὸς παρῆν, ὁμονόως πολιτευομένας καὶ εὐδαίμονας τὰς πόλεις διατελέσαι* Vs. p. 480. *quod perfecerit, ut absque exiliis et* caedibus, *quam* quidem *diu* aderat *ipſe*, magna *cum* animorum *concordia* ſemper *adminiſtrarentur* et *felices* eſſent *civitates*, ubi v. *διατ.* cum aliquo temporis adiuncto, *ἕως α. παρ.*, et ſimul particip. *πολ.* cum adi. *εὐδ*, utroque caſus obliqui, ſed Vs. exprimit v. *διατ.* ad particip. *πολ.* per adv. *ſemper*, ſed ad adi. *εὐδ.* per aſſumtum v. ſubſt., pro *fecit*, *ut* ſine *exilio* et *caedibus*, dum *ipſe* aderat, *concorditer* viverent *et* felices *civitates* eſſent *ſemper*, vel *ſemper* viverent *concorditer* rel., ſumente me illic v. *πολ.* in med. ſic pro Lat. *vivere*, cf. L. Ern.

Laudabat praeterea Hindb. locum Iſocr., quem et ipſe in Adverſariis habui, et quidem in altera claſſe verbi *διατ.* cum adi. et ſimul cum adv. temporis *νῦν ἔτι* e Pan. *τῶν μὲν γὰρ Ἑλληνίδων πόλεων — Ἄργος καὶ Θῆβαι — καὶ τότ᾽ ἦσαν μέγισται, καὶ νῦν ἔτι διατελοῦσι*, ubi, ad v. *διατ* repetendo e pr. adiectivum *μεγ.*, ne opus quidem habeas ſupplere participium *οὖσαι*, (quia et ſupra v. *διατ.* ſine hoc partic. adfuit cum mero nominativo adiectivi,) cf. Mor. p. 45. e. cum Wolf. Ann. p. 334. l. 10., pro cuius Vs. 78, 4. ut *tum* fuerunt, *ſic* etiam *hodie* ſunt *maximae*, ſeverius malim, *nam* Graecarum *quidem* civitatum — *Argos* ac *Thebae* et *tum* erant *maximae*, et *nunc* adhuc *permanent*, ſ. ſemper manent ſ. ſunt.

Quibus adiicimus, tanquam corollarium

I) affinia quaedam verba, a) *διάγειν* cum eodem adiectivi nominativo ap. Ael. V. h. 5, 1. *Ταχὼς —, ἕως — εὐτελῶς διεβίω, ὑγιεινότατος ἀνθρώπων διῆγεν*, *Tachos*, donec *frugaliter* vixit, *maxime* omnium *hominum* fuit *ſanus*, ſed Ind. „*omnium* maxime *ſanus* vitam *tranſegit*“ recte, aut *peregit*, it. *traduxit*, vel *ſemper* duxit *vitam*, ſuppleto ſubſt. *τὸν βίον*, vel, ad ductum verſionis ad latus, *ſemper fuit*, cf. Ind. Xen. *Ἀνβ.* Z. b) *διακαρτερεῖν* cum participio ap. Xen. Hell. 7, 4, 8. *ἐὰν διακαρτερῶμεν πολεμοῦντες*, Ind. „*διακαρτερέω ποιῶν*, pergo facere“ et adeo ib. *ſi* porro *belligeremus*, proprie Lat. *perdurare*, quod i. q. ſimpl., ſed in Vs. ed. Th. V. 3. p. 482. *ſi* nos *in* bello *perſeveraverimus*, c) *καρτερεῖν*, quod Wolf. ſupra cum noſtro v. *διατ* comparabat univerſe, ſed Kypk tantum per rectionem cum adi. „*ἄσιτοι καρτεροῦμεν*, cibo *abſtinemus*“ liberrime, pro *ieiuni duramus*, quanquam G. Th. 292, 23. modo habet cum „*ἐπιμένειν*, —

perſeverare“ nec cum adi., ut nec Niz., ſed Gr. cum particip. et adiuncto temporis e particula Xen. Hell. 3, 1, 14. e. *καὶ μέχρι τεττάρων ἡμερῶν ἐκαρτέρει θυόμενος*, Ind. „perſeverare, non deſinere defatigatum“ et Vs. ed. Th. V. 3. p. 134. l. 4. „*adeoque* totos *quatuor* dies *exta* conſulere *non ceſſabat*“ ſeu *quatuor dies* ſacrificare *pergebat*, ſ. *porro* deinde *ſacrificabat*, cum primo die non litaſſet,

II) ambigua quaedam noſtri v. *διατ.* loca, a) ap. Luc. 1, 146. l. 46. *εἴσεται, οἷαν με οὖσαν ἀπολείψει, — ᾗ συνὼν, ὑγιεινὸς μὲν τὸ σῶμα, ἐῤῥωμένος δὲ τὴν γνώμην διετέλεσεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν, καὶ πρὸς αὐτὸν* (pro *αὑτὸν*) *ἀποβλέπων, τὰ δὲ περιττὰ καὶ πολλὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότρια ὑπολαμβάνων*, ſentiet, *qualem* me *reliquerit*, — quocum *degens*, tum *ſalubri* corpore, *tum* animo *vegetus* fuit, *viri vitam agens*, *et ſeſe* reſpiciens, *caetera* autem *ſupervacanea* exiſtimans, *ut* re *ipſa* talia *ſunt*; quem locum in partibus ſic dediſſem, *ſanus* quidem *corpore*, valens (cf. G. Th. 914, 96. et v. *animus* 352, 37.) autem *animo* ſemper *fuit*, — *illa* vero *ſupervacanea* et *multa* (quae divites habent) aliena, *ut* ſunt, *exiſtimans*; ubi illa *ὥσπ. ἐστὶν* reſtitui in locum ſuum et ſeveris Lat., quanquam a Gs. ad ſenſum recte expreſſa, cf. Exc. ad 1, 1, 5., ſed verbum *διατ.*, a Gs. per ſimpl. v. *fuit* redditum, ſine illo adv. temporis *ſemper*, ſecum habet tum adi. *ὑγ.*, tum participium *ἐῤῥ.*, non item certo reliqua participia *ζῶν λ.*, ut quae et per ſe ſtare poſſunt, b) ib. 212. l. 78. *φιλῶν γὰρ διατελέσω πολλάκις καὶ περιπτύσσων*, usque *enim* deoſculabor *te* et *amplexabor*; ubi incertum, quid Gs. reddiderit, utrum, praeter v. *διατ.* per Lat. *usque*, pro ſemper, dederit *πολλ.* in v. Lat. *deoſc.* ſimul, (ubi tamen in Th. modo „*καταφιλέω*, vehementer et arcte oſculari“ etſi illam notionem per *ſaepe* ſubiecta ibi loca non reſpuunt,) an oppreſſerit adv. hoc, quod tamen ſic ſervem, *multoties* te deoſculabor *et* amplexabor *ſemper*, i. quotidie, quavis die et nocte; quanquam de poſtremo tempore ibi proprie ſermo eſt,

III) e Plut. de lib. educ. 17, 15. *ὅπερ γὰρ πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς τῶν πατέρων διατελῶν λέγω, καὶ νῦν ἂν εἴποιμι*, *quod* enim *identidem* et *multis* dicere *patribus* conſuevi, *nunc* quoque *affirmo*, generis alius, quod Wolf. tetigit ſupra alicubi, cum verbum *διατ.*, in participio ſtans, copulatur cum alio verbo finiti temporis, ubi Interpres non modo novum v. Lat. adhibuit, quo de paulo poſt, ſed etiam formulam, adhuc a nobis tractatam in v. *διατ.* finiti temporis cum participio, fecit e Graeca alia, ubi proprie participium ſtat pro adv., ut alibi, (cf. 1, 4, 8. m. it. Exc. ad 1, 1, 1. m. *λανθαν.*, ad Vig. p. 253. b. m. 336. b. m. 341. b. e.) ut tamen vel ſic redeatur ad noſtram dicendi rationem et v. *διατ.* pro adv. *ſemper*, verterimque ibi, *nam* quod *quidem* ſaepe, *et* ad *multos* patrum *ſemper* dico, *id* et nunc *dixerim*, ſ. liberius, quod enim ſaepe alibi, et apud alios homines, et nominatim ad patres multos ſemper dico, rel., qua ratione *πολλακ.* conſiſtit cum v. *διατ.* pro *ſemper*, i. e. adhuc ſemper, inde a multo ſ. omni tempore.

Iam haec omnia proderunt ad Noſtri locum, ubi primo P. in ſuis „*ii ſunt in agendo patiendoque a ſuſpicione* omni *aſſentationeque vacui*“ per Lat. v. ſubſt. *ſunt* et adi. *omni* videtur reſpexiſſe verbum *διατελ.*, quod ſupra ap. Plat. quoque Ficinus ſic reddebat; unde idem P. verbum *διατ.* ſimul ad adi. *ἀνυπ.* traxit, ſed participia *δρ. λ.* per ſe cepit, quia adhibuit ſimul praep. *in*. Contra Bg. in his „*citra adulationem* affectatam *et* agere *et* pati *ſolent*“ praeterquam, quod verbum *διατ.* retulit ad ſola iſta participia *δρ. λ.*, nec ſimul ad pr. adi. *ἀνυπ.*, quod et iam aſſumto v. *εἰσὶ* ſepararat, etiam illa participia per inf. reddidit, ob verbum Lat., quo Gr.

v. διατ. exprimebat, plane cum Ind. Plut. Krg., ſed per ſyn. cum Vs. ad locum Plut. poſtremum; quam novam verbi διατ. notionem vertendique rationem adiuves dupliciter, primo per cauſam philoſophicam, quod in verbis iſtis Lat. *conſueſcere* et *ſolere* ineſt quaedam actio continua, ut in Gr. διατ., cui ipſi tribuebat Wolf. ſupra diſerte *habitum* aliquem, qui tenetur continua actione repetitaque, (cf. Ern. Init. Pſych. §. 100 et 103 et G. Th. „*conſueſco*, — ſaepius agendo aliquid agendi facilitatem, quem *habitum* vocant, ſibi parare, vel ſimpliciter eſt i. q. ſolere, — *ſoleo*, — frequenter et ordinarie agere aliquid") deinde quod in Exc. ad 1, 2, 8. diximus, verbum φιλεῖν cum affinibus, et Lat. *ſolere*, poſſe commutari cum aliquo adv., in quibus retulimus et ipſum illud *ſemper*, quo reddimus verbum διατ., et alibi, et in hoc ipſo Noſtri loco, aut, ut ſupra propoſitum, ſimul cum v. ſubſt. *ſunt*.

Unde verbum διατ. cum participio omnino ſic reddetur,

I) ſevere, per duo verba, etiam adeo ſervato participio, ut ſupra ac Ael., v. c. perſeveravit *agens*, it. *perſeveravit* — *implicitus*,

II) minus ſevere, verbis quidem ſervatis duobus, ſed participio in infinitivum mutato, ubi ſolennia ſunt Lat. *perſeverare*, rel., ſed infrequentiora *ſolere* et *conſueſcere*,

III) liberius, cum adhibetur adv. temporis, continens notionem praepoſitionis διὰ, ſimul cum verbo, cui ineſt aliquo pacto notio verb. τελεῖν, ut *ſemper manere* et *ſemper eſſe*, quod poſtremum tamen non procedit, ubi cum v. διατ. diſerte adeſt participium verbi ſubſt. ὤν,

IV) liberrime ad ſenſumque, per ſolum adv. temporis aliquod, quorum a) vulgare eſt *ſemper*, ſed b) ſeveriora ſunt *perpetuo* et *continuo*, quia et ipſa habent praepoſitionem, qualis in v. διατ., ut c) in hoc v. cum diſerto adv. ἀεὶ potius adhibentur illa *porro*, deinde, *deinceps*, quam *adhuc*,

V) liberrime omnium per adiectivum e notione temporis continui, ut *perpetuus* et *continuus*.

Sed tota verbi διατ. rectio ad hanc veluti tabulam revocabitur, ut uno intuitu perſpiciatur,

I) cum accuſ. rei
 A) temporis, idque
  a) ſimpliciter, διατετελεκὼς δέκα ἔτη,
  b) cum adiuncto uno 1) praepoſitionis, διατ. τὸν βίον ἐν βασιλείᾳ,
   2) adverbii univerſi ac modi, διατ. τὸν βίον εὐδαιμόνως,
   3) adverbii ſ. coniunctionis temporis, διατ. τὰς ἡμέρας, ἄχρις οὗ λ
  c) cum adiuncto duplici, adverbii et particulae cum caſu, διατ. τὸν βίον εἰρηνικῶς μέχρι τῆς τελευτῆς,
 B) alius alicuius, quod genus ſuperioribus hic addere licet ex Ind. Fi. Aeſch. „διατ. τὸν λόγον, *abſolvere*, conficere *ſermonem*"

II) cum participio alterius verbi
 A) ſolo, διατ. ποιῶν, ἀγρυπνῶν, rel. it. ὢν et ὄντες,
 B) ſine caſu, ſed cum temporis adiuncto
  a) uno tantum, 1) per praepoſ. ἐν παντὶ καιρῷ, it. ἐν τοῖς προγενομένοις καιροῖς, it. ἐξ ἀρχῆς, it. καθ' ἑκάστην ἡμέραν,
   2) per particulam ſyn. ſ. adv. temporis, regens caſum, μέχρι τῶν νεωτέρων καιρῶν,
   3) per adv. temporis univerſum ſ. abſolutum, idque α) ſingularis vocis, ut ἀεὶ, β) compoſitum et plurium vocum, ἔτι καὶ νῦν ſed et γ) totius enunciationis, ἕως ἂν ἀποθάνωσι,

b) duplici, per praepoſ. et adv., *κατ' ἐκεῖνον χρόνον*, *ἕως ἦν μετ' ἀνθρώπων*, *λ.*

C) cum caſu temporis

1) quarto a) ſubſtantivi cum adiectivo α) uno, *πάντα τὸν αἰῶνα*, it. *ἅπαντα τὸν χρόνον*, it. *τὸν λοιπὸν χρον.* it. *τὸν πλεῖστον χρ.* it. *χρόνους πολλούς*, β) duplici, *ἑπτὰ ἡμέρας πάσας*, it. *τοὺς λοιποὺς χρόνους ἅπαντας*, ubi participium erat in obliquo accuſativi caſu, *διατελέσαι βασιλεύοντας*,

b) ſubſtantivi et adi., ſimul cum ſubſt. alio in regimine, *τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον*,

c) adiectivi neutrius generis cum articulo et cum genitivo alius ſubſt., *τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας*, pro *τὴν πλείστην ἡμέραν*.

† 2) tertio, *ἑπτὰ ἔτεσι διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν λ.*, quem locum in dubiis ſupra referentes, hic propterea ſignum crucis praefiximus numero.

III) cum caſu alio ſ. alius rei ac modi,

1) ſubſtantivi, caſu recto, *διατέλει φίλος*,

2) adiectivi a) obliquo caſu, *διατελοῦντός μου προθύμου*, b) recto caſu, eoque α) nudo, *ἄσιτοι διατελεῖτε*, it. *διετέλεσε — ἄγαμος*, vel β) ſimul cum accuſativo temporis, *ἄφωνος διατελεῖ τὸν λοιπὸν βίον*, quod ſubſt. hic eſt una cum adi. aliquo, γ) ſimul cum adv. temporis, *καὶ τότ' ἦσαν μέγισται*, *καὶ νῦν ἔτι διατελοῦσι*, ubi adiectivum non diſerte ſtatim cum v. *διατ.* eſt, ſed e pr. membro repetitur,

3) adiectivi et participii ſimul, per copulam *καὶ* vel aliam iuncti, idque a) ſimpliciter, *ὑγιεινὸς μὲν —*, *ἐῤῥωμένος δὲ — διετέλ.* vel b) cum adiuncto aliquo,

† α) univerſo ſ. modi, per particulam cum caſu, *ἔξω κολακείας — ἀνύποπτοι — δρῶντες λ. διατ.*

β) temporis, per adv. ſ. coniunctionem, *ἕως αὐτὸς παρῇν*, ubi et caſus obliqui, *πολιτευομένας καὶ εὐδαίμονας τὰς πόλεις διατελέσαι*,

(quanquam ſecundus et tertius numerus et hic diſponetur, forte melius,

II) cum participio

A) ſolo, *διατ. ποιῶν*, rel. it. *ὤν*,

B) ſimul cum adiuncto temporis,

1) per adv., idque a) ſingularis vocis, *ἀεί*, b) compoſitum et plurium vocum, *ἔτι καὶ νῦν*, c) inſtructum verbo, per enunciationem ſingularem, *ἕως ἂν ἀποθάνωσι*,

2) per caſum ſubſtantivi, praemiſſa a) praepoſitione, *ἐν*, — *ἐξ* —, *καθ' ἑκάστην ἡμέραν*, et ſimul b) per adv., inſtructum verbo, ſ. coniunctionem, ut fiat enunciatio plena, *κατ' ἐκεῖνον χρόνον*, *ἕως ἦν μετ' ἀνθρώπων*, c) particula ſ. adverbio cum caſu, *μέχρι τῶν νεωτέρων καιρῶν*,

3) per caſum nudum

a) quartum 1) ſubſtantivi, cum adi. α) uno, *πάντα τὸν αἰῶνα*, it. *ἅπαντα τὸν χρ.* it. *τὸν λοιπ. χρ.* it. *τὸν πλεῖστον χρ.* it. *χρόνους πολλούς*, β) duplici, *ἑπτὰ ἡμέρας πάσας*, it. *τοὺς λοιποὺς χρόνους ἅπαντας*, ubi et participium obliquo caſu, *διατ. βασιλεύοντας*,

2) ſubſtantivi et adi. cum alio ſubſt., *τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον*,

3) adiectivi neutrius generis rel., *τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας*

† b) tertium, *ἑπτὰ ἔτεσι διατ. λ.*

III) cum caſu modi, in
 A) ſubſt., caſu recto, *διετ. φίλος*,
 B) adi.,
  1) obliquo caſu, *διατελοῦντος λ.*
  2) recto caſu, *ἄσιτοι διατ.*, it. alio ordine, *διετελ. ἄνοσος*,
  †3) ſimul cum acc. temporis, *ἄφωνος διετ. τὸν λοιπὸν βίον*, ubi et adiunctum adiectivum in ſubſt., tum crux praefixa, ſi quis referat ad Nr. 1).
  †4) ſimul cum adiuncto temporis, per adv. compoſitum, *καὶ τότ' ἦσαν μέγισαι, καὶ νῦν ἐ. δ.*, qui locus iterum crucem habet, quia adiectivum ad v. *διατ.* repetendum eſt e pr. membro,)

IV) cum participio et adiectivo ſimul, iunctis per copulam aliquam, ut *καὶ*, it. *μὲν — δὲ*,
 †1) ſimpliciter, *ὑγιεινὸς μὲν, — ἐῤῥωμένος δὲ — διετέλεσεν, ζῶν λ.*, qui locus crucem habet, quia participium *ἐῤῥ.* etiam pro adiectivo tractari poteſt, et ſic pertinere poteſt hic locus modo ad pr. Nr. III.
 †2) cum adiuncto modi, per particulam cum caſu, in Noſtri loco dubiae rectionis, *ἀνύποπτοι — καὶ — ἔξω κολ. — δρῶντες λ.*
 3) cum adiuncto temporis per adv., inſtructum verbo, in enunciatione ſingulari, *ἕως αὐτὸς παρῆν*, per caſum obliquum *πολιτευομένας καὶ εὐδαίμονας τὰς πόλεις διατελέσαι*,

V) ubi participium verbi *διατελεῖν* ponitur cum alio verbo finiti temporis, ut tum verbum *διατ.* tractetur pro adv., et quidem pro Lat. *ſemper*, etc., ap. Plut. *ὅπερ — διατελῶν λέγω λ.*

VI) ubi verbum *διατ.* cum participio alius ponitur de re, non, ut ſupra, de perſonis, ap. Stp. Th. ex Phil. de mundo, *ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ*, et ap. Fi. Aeſch. 2, 19. i. *τὰ πράγματα —, τοιαῦτα διατελεῖν ὄντα αὐτὰ*, Ind. „tales *ſemper* eſſe *eas*" ubi adeo, ut de perſ., recte per ſolum adv. temporis redditur, ob diſerte adiectum particip. verbi ſubſt.

Denique, quo de in Nota etiam promiſi, particulam *οὐδέποτε* ſic deprehendi, 1) ap. poëtas, Heſ. *ἐργ.* v. 176. *Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐςὶ σιδήρεον· οὐδέ ποτ' ἦμαρ — οὐδέ τι νύκτωρ*, neque *unquam* rel., in ed. Cler. ac Krb. vs. 174., ſed in ed. Heinſ. *οὐδέποτ' λ.*, *nunquam* rel. et ap. Schol. Moſch. varie, diviſum et ſimul, at *θεογ.* v. 759. *θεοί· οὐδέ ποτ' λ.* neque *unquam*, Call. Di. v. 65. in media oratione ſine diſtinctione, *κείνους δὲ καὶ αἱ μάλα μηκέτι τυτθαὶ Οὐδέποτ' ἀφρικτοὶ*, *nunquam*, at ib. Del. v. 233. *κείνη δ' οὐδέποτε λ.* Ern. Vs. *nec unquam*, ſed Stüb. *ipſaque* adeo *nunquam*, ib. v. 237. *εὕδει. Οὐδέποτε ζώνην λ.*, Ern. *nec unquam*, ſed Stüb. *οὐδέ ποτε λ.* neque *unquam*, et Muſ. de Her. v. 34. in media oratione *οὐδέποτε*, *nunquam*, at v. 282. *γαμοςόλος, οὐδέ ποτ' λ.* neque *unquam*,

2) ap. proſaicos, Thuc. 273, 11. *τοῖς γὰρ οὐδέποτε λ.* *illis* enim *nullum* auxilium *unquam*, it. 344, 91. *οὐδὲ λέγουσιν οὐδέποτε ταυτὰ*, nec *eadem* unquam *dicerent*, ſed Aeſch. Or. in media oratione *οὐδέποτ'* Rs. V. 3. p. 539. ante l. 9. et V. 4. p. 1128. i., tum Theophr. Ch. 17, 2. i. *ἀλλ' οὐ θησαυρὸν εὕρηκα οὐδέποτε*, in ed. Caſ. et Fi., ſed Vs. prioris, *nullus* unquam *reperi*, at Ind. poſterioris *nunquam*, ſimiliter in Ind. Fi. Pal. it. ap. Iſocr. Pan. Mor. p. 96. l. 4. *ἐξ ὧν οὐδέποτε παυσόμεθα πολεμοῦντες*, etiam ed. Wolf. 97, 46. *nunquam*; pro quo ed. Mor. p. 89. e. *πρὸς οὓς οὐδὲ πώποτε ἐπαύσαντο πολεμοῦντες*, etiam ed. Wolf. 96, 25. *nunquam*, in qua affini negat. vel copulanda vel ſeparanda etiam alias variatur.

Caeterum, quod Mss. volebant *καὶ οὐδέποτε*, ipſum eſt ap. Lyſ. Or. Rs. V. 5. p. 804. m. *αἱρούμενοι· καὶ οὐδέποτε αὐτοῖς λ.*, etiam ſic iunctum in edit. Marb. p. 417. e. neque *unquam* rel.

I, 4, 13.

— *ὑπηρετούσης ἐξουσίας λ.*

Verbum *ὑπηρ.*, e propria vi ac notatione, videatur dici de remigibus, et eſſe i. q. miniſtrare, operam laboremque praeſtare gubernatori ſ. domino navis, ut ea progrediatur atque provehatur; quo tamen ſenſu non innotuit mihi, niſi huc referas Xen. Oec. 8, 16., ubi de tempeſtate maris, a deo excitata, ſermo eſt, *ἐὰν δὲ καὶ πάνυ καλῶς ὑπηρετοῦντας σώζῃ λ.* Ind. cum ed. Th. V. 4. p. 330. quodſi *etiam* rectiſſime *omnia* adminiſtrantes *ſervat*, ſed in univerſum pro miniſtrare ſ. miniſtrum eſſe v. abſolute ap. Luc. 2, 440. l. 94. *ἄλλη τῶν ὑπηρετουσῶν*, *miniſtrarum*, cum dat. perſ. Plut. Hſ. 6, 1. N. T. Act. 24, 23., ſimul cum praep. et adv. et ſyn. Luc. 3, 61. l. 68. *ἐς πάντα δεξιῶς ὑπηρέτει καὶ διηκονεῖτο ὑμῖν*, *omnibus* in *rebus* dextre *operam* nobis *dabat* miniſtrabat*que*, ſimul cum gen. modi, *μισθοῦ τινι ὑπ.* *mercede* ſ. *pro mercede*, Xen. Cyr. et Ἀνβ. 2, 5, 14., ubi et ſimul cum acc. rei *τὶ*, tum pro parere ſ. obſequi, abſolute Ariſt. Veſp. v. 516. opp. *ἄρχειν* et pr. ſyn. *δουλεύειν*, cum adv. *καλῶς* Xen. Pol. Z., cum dat. perſ. ibid. Cyr. e 1, 6, 10., ſimul cum adv. et praep. ibid. Mem. S. 3, 5, 18., pr. ſyn. *πείθεσθαι* et ſq. *πειθαρχεῖν*, cum dat. rei et adv. ap. Diod. S. 1, 119. l. 79. *μὴ προχείρως ὑπηρετοῦντος τοῖς προστάγμασι*, *ni pareat*, pro *non* ſtatim, *promte* parente *iuſſis*, ſed, leniori ratione, abſolute Xen. Hier. 1, 37. pr. *ὑπουργεῖν* et *χαρίζεσθαι*, cum dat. perſ. ibid. Cyr. „ſyn. *χαριζ*" Dem. 104, 27. coll. pr. *τοὺς πεπρακότας αὐτοὺς ἐκείνῳ*, it. 124, 21. pr. *τοὺς παρ' ὑμῖν ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντας*, pro dare, praebere, rel. cum dat. perſ. et acc. rei Luc. 1, 133. l. 76. it. 277. l. 66. *χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα*, *oportet* enim *cuncta* morigerari *patri* te *iuvenem*, (ubi Gs. ceperit pro *κατὰ πάντα*, per *omnia*, in *omnibus*, et pro obſequi,) Xen. Ἀνβ. et Pol. Ἱππ. 4, 13. (ubi Ind. pro facere, cf. Dem. 125, 8.) ſimul cum adv. Rs. Or. V. 7. p. 186. l. 3., ſimul cum dat. perſ. Xen. Cyr. 6, 2, 2., quorſum refero cum dat. rei ibid. 6, 1, 33. *δοκῶν ὑπηρετήσειν τῷ τυχεῖν, ἃ ἐβούλετο*, pro *putans*, ſe *effecturum*, facturum, *ut* conſequeretur *ea*, quae *vellet*, cum dat. alio ſimul ſ. modi, vel potius cum abl. ſimul ap. Lyſ. Rs. Or. V. 5. p. 78. l. 4. *ἔργῳ δὲ τούτοις ὑπηρετεῖν*, *re ipſa*, factis, *miniſtrare iis*, i. adiuvare, ſuſtinere, ſtabilire, ut in N. *famulari*, unde hic locus ambiguus potius pertineat ad primam ſupra claſſem, ut dubius hic Xen. Ἱππ. 8, 7. cum pr. *πρὸς ἕκαστα τούτων* ad illam pro obſequi ſ. facere aliquid; ut ad phyſicam aut tropicam notionem referentur loca, cum adhibetur de equo, cum dat. perſ., cum adv. it. cum acc. rei, *πάντα* et *τὰ δέον*, Ind. Xen. Pol. Z. it. de avibus, cum dat. perſ. et acc. rei ibid. Cyr. 1, 6, 39. e. (*ut* tibi *conducentia* ſ. *utilia* ſubminiſtrarent, *ſuppeditarent*,) ſed tropico ſenſu, de perſ. cum dat. rei *τῇ μοίρᾳ* Luc. 1, 451. l. 91. *miniſtrare*, i. parere; (opp. pr. *ἑκὼν πράττειν*.) *τοῖς τρόποις* Ariſt. Ran. v. 1480. N. T. Act. 13, 36. Δαβὶδ. *ἰδίᾳ γενεᾷ*, ſua *aetate*, *ὑπηρ. τῇ τοῦ θεοῦ βουλῇ*, *divino conſilio*, voluntati, *ſatisfaciens*, obſecutus, explens, exſecutus, adiuvans, tum de re, abſolute Luc. 1, 451. l. 1. *ξίφος — ὑπηρετεῖ —*, enſem — (incuſabis,) *adminiſter eſt*, i. modo inſtrumentum eſt caedis, ſed cum dat. rei et perſ. N. T. Act. 20, 34. *ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται*, manus *has* meas *ſubminiſtraſſe*, i. ſuppeditaſſe, paraſſe *neceſſitates* mihi *et* iis,

qui mecum *ſunt*, cum dat. perſ. et acc. rei Xen. Mem. S. 2, 4, 7. ἃ δὲ αἵ τε χεῖρες ἑκάστῳ ὑπηρετοῦσι, cf. Ind. Z., quibus accedit hic Noſtri locus et ſimilis 6, 1, 11. de ἐξουσίᾳ, pro adiuvare, praeſtare auxilium et facultatem, (*behülflich*, beförderlich *ſeyn* zu *etwas*,) cf. de medio huius v. Bg. ad Alc. 1, 11. e. p. 44. e. cum dat. perſ. *inſervire*, cui add. ex Heliod. p. 55. m. cum dat. perſ., praep. et adv. temporis ἐγὼ μέν σοι πρὸς τὸ βούλημα τὸ σὸν ἀεί τε καὶ νῦν ὑπηρετησάμην, ut cum alio adv. ap. Aeſ. Fab. 4, 3. pro auxilium praeſtare, it. cum dat. perſ. ſolo ib. 45, 1. pro operam praeſtare, i. q. ſqq. μοχθεῖν et ἀχθοφορεῖν, cf. ad Noſtrum 2, 11, 18. tum L. N. T. ad ſupplendum Stp. Th. et Bud. C. 458, 13. et Hemſt. ad Ariſt. Plut. v. 980.

1, 4, 14.

Τοιαῦτα — συμβουλεύοντες αὐτῷ, — τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα λ.

Formulae Noſtri τῇ μν. χαρ. τὰ μεγ. modo vicinas has reperi ap. Luc. 2, 17. l. 85. ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ, *putabat enim*, maximam *ſe* a *rege* gratiam *initurum*, et 474. l. 60. ὡς οὐκ ἔστιν, ὅ τι ἂν ἄλλο ποιήσας, μᾶλλον χαρίσαιό μοι, *neque enim* eſt, *in quo* maiorem *a* me *gratiam* inire *poſſis*, quorum in priori τὰ μ. eſt aut adi., ſubintellecto ſubſt. πράγματα ſ. χρήματα, aut adv., oppreſſa pr. κατὰ, quale adv. eſt μᾶλλον in poſteriori, et adeo tota rectio verbi χαρ. in med. cum dat. perſ. (vel ap. Noſtrum cum dat. rei,) et acc. adiectivi, aut adv., quarum rectionum illa cum dat. perſ. et acc. rei per adi. non eſt ap. Bud. C. 1506, 18., nec ap. Stp. Th., niſi huc referas ſimile Luciano 4, 359. i. τί ἂν σοι ποιήσας χαρίσαιτο, ſine Vs. et Ind. e Xen. Cyr., ſed illa cum dat. perſ. et accuſativis rei aliis ap. Dion. H. S. T. 1, 516, 25. Ariſt. Equ. v. 54. Ach. v. 436. Theſm. v. 763. 945. Ael. V. h. 12, 1. 11, 9. Luc. 1, 362. l. 15. 272. l. 81. 865. e. Ind. Dem. cum Poſſ. Call. p. 423. e., cum perſ. et dat. et acc. χαρ. τινὶ ἄνθρωπον L. N. T., Krb. Obſ. p. 192. i. Loesn. p. eadem e., ſed cum dat. rei ſolo Ariſt. Eq. v. 1365. (cf. Ruhnk. Tim. Gl. p. 126. b.) Luc. 2, 868. l. 79., ſed abſolute Ind. Xen. Cyr. Z. et Mem. S., it. cum dat. perſ., it. cum dat. rei, (cf. Ind. Ἀνβ. Z. pro obſequi, indulgere, facere aliquid ob iram v. c.) it. cum particip., pro adv. *comiter*, ib. et Poſſ. Call. p. 423. i., ſed ſenſu paſſ. de perſ. abſolute, it. de re, etiam cum dat. perſ. ib. et Poſſ. l. l. e. ex Plat. ubi ſufficit Lat. *gratificari*, ſ. facere et dare alteri aliquid gratum ac iucundum, et quod benevolentiam alterius paret, quibus par illa formula Gs. ad Luc. l. l., cf. ej. Th. in ſubſt. 834. i. et v. 1084, 70. ſqq. et aliorum *facere* ſ. *dare* in gratiam *alterius*, ut omnino notio et intelligentia verbi χαριζ. pendet ab iſta ſubſtantivi χάρις, qua de v. ſupra ad §. 7.

Sed noſtro loco dativus τῇ ἐμῇ μνήμῃ non capiendus eſt de memoria, quoad eſt mentis facultas et recordatio, etiam in mortuo ſuperſtes, ſed de memoria, quam alii habent de aliquo mortuo, quum cogitant iterum, qualis fuerit, quid quantumque fecerit, ſed et quum id dicunt, narrant iterum aliis, cf. 1, 1, 3. e., et tota Noſtri formula reddetur *meae* memoriae *gratificabimini* maxima, *maxime*, ſed, tropo remoto, meae memoriae favebitis maxime et proderitis, optime conſuletis, proſpicietis, i. e. facietis ac curabitis, ut mei memoria ap. alios exiſtat et maneat, eaque optima et gratiſſima, in animis, ore et ſcriptis, ut optime libentiſſimeque de me alii cogitent, loquantur ac ſcribant. Quae explicatio 1) conſiſtit cum ſq. ſententia, *ita* que *ſolum* eam *ſempiternam* facere *poteritis*, quae priorem noſtram definit magis, addendo tempore, dum Marcus vult, ut memoria ſui optima et dulciſſima maneat perpetuo et

in omne tempus, 2) firmatur uſu verbi Lat. tum ſeveri, tum aliorum, cf. G. Th. *gratificor* cum Gr. n. „— favere, — *faveo* — augere it. prodeſſe“ tacens in v. *conſulere* v. c. *famae* et *irae*. quo de cf. Cort. ad Cic. ep. 7, 11, 3. et Sall. Cat. 37, 8. 51, 7. cum Ind. Corn. N. v. e. „*conſulere* male *patriae*, — noxam afferre“ atque adeo *bene conſulere* i. q. prodeſſe, 3) convenit partim cum P. „*memoriam* noſtram *demerebimini*“ ad quod ſuppleto adv. *maxime*, cum ille omiſerit Gr. τὰ μεγ., ſenſus orietur, de mea memoria optime merebimini, quod eſt i. q. maxime prodeſſe, quanquam G. Th. in v. P. *dem.* non habet exemplum cum acc. rei.

Verum Bg. *meae memoriae* gratiſſimum *facietis*, (ubi adv. Gr. τὰ μεγ. per ſuperlat. innexum adiectivo et phraſi Lat.) aut eſt i. q. noſtrum, prodeſſe quam maxime, proprie gratiſſimum negotium, officium praeſtare, de perſ. uſurpatum potius, (cf. G. Th. in adi. 837, 2.) quam de re, ut Bg. adhibuit, aut *memoriae meae* i. q. mihi mortuo, ſ. mihi poſt mortem, ut ſumatur Marci ſenſus aliquis rerum humanarum etiam in morte, utque dicat, ſibi mortuo etiam ſic fieri iucundiſſimum quid, cf. cap. ſq. §. 21. ſq., (at Tac. Ann. 3, 2. i. *ut magiſtratus Calabriae*, — ſuprema *erga* memoriam *filii ſui* munera *fungerentur*, et 4, 9. m. *memoriae* Druſi *eadem*, quae *in* Germanicum, *decernuntur*, alioſum pertinent, et fiunt nunc *Leopoldo* illi et magno et unico, *quo non alius* — *in* mare *purpureum* violentior *influit*,) et 1, 5, 20. c. ubi Commodus ad cives et milites pro concione dicit, τὴν τοῦ κοινοῦ πατρὸς μνήμην χάρισιν ἀξίαις οὕτως ἀμείψεσθε, *communis* patris *memoriae* gratias *dignas* ita *referetis*, i. e. patri meo, qui et veſter quondam fuit pater, gratias decentes refereris, ſ. erga patrem grati eritis, ob memoriam eius, qualis erga vos fuerit, quantumque vobis fecerit; ad quam rationem, ſumendo v. privo χαρίζεσθαι pro illa phraſi χάρισιν ἀμείβεσθαι, fuerit in noſtro loco, *memoriae meae* eritis *gratiſſimi*, i. in meam memoriam, ob meam ſ. mei memoriam demonſtrabitis gratiſſimum animum, ſ. animum gratum maxime declarabitis, quia memores eſtis priſtini mei erga vos amoris meorumque beneficiorum; in quo ſit iterum illa exquiſita brevitas, qua de v. ad 1, 4, 11. e., cum ſubſtantivum abſtractum ponitur loco concreti ſ. perſonae et pronominis perſonalis cum cauſa, et τῇ ἐμῇ μν. pro mihi, ob memoriam mei; ſicut ego non dubito de v. χαρίζεσθαι pro referre alicui gratiam ſ. gratias poſt acceptum beneficium ſ. gratum ſe alteri praeſtare, ſ. gratum alteri declarare animum.

Res quidem ipſa et ſententia Noſtri vera eſt e duabus partibus, cum Marcus dicit, curando filio, eoque reddendo bono imperatore, iſtos aut memoriae ipſius maxime profuturos, aut ſeſe declaraturos gratiſſimos in Marcum, neſcio an et de tertia ratione, maximum ipſi creaturos gaudium vel poſt mortem. Cum quibus ut conſiſtat ſententia ſequens, ita *tantum* memoriam Marci ſempiternam reddituros, quia tamen vel cum indigno et impio filio per hiſtoricos ad omnia tempora venit Marcus, etiam ſua iam virtute ac bonitate: ſumemus, Noſtrum oratorie magis, quam vere dixiſſe in illo adv. μόνως, et inducere Marcum loquentem in aeſtu animi quodam, qualis ſane eſt interdum etiam morientium, et effundit talia enunciata nimia, ut furor poëtarum, aut capiemus illud adv. Gr. pro maxime, praecipue, in primis, ut ſaepe Lat. *unice* et affinia *unicus* et *unus*, cf. Ind. Suet. Burm. Liv. Ern. Cort. ep. Cic. (cui adde p. 193. e.) et ad Sall. p. 1063. b. m. cum Cl. Cic., libere verſantibus Latt. Inttp., pro *ita* que *ſolum* ſ. *tantum*, ſed tenente Stp. Th. formulam affinem e Xen. οὕτως — μον., quo adv. poſtremo

uſus et Thuc, cf. Ind., ſed alterum Noſtri v. ap. Xen. Mem. S. 1, 5, 5. e. *οὕτω γὰρ ἂν μόνως*, ubi Z. laudat alium locum e Cyr.

1, 4, 17. e.

— ὡς μηδὲ κατασχόντας τινὰς αὐτῶν εἰς οἰμωγὴν ἀναβοῆσαι.

Extrema *εἰς οἰμ. ἀν.* Bg. reddit, *cum* eiulatu *exclamarent*, cum Sep. nec emendans, nec intelligens, ſed capiens praepoſitionem *εἰς* pro *cum*, quo de nihil memini ap. alios, nec ap. Stp. Th., qui et in rel. duobus vocab. nec noſtrum habet locum, nec ſimilem, qualis nec mihi per Indd. repertus eſt. Cum in noſtro Ind. v. *εἰς* ad eandem notionem retulerimus hinc cum alio 5, 8, 1. loco: eius rei hic rationem reddemus ſic, quod putamus, *εἰς* cum acc. rei eſſe proprie Lat. *per*, in notione modi, quod deinde in quibusdam locis formulisque reddi poteſt per Lat. *cum*, cf. G. Th. 770, 70. „per *aquam*, i. cum aqua“ et Ind. Ern. Tac. „*per* pro cum“ ex Ann. 14, 5. m. *per* gaudium *memorabat*; ſicut e Graecis habemus in eam notionem exempla ap. Zoſ. 4, 29, 1. e. *τὰς δὲ πόλεις ἀπολελοίπει τὰ χρήματα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων φόρων, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον, τὰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκενοῦτο πλεονεξίαν*, *urbes* vero *pecunia* deſtituebat, *quae* partim per *impoſita* tributa, *modum* excedentia, *partim* per *avaritiam* magiſtratuum *exhauriebatur*; ubi Intp. videtur ſequi coniecturam Sb., inſerentis *ὢν* poſt *χρημ.*, quod ſane ſeries requirit, ut *εἰς* recte redditur, ibi i. q. pr. *ὑπὸ*, quae propterea eodem Lat. reddebatur, tum 4, 32, 2. e. *εἰσπράξοντας τὸ τελούμενον* (i. q. *τὸ τέλος* et pr. *φόρος*) *εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν*, qui *omnino* rigide *penſiones* tributarias *exigerent*, pro ſeveris, *qui exigerent* tributum *per* ſummam *ſeveritatem*, pro cum ſumma ſeveritute, cui formulae par Intp. adv. *rigide* et adi. *π.* mutatum in adv. affine *omnino*, in periphraſi ſuperlativi *rigidiſſime*, quomodo et alii formulam illam invertunt, v. Bud. C. 1461, 27. 1463, 45. Stp. Th. 1, 1157. D. ſq. L. Ern. Ind. Thuc. Dion. H. S. T. 1. Polb. Xen. 'Ανβ. Bach. Cyr. utr. (ubi *εἰς κάλλος* ſevere reddo *per honeſtatem*, cum *honeſtate*,) Ael. V. h. Suid. 1, 872. i. 2, 32. e. 34. m. Heſ. 1, 1458. e. Vig. p. 578. (qui p. 575. i. *παριέναι* ſ. *παρελθεῖν εἰς τὸν δῆμον* reddit „*agere* cum *populo*“ per non condonandam libertatem, et per conſequens pro antecedente, cum Lat. habeant tamen eadem,) Fi. ad Well. p. 364. e. et ad Plat. Symp. p. 109. e. cum Loesn. ad N. T. p. 195. e., tacente G. Th. v. *in* et *ad*, quanquam in poſtr. 89, 83. in notione inſtrumenti patet, ut de ſyn. Gr. *πρὸς* eodem ſenſu alibi habemus.

Quae pro Bg. in *εἰς* ratione ſi cui minus ſatisfaciunt: poterit is exponere *εἰς οἰμ.*, ut alibi, per gerundium *eiulando* aut particip. *eiulantes*, (v. G. Th., ubi Plauti loca ſic conſtituenda Aul. 2, 4, 39. et 4, 9, 17.) it. per adv. *flebiliter*, (ut ap. Luc. 2, 156. l. 2. *ἀνεβόησεν οἰκτρὸν*, *miſerabile* quiddam *exclamaret*, reddas, ob pr. *κατὰ* oppreſſam, per adv. *miſerabiliter*, et Rs. Or. V. 3. p. 278. l. 3. *ἀναβοᾷ παμμέγεθες*, *validiſſime*,) cum Lat. non habeant *eiulanter* ſ. *eiulabiliter*; quae ratio et noſtratibus commodior, *kläglich ausruffen*, it. per ſyn. particip. *wehklagend*, ſed de Bg. Vs. *mit* kläglichem *Geheule*; non me probante (quo reſpexerit Vern. vetus) vim intendendi, quam quidam in pr. *ἀνὰ* reperiunt, cf. Stp. Th. in v. *ἀναβ.* Ind. Plut. Krg. L. N. T. Fi., ubi tamen ſubiicitur Matth. 27, 46. *ἀνεβ. φωνῇ μεγάλῃ*, ut et in ſimpl. *βοᾷν* tamen additur Marc. 15, 34. *ἀβ. φωνῇ μεγάλῃ*, unde melius L. Krb. ſine vi, ut Schw. partim, it. L. Ern. per ſolum *exclamo*, quod ſufficit, etiam a G. Th. non recte cum emphaſi expoſitum, propter adiuncta in locis ſubiectis *furioſe*, it. *maxime*,

it. *maxima voce*, etc., add. Cic. Tuſc. Qu. 2, 24. i., ut Gr. noſtrum ad Ariſt. Plut. v. 639. Schol. D'Orv. ed. Hemſt. explicat ἀνυμνεῖν, quod i. q. ſimplex, cf. Suid. 1, 192. i. coll. 2, 740. m. οὐράνιον, ad quod, pro adv. poſitum, iſtius interpretationes pertinent, Heſ. 2, 818. e. cum N. 27. ex Ariſt. Ran. v. 791. 793., ubi Schol. ἀναβ. per ſimpl. βοᾷν exponit, ſed Bg. ap. G. Th. „voce ſublata flere."

Sed ſuper notione ſubſt. οἰμ. cf. Suid. 2, 666. m. Heſ. 2, 728. m. ut Bg. ap G. Th. cum Gr. al., at cum noſtro in v. *fletus* et *ploratus*, (ad quorum Graeca cf. Heſ. 1, 1730. e. 718. i. 744. e.) ut Virg. A. 4, 463. *viſa bubo* Saepe *queri* et *longas* in *fletum* ducere *voces*, forte ſic explices, *longas voces* pro longum cantum, et *ducere* pro facere, ſed utrumque pro canere multum ſ. diu, et *in fletum* pro cum fletu ſ. flebiliter.

Denique e Stp. coniectura ſenſus ſit, *usque ad* ciulatum *exclamarent*, quod non aliter capio, quam ita exclamare, ut ciulatum facerent ſimul. At haec ipſa eſt ſententia Bg. et lectionis vulgatae, nec proinde Stp. emendatio neceſſaria, etſi conſentanea eſſe poteſt uſui loquendi, dum ipſe habet in Th. μέχρις πρὸς, ſed et ſolum εἰς pro usque ad, ut Lat. *ad*, cf. Th. 1, 1157. B. m. cum L. N. T.

1, 4, 18. e.

— πόθον τε τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθρώποις ἐγκαταλιπὼν λ.

In verbo ἐγκ. penuria Stp. Th. iuvabitur tum L. N. T., tum Lat. e L. Ern. *derelinquo*, ap. G. Th. „auget aliquantum ſignificationem v. *relinquo*, et reſpondet fere Gr. ἐγκ. rel." quae ſunt diluta, et Lat. nihil, quam ſimpl., ut et Gr., per ſimpl. etiam explicatum ab Heſ. 1, 1068. e., non coll. Suid., cui propterea ſimul additur ſeparatim pr. ἐν, cf. Dion. H. S. T. 1. 575, 26., ut ſimul cum acc. perſ. Dem. 1087, 7. (quo reſpexerit Stp.) it. ſimul cum acc. rei ap. Poſſ. Call. p. 248. i., ubi recte modo *relinquo* cum Bg., ſed cum dat. perſ. et acc. rei, ut h. l., quoque Luc. 1, 46. l. 39., ubi ſimul cum adv., porro cum rei dat. et acc. Rs. Or. V. 7. p. 738. ſq., ſed in paſſ. de re cum dat. rei Dion. H. S. T. 1. 615, 10., at abſolute in paſſ. de perſ. Thuc. 148, 50. et Herodt. 644, 70. οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται, (in N. „hic ſunt in ſtadio relicti, ſ. curſu ſuperati" quo ſenſu et ſimplex dr.) cum acc. perſ., de mortuis, Heſ. ἐγγ. v. 376. ſ. 378., ſed univerſe Ind. Dem., ut de re iterum de mortuis Rs. Or. V. 4. p. 175. i., cf. V. 8. Lyc., ſed in univerſum ap. Thuc. 167, 6. 286, 15., tum in malam partem, ut Lat. *relinquere*, pro deſerere, cum acc. perſ. et dat. rei ap. Dion. H. l. l. 676, 3., cum ſolo acc. vel perſ. ib. 214, 14. 369, 36. 514, 8. Rs. Or. V. 4. et Dem., vel rei ap. Dion. H. l. l. 516, 24. Rs. Or. V. 8. Din. et Lyc. Dem. Plut. Krg., Gs. Chr., tum ſenſu medico ap. Foeſ. Oec. p. 108. e. per notiones ſupra principes duas, pro relinqui, in paſſ., de re cum dat. perſ., it. abſolute p. 109. a. m., ſed pro deſeri, de perſ. ib. v. e. it. de re; porro, quoad uſum et rectionem in N. T., ubi ſemper de perſ., pro relinquere, cum acc. perſ. et praep. Act. 2, 27. οὐκ ἐγκ. τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, pro ἐν, cf. Krb. L. p. 196. v. εἰς Nr. 2., tum pro reliquum facere, reſervare, ſervare, cum perſ. dat. et acc. Rom. 9, 29., ſed pro deſerere, cum acc. perſ. Matth. 27, 46. Marc. 15, 34. 2 Tim. 4, 10. 16. Hebr. 13, 5., ſed cum acc. rei Hebr. 10, 25., ut per ambiguae notionis loca 2 Cor. 4, 9., ubi de perſ. abſolute, cf. L. N. T. cum Inttp., et ad Herodt. l. l. Ind. Dem. ex 140, 5. et denique ad criſin, ubi confuſa ſint aut videantur v. ἐγκ. et ἐγκαταλαμβάνεσθαι in temporibus, quorum vocales ac ſyllabae mediae ſonum haberent eundem in audiendo pronunciandoque, aut in Codd. figuram

affinem, tanquam aor. 1. ἐγκατελήφθησαν et ἐγκατελείφθ. rel., v. Weſſ. ad Diod. S. 2, 55. N. 92. D'Orv. Ch. p. 563. i. Abr. Dil. Th. p. 686. e. cum Rs. Or. V. 3. p. 483. e.

Caeterum, tropo ademto, hic quidem de mortuo, cum deſiderium ſui reliquit ſuae aetatis hominibus, dicetur mortuus eſſe ſic, ut id deſiderium in hominum animis remaneret, ut ap. Luc. l. l. ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπέ τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι, *revera* aculeum *quendam* in *auditorum* mente *reliquit*, Gs. reddit de Lat. ratione, ubi potius dr. cum ſubſt. rei, quam perſ., cf. Cic. in Brut. c. 9. e. ſ. 38. de eodem Pericle, *cum* delectatione *aculeos* etiam *relinqueret* in *animis* eorum, *a quibus eſſet auditus*, it. de Orat. 3, 34. ſ. 138. m. *ut* in *eorum* mentibus, *qui audiſſent*, quaſi *aculeos* quosdam *relinqueret*, h. e. oratione habita finitaque abiit e concione ſic, ut in audientium memoria et pectore remanerent graviter dicta.

1, 4, 21.

— πάντες δ' ὥσπερ ἐκ μιᾶς φωνῆς, οἱ μὲν πατέρα χρηστὸν — ἀνεκάλουν.

In marg. Ox. ſignarat Leisn. „ἐκ pro ablativo cauſae et pleonaſtice, Aelian. 3, 9." ubi nil, niſi haec V. h. p. 214. ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα, p. ſq. ἐξ Ἄρεος — μανέντα, et ἐξ ἑνὸς περιειλημμένοι δαίμονος, it. p. 216. τὸ ἐξ Ἄρεως — φονῶντι, quorum duo Ind. affert ſub „ἐκ cauſam notante" quae tamen non ſint huius loci, ut alterum de ἐκ pleonaſtico modo ſic intelligetur, ut tota formula ἐκ μ. φ. ſit ſyn. illi per dat. ſ. abl. μιᾷ φωνῇ, qua de infra, unde Sb. Ind. v. ἐκ noſtram *una voce* cum P. et Bg. verterit; reſpiciente omnino Leisn. ad Rz. ad Luc. 1, 737. N. 11., ubi et Noſtri locus adhibetur cum Ael. ultimo.

De mea ſententia res ſic habet, ut in aliis praepp. cum ſubſt. aliquo, ut in εἰς, v. 1, 4, 17. e., in ἐν, v. 1, 4, 12. e. et in ipſa ἐκ noſtra 1, 4, 12. i., quam h. l. non capio in notione cauſae, ſed modi, nec puto redundare, ſed proprie valere *ex*, deinde *cum* ſ. *per*, et i. q. Gr. διά. ut ἐκ cum ſubſt., it. cum adi., ſevere reddas per talem praep. aliquam; qui vertendi modus in noſtra ſolennis eſt lingua, a Vern. hic quoque ſervatus, recente *aus* einem *Munde*, aſſequente etiam praepoſitionem Gr., nobis reliquam quoque in illo, *aus* vollem Halſe *ſchreyen*, ubi praepoſitio non eſt in notione cauſae, ſed modi; quanquam ſic exprimitur aliud Gr. ἐξ ἑνὸς στόματος, quo de poſt, quam noſtrum ἐκ μ. φ., nobis *mit* einer *Stimme*.

Porro tales dicendi formae per pr. ἐκ cum ſubſt. aut adi. poſſunt ad ſenſum et ex uſu Lat. ſermonis explicari reddique ſolo abl., cf. 1, 4, 12. i. et e., quam rationem vulgo amplectuntur, v. Stp. Th. 1, 1161. E. m. ſqq., ubi et „eſt ἐκ pro διά" L. Ern. „ἐκ inſervit — periphraſi abl." Vig. p. 582. m., unde Noſtri ἐκ μ. φ. per nudum abl. reddatur cum Sb. ſupra, quaſi in Gr. ſit μιᾷ φωνῇ, cum Lat. non dicant per praep. et abl., ſed ſolo abl. *una voce*, uno *ore*, cf. G. Th. v. utr. et Weſth. ad Ter. Andr. 1, 1, 69., qui ad *uno ore* confert „μιᾷ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος"

Denique eandem pr. ἐκ cum ſubſt. aut adi. licebit etiam libere ad ſenſumque interpretari per adv., cf. 1, 4, 12. i., et adeo Noſtri ἐκ μ. φ. per *einſtimmig*, ut Latini, pro *una mente*, (v. Weſth. l. l.) adhibent interdum adv. *unanimiter*, et Graeci, loco μιᾷ γνώμῃ, etiam ὁμοθυμαδὸν, pro quibus nos habemus *mit* einer *Seele*, et, ex Hebr. opinor, *in* einem *Geiſte*, ſed et adv. *einmüthig*.

Quae quidem omnia puto plana eſſe ac vera, ſeverisque hominibus magis placitura, quam illam aliorum rationem, quae ubique crepat et amat pleonaſmum atque redundantiam; quae ratio nihil facit ad loci, verbo-

rum, phraſiumque intelligentiam veram ac iuſtam, ſed ad ignaviam in vertendo deducit, longiſſimeque avocat ab interiori linguarum ſubtilique notitia.

Quaeritur poſt illa, quomodo Noſtri formulam *ἐκ μ. φ.* uſu exemploque aliorum Gr. defendamus atque illuſtremus. Eam nullibi profert Stp. Th., ſed modo 1, 1158. e. e N. T. Luc. 14, 18. *ἀπὸ μιᾶς — πάντες*, cum ſupplemento *φωνῆς*, et Lat. *uno ore*, et 3, 1040. E. i. *ἀφ' ἑνὸς ςόματος*, per Lat. eadem; it. *ἐξ ἑν. ςομ.* et *πάντες — ὡς ἀφ' ἑνὸς ςομ.*, p. ſq. *ἐν ἑνὶ ςόματι* „pro *ἀφ' ἑν. ςομ.* ſ. *ἐξ ἑν. ςομ.* uno *ore*, ad Rom. 15, (6.) *ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ ς. δοξάζητε τὸν θεὸν*, — Ariſt. Eq. (v. 667.) *οἱ δ' ἐξ ἑν. ςομ. ἅπαντες ἀνέκραγον*, (ubi Schol. explicat *ὁμοθυμαδὸν καὶ μιᾷ φωνῇ.*) Sic Plato *μιᾷ δὲ φωνῇ καὶ ἐξ ἑν. ςομ. πάντας συμφωνεῖν*" ad quem locum ſupra Weſth. reſpexit, ut illud *ἐν ἑ. ς.* eſt proprie ex Hebr. pro *σὺν ἑ. ς.*

Porro ap. L. Boſ. Ell. p. 68. m. „vox *γλῶσσα* ſubaudienda – in *ἀπὸ μιᾶς*, (ſine auctore, quem v. ante ap. Stp.) Supplet enim expreſſe Dio l. 58. *πάντες ἀ. μ. γλώσσης λ.* (ubi particula comparativa *ὡς* ſ. *ὥσπερ* iterum, ut ante in Stp. quibusdam deeſt, et p. 70. m.) integra oratione — *μιᾷ γνώμῃ*. Pro eo habet Dion. H. l. 6. p. 348. (l. 28. ed. S. T. 1.) *ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς ἅπαντες ἀνεβόησαν ἅμα*, (Vs. quaſi *uno* ore *conclamarunt*, et ſic quoque Rs. ed. 2, 1058. pro *ex* uno *animo*, vel ſine praep. *una mente*,) Macarius — *ἀπὸ μιᾶς φάσεως*, (et p. 359. e. *ἀπὸ μιᾶς*, ab *una*, pro *ἀ. μ. φωνῆς*, *ab* una *voce*. — Plene *ἀπὸ μιᾶς φωνῆς* occurrit ap. Herodi. l. 1. c. 4. (ubi innuitur noſter locus, e quo error in *ἀπὸ* pro *ἐκ* corrigendus, et p. 394. i.) in *ἐκ μιᾶς*, (cuius generis exemplum nec ibi ſubiicitur, nec mihi cognitum,) *ἀπὸ μ.* ſupple *ψυχῆς*, uno *animo*. Addidit Dion. Hal. (in loco ſuperiori,) *tanquam* uno *animo* omnes *exclamarunt*" ſeverius ſane, quam ante in Vss. ad latus, nec tamen bene omiſſo *ſimul*, cum ibi *ἅμα* adhuc adeſſet.

Ut autem per Boſ. libellum videas varietatem in *ἀπὸ μιᾶς* explendo: ſic ad N. T. locum, quo iſta pertinent, voluit Grot. ſubiiceri *ψυχῆς* ſ. *καρδίας*, non *φωνῆς*, quod tamen defendit Pric. ibi, comparans Rom. 15, 6. Act. 19, 34. *φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων*, et e Ioſepho *πάντες διὰ φωνῆς ὁμοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ψυχῆς, εἶπον*, Vs. ed. Hvc. 2, 509. i. l. 3. *uno* ore *ſimul*, quaſi *ex* eadem *anima*, ſed ap. Krb. Obſ. p. 126. i. omnes *uno* ore *ſimul*, quaſi *ex* eodem *animo*; ubi iterum adiungitur adv. aliquod *ὁμοῦ*, ſyn. illi *ἅμα* ap. Dion., ſed etiam, pro Noſtri *ἐκ*, ſyn. *διὰ*, qua ipſa ſuperius noſtram pr. *ἐκ* reddebam; in quam rem v. clarum exemplum aliud ap. D'Orv. Ch. p. 97. m. ubi, pro *ἐκ τοῦ δικαίου*, alibi dr. *διὰ τοῦ δ.*; ſicut pron. *τῆς αὐτῆς* pro pr. numerali *μιᾶς*. Sed ad ſacrum locum Munth. p. 165. i. e Diod. S. utitur (praeter alienum 1, 493. l. 17. *ἐποίησε πάντας, ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, ἀποκλῖναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους*, *uno* omnes *nutu*, ſed ed. Weſſ. *uno* omnes *impetu*, quod adhibeas ſimul ad explendum Boſ. libellum) 2, 90. l. 30. *τὸ δὲ πλῆθος, ὥσπερ ἀπὸ μ. φωνῆς, ἀνεβόησε*, una *voce*, comparans et 1, 576. l. 57. *οἱ σαλπιγκταὶ δὲ ἀφ' ἑνὸς παραγγέλματος ἤρξαντο σημαίνειν τὸ πολεμικὸν*, ad *unum* veluti *iuſſum*, quod ad illud N. T. modo valuerit ob *ἀπὸ* et *ἤρξ.*, ut *ἀφ' ἑνὸς συνθήματος*, quo de alibi, componit Loesn. p. 121. e., ut Suic. Th. p. 1040. Nr. 1. e. „malunt ſubintelligere *φωνῆς*, ſ. *γνώμης*, ſ. *βουλῆς*, ſ. *ψυχῆς λ.*" poſt quae ib. interpretatio illius *ἀπὸ μιᾶς* per Gr. *μίαν γνώμην* adiuvabitur per ſubintellectam pr. *κατὰ*, ut non opus ſit correctione in *μιᾷ γνώμῃ*, quod ſupra adfuit, ut ſimile exemplum per accuſ. proferemus infra, cf. L. N. T. Schw. p. 915. b. e. ex Themiſt. *ἐκ μ. γνώμης*, *ex* una *eadem* que *ſen-*

tentia, ſed et *uno animo*, it. e Ioſeph. ὁμοῦ πάντας μιᾷ γν. *omnes* una *ſententia*, iterum neglecto *ſimul*, ſed p. ſq. N. noſtro loco „omnes *una* voce *alii* patrem *bonum*, alii *bonum* regem *vocabant*" oppreſſa ὥσπερ, ubi ſyn. in N. ſq. e Polb. ſine Ind. οἷον ἀ. μ. ὁρμῆς, omnes *tanquam* uno *impetu*, it. N. ſq. ἀ. μ. ἀρχῆς, p. 1248. i. ἐν ἑ. στομ. *magno* omnium *conſenſu*, per ſe bene, ſed non convenienter ad Rom. 15, 6., ubi ſimul eſt ὁμοθυμαδὸν, et ſtatuo figuram ἐκ παραλλήλου, ut, inſerta copula, reddamus, *una mente* et *uno ore*, cf. Krb. L. p. 436. e. 627. Nr. 8. tum p. 79. e. Nr. 16. ad Luc. 14, 18. ἀ. μιᾶς „ſc. ψυχῆς ſ. φωνῆς, *unanimiter*" bene, quoad ellipſ. ψυχ.

Praeterea e ſcriptoribus profanis in Noſtri formulam habemus Dion. H. S. T. 1. 275, 36. ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στομ. ἅπαντες τὴν αὐτὴν φωνὴν ἀνέκραγον, *velut* uno *ore* omnes *exclamarunt*, ut ed. Rs. 2, 838., tacentibus N., per illam iterum figuram ἐκ παραλλήλου, pro *quaſi uno* ore *omnes* et *eadem* voce *excl.*, perque accuſ. ellipticum iterum, ut ſupra ap. Suic. in μίαν γνωμ., denique per commutationem in ſyn. ἑνὸς et τὴν αὐτ., ſed Dem. 147, 1. ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε, ubi, ſicut in loco N. T., ſimul eſt adv. ὁμοθ., tacentibus N. et Ind., pro *una* mente *et* una *ſententia*, nobis *einmüthig* und *gleichgeſinnt*, non bene ſtatuente Stp. Th. 1, 1605. D. in adv. „Dem. quaſi ex ſuperabundanti addidit ἐκ μ. γν." tum Luc. 1, 53. l. 53. ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥσπερ ἐσκεμμένους, omnes *una* voce – *exclamare*, cf. L. N. T. Schw. p. 916. N. 1., cuius locum e Diod. S. non reperi, ſed ſine Ind. 1, 425. l. 20. ὥστε μιᾷ φ. πάντας ἀποκαλεῖν εὐεργέτην, καὶ σωτῆρα, καὶ βασιλέα, ut *una* voce *proclamarent*, ſed ex Ind. ib. 474. l. 99. ὥσπερ τινὶ μιᾷ φ. – ἅπαντες ἐβόουν λ. unanimi *voce*, ut noſtri *mit* einmüthiger *Stimme*, ubi N. Weſſ. affert e 2, 143. l. 14 πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μ. φ. βοώντων, *omnes* una *voce* rel., omiſſo καθ., ubi iterum adiungitur pron. τινὶ, nobis quoque ſolenne, *gleichſam* mit *einer* einzigen *Stimme*, et e Greg. N. ἅπαντας ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος καὶ μιᾶς φωνῆς τὸν τῶν Χριστιανῶν ἀνακαλεῖσθαι, ſine Vs., qui locus noſtro ſimilis, propter non modo v. ἀνακ., (pro quo med. ap. Noſtr. modo eſt act.) ſed et formulam eandem in ἐξ – μ. φ., repetenda pr. ἐκ poſt interiecta quaedam, tum Phil. in Flacc. p. 763. B. i. ἀνεβόων οἱ μὲν – οἱ δὲ – ὡς ἅπαντας ὁμοθυμαδὸν μιᾷ φωνῇ κεκραγέναι, *denique* cuncti *conclamant*, ſed ap. Loesn. l. l. ut *cuncti* ſimul *una* voce *conclamarent*, melius, niſi ut *unanimiter* malim, quod iterum in formula noſtra compareт, qua de habui in Adverſariis „ad Dion. Caſ. p. 576. alia eſſe exempla, ubi ἀπὸ μιᾶς" ſic minus plene, ut neſcirem amplius, quale ſubſt. ibi aut ſimul eſſet, aut ſuppleretur, cf. exempla Lat. ap. G. Th. Weſth. l. l. Stp. Th. 3, 1041. A. e. Pric. ad N. T. l. l. L. N. T. Schw. p. 916. N. 1. e. cum L. Boſ. Ell. p. 70. e.

1, 5, 2. e.

ὡς – μεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα.

Adiectivum μεγ. habens Stp. Th. tantum in notione propria, pro magnanimus, de perſ., (cf. Ind. Luc.) tamen ſubiicit in adv. „in vulg. lex. magnifice, *largiter*, e Polluce." Nempe, quoniam, qui ſunt magno animo atque excelſo, iidem inclinant ad magnificentiam, in primis publicam, et ad liberalitatem eam, quae multa et magna dat aliis: inde fit, ut μεγαλόφρων valeat pro magnificus, de perſ., cum quis, ſecundum G. Th. „in magnis (rebus) pro dignitate ſumtum (eundemque magnum) facit" eſtque etiam erga ſe ipſe ſumtuoſus, in victu amictuque, deinde pro liberalis, beneficus valde, largiens multa; unde et de re, pro magnificus, it. largus et multus, ut h. l. de ἐπιδ., nobis *durch* eine *freygebige*, anſehnliche *Beſchenkung*, ein *freygebiges*, reiches *Geſchenk*, et

denique pro magnus, in utramque partem, cf. de adv. ap. Poll. 3, 114. L. Ern. Ind. Ael. V. h. (cf. 1, 25.) ubi et ſubſt. μεγαλοφροσύνη, pro liberalitate, 14, 24. i. it. 1, 25. in titulo, quam notionem ignorat Stp. Th. cum L. Ern., ubi de adi. noſtro bene, nec tamen plene, cf. pro liberalis et largus ad Capitol. T. 1. p. 356. b. e. N. Caſ. et p. ſq. N. Salm. it. Hemſt. ad Luc. 1, 452. b. m. Suic. Th. p. 1163. a. i. v. ἐπιδαψ. it. ad Heſ. 2, 554. i. Suid. 2, 515. m. λέγεται δὲ καὶ μέγιςος πλοῦτος λ. pro quo lego μεγιςόπλουτος, (ut habemus μεγιςότιμος et μεγιςόφωνος et μεγαλόπλουτος, quod v. ap. Stp. Th. et Thom. M. p. 405.) tum pro fortis ſ. intrepidus cum praep., de perſ., Ind. Xen. Cyr. Z., de equo, pro generoſus aut magnus cum acc. elliptico τὴν ψυχὴν, Ind. Xen. Pol. Z., ſed in malam partem, de perſ., pro arrogans, ſuperbus, elatus, efferens ſe animo aut verbis, ad Luc. 2, 826. N. 40. Bud. C. 1251, 17., et ad comparandum in notionem pro liberali, vel magno, μεγαλοψυχία L. Ern., it. μεγαλοπρεπὴς cum adv. ſuo Ind. Fi. Aeſch., Xen. Z. Mem. S. Cyr. et ’Αναβ. cum Plut. Krg.

Sed de ſubſt. ἐπίδοσις, praeter Bud. C. 1197, 44. Stp. Th. et L. Ern., dederim ſic, ut ſit phyſice 1) additamentum ſ. additio, (*Zugabe*, Zulage, *Zuſchuß*) 2) donatio, largitio, erogatio, donum, i. q. ſimpl. δόσις, (ut v. ἐπιδιδόναι pro διδόναι, ad Heſ. 1, 1350. i. Suid. 1, 807. m.) in primis cum fit publice et in remp., atque a magiſtratu, i. donativum et congiarium, ſed et a civibus, v. c. exhauſto aerario, Fi. The. Ind., Rs. Or. V. 4. 8. p. 625. i. Dem. p. 347. e. p. ſq. e. 3) emolumentum quodvis, Ind. Polb., tum improprie 1) incrementum, augmentum, (*Zuwachs*, Zunahme, *Wachsthum*,) omnis generis, hominum, rerum, artium, morbi, rel. Ind. Dion. H. S. T. utr. Diod. S. Polb. Xen. Bach. Iſocr. Mor. et Fd. cum Foeſ. Oec. p. 138. b. i., ad Vig. p. 179. a. e. 2) rerum melior conditio et ſtatus Polb. Ind. 3) ſtudium, cura, amor alicuius rei, i. q. ἐπιτήδευσις ſ. ἐπιτήδευμα, Ind. Dion. H. S. T. 2., a v. ἐπιδοῦναι, pro dedere, dedere ſe, ſtudioſum eſſe, cf. ad Vig. l. l. N. 59. e. cum L. Boſ. Ell. p. 101. m. Verum ap. Noſtr. ubique dr. fieri in milites; unde recte Bg. *donativum*, quod proprie in hac re adhibetur et de dono, quod a principe milites accipiunt, variis temporibus, occaſionibus et cauſis, interdum, ut hic, ſub auſpicium imperii; reſpiciente P. ad aliam partem vocabuli, cum donativum interdum datum eſt etiam auctoratis in ipſo tirocinio, ut militaturis, cf. G. Th., ut h. l., a novo imperatore praebitum, pro *auctoramento* (*Handgeld*) haberi poteſt; ſed ut praeſtet Bg. ratio. Tum, ſicut ap. Noſtr. cum hoc ſubſt. eſt alibi epitheton λαμπρὸς, i. q. h. l. μεγαλόφρων, ita et cum eodem gen. habetur χρημάτων, qui h. l. quoque ſuppleatur ad plenam vocabuli notionem, ut ſit donatio pecuniaria, (*eine Verehrung* ſ. *Geſchenk* am *Gelde*,) cf. §. 27. de eadem re, μεγαλόφροσι δωρεαῖς χρημάτων οἰκειωσάμενος τὸ ςρατιωτικὸν, ubi manifeſte δωρεὰ χρημ. per variationem pro noſtro ἐπίδοσις, quae 6, 8, 15. νομὰς καὶ δόσεις μεγίςας ὑπέσχετο, ubi δόσις μεγίςη noſtra eſt μεγαλόφρων ἐπίδοσις, et ſimplex adeo pro compoſ., denique noſtra §. ipſa paulo antea idem dr. per χρήματα δωρησάμενον.

Tum v. οἰκειοῦσθαι, med. ſenſu ap. Noſtr. frequentatum, ex eoque a Stp. Th. aliquoties allatum, poſt Bud. C. 1106, 21., pro facere ſibi aliquem ſuum, familiarem, amicum, ſibi conciliare, ſervante vim med. Bg. et Sb. Ind., etiam P. per aliam formulam, (*ſich* geneigt, *gewogen machen*,) pro Dion. H. οἰκεῖον αὐτῷ ποιῆσαι, it. οἰκείους ἑαυτῷ καθιςάναι, v. Ind. S. T. utr., non reperi per Indd. cum acc. perſ., niſi ap. Dion. Caſ.

„οἰκειόομαι, mihi concilio, 2) paſſive“ nec ap. Poſſ. Call., nec in lib. de V. med., at in L. Ern. modo activum, quod tamen et ipſum ponitur cum acc. rei, v. c. terrae, pro vindicare ſibi aliquid, ſuum facere ac profiteri, cf. Ind. Herodt. et Thuc. cum Abr. Dil., it. ſimul cum dat. perſ., v. c. ut quis dicatur οἰκειοῦν ἑαυτόν τινι, alicui amicum ſe facere, praeſtare, alicui ſe adiungere, cf. Stp. Th., quam rectionem habet quoque medium Noſtri, v. Ind. Luc. et Dem., quo pertineat lex Thomae M. p. 734. m. v. πρέπει, — ὡσαύτως καὶ τὸ οἰκειοῦμαι δοτικῇ πάντοτε, ubi N. ſilent.

I, 5, 3.

Παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν λ.

Haec Hoog. reddit ad Vig. p. 482. N. 6. b. i. „*et* ſane *edictum* eſt *omnibus*, (additis his.) Caeterum τε δὴ vel καὶ δὴ paſſim redditur *igitur* ſ. *itaque*, ut ab Interprete (vetere P.) h. l. — Utraque particula ſuam notionem et vim retinere debet. Et καὶ quidem ſ. τε coniunctio ſuo copulandi fungitur officio: particula vero δὴ non tantum probat ſ. confirmat praecedentia, — ſed etiam, neſcio quid, addit et auget.“

Quae quidem poſtrema τοῦ δὴ vis et emphaſis, ſentienda illa magis, quam explicanda verbisque expromenda, cf. Ind. Fi. The. et Pal., mihi eſt nulla; ut notio altera aiens ſ. confirmans procedit hic quoque per Lat. *ſane* aut *verè*, noſtratium *wirklich*, ut hic fiat vere eventumque habeat, quod Noſter §. 1. dixit, amicis viſum eſſe ac placuiſſe, ab iisque propoſitum eſſe Commodo per conſilium, ſi ei placeret exſequi; unde ſane comprobet Noſter praecedentia. Verum ego non dubito δὴ hic capere pro Lat. *igitur* ſ. *adeo*, reddens totum *denunciatum* que *eſt igitur* ſ. adeo *omnibus*, qua vi particulae illativae ſ. conſecutivae indicatur, quid poſt amicorum illud conſilium producendi ad caſtra militesque Commodi factum ſit atque evenerit. De ea notione, nobis iam ad 1, 3, 5. producta, dubitarunt Hoog. in Op. p. 301. ſqq. et Zeun. ad Vig. p. 487. b. N. 14. e., quanquam iidem ſimiliter per *igitur* vertentes in Op. p. 287. Nr. 1. p. ſq. Nr. 2. et *adeo* p. 289. m., ſed ad Vig. l. l. N. 14. a. e., et Zeun. per Indd. Xen. Cyr. Pol. 'Ανβ. et Mem. S. ibique ad 2, 1, 24. N. e., ut dudum Heſ. 1, 924. m. δὴ, οὖν, explicat, et nobiscum reddunt Dev. p. 109. i. Vig. p. 482. i. Stp. Th. 1, 965. G. m. p. ſq. G. m. L. Ern. et N. T. cum Indd. Xen. Ern. et Mor. Cyr. et 'Ανβ., Fi. Pal. et Hſ. Fab. Aeſ. Et fortaſſis pugna eſt tantum de vocabulo ac nomine, quod iſti particulae ex arte tribuendum ſit, an debeat dici, habere uſum ἐπιδοτικὸν, quem, pro Lat. *etiam* capiendo illam δὴ, et ipſe nego, non item, ut late accipiatur illud ἐπιδοτικὸν, et pro qualicunque *conſecutione*, quae eſt et in addendo, tranſeundo, inferendo, colligendo, argumentando, utque uſum illum ἐπιδοτ. habeam eundem cum *illativo*, it. *concluſivo*, qui ſtatuitur in Op. p. 300., etiam cum *inchoativo*, παρακελευστικῷ et μεταβατικῷ ib. p. 287. m. 289. Nr. 5. 281. ſqq., ubi et δὴ ſubinde per *adeo* redditur; utque denique credam, notionem illam τοῦ δὴ illativam, pro *igitur*, contineri in illa (quae primaria eſt ſumta ib. p. 276. e.) temporis pro νῦν, Lat. *nunc* ſ. *iam*, quae quidem Lat., cum noſtratium inde facto *nun*, non modo de tempore uſurpantur, ſed etiam in conſecutione univerſa, in colligendo et tranſeundo, proque illo *igitur*, cf. de *iam* Hor. Turſ. p. 367. m. VII. 1. et 3.

Iam τε δὴ cum Hoog. capio ſic, ut utraque particula vim obtineat ſuam, reddens primo ſevere *que — igitur* ſ. *et — adeo*, ſed liberius *ita que*, diviſis ſic vocibus, quia *ita* ad ſenſum valere poteſt pro tunc ſ. nunc

ſ. igitur, ut noſtrum *alſo*, proprie etiam de modo dictum, ſed deinde ſenſu illativo et conſecutivo, quanquam hac ratione invertitur ordo notionum Gr., quae res reliqua eſt quoque in P. *itaque*, una voce ſcripto, et in mediam orationem coniecto, ubi ſane pro ſolo *ita* ſ. *igitur* ſumitur, peremto ſenſu copulae *que*, quae olim vim habuit ſuam in enunciationis initio, poſtea vero per negligentiam librariorum et morem ſcribendi omnia ſerie una, tandemque per ſcriptorum uſum modo valuit pro unis illis *ita* ſ. *igitur*, cf. G. Th. et Hor. Turſ. p. 467. m. Unde non fit ſevere ſatis, cum alii illud Gr. τὲ δὴ ſimiliter per ſolum *igitur* reddunt, at tamen ſimul pro mea notione; cum δὴ pro οὖν capiant manifeſto, τὲ prorſus neglecto, nec illam vim illativam habente, ſed cum δὴ mihi reperto etiam ap. Thuc. 275, 64. τὸ ξύμπαν τὲ δὴ λ. *in* ſumma *vero*, (ut Ind.) ap. Dion. H. S. T. 1. 339, 9. *quapropter*, (ed. Rs. 2, 1031. l. 4. *quare*) 610, 41. ταῦτά τε δὴ καὶ πολλὰ ὅμοια λ. haec *alia* que *multa*, (cum ed. Rs. 3, 1894. l. 6. oppreſſis τὲ δὴ,) it. 657, 9. et Ariſt. Nub. v. 60. in Vs. vulg. oppreſſo δὴ, quod ibi ad Dev. p. 109. N. 34. Rsm. vult per Lat. *ibi tum*, me quidem reddente ſic, *natus* eſt *filius* hicce *nobis*, mihi *ſcilicet* et *uxori*, ubi δὴ magis definit et explicat, (ut Lat. *mihi* que *adeo* et *uxori*,) et τὲ non cohaeret cum δὴ, ut nullibi, ſed cum ſq. καὶ, ut noſtro loco pertinet ad pr. v. παρ., quod reſpicit v. ἔδοξε §. 1., ſuper coniuncto τὲ δὴ nihil me praeterea reperiente, (cum Stp. Th. 4, 105. E. e. Append. e Dem. non extiterit in Rs. Ind.) ut tamen comparem non modo καὶ δὴ cum Hoog. ad Vig. (cf. ad 1, 2, 9.) ſed etiam τὲ οὖν, ap. Noſtr. et alios, it. δὲ δὴ, quo de v. Bud. C. 1299, 5. Stp. Th. 1, 965. G. i. Dev. p. 102. e. 109. m., ad Luc. 2, 875. N. 59. Fi. ad Plat. Theaet. p. 139. Ind. Xen. Pol. Z. v. δὴ e. Hoog. Op. p. 268. it. δ᾽ οὖν ib. p. 271., ſive δὲ proprie capias, (ubi et noſtrates habent *aber nun*,) ſive pro τὲ, ut alibi.

Quod autem Reuſm. l. l. comparabat cum Gr. δὴ noſtrum *da*: id per ſe non improbo, cum ex iſto ſermone noſter duxerit plura, illudque *da*, leviter immutatum in vocali, non modo adhibeatur de loco, ſed etiam de tempore, ubi pro Lat. *tum* ſ. *tunc* ponitur, in primis in apodoſi, ſi ſtat ſolum; ut δὴ cum τότε eſt potius Lat. *demum*, pro tandem, quam Lat. *vero*; unde h. l. eſſe poſſit, *denunciatumque* eſt *tunc*, (*und* da *iſt allen angekündiget worden*,) etiam adeo pro νῦν de tempore, Lat. *nunc* ſ. *iam*, (nunmehr, *ietzt*,) quibus affine prius *tunc*; ut ſemper, quamcunque notionem eligas, hic aptum ſit δὴ, et male a Ms. tentetur, ſi vis tamen interceſſerit, nec caſus fortuitus, ut elapſum ſit ſcribae invito.

De v. παραγγ. cf. Bud. C. 103, 7. 845, 52. Stp. Th. (qui notiones ſine cauſa cumulat, commode ad illas in L. Ern. revocandas,) Ind. Thuc. Xen. Ἀνβ. Hell. Pol. et Cyr. it. Diod. S. cum Luc., per variam rectionem, abſolute, it. cum acc. rei, it. cum dat. perſ. et ſimul cum inf., it. tantum cum inf., it. cum praep., et paſſ. de re, ſed Ind. Fi. The. „verbum proprium, quod de imperatoribus atque ducibus adhibetur" ſive ipſis, maximeque, ſive per alios, ap. Lat. vulgo *imperare*, it. *edicere*, (*anſagen*), ſed ſeverius *denunciare*, ut h. l. ap. Intrp. Lat. (ap. G. Th. cum Gr. n. et notione eadem „futurum aliquid nunciare, et cum quadam auctoritate, certe aſſeveratione, praedicere" nobis *ankündigen*, it. *verkündigen*,) cf. Suid. 3, 26. m. ſq. p. ſq. i. 49. i., (quo uti poterat Stp. Th. 1, 22. i.) ἐθελονταὶ παρήγγελλον εἰς τὸν κατάλογον, ſc. ἑαυτοὺς, deferre ſe, i. nomen ſuum, ut noſtratium *ſich* anzeigen, *angeben*.

1, 5, 8.

Ἔχαιρεν οὖν μᾶλλον συστρατιώτην μὲ, ἢ υἱὸν καλῶν.

Super v. χαίρειν cum particip., quomodo explicandum ſit, primo quid praecipit Hoog. ad Vig. p. 313. b. e. „Latini ſolent vel in inf. mutare, vel, mutata verborum ſtructura, per nomen (ſubſt. affine et in verbo latens) efferre, (ſubiectis exemplis cum v. paſſ.) ὁπόθεν χαίρει ὀνομαζόμενος, *unde* gaudet *nominatus*, i. quocunque alio nomine gaudet, ſ. nominari velit, (et v. act.) ὁτιοῦν χαίρεις ὀνομάζειν, ſi *qua* alia *tibi* arridet *appellatio*" ubi v. *arridere* pro placere, cui et ſubſtituas *velle* ac *lubere*, v. c. ſeverius in poſteriori exemplo, *quocunque* igitur *modo* placet, *libet* tibi *nominare*, ſ. *vis*, velis, *nominare*; in quibus Lat. verbis notio eſt ſimul gaudii laetitiaeque, item notio adv. *libenter*, quo de poſtea.

Sed Stp. Th. 4, 339. e. „nonnunquam χ. cum particip. conſtruitur, χαίρω ποιῶν τι, magna *cum* laetitia *facio*, ſ. facere *gaudeo*, ſ. *facere* me *delectat*, ſ. *lubens* facio" ubi v. χ. mutatur tripliciter, 1) in ſubſtantivum affine, idque per abl. cum praep. *cum* laetitia *facio*, (nam a Stp. negligenter additur adi. *magna*, ſicut et licet per abl. nudum, ut in ſuperiore χαίρει ὀνομαζ. nomine *gaudet*,) 2) in infinitivum, ubi verbo Gr. χ. ſubſtituitur Lat. aut privum, *gaudeo*, aut iunctum ſ. phraſis ſyn. *me delectat*, pro quo licet quoque per ſyn. paſſ. privum *delector*, 3) in adi. ſ. adv. affine *lubens*, pro lubenter aut laetus, cf. G. Th. 127, 92., quam rationem per adv. ſequitur h. l. et Bg., dante Stp. l. l., praeter exempla e Lat. ſcriptoribus, eundem Graeciſmum imitantibus, (cf. Hoog. l. l. p. 314. a. m.) alia Gr. cum ſimili Vs., ſed ſine Vs. χαίρω φειδόμενος ex Ariſt. Plut. v. 247., (ubi Kuſt. Ind. gaudeo *parſimonia*, et Eq. v. 1113. per liberrimam Vs. ad latus, pro *libenter* ſinis *te blandiri* ac *decipi*,) tum ex Hom. Ὀδ. μ', 380. (qui locus non huc pertinet, quia participium ἰὼν cum v. χαίρεσκον vulgari modo explicari poteſt per particulam *ſi*, quando, *quoties*, maxime ob adiunctum dat. ſ. abl. ᾗσιν, qui caſus in noſtra formula non ſolennis eſt,) et ex Ἰλ. τ', 185. χαίρω — ἀκούσας, ubi tamen etiam participium per particulam *dum* reſolvi poteſt, ut fit per ſyn. ap. Poſſ. Call. p. 325. m. „χαίρω ἐπαινούμενος, *gaudeo*, cum *laudor*, rel." in cuius loco e Virg. A. 10, 726. de leone, *gaudet* hians *immane* Heyn. ed. ponit comma poſt *gaudet*.

Praeterea ad Herodt. 616, 77. τρόποισι τοιούτοισι χρώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρουσι, *his* moribus *uti* Graeci *gaudent*, Valck. N. 79. reddit, *iſtiusmodi moribus* ſ. *iſthoc* ingenio *ſolent* eſſe *Graeci*, atque adeo χ. per Lat. *ſolere*, et participium per inf., ut v. χ. accipiatur, ſicut ſupra φιλεῖν et ἐρᾶν, it. διατελεῖν, et ſeverius iſta vertantur, *moribus* talibus *uti* Graeci *ſolent*, cf. Caſ. ad Ath. 2, 302. e., contra quem Valck. non vult illa inverti in χαίροντες χρῶνται, tandem eodem tamen redeunte ſenſu.

Tum Geſnerus, qui magiſtri loco eſſe interdum poteſt in ſuis Vss., ap. Luc. ſic noſtram formulam reddit, 1, 337. i. χαίρω τοιγαροῦν ἀνιῶν αὐτοὺς, gaudeo *propterea*, dum *dolore* eos *afficio*, (ich *mache* mir *ein* Vergnügen, *ſie* zu *kränken*,) 2, 17. l. 3. ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινούμενος, ut *ſe* in *talibus* laudari *gaudeat*, it. 3, 121. l. 28. χαίρεις ἐξαπατώμενος, *imponi* tibi *gaudes*, quod ſimile eſt ſuperiori ap. Ariſtoph. ex Equ.

Sed ap. Luc. 3, 662. l. 313. οὐκ ἔρισας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας, *nec* rixa *gaudet* Phoebi *Satyrus Marſyas*, mutato participio in ſubſt. affine, cum verbum χ. habet ſecum negativam, ubi et infinitivus pro participio in Lat. procedit, (cf. Virg. A. 6, 392.) qua de peculiari forma cf. Stp. Th. 4, 390. B. m., ſed ut teneatur, eam reperiri

1) ſine participio et omnino verbo aliquo, ut ap. Ariſt. Plut. v. 64. Equ. v. 825. 235. cum Schol., it. Veſp. v. 186.

2) cum verbo aliquo finiti temporis, ut Ariſt. Ach. v. 562. ἀλλ' οὐδὲ χαίρων ταῦτα τολμήσει λέγειν, per liberam Vs. ad latus, pro *ſed* nec *cum* gaudio *haec* audebit *loqui*, i. non ſine damno et poena, ſ. non impune, ut ap. Luc. 1, 146. l. 53. ἀλλ' οὐ χαίροντες ἄπιτε, *ſed* non *ſine* infortunio *eſtis* hinc *abituri*, it. 3, 660. i. ὡς οὔτι χαιρήσοντες, ὦ δυσδαίμονες, Ἴσην πάθησθε κόλασιν, οἷς δεδράκατε, *nihil* ergo *gaviſuri*, infeliciſſimi, *aequam* ſubite *poenam* veſtris *actibus*, pro ſeverioribus, *igitur* minime *gaviſuri*, o *infelices*, aequam (dignam) *patiamini* poenam *iis*, quae *patraſtis*, ubi verbum adiunctum poſtponitur, ut interdum praeponitur, v. c. ib. 2, 703. l. 15. ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς ἤδη κέκραγεν, ἀλλ' οὔτι χαίρων γε, *a veſpera* inde *ſtatim* clamat: *ſed* certe *non* ſic *auferet*, pro *ſed minime* laetus *ſane* ſ. profecto,

3) cum participio, ut ib. 1, 160. l. 71. οὐ χαιρήσεις οὕτω σκαιὸς ἐκ χρηστοῦ γενόμενος, *tibi* male *erit* ob iſtam *morum converſionem*, qui cum olim *perquam* benignus *fueris* et *comis*, nunc *te* adeo *agreſtem* atque inhumanum *praebeas*; pro *tu vero* non *gaudebis*, (tu vero dolebis, te vero poenitebit, tu vero infelix eris et poenas dabis,) *quod* ita *durus* e *comi* factus *es*, it. 2, 630. l. 1. πλὴν οὐ χαιρήσουσί γε τὰ τοιαῦτα διεξιόντες, verum *non* gaudebunt *impune* ſe *auferre* eiusmodi *diſputationes*, pro *at* non gaudebunt *ſane* ſ. profecto *talibus diſputationibus*, ſ. at dolebunt profecto, talia diſſeruiſſe, cf. ibid. 3, 660. N. 262. In qua formula unum reperi locum ſuperiorem οὐκ ἔρισας ἐχάρη, ſimillimumque Virg. l. l. extra comminationem, quae non cadit in illud tempus praeteritum, ſed in praeſens et maxime in fut., per quae tamen tempora omnia valet eadem explicatio formulae legitima, cum ſit οὐ χαίρειν a) proprie non gaudere, b) uno verbo dolere, lugere, poenitere, c) quia hoc fit in damnis, malis ac poenis, affici damno, malis, poenis, poenas dare, puniri, non impune ferre ſ. abire, it. infelicem eſſe ſ. fieri; cf. ſine negativa Hoog. ad Vig. p. 314. b. i. cum Z., qui et videndus ad Xen. Mem. S. 1, 6, 8., quanquam ibi εὐφραίνονται eſt non cum nudo participio, ſed cum ὡς εὖ πράττοντες, quam particulam ὡς cum participio non tam reddam cum Vs. ed. Th. V. 4. p. 57. *quaſi qui* rebus *utantur proſperis*, quam per ſimplex Lat. *ut*, vel compoſitum *ut qui* ſ. *quippe qui*, et haec ad ſenſum *quia* bene *faciunt*, ſc. τούτων τὶ, quod malim ob ſuperius μηδὲν εὖ πράττειν οὐκ εὐφραίνονται, ut εὖ πρ. pro *feliciter gerere*, ad hanc ſententiam, delectantur, utpote bono ſucceſſu utentes, ſ. quia res et rerum exſecutio bene feliciterque procedit; ut et ib. comparo οἱ μὲν οἰόμενοι et οἱ δὲ ἡγούμενοι, it. καλῶς προχωρεῖν et εὖ πράττειν, ſicut ipſe Xen. plane omittere potuit membrum ὡς ε. πρ., adiectum, credo, modo ob multa interiecta poſt καλ. προχ. ἑαυτ.

Tum, ut ad formulam verbi χ. cum negat. comparo Hom. Ὀδ. μ', 88. οὐδέ κε τίς μιν γηθήσειεν ἰδὼν, Cl. *neque* quisquam *ipſam* laetaretur *conſpicatus*, ubi Lat. *gaudere* propius, e Gr. illo haud dubie ortum, et participium reſolvetur quoque per *ſi* ſ. quum: ſic nunc adiicio exempla, quae noſtrae formulae ap. Noſtr. ſunt conſentanea, Atticae illius, ut Kuſt. Ind. Ariſt. cenſebat, et antiquiſſimae, cf.

I) ap. poëtas, Heſ. ἔργ. Vs. 55. χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας, gaudes *ignem* furatus, *quod* que *animum* meum *deceperis*, participio ſemel ſervato, ſemel per cauſalem reſoluto, quae ratio utrinque procedebat, *gaudes*, quod *furatus es* — et *decepiſti*, aut potius acc.

cum inf., *gaudes*, te *furatum eſſe*, rel., tum alius poëtae ap. D'Orv. Ch. p. 758. m. χαίρουσιν — ἐόντες, ſine Vs., ubi participium reſolvas per *ſi*, aut per adv. *libenter* verbum χ., quod cum ſyn. γήθειν, etc. de aſtris ille ait eſſe i. q. pollere, vim habere praecipuam ac maiorem, ſed non addita cauſa, unde illa notio veniat, quae videtur eſſe e tropo metonymiae et antecedenti, cum gaudeat, qui bene ſe habet et felix eſt, i. viribus integer et inſtructus, quas adeo exſerere poteſt atque declarare; quanquam etiam aſtra et planetae dicentur laetari in ſuis ſedibus, de diſciplina veterum ſuperſtitioſa, cum libenter ibi ſunt, qua de notione verbi e prioribus patet, ſicut utraque valet in his ap. G. Th. 788, 54. „*myrrha* gaudet *raſtris*, i. melius provenit circumfoſſa" at ſine explic. 19, 13 ſqq. frumenta omnia *maxime* laetantur *patenti campo*, — laetantur *beneficio* incendii *loca* ſterilia, — *laetatur* vitis *tepore*; patetque res etiam ex illa ſalutatione χαίρειν et χαῖρε, cui reſpondet Lat. *valere*,

II) ap. proſaicos, Dem. 1014, 14. ſine Ind. τουτονὶ Βοιωτὸν, ἢ Μαντίθεον, ἢ ὅτι ποτ᾽ ἄλλο χαίρει προσαγορευόμενος, ut ſupra ap. Hoog. e Plat., *quidquid* tandem *aliud* ſ. *quocunque* tandem *modo alio* vult *appellari*, (*was* ſ. *wie* er *nur* immer *anders* ſ. *ſonſt* will *benennet ſeyn*,) Aeſch. Or. Rs. V. 3. p. 627. e. ἔχαιρε κολακευόμενος, ut ſupra ap. Ariſtoph. Eq. v. 1113., nullibi per Ind. converſum, ſed a Z. ad Vig. p. 314. a. m. *gaviſus* eſt *adulatione*, et Aeſch. Socr. 2, 33. e. p. 28. e. μοὶ δοκεῖς σὺ — οὕτως ἐμοῦ χαίρειν ἀκροώμενος, ὥσπερ τῶν ῥαψωδῶν, quem locum, non redditum ab Ind., verterim, *mihi* videris tu *ſic* gaudere *me* audito, *ut* rhapſodis *auditis*, ſ. ſic me libenter audire, ut rhapſodos, propr. in med. pro act. *me audiens*, ſ. *ſi* me *audis*.

III) ap. Heſ. 2, 1536. i. χαιρέτω ληρῶν, ἐρυθριάτω, ſine N., quod interpretor, *valeat* ſ. abeat *cum* nugis *ſuis*, ſ. *valeat nugator*, abeat hinc, non ſit moleſtus mihi, deſinat nugari, nolo audire nugatorem et nugas eius, et, quia loquitur meras nugas, res inanes, falſas, *erubeſcat* iis nugis, pudeatque eum illarum; ubi adeo tum verbum χ. cum particip. habet alium, quam in ſuperioribus, ſenſum, quo de aliunde ſatis conſtat, tum participium extulimus paulo aliter, quam ſupra, fortaſſis et reſolvendum per copulam, *abeat* et *nugetur*, quantum velit, ut nos habemus, *geb* und *rede*, was *du willſt*.

IV) ap. Noſtrum vero tria exempla, ſed diverſi generis, a) ubi ſimplex enunciatio, 4, 11, 5. χαίρουσι τοιαύτην τινὰ ὄρχησιν κινούμενοι, ubi Bg. e P. *delectantur* eiusmodi *ſaltationibus*, oppreſſo tum pron. τινὰ, tum participio κιν., forte, quod non habent Latini phraſin ſimilem illi Gr. κινεῖσθαι ὄρχησιν, movere *ſaltationem*, aut *moveri*, movere ſe *quoad* ſaltum, *ſaltatione*, ſed potius *choreas ducere*, it. *choreas exercere*, cf. G. Th., pro quibus non verear dicere *choream ciere*, pro ſaltationem inſtituere, ſaltatione uti; unde h. l. fuerit, *libenter* talem *quandam* choream *cient* ſ. *ducunt*, it. *ſolent* talem *aliquam* choream *ducere*, b) duo reliqua, ſimilia ſibi in hoc, quod habent enunciationem compoſitam ex μᾶλλον — ἢ et duplici attributo, quorum locorum primus eſt, ſuper quo hic ſcribimus, a Latt. et Vern. unanimiter converſus, *libentius* commilitonem *me*, *quam* filium *vocabat*, reddito v. χ. per adv., unde participium abiit in verbum finiti modi, ſed alter de Caracalla 4, 1, 11. συστρατιώτης ὑπ᾽ αὐτῶν μᾶλλον, ἢ βασιλεὺς καλούμενος χαίρειν προσεποιεῖτο, ubi, ut ſupra ap. Luc., participium alium, quam in priori exemplo, locum obtinet, ibi poſtpoſitum, hic praemiſſum, ubi P. negligenter verſatur, ſed Bg. ſeverius, *ſi* commilito *ab* ipſis *potius*, quam *imperator* vocaretur, *delectari* ſe *ſimulabat*, ſervato verbo χ. per ſyn. Lat. paſſ., ſed participio re-

ſoluto per particulam conditionalem vel temporis, pro *quando*, verum ut diverſa ratione utatur in μᾶλλον — ἢ, noſtro loco copulans μαλ. ſtatim cum v. χ., quod quippe, per ſe mutatum in adv. *libenter*, accedente μαλ., Lat. *magis*, comparativum facit et illud *libentius*, contra in altero loco μᾶλλον non regens cum v. χ., ſed cum ſubſt. συςρ. aut cum v. καλ. ſecus faciente P. in his „commilitonem, *quam* principem *vocari* ſe *malle*" per orationem infinitam, hiſtoricorum Lat. more, pro *maluit*, et μαλ. iuncto cum v. χ., cum ſumſiſſet hoc pro velle, ut ex *magis velle* fieret *malle*, retinente hoc Stp. Th. 3, 1076. D. m., cf. ſine Ind. Xen. Ag. 11, 9. ἐπαινούμενος γοῦν ἔχαιρε μᾶλλον, ἢ χρήματα κτώμενος, ed. Th. V. 2. p. 521. m. ſi *laudaretur*, magis *gaudebat*, quam *ſi* opes *adquiſiviſſet*, ſed ib.-§. 5. ſimplici in enunciatione ἐπαινούμενος ἔχαιρε λ. *ſi* laudaretur — *gaudebat* rel.

Atque hic quidem videtur commodiſſimum dicere de diſtinctione in noſtro loco poſt μᾶλλον, ubi facientes comma edd. cum Ms. innuerint idem illud, μαλ. potius cum v. χ. copulandum eſſe, quam cum ſubſt. ςρατ., ad quod ſi referatur, ut in Noſtri loco altero, ibi tum comma ſit potius poſt οὖν ſtatim locandum, nobis quidem probantibus cum Bg. hoc, ut neque poſt οὖν, neque poſt μαλ. comma fiat, quoniam adv. *libentius* a ſuo verbo nequit divelli commate, ut et, ſi reddatur v. χ. per Lat. *ſolere*, ubi μαλ. trahi oporteat ad ſq. ſubſt., et per ſe exprimi Lat. *magis* ſ. *potius*; ſicut in ſevera interpretatione, *gaudebat* ſ. *delectabatur* vocare *me*, ambiguum quidem μαλ. fuerit, trahendum ad v. χ., aut ad v. καλ., aut ad ſubſt., ſed comma in Lat. Vs. nullum valet, quanquam in Vern. poſt *gaudere* et ſyn. ſolenne; propter quam ambiguitatem aliquam nec h. l. uſurus ſim ratione vertendi illa ſeveriore; qui nec in noſtra formula reperi comma intra v. χ. et participium, niſi ap. Luc. l. l. 2, 630. l. 1., ubi editum erat πλὴν οὐ χαίρουσί γε, τὰ τοιαῦτα διεξιόντες, quod comma procedit tamen, ubi participium reſolvitur per particulam aliquam, v. c. *ſi*, in primis, cum participium habebit quaedam adiuncta, ut ibi, ut enunciationem ſingularem accipias, non item commode, ubi participium eſt ſolitarium, ut in exemplis ſupra ap. Poſſel., quanquam ſunt, qui et tum interiiciant comma, cf. ad 1, 1, 1. m.

Caeterum et hic, velut in tabula, conſpiciatur ſimul diſputatio omnis ſuperior, ut teneamus, verbum χαίρειν cum participio alterius verbi, ſive activae, ſ. paſſ. formae, reddi

1) ſevere, ſervato participio, Latiniſque verbis ſimplicibus, gaudere, laetari, delectari, oblectari, quanquam haec omnia non reperiuntur in G. Th. et Indd. Lat. cum particip., et ſuperius ap. Poſſel. e Virg. eſt ambiguum,
2) vicinius, mutato participio in infinitivum, ubi et Lat. phraſis, *ſe delectare*, *oblectare*, pro privo v. obtinet,
3) libere, verbo χ. expreſſo iisdem Lat., ſed a) participio reſoluto per particulam *ſi*, dum, *quod* et ſyn. b) participio mutato in cognatum ſubſt. rei, ſeu perſ. in alio ſenſu verbi χ. ap. Heſych. χαιρέτω ληρῶν, Nr. III.
4) liberius, verbo χ. reddito per Lat. ſyn. lubere, placere, (arridere,) ſolere, velle, it. cum μᾶλλον per Lat. *malle*, ſed per haec omnia participio mutato in infinitivum,
5) liberrime, mutato v. χ. a) in adverbium, *libenter*, et cum μᾶλλον in adv. comparativi gradus *libentius*, b) in participium ſ. adiectivum *libens*, it. *laetus*, ſed tamen eodem adverbii ſenſu, c) in

ſubſtantivum affine una cum praep., *cum gaudio*, cum laetitia, cum oblectatione; quae formula et ipſa valet pro adv., per quae omnia participium mutatur in verbum temporis finiti.

Sicut alia ratio, ubi verbum χ. eſt in participio expreſſum cum alio verbo finiti temporis ſimul, requirit quoque, ut χ. mutetur in adverbium. Sed ubi negativa praemittitur verbo χ., poſito vel in participio, vel in finito modo, adhiberi poſſunt et aliae rationes vertendi.

Denique ſubſtantivum συστρ., a Stp. Th. tantum e Noſtro laudatum, v. abſolute poſitum, ut hic, ap. Rs. Or. V. 7. Iſ. et Ael. V. h., ſed cum gen. perſ. ap. Luc. 1, 426. l. 87. συστρ. τῶν Ἀχαιῶν, commilito *Achivorum*, it. cum alio ſubſt. per appoſitionem ib. 448. l. 40. ἄνδρα συστρατιώτην καὶ ἑταῖρον, *commilitonem* et *ſodalem*, (ἄνδρα oppreſſo,) ſed tropico ſenſu in L. N. T., ubi et cum gen. perſ., ut ſaepe ap. Poll., ſed nunquam reprehenſum aut allatum ab iis, qui de compoſitis e σὺν talibus ſubſt. agunt, cf. Thom. M. p. 207. 649. i. 728. Moer. p. 273. Herodi. Gr. p. 475., ad Luc. 3, 562. N. 78. D'Orv. Ch. p. 272. e. 382. m. 523. m. 674. m. vs. 4. et 704. m., e quo genere Noſter adhibuit modo haec praeterea, σύμβουλος, σύμμαχος, συμφοιτητής, σύνεδρος, συνωμότης et σύσκηνος, h. l. *nennte* mich *daher* lieber *Mitſoldat*, als *Sohn*, quod fecerit Marcus maxime in orationibus ad exercitum, (uſus fortaſſis compellatione univerſa *commilitones*, nec filium ſeparatim appellans, v. c. mi fili et vos commilitones,) ſive etiam, ſi res ita ferret, ut, praeſentibus quibusdam militibus, filio aliquid diceret et imperaret, non appellans filium, ſed commilitonem.

1, 5, 8. e.

Τὴν μὲν γὰρ προσηγορίαν ἡγεῖτο φύσεως, τὴν δ' ἀρετῆς κοινωνίαν.

Malim κοινωνίας. *Reisk.* Aliter diſtinguenda eſſe haec verba exiſtimo, ut comma poſt προσηγ. ponatur, ad quod ſequens τὴν δ' refero, ſicut κοινωνίαν ad utrumque genitivum, eo ſenſu, hanc appellationem ſignificare, ſe natura, illam vero ſe virtute coniunctos eſſe. *Stroth.*

Eundem ſenſum efficias etiam ſine commate iſto, quod non videtur commodum in oratione Noſtri obliqua, quia, commate poſt προσηγ. ſuſcepto, aliud quoque poſt ἡγ. inducendum ſit, unde tria commata ſtent in vicinia, et duo poſt ſingulas voces ἡγ. et φυσ., quae diſtinctionum frequentia verear, ut omnibus placeat. Illud apparet, in v. ἡγ. iterum deeſſe inf. εἶναι, ut 1, 2, 4., quo aſſumto, e lectione vulg. rectio verborum eſt, τὴν μ. γ. πρ. ἡγ. εἶναι κοινωνίαν φυσ., τὴν δ' (προσηγορίαν εἶναι κοινωνίαν) ἀρετῆς, ſ. ἡγ. γὰρ, τὴν μ. πρ. εἶναι κοινωνίαν φυσ., τὴν δ' (προσηγορίαν εἶναι κοινωνίαν) ἀρετῆς, ut ſane et ipſe refero acc. κοιν. ad utr. ſubſt. et gen. φ. et ἀρ., et in relatis ad ſe τὴν μὲν et τὴν δὲ, valentibus pro pronomine demonſtr. in notione diſtinguendi, pro Lat. *hanc quidem* et *illam vero*, prius τὴν μ. π. pertinet ad propius υἱὸν, ſed poſterius τὴν δὲ πρ. ad remotius συστρ., cum lectio Ms. Ba. ſit inſulſa, nec digna, quae amplius memoretur. Unde totius enunciationis ſenſus fuerit, putabat, hanc filii appellationem eſſe communionem naturae, ſed illam commilitonis eſſe communionem virtutis; ubi ſane et ipſe capio v. *eſſe* et εἶναι aſſumtum pro Strothi *ſignificare*, quia et alibi hac notione ponitur, et *nomen* filii *ſignificat* communionem *naturae*, pro indicat, alicui eſſe communem cum altero naturam, aliquem habere eandem, quam alter, naturam, i. non tam easdem animi ac corporis dotes et proprietates, quam potius idem genus, ortum, natales, ſ. indicat,

aliquem cum altero coniunctum eſſe nativitate, genere, ortu, natalibus, i. ſic, ut ab altero genitus ſit et ortus, in quam notionem, tacente in φυσ. Stp. Th., v. L. N. T. Krb. p. 724. e. Nr. 3., ubi recte affertur Heſ. 2, 1532. i. φύσις, γένος, ſine N., cf. Soph. Ai. v. 1276. οὐ, μαθὼν, ὃς εἶ φύσιν, pro κατὰ φ., quoad *genus* ſ. *ortum*, et hinc per ſyn. abl. in Vss. Iohnſ. *non*, *cum noris*, *qualis* es *genere*, Hoer. *quis* genere *ſis*, ſed Scal. ad ſenſum, *non*, *tuorum* conſcius *natalium*, it. v. 1318., quae ſunt eadem cum illo v. 1315. τοιῶδ' ὀνειδίζεις σπορὰν, mihi *tali* exprobras *genus*, (proprie *ſatum*, cf. G. Th. eodem ſenſu,) ubi et Schol. φύσει δὲ ἐπὶ γένους λέγεται κυρίως λ., it. Iſocr. Ev. Wolf. 280, 25. περὶ τῆς φύσεως τῆς Εὐαγόρου καὶ τίνων ἦν ἀπόγονος, de *ortu* atque *natalibus*, cum Annot. 579, 17., ubi fluctuat, non videns, vocabuli τῆς φ. mox aliquam ſubiici explicationem, et poſtea l. 34. diſerte ſequi γένος, quo ducere debuit vel ipſa laudandi ap. veteres ratio ac diſciplina, ubi ſemper prima pars eſt de natalibus ac genere, ad quod et infra in epilogo redit orator 297, 14., ubi deinde indoles animusque diſtinguitur, ut 282, 44. ſqq., quibus in locis intelligenter verſatur Ind. Find., etiam in N. p. 8., tum ap. eundem in Pan. Mor. p. 35. §. 13. e. μᾶλλον Ἕλληνας καλεῖσθαι τοὺς τῆς παιδεύσεως τῆς ἡμετέρας, ἢ τοὺς τῆς κοινῆς φύσεως μετασχόντας, ubi praecedit τοῦ γένους, et Vs. W. male habet 73, 5. ſqq., ſed Annot. 327. e. ſq. plane tacent, at Ind. Xen. Pol. Z. „ὄντες τοῦ δήμου φύσιν, *e* plebe *oriundi*, plebeii *natura*" in poſtr. fere cum ed. Th. V. 2. p. 586., ſed prius in N. etiam ſolum magis perſpicue poſitum cum vera cauſa ob ſq., ſevere exponendum, ut ante ap. Soph., *quum ſint e plebe* quoad *ortum* ſ. *genus*, per conſtructionem ſolennem v. εἶναι cum gen. perſ., ubi *quis* dr. *eſſe plebis*, h. e. e plebe.

Quam quidem notionem ſubſt. φυσ. pro *genus*, nobis *Geſchlecht*, ſ. *nativitas* et *ortus*, noſtratium *Geburt*, hic neceſſariam puto, quia illa P. cum Bg. notio, etſi per ſe vera eſt, (cum filii nomen declarat, aliquem eſſe participem cum patre eiusdem eſſentiae, et fere earundem animi corporisque dotum,) tamen primo non ſatis pertinet ad rem praeſentem, deinde quia animi dotes, ſi in primis cogitentur, non videntur ſatis diverſae eſſe a ſq. parte, (qua nomen commilitonis communionem virtutis indicare dicitur, atque oſtendere, aliquam cum altero communem habere virtutem militarem, eſſe aliquem aeque fortem militem, pari fortitudine militare ac pugnare,) denique quia animi bona et virtus, ſive illa communis aliorum, ſive militibus propria, non ſolent ab oratoribus componi, ſed potius animi bona et fortunae bona, in quibus cenſetur genus et natales, cf. 5, 1, 11. ſq. Unde filii nomen deterius eſt minusque, quam commilitonis, quia illud reſpicit modo bonum externum ac fortunae donum, h. e. genus, in quo per ſe nulla eſt honeſtas et laus, cum contra appellatio commilitonis contineat virtutis formam aliquam, in qua virtute eſt honeſtatis ſedes, veraeque laudis ac gloriae materia. Merito igitur, inquit Commodus, pater commilitonis nomen praetulit, eoque libentius uſus eſt.

Sed ut Lat. *natura* non memini hoc ſenſu, ut ſit de vinculo ac ſerie dictum, qua quis ab altero natus eſt, ad eumque et eius familiam pertinet, niſi huc referantur quaedam e G. Th. Nr. 8.: ſic tamen Lat. *virtus* ſimiliter arctiori ſenſu et de bellica militarique virtute ſaepe dr., cf. de Gr. ἀρ. Stp. Th., (qui adeo principem hanc notionem facit cum Hſ. Ind. Plut., non item L. Ern.) Krb. Plut. Harl. Dem. pro Cor. p. 157. N. 89. cum Chr. Gr. P. p. 5. vs. 5. Ind. Iſocr. Ev. Fd. Xen. Mor. Ἀνβ.,

ſed Z. Pol. et Cyr. it. Ael. V. h., tum ad Thuc. 202, 62. τῶν Ἑλλήνων τινὰ ἀρετὴν, *fortitudinem*, Schol. ἀνδρείαν, tenente G. Th. noſtrum Gr. κοιν. modo in Lat. Pol., quo caret Stp. Th., non item L. Ern. et N. T.

Reiskii autem res et emendatio poteſt accipi dupliciter, vel eodem modo, quo nos cum Strotho facimus, ut κοινωνίας pertineat ſimul ad utr. ſubſt. φ. et ἀρ. ſic, τὴν μ. γ. πρ. ἡγ. (εἶναι) κοινωνίας φύσεως, τὴν δ' (προσηγορίαν εἶναι κοινωνίας) ἀρετῆς, vel aliter, ut κοινωνίας tantum ad ſubſt. ἀρ. referatur per hanc rectionem, τὴν μ. γ. πρ. ἡγ. (εἶναι) φύσεως, τὴν δ' (προσηγορίαν ἡγ. εἶναι) κοινωνίας ἀρετῆς, ubi gen. ille novus tum lapſu ſcribae ſolenni in ς et ν tolerari poſſit, tum quia et alibi ap. Noſtr. concurrunt tales genitivi duplices, qui porro habent non abſurdam rectionem v. εἶναι cum gen. rei, ut in Lat. *eſſe*, cf. G. Th. 641, 34. ſqq. Stp. Th. 1, 1130. B. m. ſqq., ut cum gen. perſ. Bud. C. 108, 10. ſqq. et ad Vig. p. 234. ſq. Nr. 12., ut, de noſtra quidem ſententia, utriusque ſermonis illud verbum cum rei gen. valeat 1) i. q. Lat. *referri*, ſ. *pertinere ad*, et tropo remoto, i. q. oſtendi, declarari, cogitari, v. c. filii nomen putabat referri ad communionem generis, ſed nomen commilitonis ad communionem virtutis, ſ. in filii nomine indicari, cogitari communionem generis, at in commilitonis communionem virtutis, 2) in eadem formula interdum extrinſecus ſumatur ſubſt. aliquod, nominatim pars, genus, ſpecies, it. ſignum ſ. indicium, ut cum dicimus *eſſe* virtutis *hoc*, *ut* rel., quod deinde redit iterum ad ſyn. formulam, v. c. virtutem hoc ſignificat, indicat, prodit, rel., unde h. l. fuerit quoque, filii nomen putabat ſignificare communionem generis, etc. 3) eadem formula reddi poſſit interdum per Lat. requirere, deſiderare, continere, v. c. *hoc* eſt *artis*, i. deſiderat, habet in ſe artem; unde h. l. nomen filii putabat continere communionem generis, quod ipſum, tropo remoto, redeat ad prius *indicare* ſ. *cogitari*, 4) in eadem formula queat genitivus mutari in nominativum, v. c. *hoc* eſt *artis*, i. hoc ſ. haec eſt ars, quod deinde, pro ſerie orationis intelligitur proprie ſ. improprie, ubi eſt i. q. prius *ſignificat*, continet, *requirit* rel.; unde h. l. *nomen filii* putabat *eſſe* communionis *generis*, i. q. eſſe communionem generis, atque adeo indicare et ſignificare communionem generis, etc. Ita ſemper coniectura Reisk. ab ea parte, ſi κοινωνίας referas ad utr. gen. φ. et ἀρ., non eſt neceſſaria, cum e vulg. lectione oriatur idem ſenſus. Si vero Rs. κοινωνίας pertineat tantum ad poſteriorem ἀρ. genitivum: tum membra fient inaequalia, tum ſenſus laborabit, quia *nomen* filii *putabat* eſſe *generis* poteſt ſane reddi, *nomen* filii *putabat* ſignificare *genus*, ſed non commode, *nomen* filii *putabat* ſignificare *communionem generis*; ut nec apparet cauſa, cur Noſter ſic uni tantum nomini tribuat *communionem*.

1, 5, 9.

Φέρων — μὴ πολλάκις — ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείρισε πίστεσι.

Super φέρων participio cum verbi alius tempore finito ſcripturus et ego hodie quidem, ac poſt tot tantosque viros, ut brevis ſim, primo indicabo eos, qui ſuper illa formula egerint, non vero, quomodo eam intellexerint ac verterint, Bud. C. 543, 13. 579, 8. Stp. Th. 4, 82. B. Ind. Ael. V. h. cum N. ad 8, 14. p. 554. ſq., ad Luc. 1, 349. N. 54. a. m. 680. N. 33. 699. N. 2. D'Orv. Ch. p. 520. m. Weſſ. ad Diod. S. 2, 586. N. 91. Ern. L. v. Nr. 7., ad Hom. hymn. in Merc. V. 5. p. 36. v. 63. cum Ind. v. φ. it. Polb. cum Rsk. ad eundem p. 12. m. et Or. V. 4. p. 1205. m. cum N. V. 3. p. 242. 474. N. 32. cum Vig. p. 343. cum N. 99. Hoog. et Z.

p. ſq., it. Hſ. Plut. Ind. cum N. p. 40. e. 59. e. it. Toup. ad Suid. P. 1. p. 30.

Tum divido rem et diſcerno loca, in quibus participium φ. vim habere queat ſuam propriam et phyſicam, ab aliis locis, ubi ea non procedat, ſed φ. per tropum ſit capiendum. Quod diſcrimen facile, opinor, deprehendetur e locis ſcriptorum ſingulis et e contextu orationis, oſtendetque cum res ipſa, qua de ſermo eſt, an phyſice poſſit *ferri*, deferri, *portari*, tum adiectum finiti temporis verbum, aut tota phraſis.

Ubi itaque φ. proprie ac phyſice valebit: ibi tum a) ſevere quidem Latine etiam participium exprimetur, ſed b) libere ac perſpicuitatis ergo reſolvetur participium Gr. de more per copulam aliquam *et* ſ. *ac*, ſic tamen, ut, cum forte φ. poſtpoſitum fuerit verbo finito, in verſione praeponatur, c) liberius φ. praeſentis temporis, pro praeterito ἐνεγκὼν ſumtum, mutabitur in formam paſſ., v. c. *delatus*; qui poſtremus tamen modus tantum proderit Latine reddentibus, et in ſenſu exponendo ſemper revocandus erit ad priorem ſolutionem per copulam; ſicut in hac phyſica iſtius φ. notione liberum erit, quod verbum Latine ad reddendum adhibeas, ſive *ferre*, quod exacte reſpondet Gr., ſive alia ſyn. ſimplicia, ſive adeo compoſita, ut ſenſus iuvetur magis.

In exemplis talibus digerere placet verba, quibuscum φ. incedit, per claſſes certas. Igitur eſt φ. cum verbis, notionem habentibus

1) dandi, Hom. Ἰλ. ί, 331. φέρων — δόσκον, v. Ern. Ind. et Rsk. ad Polb. l. l. it. Ὀδ. ϱ́, 345. δὸς — φέρων, v. ad Vig. p. 344. a. e. it. φέρων ἀπέδωκα Alciphr. 3, 3. p. 280. e.

2) iaciendi Luc. 2, 908. l. 30. πῦρ — φέρων — ἐμβάλοι ἐς λ. (ubi Gs. opprimit φ.) it. 1, 699. l. 2. σὲ — ἀποῤῥίψῃ φέρων, it. Hom. Ὀδ. ϱ́, 91. χέρνιβα — ἐπέχευε φέρουσα,

3) ponendi θῆκε — φέρων Hom. Ἰλ. ψ́, 886. Ὀδ. ύ, 97. cf. ad Vig. p. 344. a. e. it. κατέθηκε — φέρων Hom. h. in Merc. v. 63. Ὀδ. ϱ́, 333. et v. 94. σῖτον — παρέθηκε φέρουσα,

4) ſtatuendi ſ. collocandi, quae, quanquam fortaſſis ad pr. referas, tamen ſeparatim damus, quia tenent aliud v. Gr., Hom. Ὀδ. ά, 127. ἔγχος — ἔστησε φέρων, cf. ad Vig. p. 344. i. it. ϱ́, 29. cum Ind. Ern.

5) veniendi, ap. Valck. ad Eur. Ph. p. 92. a. e. ἵξεται φέρων, it. ἥκω — φέρων, it. φέρων ἥκω, ubi Schol. ſervat et εἰδῇς recte per ἀκούσῃς, quia miſcentur ſenſuum verba, (aliter reddente Kypk. N. T. 2, 398. e. v. φ. tunc, et pro annunciare, ut ſane ap. Eur. Ph. v. 1082. diſerte ſequitur ἥκεις — ἀγγέλλων, ſed ut nihil inde efficiatur,) add. Call. Di. v. 147. φέρουσα νεῖαι — ἔδεσμα, afferens *venias*, it. in L. Pall. v. 7. φέρουσα — ἦνθ' λ., Heſ. Θεογ. v. 481., ad Ael. V. h. p. 555. b. i. Rs. Or. Ind. Iſ. V. 7. p. 594. m., quo et referam verba *eundi*, ut ap. Valck. l. l. b. m. ᾔει φέρων, ubi et nos habemus *er gieng* und *trug*, rel.

Sed in tropico participii φέρων ſenſu, ubi (praeter illos, qui redundantiam et ornatum inanem ſtatuunt) fere omnes reddunt vel a) per adv. aliquod, vel b) per formulam, adverbio parem, ut per abl. aut nudum, aut inſtructum aliqua praepoſitione, omnia mihi quidem videntur repetenda e notione v. φέρειν ea, qua adhibetur de impetu, vi ac feſtinatione, et ubi eſt pro ferre cum impetu, vi et feſtinatione, ſ. ferre violenter, feſtinanter, celeriter, it. pro rapere et abripere, cf. Ern. ad Hom. Ἰλ. ά, 405. it. de animo pro inclinare, cupere, velle aut univerſe, aut vehementer; in qua notione ineſt, cum φέρων vertunt praeterea 1) prompte, 2) cupide 3) ultro ſ. ſponte, quibus affine 4) pron. ipſe, 5) data ope-

ra ſ. dedita opera, quae cum noſtris *mit Fleiß* et *gefliſſentlich* ſunt i. q. cum propoſito ac voluntate, et i. q. pr. cupide, 6) libenter, i. cum voluptate, quia, quae facimus ſic, eadem cum voluntate, ſtudio, celeriter, ultro, ſponte facimus, aut etiam contra, quia, quae cum propenſione fiunt, eadem quoque libenter fiunt, 7) *temere*, credo e notione v. φ., qua habet impetum et feſtinationem, in quibus fere eſt hoc, ut ſine cogitatione, conſilio, conſideratione et deliberatione agamus, nec certa ratione idoneaque; qua notione tamen forte non opus eſt, ut nec 8) pro *contra* ſ. e contrario; quia in locis, ubi has notiones ſumunt quidam, etiam reliquarum una procedit, quae cum principi notione v. φ. magis conveniunt, a qua notione vix ducetur illa pro *contra*, niſi ſumas, φ. eſſe aut eſſe poſſe i. q. transverſum rapere, i. in aliam partem, quod fieri ſane poteſt, ſi quid cum vi et impetu fit, fertur, aufertur, rapitur.

Huius autem participii φ. tropico ſenſu genus cum non ſit unum, ſed ponatur cum de perſ., tum de re, et vel abſolute, vel cum adiuncto quodam, it. ſic, ut alterum verbum habeat accuſativum aliquem vel minus, isque ipſe acc. varius ſit, ac vel pronominis perſ. ſ. poſſeſſ., vel ſubſtantivi, it. perſonae aut rei: etiam hic per claſſes eundo, ponimus primo φέρων cum pron. ἑαυτὸν, ubi adiunguntur verba

1) dandi, Char. 7, 2. p. 116. l. 4. φέροντες — ἑαυτοὺς δίδομέν σοι φίλους πιςοὺς, Vs. Rs. p. 135. l. 18. ultro — *nos* damus *tibi fideles amicos*; quo refero etiam affinia verba a) dedendi, tradendi, adiungendi, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν φέρων τῇ χείρονι τῶν ὁδῶν ad Luc. 1, 350. a., et, praeter locum e Suid. 3, 292. e., etiam ib. m., it. τῷ κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν Bud. C. 543, 16. it. ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν αὐτῷ φέροντες Ael. V. h. 6, 1. p. 444. e. (ubi in Vs. omittendum erat *offerentes*, cf. Ind.) it. Plut. Hſ. p. 41. N. 2 it. φέρων — τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτὸν ad Luc. 1, 349. b. e. b) inſerendi ſ. ingerendi, σαυτὸν φέρων — παρενέγραψας ib. 1, 350. a. m. c) permittendi, φέρων ἑαυτὸν ἐπιτρέπει τῷ ποιμένι ad Ael. V. h. p. 555. b. i., ad Luc. 1, 349. b. e. 664. l. 64. d) vendendi ib. 1, 680. i. σεαυτὸν φέρων ἀπημπόληκας, Bud. C. 543, 21. cum Ind. Ael. V. h. ubi et ſimul cum acc. rei ᾧ — φέρων αὑτόν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε, cf. ad Luc. 1, 350. a. i.

2) iaciendi, ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ Luc. 3, 348. l. 85. 360. l. 18. ad Ael. V. h. p. 555. a. e. it. Char. 8, 2. ſ. 131, 8. εἰς τὰς ἐκείνου χεῖρας φέροντας αὑτοὺς ἐμβαλεῖν, Rs. Vs. 153, 4. ſponte *dare* nos *in* eius *manus*, it. ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων λ. Rs. Or. V. 4. Ind. ex 66, 26., ad Luc. 1, 349. b. m. ad Vig. p. 344. a. m. it. ἑαυτὸν φέρων — ἔῤῥιψε λ. Ael. V. h. 8, 14. i. cum N. e Suid. 2, 527. i. v. Μελ. e. it. Char. 6, 2. ſ. 100, 15. φέρων — σεαυτὸν — ἔῤῥιψας λ. Rs. Vs. 117, 5. *dedita opera*, quorſum et referas verba mittendi et trudendi ad Luc. 1, 349. b. i. φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκεν, it. ἐκτραχηλίσῃ φέρων ἑαυτὸν, it. φέροντα ἐνσεῖσαι ἑαυτὸν, it. ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων, cf. ad Ael. V. h. p. 555. i. e Suid. 1, 899. m. v. εὐνουχ.

3) ponendi, σοὶ ἐμαυτὸν φέρων ἀναθήσω ap. Toup. ad Suid. P. 1. p. 30. it. ad Luc. 1, 349. b. e. ubi et ὅλος ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἀνέθηκε φέρων εἰς τὴν παιδείαν, it. προσέθετο φέρων ἑαυτὸν, it. ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτὸν, cf. Vig. p. 345. i.

Deinde φέρων et alius quis accuſativus reperitur cum verbis

1) dandi, σὺ τοῦτο προαρπάσας, ἔδωκας φέρων τοῖς Στωϊκοῖς Luc. 1, 778. l. 6. *tu* hoc *praereptum* aliis *ad* Stoicos *detuliſti*, oppreſſo ἔδωκ., it. τὸ βασίλειον ἱεράτευμα φέρων παρέδωκας ad Diod. S. 2, 587. N. 91. e. ubi et σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν — ἡγεμονίαν, cf. D'Orv. Ch. p. 520. e.

ex Heliod. l. 10. p. 494. e. ἣν (feminam) φέροντες ἐνεχείρισαν, quanquam hic locus fortaſſis et phyſice intelligi poteſt, ut quoque ille Diod. S. 2, 586. l. 91. ταύτην ἅπασαν τὴν κατασκευὴν φέρων ἐδωρήσατο τῇ μητρὶ, cf. N. 91., it. ille εὐθὺς ἐχαρίσατο φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον ad Luc. 1, 349. b. e., ubi et ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοὶ, ubi φ. fuerit *celeriter* ſ. *ſtatim*; quo licet referre etiam Luc. 1, 466. l. 82. ἐμοὶ δὲ τούτοισι φέρων ἐνεσκεύασε, λ. *me vero iſtis* omnino *inſtruxit*, quod novum Gs. *omnino* pro φέρων, vix latens in notione ſuperiori verbi φέρειν, mutarim in Lat. *data opera*, i. curioſe, nobis *ſorgfältig*, non probans illa in N. „φ. redundat."

2) iaciendi, τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱοὺς ap. Plut. Hſ. l. l. it. ad Ael. V. h. p. 555. a. m. ad Luc. 1, 349. b. m. et ad Vig. p. 343. e.

3) ponendi, τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις ad Luc. 1, 349. b. m. cum Ind. Rs. Or. V. 4. it. καὶ γῆν καὶ θάλατταν φέρων εἰς τὰς ἐκείνου χεῖρας ἐνέθηκε — ὁ θεὸς, ad Diod. S. 2, 587. N. 91. it. ἀλλὰ καὶ τὸν ἤπιον φέρων ἐπέθηκε τῷ πατρὶ ad Luc. 1, 349. a. e. it. εἰς τοῦτο μετέθηκε τὰ πράγματα φέρων ib. b. m. it. μύθοις οὐρανίοισι φέρων παρέθηκα γελοῖα ib. a. e. it. τούτοις φέροντες τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν προσέθηκαν, cf. Bud. C. 543, 20.

4) ſtatuendi, ἐς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα Rs. Or. V. 4. Ind. Bud. C. 543, 25. Vig. p. 343. cum N. et Hſ. Plut. p. 40. e.

† 5) προσέμιξε φέρων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει Rs. Or. V. 4. Ind. et ad Luc. 1, 349. b. m., Lat. *admovit*, h. l., tropo remoto, intulit, attulit, excitavit, paravit.

Sequuntur loca, ubi φέρων ſine aliquo accuſativo eſt cum verbis

1) eundi, cum finitimis currendi, it. irruendi, ᾠχόμην φέρων Rs. Or. V. 4. Ind. it. θέει φέρων Luc. 1, 133. l. 80. curriculo *domum contendit*, quo de abl. ſubſt. pro adv. alibi dictum, it. φέροντες προσήρεισαν Ind. Polb.

2) ſtatuendi, ἐπέστησα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον Ind. Rs. Or. V. 4. et ad Luc. 1, 349. b. m. quo et referam

† 3) φέρουσα ἐπέγραψεν, data opera *inſcripſit* ad Luc. 1, 680. N. 33. b. i.

De perſona autem φέρων cum adiuncto aliquo habui in his ap. D'Orv. Ch. p. 520. m.

a) ex Heliod. l. 9. p. 440. m. ἀλλὰ μὴ παρὰ τὴν πρώτην ἑκόντι φέροντες αὐτοὺς ἐνεχείρισαν, quae ſic rectius ap. D'Orv. eduntur, quam in ed. Schmid. αὐτοὺς ἐνεχείρησαν, qualem confuſionem v. etiam ap. Xen. Ἀνβ. Z. 3, 2, 8.

b) e Luc. 1, 705. l. 13. ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων ἐς δουλείαν οὕτω περιφανῆ — ἐνῆκε, ſua *ſe* ſponte *in* manifeſtam *adeo* ſervitutem *demiſerit*, ubi non modo Gs. opprimit φ., ſed et Rz. in N. nihil, quam ut iubeat legi, quae ſupra dixerit in hanc rem, non monens adeo, hic eſſe quid praecipuum, φ. ſimul cum adi. ἑκὼν, nec quomodo tum debeat explicari. Nam in ſuperioribus nullum exemplum eiusmodi adfuit. Iam, quia adi. ἑκ. pro adv. ſaepe ponitur: manifeſto hic locus eſt ſimilis priori Heliod., ubi diſertum adv. ἑκόντι cum φ.; quod participium cum ſoleat et ipſum per adv. exponi, et inter alia per Lat. *ſponte*: patet, tum, cum illa ἑκὼν et ἑκόντι concurrant, non poſſe φ. ſic accipi. Hinc facile expedient ſe, qui φ. tum quoque, ut alibi, redundare dicunt. Equidem in tali concurſu interpretor illud φ. per Lat. *volens*, et ἑκὼν per Lat. *libens*, quae per figuram illam ἐκ παραλλήλου iungantur et per aſyndeton, ubi vero copula deinde interiicienda, ut fiat noſtratium *willig* und *gern*; et Lat. *volens*

ac *libens* ſ. volens libensque; etſi neutrum ſic ſimul G. Th. tenet, et modo ſimile quid in v. *ſp.* 534, 100. e Cic. *ſenes autem*, ſicut *ſua ſponte*, nulla *adbibita* vi *conſumtus ignis exſtinguitur*, ubi poſt *ſua ſponte* illud *nulla adb. vi* ſyn. ſequitur explicandi cauſa quodammodo. Alioqui Gr. φ. ibi ceperim pro *ſtatim*, ut ſupra.

At φέρων de re deprehendi cum verbis

I) ſuperiorum notionum,

a) dandi, ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν καὶ βίος φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια ad Luc. 1, 349. b. m.

b) eundi, ἀργύριον — οἴχεται φέρον ib. a.e. ex Dem. 60, 7. ſuper quo, tacente Ind., modo V. 9. p. 56. Wolf. „τὸ φερ. non tam elegante pleonasmo additur, quam celeritatem quandam et impetum ſignificat" et adeo eſt pro adv. celeriter, cito, ſubito.

c) iaciendi, διωκομένη γὰρ (ἡ ναῦς —) ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς, φέρουσα ἐνέβαλε νηὶ φιλίῃ, ad Luc. 1, 349. b. i. ex Herodt. 659, 78. ubi Vs. *in navem* ſociam *impegit*, oppreſſo φ., ſed Weſſ. in N. „adiuvat hic incitandi ac propellendi vim participium φ., alibi eleganter redundans, — Diodor. εἰς ἐμβολὴν φέρουσα, it. ναῦς ἐς ἐμβολὴν φερομένη, de tali impetu" ut ap. Herodt. reddiderim per adv. *impetuoſe*, ſ. ſyn. formula abl. *cum impetu.*

II) propinquis, et a φέρειν primitivo derivatis, ap. Plut. ἡ τύχη, φέρουσα προσήνεγκε, αὐτὸν, τὸν πλοῦτον, cf. N. Heum. et Hſ. p. 59. e., ubi fuerit *ultro*, it. Ariſtid. ὁ λόγος, ὥσπερ ῥεῦμα, φέρων ὑπήνεγκε βίᾳ ap. Bud. C. 579, 5., qui dativum reddebat *vi ſua*, i. per vim ſuam, ſ. pro vi ſua; unde φ. explices per adv. *rapide*, totumque locum ſic, *oratio*, tanquam *flumen*, rapide *me* abſtulit *vi ſua*, (durch *ihre Gewalt* ſ. *Stärke* reiſsend *mit ſich fortgeführt*,) aut ſumetur iterum figura ἐκ παραλλήλου et βίᾳ per adv. etiam, *rapide* abſtulit *violenter*, aut reſolvetur φ. per copulam, *me* rapuit *et* abſtulit *violenter*, (*hat mich* gewaltſam *hingeriſſen* und *fortgeführt*.)

Iam ap. Noſtr. formulae noſtrae loca ſunt tria, primus hic, quem in fronte diſputationis ſcripſimus, ubi φ. eſt cum v. ἐγχειρίζειν, ut ſupra ap. alios, haud dubie tropico ſenſu, pro adv. *ultro* ſ. *ſponte*, vel potius *libenter*, ſtatuente me quippe, φέρειν accipi poſſe ad ſenſum pro ſyn. in prioribus χαίρειν, (quod pro adv. *libenter* ibi demonſtravi,) et ἔχαιρεν et φέρων cum reliquis ſuis adiunctis ſeſe reſpicere, interiecta quaſi per parentheſin enunciatione tota τὴν μὲν — κοινωνίαν, ex hac ſerie, Pater meus vos amavit et veſtram vitam conditionemque militarem. Itaque me libentius commilitonem nominavit, quam filium, et libenter me infantem ſaepe veſtrae fidei commendavit. Noſtra enim ac noſtros ſolemus modo iis committere, quos amamus, quos amicos habemus et credimus. Ex eo igitur, quod pater me iam dudum vobis tradidit, poteſtis eius in vos amorem iudicare atque agnoſcere. — Tamen amorem cum fiducia prodit declaratque hoc etiam, ſi quis filium alicui tradit *ultro* ac ſua ſponte, i. non coactus, non rogatus, ſed ſua voluntate et propenſione. Politianus vero cum Vern. intellexit φ. proprie ac phyſice, (quae res nec hodie ſine omni uſu et exemplo eſt in prole vel recens nata, vel adultiore etiam, quo tempore liberi manu ducuntur, quod et ipſum φέρειν Graeci dicunt,) fortaſſis et Bg. per ſuum *tradens*; quanquam hoc ponitur quoque tropice et pro ſq. Bg. *commendare*, quae utr. copulant interdum Lat., cf. G. Th. Qua ratione ſi Bg. ceperit: ſumenda ſit hic in

Gr. φ. Latinitas quaedam Noſtri. At e ſerie orationis, ante declarata, melior mihi videtur tropica illa verbi φ. notio.

Sed quod Leisn. addidit in Progr., φ. participium verbo, quod commendandi poteſtatem habeat, atque adeo iſti ἐγχειρίζειν, etiam *conſuetudinis* vim addere: id, puto, voluit, ut φ. eſſet pro adv. aliquo, quod ſubſtituimus verbo Lat. *ſolere*, ac Graecis φιλεῖν et ἐρᾶν, ut *plerumque*, frequenter, *ſaepe*; quibus verbis alibi annumeravimus illud χαίρειν, quocum paulo ante comparatum a nobis noſtrum φέρειν. Sed cum priora verba in notione tali habeant ſecum verbi alius infinitivum aut participium: hic debeat eſſe ἔφερε — ἐγχειρίζειν aut ἐγχειρίζων, aut comparari oporteat illa διατελῶν ποιῶ 1, 4, 12. et χαίροντες χρῶνται 1, 5, 8. At vel ſic adverbium πολλάκις, hic adiunctum, notioni Leisn. repugnabit, faciens tautologiam inanem, accepto φ. pro eodem.

Reliquorum Noſtri ex hoc genere locorum eſt unus 1, 13, 11. τέλος λελωβημένους εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἔρριψαν φέροντες, ubi noſtrum verbum habetur cum alio iaciendi, ut ſupra, a Bg. et P. oppreſſum, ſed phyſice ſumendum, ut ibi dicetur, — alter 2, 1, 3. οἱ δὲ φέροντες διὰ μέσων ἐκφέρουσι τῶν φυλάκων, ubi noſtrum v. cum agnato iterum, ut in ſuperioribus, comparet, a Bg. acceptum phyſice, ut tamen et pro adv. Lat. *rapide* ſ. *celeriter* exponi queat.

Tum de v. ἐγχειρ. Stp. Th. 4, 450. e. „ap. Herodi. cum dat. πίστει I. 1. ubi P. duplicem interpretationem verbo ἐνεχ. dedit. — Ut autem hic ἐγχ. πισ., ſic διὰ πίστεως ἐγχ. ap. Xen. legitur Ἀναβ. l. 2. —" (immo 3, 2, 8., quem locum aliter, quam Stp., interpretatur Ind. Z. v. διά,) ſed cum dat. rei alio et ſimul iterum cum acc. perſ. Rs. Or. V. 7. Ant. p. 749. ἰδοὺ ἐγὼ τῇ τε ἀτυχίᾳ — ἑκὼν ἐμαυτὸν ἐγχειρίζω τῇ τε τούτων ἔχθρᾳ, ubi adiunctum ἑκὼν ſyn. noſtri ſupra φέρων, quod inde hac notione firmes, ſed cum acc. perſ. ſolo, aut cum dat. perſ. et ſimul acc. aut perſ. aut rei Ind. Rs. Or. V. 4. et Dem., Ael. V. h. Luc. Plut. Hſ. Xen. Cyr., ubi privum v. ἐγχ., ut Stp. volebat l. l., iam redditur phraſi *committere* ſ. *tradere* ſe *fidei alterius*, quod adiunctum Noſtro fuerit ad definiendum magis, ut declaretur modus, quo quis ſe tradat, vel a) per Latinitatem quandam, cf. G. Th. 197, 29. mandare *fidei* alicuius *pecuniam*, quae P. hic eſt phraſis partim, ſeverior, quam Bg., quae ib. in *fid.* 655, 51. et in v. Bg. 1046, 81. ſqq., vel b) per analogiam Gr. hanc ap. Polb. δοῦναι αὐτὸν εἰς πίστιν τινός, cf. Ind. v. πισ., ubi redditur *fidei* ſe *dare* ſ. *permittere*, ex 2, 549. m. p. ſq. i. e. 804. m., quanquam et Polb. duxerit e Lat. ſevera formula *committere* ſ. *conferre ſe* in fidem *alicuius*, cf. G. Th. v. *fid.* 655, 55. ſq. 60. ſqq. et v. *comm.* 1054, 92. it. in v. *permittere ſe* in *fidem* 813, 2. ſqq. (cum Ind. Liv.) it. in v. *tradere* in fidem *ſe* 826, 12. ſq. cum Cort. ad Sall. Iug. 62, 3.

In quibus formulis Lat. et Gr. ſenſus pendet a notione ſubſt. *fidei* ac πίστεως, quae 1) proprie eſt animi perſuaſio et opinio, maxime certa, de re vel perſ.; unde tradere ſe fidei alicuius eſt, permittere ſe alteri ex opinione ac fiducia hac, fore, ut faciat nobis aliquid, curando, tuendo, ſervando, rel., atque propterea, quia ſcimus, credimus ſperamusque, aliquem eſſe nobis amicum, benignum, prudentem, ſapientem, potentem, it. diligentem, curioſum, induſtrium, honeſtum, integrum, ſine dolo ac fraude; unde fides a) opinio de fide alterius, cf. Cl. Cic. it. opinio de fideli cura alicuius, in rem ſ. perſ. impendenda, b) pro ipſa cura alterius, adminiſtratione operaque fideli, ſevera legitimaque;

unde permittere ſe in fidem alterius ſ. fidei eius eſt, permittere ſe eius curae, operae, auxilio, tutelae, benevolentiae,

2) dr. de promiſſo ſ. cura ſtudioque ſervandi promiſſi, atque adeo de ipſa veracitate et promiſſi obſervatione atque impletione; unde tradere ſe in fidem ſ. fidei alterius eſt, ſe alteri committere propter promiſſum, i. promiſſam ſalutem, ſecuritatem, tutelam ac curam, cf. Ind. Liv. in *fidem — peterent*, et Corn. N.

Ita que formula dr. in bonam partem. Sed eſt et, ubi adhibeatur in malam, et per catachreſin, et ſenſu bellico, quem dixerim, ut et illa ſupra ap. Polb., ubi valet permittere ſe alicuius poteſtati atque arbitrio, et ſic ſe tradere, ut alter agat pro libidine, etiam, ut puniat, ulciſcatur, bonis, libertate, vita privet; (cf. ap. Polb. 2, 549. e., qui eſt potius claſſicus locus, non ille Ind. oſtenſus, *παρὰ Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό τε εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι, καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ τῷ κρατοῦντι*, *fidei* ſe *permittere* et *victoris* arbitrio *ſe permittere*;) ubi formula hinc videtur ducta, quod, qui ſic ſe tradunt, tamen habent opinionem, ſpem, promiſſionem item aliquam, etſi non certam, de ſecuritate ac conditione leniori clementiaque; unde noſtratium *auf* Treue *und* Glauben *ſich ergeben*, it. *auf Willkühr*, it. *auf Gnade* und *Ungnade*; qui h. l. in bonam partem dicent *eurer* Treue *übergeben* ſ. *anbefehlen*, quod convenit in milites, qui fidem dant et promittunt de amore, tutela, una cum obſequio.

1, 5, 14.

— *μὴ πειραθέντα μὲ ἰδιωτικῶν σπαργάνων.*

Super h. l. ap. Stp. Th. modo eſt 3, 913. i. in „*σπάργανον*, faſcia, pannus oblongus, in quo infans involvitur. — Herodi. l. 1. — intactum *me* plebeiis *faſciis*. — Solebant enim nobiles et ſplendidiore familia nati infantes *σπαργάνοις* diſtingui a plebeiis, (et F.) *Ἀριδαῖον σπαργανώσας τῇ πορφύρᾳ*, *purpurea* involvens *faſcia*, rel. Solebant enim regia aut alias nobili ſtirpe prognati infantes a plebeiorum infantibus diſcerni faſciarum genere; ideoque Commodus ap. Herodi. gloriatur, ſe *μὴ πειραθῆναι ἰδ. σ.*, et homini ignobili obiiciuntur *τὰ εὐτελῆ τῆς γενέσεως σπάργανα*“ v. Ind. Noſtri, cuius loca ib. B. laudarat cum P. Vs. (praeter locum e Phil. p. 477. F. m.) etiam cum Bg. Lat. in aliis Noſtri locis, cf. Foeſ. Oec. p. 348. e. it. Salm. ad Vop. T. 2. p. 421. a. e. N. 2. ſqq. cum Capitol. T. 1. p. 692. et Cuper. Obſ. l. 2. c. 9. p. 203. e. ſq. 206. m. Suid. 3, 361. m. Heſ. 2, 1242. i. cum N., ubi pro *οἱ δεσμοὶ τῶν ἀρτιτόκων δεσμῶν* lego potius *δεσποινῶν*, cf. N. Boecl. ſub textum noſtrum et Suid. 2, 306. m., non coll. a Suic. Th. p. 83. a. i., ſed tentatus a Pric. ad N. T. Luc. 2, 7., tum per loca ſcriptorum ap. poëtas Hom. h. in Merc. v. 151. V. 5. p. 42. it. v. 268. p. 48. Ariſt. Ach. v. 430. coll. v. 413. 417. 422. 425. 431. ſq., ubi pro eo *τῶν ῥακῶν*, et Lyc. v. 1202. cum Schol., ſed ap. proſaicos Luc. 1, 221. i. Ael. V. h. 2, 7. e. *faſciis*, (ubi ap. G. Th. noſtrum Gr.) ſed tropice ib. 8, 8. p. 541. it. 10, 10. p. 660. cum N.

Tum ap. Stp. Th. 1, 1642. F. e. hinc ſine numeris in adi. *ἰδ.* „*σπάργανα*, cunabula privatorum ſ. plebeiorum, ſ. cunabula vulgaria“ in primo per formulam ſyn., mutato adi. in genitivum ſubſtantivi, (cuius rationis ignorantia nubes offudit ſaepe, ut in Plin. Pan. 44, 2. i. *in* privato *iudicio* principem *geris te*, recte ab Ern. explicato,) hic exponendo adi., ut ſubſt. *ἰδιώτης*, e contextu et oppoſito, et adeo h. l., cum loquatur princeps et imperator, pro eo, quod non eſt regium atque impera-

torium, ſed quo utuntur cives, populus, plebs, plebeii homines, et hinc, ut Stp. ſupra ad σπ. (nobis *gemeine Windeln*,) qui ib. vertit v. μὴ πειρ. e P., pro quo ſeverius Bg. *non expertum* privata *cunabula*, quod, tropo remoto, dr. de eo, qui non eſt uſus iis faſciis, non in iis iacuit, non iis involutus eſt, ut ſit i. q. ſupra ap. Ael. ἐν σπαργάνοις εἶναι ſ. κεῖσθαι, et i. q. χρῆσθαι, ἀπολαύειν, μετέχειν, cf. de v. πειρ. in univerſum D'Orv. Ch. p. 208. m. v. 11., ſed pro cognoviſſe it. uſu cognoviſſe Ind. Ael. V. h. Polb. Xen. Ἀνβ. Plut. Krg. v. πεῖρα, ſicut cum ſciendi verbo copulatur Rs. Or. Ind. V. 6. et ap. Abr. L. Ar. p. 289. m. pro ὁμιλίας ἀπείρατος eſt ἴσμεν ὁμιλίαν, quanquam et *noſſe* diſtinguitur ap. Luc. 1, 651. l. 9. cf. ſupra 1, 2, 10., tacente G. Th. de formula, et Noſtro ſcribente ſaltem ad analogiam.

1, 5, 17.

Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ — ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρός ἐστι θεῶν.

In primo ſubſt. Stp. Th. „ὀπ. comes, aſſectator. Philo — ἀλήθεια — ὀπαδὸς θεοῦ, —. Deorum etiam aliquis eſſe ὀπ. dr., qui cum eis in coelis converſatur, et eos veluti comitatur, quocunque ierint, deorum aſſectator. Herodi. l. 1." ſine Vs., cuius Latt. repetit L. Ern., addens recte articulum fem. ἡ, a Stp. omiſſum, quanquam ſubieciſſet illud Phil., cf. Eur. Alc. v. 134. Plat. Phileb. Fi. p. 93. i., ubi quaedam explicatio adiuncta, αὐτῇ ξυνακολουθοῦσι πάντη, Soph. Trach. v. 1280. cum Schol. (quem Stp. tacite exſcripſit,) Eur. Oreſt. v. 1126. Med. v. 1119. Hippol. v. 1151. cum Vs. Barn. et Valck. ed. p. 125. it. N. p. 286. 2. C. m., ſed e proſaicis Dion. H. S. T. 2. 33, 15. cum 199, 25. Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος ὀπαδοὶ, *aſſectatores*, i. e. poetae, Luc. 3, 527. l. 68., ubi in N. noſter locus ſine Vs., cf. Gs. Chr. Ind. Heſ. 2, 767. i. p. ſq. i. Suid. 2, 703. m. (tum ad Stp. ſyn. a) ὀπάων Heſ. l. l. ſine N., Ind. Hom. Eur. Or. v. 1110. Ind. Herodt. eum p. 433. N. 8. e. 716. N. 79. b) ὀπηδὸς Eur. Phoen. Valck. p. 8. N. a. e. Ind. Hom. ex h. in Merc. v. 449. V. 5. p. 58. cum dat. perſ. pro gen., de Apolline, μούσῃσιν ὀλυμπιάδεσσιν ὀπηδὸς, *Muſarum* olympiacarum *ſectator*, quod nomen et Herculi tributum, cf. G. Th. 373, 86. v. *muſae*, quae contra et ipſae vocantur Apollinis comites ib. l. 38., cf. ὀπαδεῖν Gs. Chr. et Plut. Krg., ut ὀπηδεῖν ap. Luc. in carmine,) dum rem ipſam de hominibus ὀπαδοῖς θεῶν, (expreſſam a Latt. Inttp. per *conſors*, pro ſocius haud dubie, cf. G. Th., *Gefährte* ſ. *Geſellſchafter*,) gentiles duxerunt e noſtris ſacris, cf. N. T. Philip. 1, 23. et 1 Theſſ. 4, 17., etiam ſequentem fortaſſis e Matth. 19, 28. Luc. 22, 30. Ap. 4, 4. 20, 4. Dan. 4, 17. ſ. 14., quo in ſubſt. συν. pauper eſt Stp. Th., noſtrum locum afferens e P., auctus in L. Ern., cf. Ind. Polb. Rs. Or. V. 4. Dem., ubi ſimiliter, ut hic, cum gen. perſ., it. in Ind. Diod. S., tum pro adi. ap. Soph. Ai. v. 760. (ubi σύνεδρος κύκλος corona *conſultatoria* ſ. *conſultantium*) ſed ap. Dion. Long. 11, 1. i. σύνεδρός ἐστι ταῖς προεκκειμέναις ἀρετῇ, Mor. Vs. p. 74. cum *virtutibus* orationis *hactenus* expoſitis *ea* etiam *cohaeret*, pro *eſt* conveniens, *congruens*, affinis, *ſimilis*, fortaſſis ex augurali ſenſu τοῦ σύνεδρος, cf. L. Ern. Thom. M. p. 691. Herodi. Gr. p. 473. Heſ. 2, 874. i. Suid. 3, 44. m. et de re Salm. ad Spart. T. 1. p. 138. b. m. it. ad Lampr. T. 1. p. 1035. a. e. (unde fere ad verbum ap. Suic. Th. p. 591. a. e.) Spanh. de Pr. et u. n. 2, 334. i., qui ſine Vs. huc ſpectat, ubi nobis *Beyſitzer*.

I, 5, 24.

Ὅσα δ' ἂν σὺν ἐμοὶ — προθύμως ἐπιδείξησθε, τούτων τὴν δόξαν πίστεώς τε ἀγαθῆς καὶ ἀνδρείας ἀποίσεσθε.

Leg. ἐκ τούτων δόξαν λ. aut, ſi τὴν ſervetur, ἐκ τούτων τὴν γιγνομένην, i. e. neceſſario effloreſcentem, δόξαν λ. *Reisk.*

Praeter quem, in hac τούτων lectione omnium librorum nec haeſitavit Bg. nec alius quis, adeo, ut Bud. C. 229, 46. ex eoque Stp. Th. 4, 94. B. i. afferrent „τούτων τὴν δόξαν ἀποίσεσθαι“ ſed ſine Vs., et omiſſis rel. ap. Noſtr. genitivis πισ. τε ἀγ. κ. ἀνδρ. Quod comma in Bg. Vs. deprehenditur poſt *gloriam*: forte docet, eum poſt δοξ. quoque voluiſſe comma, hoc ſenſu, *auferetis* gloriam *horum*, ſc. quae alacriter mecum feceritis, *et* praeterea *fidei* et *fortitudinis*; qua particula mente ſaltem addita, habeas tres partes ac res, unde gloriam conſequantur, et in his iſta *ipſa* fortiter *facta*, et deinde iterum *fortitudinem*; quae quanquam diſtingui poſſunt, ut effectus et cauſa: tamen videntur mihi ſubtiliora; et P. exprimit tantum res duas, *fidem* et *fortitudinem*; quae et ſufficere poſſunt; unde ſuſpectus mihi ſemper fuit ille gen. τούτων, in quo Reiskiana ſunt violentiora, in primis poſtrema, (depromta e Reiskii deliciis, cf. Ind. Anim. ad Gr. Auct. V. 1. et 4. it. Dem. v. γιν.) prae quibus primo malim interpretando hunc locum ita iuvare, ut vel pr. ἐκ, a Rs. intruſa, ſubaudiatur, vel ſyn. ἕνεκα ſ. χάριν, cf. 1, 4, 11. e. ad πόθον, vel denique pendeat gen. τούτων a praep. in v. ἀποισ., quod forte et ſtatuas in v. ἀπολαύειν cum gen., ad ſenſum cum noſtro v. partim conveniente, ubi vulgo pr. ἐκ aſſumunt extrinſecus, cf. Ienſ. L. Luc. p. 25. e. it. ad Vig. p. 220. N. 15., ut, quoad ἐκ ſuppletum in v. noſtro, Dion. H. S. T. I. p. 458. i. *μέλλοντες ἀρὰν καὶ ἐπιορκίαν, καὶ μῖσος μὲν παρ' ἀνθρώπων, χόλον δὲ παρὰ θεῶν ἐκ τῆς δίκης ἀποίσεσθαι*, e litis *eius* diiudicatione *periurium et exſecrationes*, et *tum* hominum *odia*, tum *deorum* iram *relaturi*; ubi adeſt pr. ἐκ diſerta, quae tamen per libertatem ſcribendi omiſſa eſſe a Noſtro poſſit, ut et per analogiam aliorum verborum, quae uſurpantur utroque modo, cum et ſine praep.

Reliqua de v. noſtro ἀποφέρεσθαι reperta ſunt haec, ap. Stp. Th. 4, 93. E. „ἀποφέρεσθαι δόξαν, auferre *laudem* ſ. gloriam, ſ. reportare, (ſine auctore, et p. ſq. A. e.) ἀπ. πολλὴν τιμὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς“ e Bud. C. 229, 41. ſqq., ubi et l. 50. e Greg. ἀπ. δόξαν παρὰ βασιλεῖ ſine Vs. et l. 47. ex Hermog. τὸ δὲ ἐνθύμημα δόξαν δριμύτητος ἀποφέρεται, ſed ap. Zoſ. 3, 11, 8. e. ἀχαρίστου παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀποίσεται δόξαν, ap. *multos* opinionem *hominis* ingrati *de* ſe *concitaturus eſſet*, in quibus v. ἀπ. comparet cum pr. aliqua, praeter unum illud Hermog., ubi de re adeo, ut in rel. de perſ.

Sed Lat. *auferre*, noſtro Gr. magis reſpondens, quoad praep., quam *referre* et *reportare*, (ſyn. illa et ſimiliter poſita pro impetrare, conſequi, ſibi parare et acquirere,) ap. G. Th. habet formulas has, p. 534. a) per abl. nudum, ut l. 87. *iudicio* iam pridem *abſtuliſſem*, b) per abl. cum praep. l. 79. *ablato* poſt *a* plebe *conſulatu*, it. l. 89. *qui* hoc *non* ex *priore* actione *abſtulerit*, et p. ſq. l. 45. *laudem* ex *aliqua* re *auferre*, c) per particulas, quae valent pro ſecundo antea genere, ut 534, 84. *ſpes ad talem iudicem* veniendi, *unde* eo *plus* opis *auferret*, pro a quo, it. p. ſq. l. 64. *bene merens* hoc *pretium* inde *abſtuli*, pro ab hoc, ſc. homine, aut loco, aut negotio, i. ab hac re.

Per quorum analogiam adducor eo, ut credam, pro vulgato τούτων legendum eſſe aut τούτοις, (Lat. *his*, i. ex his, per haec,) aut τούτῳ, (Lat. *hoc*, i. ex hoc, per hoc, ſ. inde, ſ. ea re, ea ex re,) cum 1) ambo iſta

Gr. in litteris vulgatae lectionis latere poſſint, 2) finitiones *ων* et *οις* ſaepe confundantur, etiam infra ap. Noſtr. 3) pro *τούτῳ* etiam alibi male ſit *τούτων*, v. c. Rs. Or. V. 3. p. 612. N. 19., a confuſo *ν* et *ι* poſtſcripto, 4) *τούτῳ* pronomen ſingularis numeri, relatum ad plur. pr. *ὅσα*, per ſe procedat, ſed tamen, quia eſt infrequentius, 5) potius ſit *τούτοις*, quod pro *ἐκ τούτων* (Reiskiano adeo par, et coniecturam emendationemque habens leniorem) ſimili notione habetur infra 1, 6, 17. *τούτοις — μεγάλοι τὲ καὶ ἔνδοξοι γεγόνασι*, 6) ſententia ita exiſtat planior ac facilior, *quae vero* mecum *fortiter* geſſeritis, *ex* his *gloriam* cum *fidei* bonae, *tum* fortitudinis *auferetis*, 7) eodem ipſe P. ducat, quanquam per orationem obliquam „*ea* ſunt *vobis* ipſis — *paritura*“ ubi comparet pron. *ea*, quod referatur ad v. *ἀποισ.*, libere converſum, ſed redeat ad priora noſtra ſecundum emendationem propoſitam, nobis *dadurch* werdet *ihr* davon *tragen* rel.

Quod vero P. addebat pron. perſ. *ipſis*: id videtur feciſſe, (ſicut aliis quoque hic addendis,) ut ſententiam adiuvaret, quae hic videbatur laborare, ob rem univerſe pronunciatam; ubi ſane opus ſit quibusdam adiunctionibus atque ſupplementis. Eorum, inquit Commodus ſ. Noſter, quae ſub patre fortiter egiſtis, ad vos pertinet nihil aut parum, cum militaveritis ſub ſene, experto ac ſapienti duce. Verum poſtea, ubi mecum rem praeclare geſſeritis adverſus hoſtes, ad vos *in primis* redundabit inde gloria et laus, eaque duplex, tum fidei, mihi conſtanter ſervatae ac praeſtitae, tum fortitudinis, cuius laus vobis tribuetur *maxime*, quia ſub me iuvene et rudi rerum bellicarum pugnabitis, remque geretis prope ſoli et ipſi tantum, cum ego iuvenis et ignarus vix numerari haberique poſſim dux, it. quia, quam pugnandi alacritatem, voluntatem et conſtantiam declarabitis, eam a vobis ipſi habebitis, non a me, cuius prudentia et eloquentia non eſt ea, ut illum animum in pugnando vobis inſtillare queat atque commovere. Blanditiae quidem apparent, ſed fortaſſis parum ſapientes, quia contemtum potius concitare poterant ap. milites, quam amorem.

In formula *πίστεως ἀγαθῆς* nihil habeo neque e Stp. Th., neque ex Indd., ut videatur Noſter expreſſiſſe Lat. *fidem bonam*, quam exponit G. Th. in adi. p. 625. e. ſic „quum, quod promiſſum eſt, praeſtatur“ quae mihi quidem non ſufficiunt. Scilicet ſubſt. *πίστις* et *fides* ſumetur hic de militibus iterum vel de animo, quoad eſt ſtudium ſervandi promiſſi et eius, quod dixeris, vel extra animum de ipſo promiſſo ac dicto, quorum utrumque dicetur *bonum*, ſi eſt verum, ſincerum, nec ſimulatum aut mendax, et *πίστις ἀγαθὴ fides* que *bona* i. q. vera, ſincera, infucata, non ſimulata, (*wahre*, aufrichtige, *ungefärbte*, ungeheuchelte, *unverfälſchte*, unverſtellte *Treue*.) Quae omnia cum ſint certa, firma, conſtantia, perpetua, nec facile movenda, ſolicitanda, corrumpenda: inde *πίστις ἀγαθὴ fides* que *bona* etiam de his explicabitur, cf. G. Th. per illa omnia epitheta, (nobis quoque *zuverläßige*, beſtändige, *unverbrüchliche Treue*,) in quam partem poſteriorem alii ſcriptores reſpiciunt, ut cum ſubſt. *πίστεως* ponant adi. 1) *σαφής*, cf. Stp. Th. 3, 138. D., ubi vertitur *certus*, 2) *ἰσχυρὰ* Ind. Ael. V. h. v. *πιστ.* ex 2, 31. e. p. 152. *immotus*, (nobis *unverrückte Treue*) et 3) *ἀκριβής* Ind. Luc. v. *πιστ.* ex 3, 338. l. 83. idoneo *argumento*, i. certo, firmo, quod et Lat. *bonum argumentum* dicimus, ut de *ἀγαθ.* pro *ἀσφαλής* et *βέβαιος* v. Foeſ. Oec. p. 1. i., qui paulo poſt et *ἀληθής* interpretatur. Sed ap. milites h. l. nominatim fides bona fuerit vel militaris promiſſi ac iurisiurandi obſervandi ſtudium ſin-

cerum nec ſimulatum, ſed conſtans ac firmum, vel promiſſum ipſum militare, fideliter ſervatum, ſine violatione, conſtanter, firmiter, vere ac ſine mendacio.

1, 5, 25.

Τό τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότητος πληρώσετε τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ.

Ab initio *τὸ ἐν ἡμ. νέον* accipio pro *τὴν ἡμετέραν νεότητα*, i. e. *ἐμὴν*, *noſtram*, meam, *iuventutem*, ſupplendo iterum (cf. §. 18. 11. e.) participio *ὄν*, quod et Bg. refert, dum P. accedit ad noſtram rationem, tenente Stp. Th. tantum in adi. 2, 1028. G. e. „Plato *τὸ νέον ἅπαν*, *ipſi* etiam *infantes*“ e liberrimo Cic., cf. Luc. 3, 480. l. 7. *τὸ δὲ νέον ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι*, *adoleſcentiam* rel., ubi etiam poteſt eſſe abſtractum pro concreto, ut et noſtro loco, me iuvenem, me, qui ſ. quia ſum iuvenis; ſemel modo Stp. eodem afferente aliunde e Noſtro ſubſt. *σεμν.*, quo de cf. Ind. Dem. Xen. Cyr. Z. Ael. V. h. Luc. Plut. Krg. Chr. Gs. cum Exc. ad 1, 2, 6.

Verum maxima res eſt in v. *πληροῦν*. Quod ſi Bg. vertit per *ſupplere* ſenſu vulgari, pro in deficientis locum aliquid ponere, nobis *erſetzen* ſ. *ergänzen*: tum ſane videtur abeſſe poſſe ſubſt. *σεμν.*, afferente Stp. Th. nihil, quam v. *πλ.* cum gen. rei per duo exempla, cf. L. N. T. Ind. Fab. Aeſ. Hſ. Abr. L. Ar. p. 147. e., qui in An. ad Aeſch. 1, 333. m. etiam habet cum abl. rei. Iam, cum Lat. *implere* etiam cum gen. rei ponatur, (cf. G. Th.) ſevere quidem totum Noſtri locum interpreter ita, *noſtram* iuventutem *gravitatis* implebitis *veſtrorum* factorum *fortitudine*, ſed deinde liberius, noſtram iuventutem auctoritate inſtruetis per veſtra facta fortia, it. meae iuventuti auctoritatem addetis, conciliabitis, parabitis veſtris factis fortibus.

Scilicet Noſter in formula ſua videtur reſpexiſſe illam aliam, quae in re navali uſurpatur etiam infra 2, 14, 13. *τὰς τριήρεις ὁπλιτῶν πληρώσας*, ubi ſimiliter v. eſt cum acc. rei et aliquo gen., ſed perſ., non, ut hic, rei, quem Noſtri alterum locum Stp. Th. tenet ſine Vs. 3, 386. C. m. ſub ſimili Thuc., non reperto mihi in Ind., ſed alio 214, 36. Vs. *explere*, cf. Diod. S. 2, 24. l. 22. *ναῦς — πληρῶσαι*, naves *implerent*, Ind. Xen. Hell. Mor. et Pol. Z. *nautis* replere *naves*, ſed ed. Th. *explere*, quae Lat., nihil tenentia ap. G. Th., quod huc proſit, paria ſunt iſtis *naves* ſ. claſſem *armare*, inſtruere, *ornare*, quorum medium in primis hic amplector, quaſi ducem ad noſtri loci intelligentiam et explicationes P. ac Leisn. Nam *inſtruere*, et ipſum tropicum, in multis dicendi rationibus nihil eſt, quam dare et impertire, v. c. *inſtruere* milites *ſtipendio*, G. Th. 1158. i., etiam adeo in iſta notione, qua ille ait eſſe *docere* l. 11., ut l. 15. *arte* ſ. *ſcientia* aliquem *inſtruere*, ubi ſubſtituas non modo Lat. *imbuere*, (quod, tropo amoto, i. q. implere,) ſed et tribuere, dare, et noſtratium *mittheilen* et *verſehen*, quod fluxerit e Lat. *providere* et *proſpicere*, quae et ipſa dicuntur pro comparare et procurare, (cf. G. Th. 1140, 73. 1149, 90.) nobis *verſchaffen*, i. quaerendo, curando dare, cum aliis communicare. Unde facile habeas Leisn. *addere*, quod non ſemper eſt inſuper dare, ſed ſaepe i. q. ſimplex dare, ut *alacritatem ſcribendi* alicui *addere*, it. *animos*, i. tribuere, inſtillare, excitare, cf. G. Th. 94, 17. ſqq. Sicut P. *conciliare* extra tropum valet in multis i. q. comparare, procurare, dare, cf. Ind. Iuſt. et Corn. N. Itaque noſtrae formulae, *noſtram iuventutem* auctoritate *inſtruetis* per *veſtra* facta *fortia*, pares

ſunt hae, noſtrae iuventuti conciliabitis, addetis, comparabitis, dabitis auctoritatem per facta fortia veſtra, it. mihi iuveni, mihi, qui ſum iuvenis; ubi ſufficient noſtra *verſchaffen* ſ. *erwerben*.

Sed ſubſt. ἀνδραγ. 1) e notatione ſignificat bonitatem ſ. probitatem viri, ſ. quam quis vir natus habet, exercet, poteſtque ac debet exſerere, atque adeo viri boni ac probi animum, actiones et officium, uno vocab. *virtutem*, (et ipſam dictam a *viro*, cf. G. Th.) in quam notionem locus eſt claſſicus ap. Dem. pro Cor. ſine Ind. 243, 20. ubi eſt cum explicatione, et modo Harl. p. 158. N. 91. aliquid dicit, nobis *Redlichkeit* ſ. *Rechtſchaffenheit*, et Lat. *probitas*, ut et vertitur ab aliis, cf. ad Poll. 4, 10. 6, 134. it. Heſ. 1, 350. e. ἀνδρ., καλοκἀγαθία, ἔπαινος, ſine N. Enimvero, ut probi bonique viri multiplex eſt officium: ita etiam ἀνδρ. late patet, ad variasque virtutes, quae ſingulae ſingulis locis agnoſcuntur ex orationis ſerie ac contextu; unde 2) interdum dr. pro bonitate, quae cernitur in *benevolentia*, quorſum pertineant loca Ind. Dem., nec ſolum de animi virtute atque affectione illa bonâ probaque, ſed 3) quoque de actione eius generis externa; quod et maxime cadit in plur., ut ἀνδραγαθίαι ſint actiones bonae, honeſtae, egregiae, pro quo uſurpatur alias ἀνδραγάθημα, ut ap. Zoſ. 5, 37, 8. εἰ — ὑπὲρ τούτων ἀμείψαιτο τῶν ἀνδραγαθημάτων, *ſi pro* tam *fortibus* factis *remuneraretur*, immo *factis honeſtis*, egregiis, *laudabilibus*; unde intelligitur prius Heſych. ἔπαινος, quod, ut Lat. *laus*, ponitur pro facto laudabili. Tum 4) ἀνδραγαθία maxime valet de *fortitudine*, quae viri eſt propria, ſed et boni viri ac civis, cuius eſt interdum, pericula contemnere ac ſubire, patriamque, ſacra, libertatem defendere; ſicut iam antiquiſſimis temporibus, ut Homeri, etiam adi. ἀγαθὸς et κακὸς nominatim de militibus adhibita ſunt, ut ſubſt. noſtrum eo ſenſu v. per Indd. Dion. Caſ. Xen. Cyr., praeter Stp. Th., idque abſolute, tum ap. Ael. V. h. 3, 47. i. de Timotheo, ἡ φθάνουσα αὐτὸν ἀνδραγαθία ἀλλ' οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν, *nihil eum* ne *parum* quidem *iuvit* priſtina *fortitudo*, (in titulo capitis *virtus*,) ubi proprie deeſt gen. perſ. pron. αὐτοῦ, qualis caſus habetur diſerte ap. Ioſeph. 1, 2. e. στρατηγῶν ἀνδραγαθίαι, *imperatorum* praeclara *facinora*, et p. 222. e. ὑπὸ τῆς τούτων ἀνδραγαθίας, *horum* egregia *virtute*, pro quo in pr. τόλμῃ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἀνδρείᾳ; it. ſimpl. ἀρετῆς et τόλμης, quocum primo ſubſt. etiam commutatur ap. Xen. l. l., a quibus Noſtri locus diſcedit in hoc, quod ἀνδρ. eſt cum gen. rei, et quidem τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων, quale quid nullibi deprehendi, niſi ap. Corn. N. 21, 1, 4. m. virtute *belli*; unde, pro ſupra a me verſo *veſtrorum* factorum *fortitudine*, malim potius, de more bonorum Lat., per adi. et ſubſt., *fortia facta*, facinora, *opera*; quae Noſter in animo habens, delegit tamen rationem illam per duo ſubſt. in regimine; unde ſint eius *veſtris* factis *fortibus*, vel de formula ſyn. cum praep. *per* veſtra *facta fortia*, ad noſtratium modum *durch* eure *tapfre Thaten*; quae et eloquaris *fortiter facta*, mutando adi. in adverbium, ut *bonum factum* in *benefactum*; ubi et manet Noſtri pron. poſſeſſ., *veſtris* fortiter *factis*, ut dicimus v. c. *veſtris benefactis*; ſicut ſubſtantivum *facta* commutari licet cum ſyn. formula *res geſtae*; unde h. l. *rebus* a *vobis* fortiter *geſtis*, mutato pron. poſſeſſ. in aliud affine cum praep. Et ſic perventum eſt ad Latt. Inttp. *rebus* ſtrenue *gerendis*, ubi ſyn. ſunt tum adv., tum participium futuri pro noſtro perfecto, quae duo et alias ponuntur promiſcue, ut *ortus* et *oriundus*; quanquam fortaſſis illi Lat. Inttp. de induſtria uſi ſunt futuro, quia milites auctoritatem iuveni imperatori comparare debuerint non per res prius geſtas et iam peractas,

ſed demum per res adhuc ſequentes et agendas. Verum iidem Lat. debebant etiam ſimul conſervare pron., *rebus* a *vobis* ſtrenue *gerendis*.

Deinde, etſi Noſtri verba illa omnia *τῇ τῶν ὑμ. ἐργ. ἀνδρ.* ad ſenſum cum Leisn. vertere licet, *veſtra virtute*; quia virtus ſ. fortitudo et fortia facta ſunt copulata ſecum: tamen, cum poſſimus leviter mutando formulam Gr. aſſequi, (ut in ſuperioribus feci,) ſeverius eſt, cum Noſtro commutare orationem, qui, pro §. pr. privo ſubſt. *ἀνδρείας*, ponit hic formulam *τῇ τῶν ὑμ. ἐργ. ἀνδρ.* ſ. fortitudinis adiunctum et effectum, qui eſt in factis.

Caeterum, quod diſcrimen affert Ammon. p. 15. e., e ſuperioribus firmari queat, *ἀνδραγάθημα μέν ἐστιν, εἰ καὶ τὴν ψυχικὴν ἀρετὴν ἔχει μαρτυροῦσαν, ἀνδρία δὲ, δύναμις ἐπαινουμένη*, quae ſic interpretor et intelligo, ut *ἀνδραγ.* ſit, *ſi* animi *virtutem* habeat *teſtatam*, teſtimonio ac documento firmatam, ſ. ut ſit teſtimonium, documentum externum virtutis internae, et animi fortis ac boni, i. bona, fortis, laudabilis actio, ſed *ἀνδρία* animi *facultas* et affectio *laudata* illa, celebris, laudabilis, bona, ſ. interna animi virtus et fortitudo. Tamen non eſſe haec perpetua, nec ſemper diſtingui *ἀνδραγάθημα* et *ἀνδραγαθίαν*, ſupra quoque vidimus, cf. Abr. Dil. Th. Auct. p. 289. m.

1, 6, 8.

— δύναμιν καὶ περιβολὴν συγκροτήσας λ.

Primo ad vindicandam contra Stp. lectionem vulgatam faciat etiam L. Boſ. Ell. p. 269. e. „nominis *πλοῦτος* ellipſis occurrit ap. Herodi. 1, 6, 8. Plena oratio eſt 1, 2, 3.“ Deinde ſimul ad notionem ſubſt. *περιβολῆς* ſpectant Bud. C. 648, 12. „Herodi. in primo — i. e. copias et inſtrumentum apparatumque imperatorium“ quae obſcuriora non repetit Stp. Th., agnoſcens tamen pro Lat. *copia* in Noſtri 1, 2, 3., ſecus ac Gat. ad Ant. 12, 2. e. it. L. Ern., at rurſus Rsk. ad Polb. p. 460. m., quae notio apta eſt locis Noſtri, ubi ſubſt. eſt cum gen. *πλούτου*. Sed noſtro loco, abſolute poſitum et ſolitarium, erit i. q. pecunia ſ. pecuniae vis ac copia iuſta, ſ. divitiae, ut Suid. 3, 83. i. *περ.*, *ὁ πλοῦτος*, divitiarum *copia*, ſ. opulentia, cf. 1, 476. e., ubi bis in exemplis eſt abſolute, et ap. Noſtr. 1, 9, 11. *δύναμιν ἐπί σοι καὶ χρήματα ἀθροίζει*, it. 3, 2, 21. *στρατὸν ἀθροίζων καὶ χρήματα*, haud dubie ſyn. ſunt *χρήματα*, copulata ſimiliter cum *δύναμιν* et *στρατὸν* eiusdem notionis, ut exprimantur opes militares et pecuniariae. Cumque *δύναμις* ibi et hic ſit exercitus, nec ille nudus tantum, militibus conſtans et capitibus hominum equorumque, ſed et inſtructus habensque arma, veſtitum ac commeatum: non videas, quid ſignificet adiunctum ſubſt. *περιβ.*, ſi reddas univerſe *apparatum*, aut *comitatum*, qui poſterior de exercitu quidem vix alius ſit, quam impedimenta, coqui ac lixae. Ergo planior notio eſt pro pecunia pecuniaeque copia, cuius notionis, ubi abſolute ſtat ſubſt. *περιβ.*, quaeritur ſane in ellipſi illa ſubſtantivi *πλούτου*, ſed et in analogia aliorum, cum Lat., (ut *opes* et *copiae*, porro in ſing. adeo *abundantia*, cf. Tac. Agr. c. 6. e. Ern. N. et G. Th., ubi et „*opulentia*, *πλοῦτος*, conditio hominis opulenti, divitiae“) tum Gr. in *εὐπορία*, (quae ſimiliter ſumitur a) pro univerſa copia, b) etiam cum gen. *χρημάτων*, c) iterum abſolute pro abundantia bonorum ſ. opulentia, cf. Stp. Th. 3, 172. G. cum L. Ern.) it. in *περιουσία*, cf. Stp. Th. 1, 1135. F. ſq. et L. Ern. Per quorum uſum reddiderim noſtrum ſubſt. *περιβ.* Lat. *opes* alibi quidem aut *copias* in plur. (cum poſterioris nominatim ſingularis pro plur. *copiis* de

exercitu dicatur, cf. Cl. Cic., non item de pecunia, quod repererim,) ſed h. l., ne ambiguitas ſit, *exercitum* et *pecuniam*. Nam Bg. hic interpretatio, *copiis conflatis*, contractis duobus ſubſt. in unum e P. *collectis viribus*, liberior eſt, pro qua ſaltem licuit *copiis* et *militaribus* et *pecuniariis*.

Caeterum ad notiones ſubſt. περιβ. cf. ſenſu phyſico, pro circuitu ſ. amplexu, Ind. Z. Pol. et Cyr. it. Dion. H. S. T. 1. (ubi et pro amictu,) porro ſenſu tropico, pro conatu ac ſtudio rei acquirendae Hell. Mor., it. ſenſu rhetorico, pro copia ornatuque, Rsk. ad Polb. l. l. Longin. Mor. et Suid. 3, 83. i., it. ſenſu medico, pro excretione qualicunque in corporis ambitu ſ. ſuperficie, Foeſ. Oec., tum v. περιβάλλεσθαι in med. vel paſſ., ſenſu phyſico, pro indui ſ. induere ſe, lib. de V. med. p. 373. e., it. pro complecti ſ. cingere Ind. Gs. Chr. Xen. Cyr. et 'Ανβ. cum Iſocr. Pan. Mor., ubi fortaſſe potius eſt pro occupare, ſibi ſubiicere, in poteſtatem redigere ſuam, ſibi acquirere, it. adipiſci, conſequi, quo de cf. Xen. Hell. 'Ανβ. Cyr. et Mem. S. it. Diod. S. cum Suid. 3, 82. i., quorſum et referam Ind. Eur. Barn., etiam per vim Ind. Dem. cum Kypk. 2, 462. m.

Sed de v. συγκροτεῖν v. D'Orv. Ch. p. 85. e., ad Luc. 2, 911. N. 21. 3, 432. N. 7. ad Polb. Rs. p. 74. e. ad Polyaen. Diſſert. Kronbiegel. p. 16. e. ad Vig. p. 286. Ind. Xen. Hell. L. Ern. et Stp. Th., qui 2, 458. F. ſq. aliunde σ. ςράτευμα ſ. δυνάμεις cum Bg. Lat., ſed hinc e P. Vs., cum loco e Luc. 2, 738. l. 92. et e Suid. 3, 390. m. συγκροτεῖ, — συνάγει, colligit, *cogit* — *conflat*, Heſ. 2, 1288. m. 1309. m. N. 10., ſed de exercitu iterum, pro ſyn. ἀθροίζειν in Noſtri locis ſuperioribus, praeter Polyaen. l. l., quoque in Ind. Dion. H. S. T. 1., ſed alia notione ib. T. 2., Dem. Xen. Bach. cum Cyr. Z., cf. ad Bg. Lat. G. Th. „*conflare*, — contrahere, — *exercitum*, — *ſanguine civili* rem *conflant* divitias *que* conduplicant *avidi*" nobis *zuſammen bringen*.

1, 7, 3. e.

— *δήμοις ἑορτάζουσιν ἐπιφανεὶς, ἀσπαςός τε καὶ ποθεινὸς πᾶσιν ὤφθη.*

De ſubſt. δήμοις cf. 1, 3, 9. e., ſed nihil hinc ap. Stp. Th., ut nec in v. ἑορτ., ubi ſumma haec modo penuria „ἑ. feſtum celebro, (abſolute, ut noſtro loco, — e Plut.) ap. quem cum acc. (rei) τὴν ἐν Μαραθῶνι νίκην ἑορτάζει" qua in rectione iterum ap. Xen. Pol. Z. „ἑ. ἑορτὰς, *dies* feſtos *celebrare*" ſed deinde, praeter L. N. T. (ubi explicatur improprie, cf. Loesn. p. 277. m.) tantum proprie et abſolute ap. Luc. 3, 391. l. 84. 410. l. 50. ſed ſine Ind. 405. l. 9. it. cum praep. 395. l. 69. καθ' αὑτοὺς λ. it. cum adv. 404. l. 64. ἀεὶ, tum iterum cum acc. rei Char. 43, 4. τοὺς γάμους Vs. Rs. 50, 21. cf. p. 244. i. Ioſeph. 1, 568. ſ. 2. e. Luc. 1, 266. l. 76. et cum τὰ ἐπινίκια iterum p. 113. N. 18. ſed 2, 147. l. 79. τὴν κοινὴν εὐτυχίαν, Ioſeph. 1, 948. i. ἡμέραν αὐτοῦ γενέθλιον, *celebrare*, ſq. ὅτε πᾶσιν, ὧν ἦρχεν, εὐφροσύναι καθίςαντο θάλειαι, it. per varia adiuncta, cum abl. temporis p. 563. ſ. 5. i. τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ τὴν σκηνοπηγίαν, ſq. explicatione, etiam ſimpl. ἑορτάζειν ἤρξαντο, epulari *coeperunt*, it. cum praep. duplici p. 617. ſ. 7. i. μετὰ τῶν πολιτῶν ἀνάκτησιν — ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, rurſus explicatione ſq., et cum praep. ſimpl. τὴν ἀνάκτησιν — ἐφ' ἡμ. ὀ. (in Vs. ſuppleto forte ſubſt. χρημάτων, ſed ut malim *ob* ſacrificia *in* templo *reſtituta*, cum in τῶν videatur deeſſe ſubſt. θυσιῶν, ut in loco pr. aderat diſerte τῆς π. τ. ν. θυσίας,) ſed cum praep. et adv. ap. Luc. 1, 113. e. παρ' ᾧ λαμπρῶς — τὰ Διάσια λ., tum med. cum abl. temporis ἑορτάζεσθαι πολ-

λαῖς ἡμέραις, in nuptiis, ſine Vs. e Xen. Eph. ap. Abr. Dil. Th. p. 66. m. cf. Suid. 1, 782. ἑώρταζον, ἐτέλουν, *diem* feſtum *agebant*, cum Bg. hic, quod proprie eſt ἑορτὴν ἄγειν ap. Luc. 3, 388. e. ubi Gs. cum Bg., quae phraſis, haud dubie ſynonymica noſtro v. privo, ab aliis adhibetur in v. ἑστιᾷν, v. c. ap. Nieup. Ant. R. p. 279. i. „*feriae* dicuntur a Gr. v. ἑστιᾷν, h. e. feſtum diem agere“ ſed ap. Noſtrum ipſum cum explicat. quadam 5, 6, 12.

Equidem Lat. *feriae* potius duco a Gr. ſubſt. ἑορτὴ, cum noſtratium *Feyer*, putoque, v. Gr. ἑορτάζειν eſſe Lat. *feriari*, eodem derivatum, (nobis *feyern*,) atque adeo proprie vacare et ceſſare ab opere, eoque ſolito ac quotidiano, ſive illo privato, ſive publico, idque alius rei aut perſonae cauſa, ut aliud quid agas, interdum in honorem alicuius perſ., etiam cum aliis in coetu quodam, palam, cum omnique genere laetitiae, ſacris, conviviis, ludis, rel., it. per certas formulas, leges, cerimonias, quas et interdum repetas, ac certis temporibus iterum uſurpes, cf. G. Th. „*feriae*, — ἑορτὴ, — *ferior*, — σχολάζω, — ferias agere, (quod illud ἑορτὰς ἄγειν,) — feriati *dies*, (qui ap. Gr. ἑορτάσιμοι ſ. ἑορταστικοὶ ἡμέραι,) *feſtus*, ἑορταῖος, ἑορτάσιμος, — *feſtum*, ἑορτὴ, — *feſtivo*, — ἑορτάζω, — *feſtivus* —“ i. q. *feſtus*, quod cum derivatis non ab ἑορτὴ duco, ſed ab ἑστία et ἑστιᾷν, unde et accipio pro laetus, quia in epulis et epulando, inter edendum bibendumque, adhibetur laetitia; unde et convivia Gr. dr. εὐφροσύναι, ab animo laeto, cf. Suid. 1, 873. i. Heſ. 1, 1469. i. it. Nr. 9. ἑστίασεν, ηὔφρανεν, cum N., ut contra dies feſtus ſ. laetus ac feriae coniunctae ſunt cum epulis conviviisque. Sed effecit hinc uſus, ut feſtum ſ. feſtus dies poneretur pro ἑορτὴ, quanquam per ſe diverſa ſunt, et illud Gr. reddendum ſevere Lat. *feriae*, perque principem notionem, quanquam contra ſentiente Stp. Th. et L. Ern. ubi tamen bene „ἑορτασμὸς, *feriae*, — ἑορταστέον, *feriandum eſt*“ cf. G. Th. „*celebritas*, — ἑορτὴ, — *celebro*, — ἑορτάζω, — *celebratio*, ἑόρτασις, (quo Gr. carent Stp. Th. et L. Ern.) *ſolemnis*, — ἑορτάσιμος, — *ſolemnitas*, ἑορτὴ, λ.“

Igitur ἑορτὴ et *feriae*, proprie 1) vacationes ab opere vel perſ. vel rei ergo, 2) dies ac tempus, quo ſic vacamus, dei hominumve cauſa, ſive adſint, ſ. adveniant, ſ. diſcedant, cum hilariter vivendi modo vario, 3) hinc de quavis laeta die ac re, et de omni laetitia, et ſimiliter v. ἑορτάζειν 1) *feriari*, et a negotio vacare, 2) cum aliis laetari quavis ratione, et nominatim hic ap. Noſtr. in imperatoris adventu et tranſitu per urbes, ubi faciebant, quod et hodie fit, cf. 4, 8, 19. ſqq. 4, 11, 2. ſqq. utque h. l. participium reſolvatur per pron., *qui* diem *feſtum* ac laetum *agebant*, ſc. propterea, in adventu et tranſitu eius, nobis *die* darüber *feyerten*, ſ. *deſswegen* Feyertage, *Feſttage*, Feſte, *anſtellten*, begiengen, *hielten*, ſ. *die* ſeinen Durchzug *feyerten*, feſtlich *begiengen*.

Tum v. ἐπιφ. in med. cum dat. perſ. Stp. Th. aliunde recte 4, 28. E. e. *dare ſe* in *conſpectum*, et G. e. „ἐπιφανῆναι τῷ δήμῳ, *ſe* populo *oſtendere*“ per quam formulam exponas Bg. privum v., h. l. conſpiciendum ſe praebere, inter tranſeundum per urbes, ſive in rheda lecticaque aperta, ſive equo vectum, cf. §. 12., in publico et per plataeas, ſed et fortaſſis in aedibus, diaeta, menſis, per manſiones, cf. G. Th. 565, 51., quod Lat. delegerit Bg. ob ſq. ὤφθη ſyn., ubi illius phraſis eſt pro privo v. ap. Luc. 3, 393. l. 40. ὤ. μοὶ, mihi *viſus eſt*, ut hic, cum dat. perſ. pro praep., *ab omnibus*, i. Romanis tantum, et his, per quorum urbes tranſibat, cf. Heſ. 2, 1600. i. ὤφθη, ὡράθη, ἐθεάθη, ſine N., ſed (prae-

ter Suid. 1, 796. m.) ib. 1, 1333. i. ἐπεφάνη, ἐπ' αὐτοφόρῳ ὤφθη, ubi non modo per Noſtri alterum verbum explicatur, ſed et cum notione ſecundaria, ducta e praep. (cf. L. Ern.) quae ſit pro ἐν, ſicut alibi in eodem v. poteſt eſſe pro εἰς, quae patet in Lat. *apparere*, (quo redditur maxime in L. N. T.) pro advenire ſ. adeſſe; quo et redeas, ſi Gr. praepoſitio reddatur per Lat. *ſuper*, cf. L. Ern. cum Ind. Xen. Pol. Z. *ſupervenire*, ubi abſolute ponitur; in quibus duabus notionibus ego quidem maneo, aliis alio inclinantibus, v. c. ut ſit repente ſ. improviſo, cf. Ind. Dem. et Xen. Cyr. Z. (ex 1, 6, 43. ubi cum dat. perſ., ſed abſolute 2, 4, 17. e. ut cum adi. ἄντιος pro adv. 6, 3, 13. m., ubi Ind. Mor. ſine emphaſi, cf. Ind. Xen. 'Αvβ. Z. it. cum praep. et adv. 8, 5, 15.) quae notio non in v. ipſo eſſe poteſt, quia diſerte additur adv. ἐξαπίνης ap. Xen. 'Αvβ. Z. 3, 5, 2., ut nec noſtro loco Commodus venit *ſubito*, quia fuit nunciatus, cf. lib. de V. med. p. 18. m. 488. i.

Sed cum v. ὠ. nominativi adiectivorum vertentur, ut advv., *libenter* et *cupide*, vel per ſyn. formulam abl., *cum voluptate* et *cum deſiderio*, vel per ambages, et ut in participio per particulas, aſſumto ἂν, *ita ut* eſſet *gratus* rel., cf. ad ἀσπ. Stp. Th. (ab Ern. L. auctus,) cum Ind. Hom. et Heſ., quod videtur numerandum in Noſtri poëticis, cf. Suid. 1, 356. m. ἀσπαστοὶ, ἄσμενοι, grati, *iucundi*, non coll. ad Heſ. 1, 577. m. ſine N., ut 3, 137. m. ποθεινὸς, πεποθημένος, *optatus*, rel., h. l. proprie pro eo, qui iam deſideratus erat, quem deſiderabant, volebant videre et habere ap. ſe, cf. Stp. Th. aliunde, (ab Ern. L. iterum auctus,) hic ut utrumque adi. quodammodo ſit pro ſyn., ut Heſ. ἀσπαστὸν explicat per ἐπιθυμητὸν, et Suid. 1, 894. i. εὐκτὸν, ἐπιθυμητικὸν, it. G. Th. *optato* „venis Ter. i. gratus et deſideratus, *gratus*, ἀσπάσιος" in quo Gr. ap. Heſ. χαρτὸς, ut ἀσπασίως, — ἡδέως, cf. infra 1, 13, 9. τερπνὸν καὶ ποθεινὸν λ. 3, 11, 18. εὐκταῖα καὶ ἀσπαστὰ, it. ap. G. Th. v. *expect.* 514, 101. *carus* omnibus *expectatus* que *venies*, it. adventus *ſuaviſſimus* et *expectatiſſimus*, it. v. *opt.* 605, 26. rumores *grati* et *optati*, quibus Latt. utuntur hic P. et Bg., tum Luc. 1, 215. i. ἡδίων καὶ ποθεινότερος, a Gs. neglecta, pro *ſuavior* et *optabilior*, ſed plura iuncta ap. Xen. Mem. S. 3, 10, 3. τὸ ἥδιστον καὶ φιλικώτατον καὶ ποθεινότατον καὶ ἐρασμιώτατον τῆς ψυχῆς ἦθος, de re adeo, ut comparat. ποθ. ſolus Rs. Or. Ind. V. 6., ſed poſitiv. ap. Ariſt. Av. v. 697. ſ. 695., at cum dat. perſ. ib. Ran. v. 84. π. τοῖς φίλοις, et Stp. Th. Ind. Xen. Pol. Z., ſed adv. ἀσπαστῶς ap. Lyc. v. 1090. lubentes *venerint*.

1, 7, 9.

— ῥίνημα χρυσοῦ προϊόντι ἐπιπάσσεσθαι.

Praeter Caſp. Barth. Adv. l. 58. c. 17. p. 2760., quoque Eſchebach. Diſſ. Ac. VII. p. 447., agens de capillis rutilis vel natura, vel arte, ſubiicit haec. „Rutilus color videtur eſſe igneus et flavus ſ. aureus. Hinc Batavi Silio *auricomi* dicti, — quomodo et Vandalos χρυσοειδεῖς i. e. *auricolores* capillos Procopius habere ait, (p. 449.) ſed et Germani, Rheni accolae, ſcobem et ramenta aurea videntur habuiſſe, quae capiti inſpergerent, quo magis coma illuminata flaveſceret. — Ab his autem ad alios etiam iſte mos pervenit. Ita enim refert Herodi., quod non puduerit Antoninum imperatorem *flavam* capiti *caeſariem* aptare, quae mentiretur Germanicae tonſurae modum" ſubiectis Gr. e 4, 7, 6., ubi tamen nihil diſerte de aurea ſcobe, quae eſt antiquior, ut apparet e noſtro hic loco et illo Ioſephi in N., quo de tamen dubitat Bochart. Hier. P. 1. l. 2. c. 9. p. 154., ubi, praeter alia „ita Verus imperator, capiti legitur

auri ramenta *inſperſiſſe*, et Commodus fuiſſe *capillo* ſemper *fuçato*, et *auri* ramentis *illuminato*; quamvis tantum in comis fulgorem illum *a* natura *habuiſſe* afferat Herodi. l. 1., *ut*, cum *in* ſole *ambularet*, τοὺς μ. οἴεσθαι ϱ. χϱ. πϱοϊ. ἐπ. quidam *auri* ramentis *euntem* conſpergi *putarent*. Gallienus quoque crinibus ſuis *auri* ſcobem *aſperſit*. Itaque rem ſuorum temporum videtur Ioſephus ad Solomonis aetatem tranſtuliſſe" qui et ipſe cum Bg. v. συγγεγενῆσθαι proprie accepit, quo de in N. dicebam, cf. Io. Arntzen. Diſſ. 1. de colore et tinctura comarum p. 22. coma *flava* olim laudatiſſima ſ. ξανθή, cum p. 25. ubi coma *flava* i. q. fulva, rutila, rufa, rel., it. p. 52. de totis populis, quibus hic comarum color, ut Germanis p. 55. it. p. 78. de οὔλας κόμας ex Hom. rel., tum p. 115. ſect. 5. „inter reliquos etiam ornatus, quos nimia excogitavit labente rep. Romanorum luxuries, non infimum locum obtinet, ſolitos fuiſſe crines *ſcobe* aurea *inſpergere*, ut *aureum* acciperent *colorem*, (ſubiectis exemplis Gallieni et Commodi e Lampr. et) quod de eodem hoc imperatore refert Herodi. 1, 7, 9. — et *coma* natura *flava* et *criſpa*, ut, *quando* in *ſole* ambularet, *illa* ſplenderet *veluti* ignis, *adeo*, ut *putaretur*, exeunti *ſcobe* aurea *inſpergi*" ubi ἐκλαμπ. rel. libere redduntur, et ad κόμη relata, ſed pro abl. *ſcobe* fortaſſis legendum *ſcobes* ſ. *ſcobis* in nominativo, prolatis deinde adhuc aliis exemplis p. 116. laudatisque maxime Voſſ. et Burm. ad Val. Flacc. 6, 709., ut de pulvere aureo, capillis iniecto, alios laudat Fabric. in bibl. Ant. p. 846., quo de fortaſſis et habent nominati ib. p. e. ſect. VI. i., ſicut in Grut. Lamp. T. 4. a p. 482. extat Hadr. Iunii de coma commentarium, ſed p. 539. c. 8. de criſpatura et contortione capillorum, p. 541. c. 9. de capillitii coloribus, ubi p. ſq. m., cum explicuiſſet ξανθὴν κόμην *rutilam*, deinde „Commodo imp. *ſtatua* (leg. flava) *coma*, velut *auri* ſcobe *reſperſa*, divinitatis opinionem attulit, dictitantibus Romanis, coeleſte quoddam *iubar* caput eius circumdare, ut ſcribit oculatus teſtis Herodi." in c. 7. ne verbo quidem facto ſuper auri ſcobe, qua de aliquid habet quoque Kypk. 2, 433. m., nihil vero G. Th. in Bg. *ſcobe* cum Gr. n., ubi Stp. Th. hinc e P., cf. Foeſ. Oec. p. 534. a. e., ubi ex Hipp. „ϱινήματα χαλκοῦ, aeris *ramenta* et *ſcobes*" ad quam formam procedit et Noſtri ϱιν. cum χϱ., pro quo ſupra ap. Ioſeph. ψῆγμα χϱυσίου, et ap. Strab. ψ. τοῦ χϱυσοῦ, cum articulo ſine diſcrimine, cf. Suid. 3, 260. m. 703. e. non coll. ad Heſ. 2, 1576. e. Nr. 30. cum N. et p. 703. i. ξέσμα ſine N., quod iuvent tamen illa p. ſq. e. Nr. 24. (nobis *Goldſtaub*,) ſed Stp. Th., praeter ἐπιπάσσω, (quod v. Ind. Xen. Pol. Z. ex Arr. 8, 3.) cum Lat. Bg. (ap. G. Th. cum Gr. n., cui L. Ern. addit bene *adſpergo*,) „unde paſſ. Herodi. l. 1. — ei *ſcobem* auream *inſpergi*, vel ut Pol." cf. Ind. Ael. V. h. et Luc.

1, 7, 10.

Ἴουλοί τε αὐτοῦ κατιόντες ταῖς παϱειαῖς ἐπήνθουν.

Bg. e P. fere in τὲ, et in poſtremo v. ἐπηνθ. ſupplet pron. αὐτὰς, quaſi Noſter id omiſerit ob iam praemiſſum αὐτοῦ alius generis, in quo ſane latere poteſt iſtud femin. vel quia cum P. participium κατ. cum dat. ταῖς π. copulavit; ſicut pronomen αὐτοῦ, a P. neglectum, de Bg. Vs., et cum in Ms. eius nulla plane extiterit diſtinctio, referre licet aut ad pr. ſubſt. ἴουλ. aut ad ſq. ταῖς π., unde illam Bg. Vs. diſtinguas vel ſic, *lanugo etiam* eius, *demiſſa* genis, *eas* etc., vel *lanugo etiam*, eius *demiſſa* genis, *eas* rel., et hinc quoque in Gr. vel Ἴουλοί τε αὐτοῦ, κατ. ταῖς παϱειαῖς, ἐπ., vel Ἴουλοί τε, αὐτ. κ. τ. παϱειαῖς, ἐπ., vel denique per Var. L.

cum edd. quibusdam, ἴουλοί τε αὐτοῦ κατιόντες, ταῖς παρειαῖς ἐπ., relato pron. ἀ. ad pr. ἴουλ., ſed ταῖς π. ad ſq. v. ἐπ., ac commate poſt κατ. facto, quae ultima rectio maxime probabitur, ubi ante de ſingulis dictum fuerit vocabulis, deſerente Sch. partim P. in „ἰουλ. *lanugines* malis *proſerpebant*, κ. deſcendentes *lanugines* ex *genis*, ἐπ. efflorefcebant *lanugines* e *malis.*"

Igitur Stp. Th. aliunde modo in ſubſt. ἰουλ. habet, praeter caetera, Xen. Symp. 4, 23. m. οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τούτῳ μὲν παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει, Κλεινίᾳ δὲ πρὸς τὸ ὄπισθεν ἤδη ἀναβαίνει; Vs. ed. Th. V. 4. p. 455. *non vides*, huic *quidem* lanuginem (*primum*, demum) propter *aurem* ſerpere, *Cliniae* vero *iam* retrorſum *ſurgere?* ſed ex Hom. Ὀδ. λ', 318. πρίν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυν εὐανθέϊ λάχνῃ, *antequam* ipſis *ſub* temporibus *pili* florerent, *tegerent* que *mentum* florenti *lanugine*, ubi melius regatur πρίν γένυν πυκάσαι λάχνῃ, priusquam *mentum* lanugine *denſum fiat*, denſetur, oppleatur; cum pili ſ. ἴουλοι non bene dicantur *mentum* tegere *lanugine*, quae et ipſa eſt pilorum genus; unde *pili* pilos *tegere* debeant, ſ. *pili* pilis *mentum*; variante tantum poëta, et ponente ſyn. ἰουλ. et λ., ut πυκ. act. ſumi poteſt pro paſſ., intellecto pron. ἑαυτὴν, ſe *denſare*, i. denſari, conſentiente Suid. 3, 238. m. πυκάζουσι, τουτέστι πεπυκνωμένοις, *denſatis*, ap. quem 2, 126. m. eſt illud Stp. ex epigr. ὥριον ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους Κειράμενος, γενύων ἄρσενος ἀγγελίας, λ. *mature* florentem *ſub* temporibus *lanuginem* Detonſam, *mentorum* virilium *indicem*, ubi γεν. pluralis poëtice pro ſing., aut mentum utrumque, i. partis utriusque faciei ac genae, cf. infra e Suida; quibus add. e Valck. ad Eur. Ph. p. 50. b. Heliod. 7, 10. e. p. 368. l. 8. Aeſch. Th. v. 540. στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων, Ὥρας φυούσης, ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ, *huic* commodum *inſerpit* per *malas* lanugo, *Creber* naſcentis *pubis* exſurgens *pilus*, ubi v. Schol. utr. et Abr. Anim. 1, 109. m. comparat non modo illud Xen. ſupra et Poll. — παρὰ τὰ ὦτα καθέρποντα τὸν ἴουλον ἔχων, ſed p. 650. i. etiam Noſtri locum, ſed ſine Vs. et diſtinctione ulla; quibus porro addimus e noſtris copiolis Call. in Iov. v. 56. ὀξὺ δ' ἀνήβας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι, celeriter *puber* factus es, *et* matura *tibi* venit *lanugo*, it. in Ap. v. 36. οὔποτε Φοίβου θηλείαις, οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς, *nunquam* Phoebi *teneras* lanuginis *quicquam* veſtivit *genas*, ap. Klotz. Tyrt. p. 50. i. ex inſcript. πρωθήβην ἔτι κοῦρον, ἔτι χνοάοντος ἰούλου Δευόμενον φθονερὴ μοῖρα καθεῖλε βίου, quae ſic reddo, *Adhuc* puerum *modo* puberem, *adhuc* molli *lanugine* ornatum, *veſtitum*, invida *ſors* privavit *vita*, (cui ſimile illud Stp. ex Apoll. Rhod. Διὸς υἱὸς ἔτι χνοάοντας ἰούλους ἀντέλλων,) it. ex Anthol. Εἰ καί σοι τριχόφοιτος ἐπισκίρτησεν ἴουλος, καὶ τρυφεραὶ κροτάφων ξανθοφυεῖς ἕλικες, λ. quae partim modo reddimus, *Etſi tibi* villoſa, *hirſuta* inſiliit *lanugo*, et pro τριχοφ. malumus τριχόφυλλος, quod ſolum Lexx. tenent, non item alterum, porro Orph. Arg. v. 225. ex emendatione quidem Interpretum, τῷ δ' οὔπω ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου Ἀργεννὰς ἐρύθαινε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος, cui *nondum* ſupra *roſcidum* (pulcrum) mentum *candidas* rubefecit *genas* mollis *lanugo*, et Luc. 2, 407. l. 12. πᾶς οἰκέτης αὐτῷ σχεδὸν ἀγένειος ἦν, μέχρι τοῦ πρῶτον ὑπογραφέντος αὐτοῖς χνοῦ παραμένοντες. ἐπειδὰν δὲ ἰούλοις παρειαὶ πυκασθῶσιν, λ. *unusquisque prope ſervus illi imberbis*, qui *nempe*, dum *prima* illos *lanugo* obumbraret, *ap. ipſum manerent*. Cum primum *vero* prima *barba* denſarentur *genae*, qui locus ſimilis illi Hom. de noſtra explicatione, cf. de ἰουλ. Ind. Call. et Diod. S., tum Poll. 2, 88. cum N.

5. Schol. Apoll. Rhod. l. l. it. Lyco. v. 23. Suid. 2, 126. m. 419. e. 3, 675. e. Heſ. 1, 814. e. 2, 55. i. cum N. 436. i. 732. m. ſine N. et 1558. m.

Ut videatur id ſubſt. referendum in Noſtri poëticis, ut et alterum *παρειὰ*, quo de cf. Ind. Hom. Heſ. Call. Muſ. Orph. Eur. Ariſt. Kuſt. Ael. V. h. et Abr. L. Ar. p. 38., cum et Stp. Th. exempla teneat plura e poëtis, ſed tria tantum e proſaicis, nec ſimul noſtrum locum, cf. Ind. Luc. cum Heſ. 2, 874. e., non coll. Suid. 3, 47. e.

Tum habet Stp. Th. verbum *κατ.* nec hinc, nec per ſimile quid, ſed modo phyſice, tum de perſ. cum Lat. *deſcendo*, tum de re, ut navi ac vento, cum Lat. *ingruere* et *cooriri*, ſequente fere L. Ern., ut Bg. *demitti* ad primam notionem redigi poſſit, et *lanugo* per genas *demitti* dicatur, cum deſcendit ab oculis, temporibus et auribus ad mentum usque; tenente G. Th. tantum in ſubſt. *lan.* cum Gr. n. ad Homericum ſupra „nunc *primo* opacat *flore* lanugo *genas*, it. *fuſcante* lanugine *malas*" quibus add. Amm. Marc. 31, 10. p. 527. e. *dum etiam tum* lanugo *genis* inſerperet *ſpecioſa*, it. Virg. Aen. 8, 160. *tum* mihi *prima* genas *veſtibat* flore *iuventas*, (ubi Heyn. „veſtibat *flore*, *πύκασεν*" comparato etiam ſine Vs. loco illo ſuperius Hom. Ὀδ. λ', 318. ſq.) it. 10, 324. et Ovid. Met. 13, 754. it. 9, 398. ubi v. Gier. et 12, 291. ſed me reperiente in Graecum modo ap. Abr. L. Ar. p. 60. „*ἡ κόμη συγκατιοῦσα τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς* dictum, ut ap. Petron. deſcendentes *ab* aure *capilli*, Lucan. *intonſos* rigidam *in* frontem *deſcendere* canos *Paſſus erat*. — Ariſtoph. *ἃ 'παθεν Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις*, (*quid Magnis* iam *canis* venientibus *eſſet expertus*, i. q. pr. vs. *ἅμα τῷ γήρᾳ*,) *Βοστρύχους ταῖς παρειαῖς συγκαταβαίνειν* Philoſtrat. (ſine Vs.) Apul. *lanugo* malis *inſerpebat*, — id. *vide*, ut *decenter* utrinque *lanugo* malis *deſerpat*. *κόμας κατιέναι* eſt Ariſtoph." ubi proprie eſt *τὴν — καθῆσθαι μητέρ' — κόμας καθεῖσαν*, ſedere *matrem* comis *promiſſis*, quod potius pertineat ad *καθιέναι*, cf. Kuſt. Ind., ut illa, de *crinibus* univerſis dicta, etiam valeant ad *τοὺς ἰούλους* et *lanuginem*, ac ratio Bg. hinc ſtabiliri queat, et h. l. *lanugo* demitti *genis* ſit i. q. ap. Apul. *lanugo* malis *inſerpere* et *deſerpere*, i. e. in malis ſerpere et de malis ſerpere, ſ. per genas deſcendere, cf. G. Th. v. *deſerpo* ſine Gr. „deorſum ſerpere (cum Apul. illo et) Stat. *deſerpit* que *genis* nec *ſe* lanugo *fatetur* Intonſae *ſub* nube *comae*, — *inſerpo*, *ἑρπύζω*, ſerpendo occupare et obrepere" cum loco Apul., quibuscum conferas illud ſupra Xen. Symp. *καθέρπει λ.*, quod, ignoratum a Stp. Th., habet L. Ern. „i. q. *καθερπύζω*, repo, ſerpo, 2) ſerpendo deſcendo, 3) deſcendo ſimpl." prout pr. *κατὰ* vel *deorſum* ſignificat, vel redundat, quo et tendit Ind. Xen. „ſerpo, — de lanugine, quae primum progerminat."

Quod Lat. ſimile illi P. hic „*lanugo* malis *proſerpebat*" ap. G. Th. „*ἐφερπύζω*, ſerpendo in conſpectum venire" quod ambiguum, et vel adrepere, ad aliquem venire e longinquo, vel i. q. erumpere, i. ex carne et cute, ſub qua latebat, e profundo in ſummas externasque genas, nobis *hervor brechen* ſ. *ſtechen* ſ. *kriechen*; in qua poſtrema notione adeo fuerit alius modus ſerpendi, quam ap. Bg., ſed ut tandem utraque interpretatio redeat eodem, et *ἴουλοι* dicantur *κατιέναι*, dum oriuntur vel orti ſunt primi pili in mento; quo ſenſu capiatur et ſuperius Callim. *ἐλθεῖν*, cum quoque *κατιέναι* ponatur ſimpliciter pro venire; ſicut *ἴουλοι* dicentur etiam *κατιέναι*, qui ſimpliciter *ſunt* in *mento*; ut Lat. *venire* pro eſſe capiunt, v. Heyn. ad Virg. A. 5, 344.

Sed e P. duxit Bg. etiam hoc, ut ſuum *demiſſa* conſtrueret cum *genis*, et adeo Gr. v. κατ. cum dat. ſ. abl. rei ſ. loci ταῖς παρ., quod neſcio, an quis velit comparare cum illis antea ap. Abr. ἡ κόμη συγκατιοῦσα τῷ ἰούλῳ, et βοστρύχους ταῖς παρειαῖς συγκαταβαίνειν, ubi caſus adiunctus poteſt pendere a praep. alterutra, ſed magis a pr. κατὰ, ſaltem in poſteriori loco Philoſtr., quae rectio per ſe cadit in noſtrum v. κατιέναι, etſi reperi id modo ſic,

1) vulgari notione ac prima, pro deſcendere, et devenire, it. pro ſimpl. venire

a) de perſ. idque abſolute, v. Ind. Luc., Ael. V. h. 2, 29. e. p. 143. (ubi oppon. ἀνιόντων,) Fab. Aeſ. Hſ. 28, 2. (ubi pro eo in pr. κάτω κατελθεῖν), tum per adiuncta, cum acc. rei ſ. loci, v. Call. in Ap. v. 100. et in Di. v. 19. σπαρνὸν γὰρ, ὅτ' Ἄρτεμις ἄστυ κάτεισιν, raro *enim* in *urbem* veniet *Diana*, quae, liberius converſa, non tamen habuere Notam, ſed ſunt, *rarum* eſt *enim*, cum *Diana* in urbem *venit*, ſuppleto v. ἐστὶ, et ὅτ' pro particula temporis ὅτε accepto, aut pro ὅτι ſic, *rarum* eſt *enim*, quod *Diana* in urbem *venit*, quod et in Vern. lingua ſolenne, cf. G. Th. v. *quod* 56, 55., porro cum pr. εἰς Ind. Fi. Aeſch., it. cum pr. πρὸς Ind. Luc., it. cum adv. temporis ἤδη, ib., aut loci, i. in locum, Ael. V. h. 2, 13. p. 103. i. ἐκεῖ κατῄει, cf. Ind. v. utr., porro cum adv. de loco et temporis ſ. per formulam adverbialem ſimul ap. Call. in Del. v. 197. σὺ δ' Εὐβοίηθε κατῄεις, — οὔ τι παλαιὸν, ab *Euboea* deſcenderas, — *neque* diu *ante*, quod decipiat aliquem ad οὔ τε, cui notioni adiungo illud Fab. Aeſ. Hſ. 129, 5., ubi coquus canem, in furto deprehenſum correptumque, ἔρριψε παραχρῆμα ἔξωθεν τῶν θυρίδων, extra *feneſtram*. ὁ δὲ κατιὼν ἀπῄει μεγάλως κράζων, ubi Ind. bene „*decido*" ſed eſt Lat. *delapſus*, i. deveniens, e ſuperiori loco in inferiorem,

b) de re, cum adiuncto ſimplici, ut cum praep. ap. Muſ. v. 110. κατῄιεν ἐς δύσιν ἠώς, deſcendit *ad* occaſum *ſol*, Schol. κατήρχετο λ. cf. Suid. 2, 280. m. non coll. ad Heſ. 2, 194. m. e. cum Bud. C. 760, 47., ſed cum adiuncto duplici, ut cum adv. et praep. ap. Hom. Ὀδ. κ', 159. de cervo, ὁ μὲν ποταμόνδε κατῄιεν ἐκ νομοῦ ὕλης, *is quidem* ad *flumen* deſcendebat *ex* paſcuis *ſylvae*, it. cum caſu temporis et adv. ap. Heſ. θεογ. v. 722. ſqq. Ἐννέα — νύκτας — Οὐρανόθεν κατιὼν, *novem noctes* coelitus *delapſa*, — Ἐννέα δ' αὖ νύκτας — Ἐκ γαίης κατιὼν, *ex* terra *deſcendens*, et cum praep. duplici ib. ἀσπ. v. 254. ψυχὴ — ἄϊδόσδε κατεῖεν τάρταρον ἐς κρυόενθ', anima *ad* orcum *abibat* (al. deſcendebat) *tartarum* in *frigidum*,

II) notione exquiſita, pro redire, (etiam Stp. Th. cognita, ſed ut eius loca non licuerit adhibere, abſentibus libris et Indd. tacentibus meis,)

a) de perſ., universe, cum praep. Dion. H. S. T. 1. 396, 31. de populo Rom. in monte, ἐπὶ τὰ ἡμέτερα ἡμᾶς κατεῖναι, ut *redeamus* ad *propria*, et ſimul cum adv. p. pr. l. 4. κατεῖναι πάλιν ἐπὶ τὰ ὑμέτερα, *reverti* ad *veſtra*, ubi in Vs. adv. neglectum ſine cauſa, cum omnes linguae habeant id ſimul, ut Lat. *rurſum* cum *redire*, et noſtrates *wieder* zurück *geben*, cf. G. Th. 104. i., ſed praecipue de exulibus, et quidem abſolute, ap. Aeſch. Agam. v. 1292. *adveniet*, cum Abr. Anim. 1, 404. e. et Mor. Iſocr. Pan. Ind. e p. 85. e., ſed cum adiuncto ap. Thuc. 536, 96. *rediret*.

b) de re, in univerſum, abſolute, ap. Call. in Cer. v. 1. 3. τῶ καλάθω κατιόντος λ. calatho *deſcendente*, i. deportato, devecto, cf. Harl. Chr. Gr. P. p. 164. vs. 1., tum de vento, pro oriri, venire, flare, aliis

vero *a* tergo *venire*, ſine neceſſitate, ap. Thuc. 114, 13. 378, 36. cum N. et Abr. Dil. p. 444. e. it. N. ad Moer. Attic. p. 223. a.

De v. ἐπανθεῖν porro in L. Ern. „dr. 1) de rebus, quae aliquid decoris extrinſecus addunt, ut rubor genarum, — colores omnes vividiores, 2) de iis, quae erumpunt, prorumpunt e cute" ut Foeſ. Oec. p. 136. a. e. „ἐπ. eſt in ſuperficie efflореſcere, — translatitie eminere, exiſtere, ſupereminere et emicare, rel." cf. Stp. Th., qui in tropico ſenſu addit quoque Lat. *conſpicuum eſſe*, cum locis „Ariſt. Nub. τοῖς μήλοισιν ἐπήνθει χνοῦς, *lanugo* malis *ſuperfloreſcebat*, — de colore Luc. τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν, i. ἐπιπρέπειν" 2, 465. l. 5. ruborem *effloreſcere*, cf. 1, 290. l. 36. ἢν μὴ ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα, *niſi* eniteſcat *candori* immixtus *rubor*, quo reſpexerit Stp. Th., cuius ex Ariſt. Nub. v. 974. contractiora ſunt, quam in textu ipſo, et partim converſa e Biſeto, qui μῆλα inter alia explicabat per τὰς παρειάς, ut ad Stp. rationem ille locus cum noſtro maxime conveniat, ſed et de Comici ipſius rectione, quam in v. noſtro ſic reperimus, ut, ſemper adhibitum de re, nunquam tamen proprie phyſiceque, pro Stp. illo florere ſuper aliqua re ſ. in ſumma extremaque re ac ſuperficie eius, ſed tropice poneretur

1) abſolute ap. Foeſ. l. l. „τραχύτης ἐπήνθει λ. aſperitas *exiſtebat*" it. ap. Stp. Th. E. e. ſq. e Luc. Herodt. et Gal. cum Bud. ſine Vs. e Baſil., ubi in τῇ ἐπανθούσῃ φαιδρότητι τὸ περιχαρὲς τῆς ψυχῆς ἐμφαίνουσα, ad φαιδρ. extrinſecus ſumas τῆς ὄψεως ſ. τῶν ὀφθαλμῶν, *eminente* ſ. conſpicua *vultus* hilaritate *ſummam* animi *laetitiam* et tranquillitatem *oſtendens*, i. e. hilaritate, quae in vultu eius eminebat, conſpicua erat, ſ. ſimpliciter *erat*, it. ap. Ariſt. Veſp. v. 1060. κύκνου — πολιώτεραι δὴ αἵδ' ἐπανθοῦσι τρίχες, *magis* cygno *albicant* nobis *pili*, immo *quam cygni*, candidiores *ſane* ſ. iam *hi* pili *ſunt*, cf. Suid. 2, 392. m. it. ib. Eccl. v. 13. τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα, pullulantes *pilos*, i. pilos, qui ibi ſunt; quanquam Lat. illud Vs. vulgatae convenit cum Heſ. 1, 1337. e. ἐπήνθησεν, ἐβλάστησεν, ſine N., it. Plut. de diſcr. adul. §. 106. αἱ τῶν φίλων χάριτες ἐπὶ καλῷ τινὶ καὶ ὠφελίμῳ τὸ εὐφραῖνον, ὥσπερ ἐπανθοῦν, ἔχουσιν, ubi, tacente Ind. Gs. Chr., modo Krg. bene ad ſenſum, pro ſeveris, *amicorum* mutua *benevolentia* ſ. *officia*, praeter *honeſtatem* et *utilitatem*, ſecum habent *ſuavitatem*, ſ. coniunctam habent, *quaſi florem*, ornatum quendam; ut participium ſit pro ſubſt. ἐπάνθησιν, ἐπάνθημα, ἄνθος, i. pulcritudo quaedam, color quidam pulcher, i. q. §. pr. ἀνθηρὸν χρῶμα,

2) cum praep. ap. Xen. Venat. 4, 8. αἱ μὲν οὖν πυῤῥαὶ ἐχουσαι ἔστωσαν λευκὴν τρίχα ἐπανθοῦσαν περὶ τὰ πρόσωπα, καὶ αἱ μέλαιναι, αἱ δὲ λευκαὶ πυῤῥάν, ubi Ind. Z. „ἐπανθοῦσα θρὶξ π. πρ. de cane, *in* cuius *fronte* enati ſunt *villi*" ſed Vs. ed. Th. V. 4. p. 612. non bene monſtrat rectionem, quae haec eſt, αἱ πυρ. ἔστωσαν ἔχουσαι λευκὴν λ., ad haec ſeveriora, *igitur rufi* quidem *ſunto* tales, *qui* habeant *album* pilum *effloreſcentem*, eminentem, enatum *ad*, circa *faciem*, ſ. *in facie* ſ. *fronte*, ut *et* nigri, ſ. etiam nigri, *ſed* albi *rufum*,

3) cum adv. ap. Stp. Th. ex Ariſt. Nub. v. 1176. ſine Vs. τοῦτο τοὐπιχώριον ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ, ubi Schol. πλεονάζει, ἀκμάζει, bene per ſimplex, Lat. *floret* ſ. *viget*, ſed Vs. vulgata, *in te* palam *illud* populare verbum *effulget*, non male ſuppleto *in te*, cum ἐπ. reſpiciat pr., ut deſit *in vultu tuo*, pro *eſt* in *vultu tuo* ſ. conſpicitur ibi; ſicut ſequitur ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος, et praecedit ὡς ἥδομαί σου πρῶτα τὴν χροιὰν ἰδών. Νῦν μέν γ' ἰδεῖν λ.

4) cum dat. aliquo, idque

A) perſonae, abſolute ap. Stp. Th. e Gal. ἔρευθος ἐπ. λ. vel ſimul cum a) adv. ap. Stp. Th. e Luc. τοῦτο εἰς τοσοῦτον ἐπανθῆσαι τοῖς Ἕλλησι, quod (nec a Stp. verſum, nec Ind. monſtratum) verterim *adeo* hoc *apud*, inter *Graecos floruiſſe*, viguiſſe, fuiſſe uſitatum et conſpicuum, et ib. e Plat. „ὅ περ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις — σύμφυτον ἐπανθεῖ, quod elucet, apparet in illis, ſ. quod prae ſe ferunt“ i. oſtendunt, ſed ut potiora ſint Latt. prima, it. *conſpicitur* ſ. *eſt* in *pueris*, b) cum praep. ap. Stp. e Syn. ſine Vs. εὐθὺς ἐπανθεῖ μοι κατὰ τῆς παρειᾶς ἐρύθημα, quod verto, *ſtatim oritur*, ſuffunditur *mihi* rubor *per genam*; in quibus dat. ille haberi poteſt pro aliquo dat. loci, ut et in verbo cum dat.

B) rei, idque a) abſolute ap. Stp. e Gal. illo ante ἔρευθος ἐπ. λ., ſi ſqq. τοῖς λελουμένοις rel. de rebus ibi ſunt, ubi Bud. vertit „exiſtit ſ. per ſumma ſcatet“ ſed e Strab. „ὕστερον δ' ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάσσῃ, Bud. per ſumma eminere et *conſpicuum eſſe*“ quod poſtr. nolim ob pr. ὁρ., ſed, praeter prima Lat., lutum in [illegible] i eſſe, natare ſupra aquam, innatare mari, oriri in ſummo mari, et ſine Vs. e Luc. 2, 64. l. 30. τὸ σαφὲς ἐπανθείτω τῇ λέξει, perſpicuitas *effloreſcat* in *dictione*, i. inſit, conſpiciatur, cf. Dion. H. S. T. 2. 84, 35. p. ſq. l. 28. cum Luc. 2, 466. l. 86. ὃ δὲ πᾶσιν ἐπανθεῖ τούτοις, ἡ χάρις, quod *autem* in *hiſce* omnibus *floris* inſtar *enitet*, gratia *nempe*, ſ. floris inſtar eſt, it. Longin. Mor. 30, 1. e. p. 164. i. b) cum pr. ἐπὶ ſimul ap. Ariſt. Eccl. v. 898. τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε τοῖς ἁπαλοῖς μηρίοις, Κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ, ubi eſt i. q. pr. ἐμπ. et i. q. ſimpl. ἀνθεῖ,

C) cum dat. rei, qui non ſit loci, ſed modi, ſ. pro abl., ap. Abr. ad Aeſch. 1, 332., qui ad ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος — νεκροῖς monet „ἀνθ. ſimpliciter poni pro πλήθειν, πληροῦσθαι“ non vertens reliqua duo loca, ſed ad hunc „Cononis Narrat. 45., ubi Orphei κεφαλὴν dicit ἐπακμάζουσαν καὶ ζωϊκῷ αἵματι μετὰ πολὺν χρόνον ἐπανθοῦσαν, (ſubiiciens,) prorſus ut ἀνθεῖν et ἀκμάζειν ſaepius copulat Hippocrates“ ubi verbum eſt cum adv. temporis et reddo, caput *vigere* ac *florere* adhuc *poſt multum* adeo *tempus* animali *ſanguine*, i. habere ſanguinem, praeditum eo eſſe, ſ. abundare, ut ap. Aeſch. Sept. c. Th. v. 958. ἰὼ πολλοῖς ἐπανθήσαντες πόνοισί γε δόμοι, ad ſenſum in Vs. *heu* multis *abundantes* cladibus *aedes*, ubi ſane haec Vs. procedit, ſed verbum eſt adhibitum in malam partem, pro calamitatibus premi, obrui, in illis verſari, quale quid G. Th. non tenet in *florere* et *effloreſcere*; niſi velis, et ibi eſſe pro eminere, eſſe conſpicuum, inſignem, celebrem.

E quibus omnibus conſtituerim verbi ἐπ. notiones has, ut, 1) praepoſitione ſpectata ſervataque, *florere* aliquid *in re* vel *perſona*, tropo remoto, dicatur, quod in ea eſt, apparet, tanquam flos et ornatus, quod eam ornat, vel quod eſt conſpiciturque in eius extremitate ac ſuperficie, ut flos eſt in plantis ſummis, earumque extrema parte; in quo utroque licebit divellere praepoſitionem, et reddere ἀνθεῖν ἐπὶ ſ. ἐν τινὶ, 2) ſit i. q. ſimplex ἀνθεῖν, maxime cum alia praep. ſimul, ut ἐπὶ, κατὰ, περί.

Per has notiones ſervari poterit unum Lat. *effloreſcere*, quod ap. G. Th. „ἐξανθέω, flores producere, et per translationem de illis rebus dr., quas provenire, augeri, incrementa laeta habere, gaudemus“ quibus addi debent haec Niz. „ſplendeſco, eluceo, eniteo, exiſto, mano“ it. illa Cl. Cic. „duci, naſci“ ſed et communia iſta, oriri, eſſe, reperiri, conſpici; quanquam, quoad praepoſitionem, viciniora ſunt

1) illud Stp. ap. G. Th. „*ſuperfloreſco*, ἐπανθέω, Plin. — particulatim *cucumis* floret, *ſibi* ipſe *ſuperfloreſcens*, (ſine explic., it. ſine Gr.)

2) *infloreo* ſ. *infloreſco*, videtur tractum quendam et ſucceſſionem florum notare. Claud. — *priſtina* Romuleis *infloruit* artibus *aetas*“ quod fuerit vel *floruit* in *artibus*, vel pro ſimpl. *floruit artibus*, quam utr. formulam G. Th. tenet 692, 42. 61.

Noſtro quidem in loco, ubi videtur Herodianus reſpexiſſe Hom. l. l. ſupra ex Ὀδ. λ', 318., coniungo ταῖς παρ. ἐπήνθουν, pro ἐπὶ ταῖς παρ. ἤνθουν, nobis, *und* ſein *hervor* ſtechendes *Milchhaar* blühete *auf* den *Wangen*, ſed Lat. *et* proveniens *lanugo eius* effloreſcebat *genis*, i. florebat in genis, erat in genis, tanquam flos ſ. ornatus quidam, efficiebat quendam ornatum, genas ornabat, pulcriores reddebat, (*verſchönerte*, ſchmückte *die Wangen*;) quo et tendat Bg. phraſis, *eas* quaſi floribus *veſtiebat*, e P. fere, *eas* quaſi floribus *conveſtiebat*, quae utraque, tropum verbi retinens aliquo pacto, redit huc, ut *floribus* quid *veſtire* ſ. *conveſtire* ſit i. q. aliquid floribus tegere, exornare, inſtruere, munire, atque hinc ſimpliciter i. q. aliquid ornare, pulcrum ac iucundum reddere; cum flores additi rebus quibusdam, ut veſtibus et cibis, utrumque praeſtent, tum ornatum et pulcritudinem, tum ſuavitatem ac voluptatem; cf. G. Th. in v. illo utr.

1, 8, 5.

Ἀλλὰ γὰρ, ὥσπερ τινὸς πονηρᾶς καὶ βασκάνου τύχης ἀνατρεπούσης λ.

Primo in ἀλλὰ γὰρ ſeverior eſt Bg. per *verum* enim *vero*, quam P. in *dein*; quanquam ſufficiunt Lat. alia haec, *verum enim*, it. *at enim*, it. *ſed enim*, vocibus Gr. duabus magis reſpondentia, etiam magis, quam hoc *enimvero*, habens quippe ordinem alium; etſi omnia, quoad ſenſum quidem, redeunt ad unam aliquam adverſativam *ſed*, it. *at*, ſicut diſerte Suid. 1, 97. e. ἀλ. γὰρ, ἀντὶ τοῦ δὲ, λ.

Scilicet in Gr. particula, ſive illa ſic vicine poſita, ſive ſeparata, interiectis quibusdam aliis vocibus, porro ſtante illa ſive ab initio orationis, ſive in media oratione, ſive in relatione, (ut hic, ubi reſpondet priori μὲν §. i., ut alias ad ſe referuntur μὲν et δὲ, it. poſt οὐ ſ. μὴ μόνον,) ſive etiam ſine relatione, cum ἀλ. γὰρ ſolum comparet, ut Lat. adverſativae ſimplices aut compoſitae, tanquam in enunciationum initiis, in re nova et tranſitu ad rem aliam, in reditu ad rem priorem et poſt parentheſin, in obiectione et occupatione, in ratiocinatione et aſſumtione, in hac igitur Noſtri particula ſevere quidem ſtatuas illam ἐκ παραλλήλου figuram, dum ſumatur γὰρ et ipſa pro δὲ, cf. 1, 5, 17., ut ἀλ. γὰρ ſit una ex his Lat. 1) *at vero*, cf. G. Th. v. *at* e. cum Hor. Turſ. p. 160. 2) *ſed vero*, qua de modo Hor. T. p. 1093. i. Nr. 3. cum N. 3) *verum vero*, ap. G. Th. v. *verum* e. cum Plaut. *verum* hercle *vero* convellere *illos cogito*, quae ſimiliter, ut Gr. ἀλ. γὰρ, divulſa eſt; ad quam notionem claſſemque referas quoque 1) *verum tamen*, cf. G. Th. cum ἀλλ' ὅμως, et Hor. T. p. 1095. e. Nr. 5. it. Cl. Cic. „eleganter poſt parentheſin pro *igitur*“ immo pro ſimpl. *ſed*, etc., prorſus ut ἀλ. γὰρ et πλὴν ἀλλὰ, quo de infra, 2) *at tamen*, ap. G. Th. v. *at* e. 505, 44. ſqq. „interpoſita una pluribusve dictionibus, — *at* tu *indignus qui* faceres *tamen*“ Hor. T. p. 161. e. p. ſq. m. 3) *ſed tamen* ib. p. 954. i. ap. G. Th. v. *tamen* 714, 10. ſqq. „reditum a parentheſi indicat“ plane ut ἀλ. γὰρ et πλὴν ἀλλὰ, 4) *at at*, ap. G. Th. 55, 72. pro interiectione, cum Don. ad Ter. Andr. 1, 1, 98. Eun. 4, 5, 1. Hec. 3, 4, 35., proprie repe-

tita adverſativa per epizeuxin rhetorum, ut noſtratium *aber*, *abêr*, quod ſane cum aliquo animi motu ſumunt, ut quidam poſtea noſtrum ἀλλ. γὰρ, cui extra motum animi par noſtrum *aber allein*, e duplicata adverſativa, quales Gr. aliae ἀλλὰ μὴν, ἀλλὰ μὲν et πλὴν ἀλλά.

Sed noſtro ἀλλὰ γὰρ e Latinis reſpondent

A) ſevere ac per totidem voces, i. duas modo, et eodem vocum ordine 1) *at enim* ap. G. Th. v. *at* 504, 98. ſqq. p. ſq. l. 23. cum Hor. T. p. 158. m. it. Don. ad Ter. Ad. 2, 1, 14. 2) *ſed enim* ap. G. Th. modo 365, 47. ſqq. 3) *verum enim* ap. G. Th. ſine explic. v. *verum* 985, 83. ſed Niz. per *atenim*, tacente Hor. T. et N. ad Ter., niſi quod Phorm. 3, 3, 22. habetur Var. L. *verum enimvero*, quae gloſſa eſt,

B) per totidem quidem voces, ſed alio ordine *enimvero*, quo de v. G. Th. Liv. Ind. Ern. Hor. T. p. 259. m. cum N. 257. e. ſq. ſed melius Niz. per „verum enim, at enim" cum hoc *enim* ſit pro adverſativa, ut γὰρ p. δὲ, cf. G. Th. v. *enim* 364, 93. it. Liv. Ind. Ern.

C) per tres voces 1) *verum* enim *vero* ap. G. Th. v. *verum* e. 985, 86. Hor. T. p. 1095. i. Cort. ad Sall. Cat. 2, 9. b) *ſed* enim *vero* ap. G. Th. v. *ſed* 365, 55. ſine explicat., ut Ind. Liv. Ern. et Hor. T. tacent, c) *at* enim *vero* ap. Hor. T. ſine explic. it. ap. G. Th. v. *at* 505, 27. e Liv., ubi nihil in Ind.

Sed quod Niz. *ſed enim* explicabat per *etenim* et hoc contra pro „nam, *ſedenim*" videtur G. Th. in *etenim* dubitare, eſſe pro adverſativa *at* ſ. *enimvero*, habens ib. *etenimvero* e Plaut., et exponens pro enimvero, quo de tricompoſito nihil ap. Hor. T., ſed ut par videatur illi *verum* enim *vero*, ſi *et* pro adverſativa capitur, quo de v. G. Th. 415, 101. cum Ind. Liv. Ern., unde quoque alterum *etenim* erit i. q. ſed enim, et Gr. καὶ γὰρ i. q. noſtrum ἀλλὰ γὰρ, quod alii

1) commemorant, non explicantes per Lat. aliquod, Abr. ad Aeſch. 2, 111. e., ubi et exemplum eius divulſi, Ind. Ariſt. Kuſt., Diod. S. ex 1, 299. l. 49. *atqui*, et Dion. H. S. T. 1. 529, 5. ἀλλ' οὐ γὰρ, ſed *non*,

2) aliquam notionem indicantes, ſed ſimiliter ſine Vs., Rs. Or. V. 5. p. 237. N. 17. e. „ab his ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ incipit obiectio ſ. interrogatio, per abſurdum concludens. Iſtud ἀλλὰ γὰρ per tmeſin divulſum eſt" cf. Ind. V. 6., it. ad Herodt. p. 685. a. N. 97. cum Ind. dr. „uſurpari in hyperbatis" i. e. poſt parentheſin,

3) reddunt Lat. vocibus vel ſevere, vel utcunque ac varie, ſed ut ſileatur, quid hic γὰρ valeat, in quo rei caput eſt tamen, Ind. Xen. Z. Pol. *enimvero*, ſed Cyr. 'Αvβ. et Mem. S. *verum* enim *vero*, tum Bud. C. 1263, 26. *at enim* „et notam habet interrogationis, (quod non ita eſt, ſed ut interrogatio aliunde pendeat. — Greg. ἀλλ' οὐ γὰρ, *ſed* enim *non*, (diligentius, quam ante ad Dion. H., cf. ib. 1286, 46.) ἀτὰρ, i. q. ἀλλὰ γὰρ, ſed *tamen*" quod Lat. et nos ſupra comparavimus, cf. Stp. Th. 1, 336. C. e. 817. D. m. 2, 1530. e. ſq., ubi οὐ γὰρ ἀλλὰ non eſt par illi ſupra ἀλλ' οὐ γὰρ, tum L. Ern. „ἀ. γ. *quin*, Philox. *aſt enim*" quod Lat. non comparet ap. G. Th. et Hor. T., porro e Bud. quoque Vig. p. 458. m. Nr. 6. cum N. Hoog., qui reddit Lat. *atqui*, et deinde ſuper iſta particula diſſerit, ut in Op. p. 18. ſqq., ut cuique voci ſuam tribuat vim, praeeunte quodammodo Dev. p. 18. ſqq., qui et ipſe hauſit e Bud., et γὰρ putat reddere cauſam aliquam, at p. 20. m. „γὰρ ἀντὶ τοῦ ὅμως;" ſed

4) γὰρ hic redundare putant, praeter Hoog. ad Vig. p. 459. b. m., quoque ad Ariſt. Plut. v. 2425. ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας, at *non* geſtat *faces*,

Schol. τὸ δὲ γὰρ ἀργὸν, ὡς ὑποτασσόμενον τοῦ ἀλλὰ, *otioſum verum eſt* γὰρ, utpote particulae ἀλλὰ *ſubiectum* ſ. *poſtpoſitum*, quae cauſa nulla eſt, tacens alibi, cf. Theſm. v. 538. *enimvero*, ſed ap. Suid. 1, 122. m. *ſed enim*, it. ad Orph. Arg. v. 528. ἀλλ᾽ οὐ γὰρ λ. *verum — non*, Ind. „γὰρ videtur παρέλκειν" ut Dion. H. S. T. 1. 609, 9. νῦν δὲ ὁρᾶτε γὰρ, *at* nunc *videtis*, et 614, 44. ἀλλ᾽ οὐ γὰρ, ſed *non*, Ind. „γὰρ pleonaſt." Quorum prius δὲ γὰρ, divulſum et ipſum, reſpondet noſtro ἀλλὰ γὰρ, quo de

5) Per. ad Ael. V. h. 3, 17. p. 241. N. 30. e. varie, a) ut viderit, poni poſt negat. ſimplicem οὐ, vel poſt μὴ μόνον — ἀλλὰ γὰρ καὶ, b) ut putet „intendere emphaſin, et notare *ſane*, *enimvero*, plane ut — ἐγὼ μὲν γὰρ, *ego* quidem *certe*." In quo poſtr. ſi vel maxime concedam, γὰρ eſſe pro affirmativa: tamen non propterea in noſtra formula opus eſt, ut γὰρ eo ſenſu ſumatur; quanquam Vs. ib. ad 12, 1. ſimiliter ceperit, et illud ἐγὼ μ. γὰρ aliter accipi poſſit, cf. ad 1, 2, 9. Perturbavit, credo, virum, alioqui Graece doctiſſimum, quod ἀλλὰ γὰρ eſſet in media oratione, ubi tamen et Lat. *enimvero* occurrit. Nec ad 14, 5. p. 933. N. 1. recte videtur laudaſſe 6, 10. 13, 24. cf. Ind. v. utr., ubi locus 6, 8. e. οὐκ — τὸν Ὦχον· ἀλλὰ γ. καὶ λ. non — *Ochum*: ſed *etiam* rel. ſimilis illis Per., niſi quod ἀλ. γ. ſtat poſt colon.

Caeterum, quod aliquoties dictum eſt, etiam hic contigiſſe puto, ut alterutra tantum particula in compoſitis cogitaretur et verteretur, neglecta altera, quod non modo cadit in Lat. *enimvero*, cum ponitur tantum pro enim, ſed quoque in *etenim*, et huic ſyn. *namque*, (Gr. poëtarum γάρ τε, cf. Hom. Ἰλ. ά, 81.) quod ordine vocum modo diſcrepat; in quibus fortaſſis *et* et *que* aliquid ſignificabant olim, ut hodie noſtrates habent *und* denn *iſt* es *ſchädlich*, pro *und dann*, ſ. *und hernach*, ſ. *und überdieß*, it. *und* was *denn*? Quae deinde populus, linguarum conditor, copulavit extra talem contextum.

In reliquis noſtri loci, quod de τύχῃ ad 1, 5, 13. dictum, huc non eſt commodum, ob epitheta; nec h. l. videtur eſſe caſus, i. e. res, fortuito accidens ſine cauſa, aut per cauſam nobis ignotam; cum rem *malam*, quae ſit, intelligam, non item rem *invidam*; etſi noſtrates habent *ein* neidiſches *Geſchick*, it. *ein* misgünſtiges *Schickſal*; ubi poëtice ac tropice res pro perſona haberi queat eique tribui invidia, quae quid efficiat, nobisque aut rapiat bonum poſſeſſum, aut non concedat detineatve ſperandum; ut ſit tunc res, quae quaſi per invidiam aliquid facit, cf. G. Th. in adi. *invid.* cum Gr. n. *fata* et *fortuna*, it. in ſubſt. *invidia* 1214, 51. ſqq. „invidia et invidus in talibus ponuntur non pro affectu, ſed pro effectu, cum fieri videntur a deo, quae facere ſolent, cum invident, homines" ut theologi noſtra de ira et motibus animi aliis, noſtro deo in SS. tributis, praecipiunt, ἀνθρωποπαθῶς dici, ſed intelligi θεοπρεπῶς, nec affective, ſed effective; quod tamen de invidia non dixerim, cum taceant litterae ſacrae, et per ſe vitium ſit ubique ac ſemper; quod ſecus eſt in ira et aliis; ut hodie quidem in deum talis formula ſit impia atque iniuria, ſtultisque ac perverſis gentilium de natura divina ſententiis relinquenda, nec amplius inquiram, quid Noſter hic in ſua τύχῃ cogitarit; nec aliquid lenimenti reperiam in particula ὥσπερ, cum non pertineat ad ſubſt. τ. et attributa eius duo, ſed potius ad v. ἀνατρ., relinquens ſimilia Suidae 2, 343. m. v. Κομ. i., nec inveniens ap. alios τύχην πονηρὰν, nec hinc aut aliunde ap. Stp. Th., qui modo in ſubſt. affert contrariam ἀγαθὴν et χρηστὴν, et in adi. „βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, *invidi* cuiuspiam *faſcinatione*, (e Plut., ſed eadem Gr. poſtea per Lat.) *invida* quadam *fortuna*, ſ. invidia quadam fortunae, (recte ad-

dens,) non magis crediderim, nomini βάσκανος ullam ſubeſſe hic faſcinationis ſignificationem, quam ineſt v. βασκαίνω in illo Herodi. loco (2, 4. 11.) ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη" cf. de adi. hic β., alias ſubſt., Dem. 307, 22. πονηρὸν ὁ συκοφάντης ἀεὶ καὶ πανταχόθεν βάσκαινον λ., ſine Vs. in Ind., tum Luc. 3, 265. l. 50. ἀποστερηθέντας — ὑπό τινος βασκάνου πρὸς τὰ τοιαῦτα δαίμονος, *ab* invido *quodam* ad *talia* daemone *privatos*, ubi cum praep., qualem non protulit G. Th. in adi. Lat., notam tamen et nobis in *neidiſch* auf *etwas*, Euſeb. hiſt. eccl. ed. Read. 1, 239. l. 32. ἦν δὲ ἄρα τοῦτο τῷ μισοκάλῳ Δαίμονι βασκάνῳ ὄντι τὴν φύσιν οὐκ οἰστὸν, *verum* infeſtiſſimus *bonis* omnibus *Daemon*, et *ſuopte* ingenio *invidus*, iſtud *ferre* non *potuit*, Phil. in Flacc. p. 750. F. cum Loesn. ad N. T. p. 330. m. Fi. Ind. Aeſch. Harl. Chr. P. p. 150. m. vs. 4. Schol. Theocr. Id. 6, 13. Ariſt. Plut. v. 571. Heſ. 1, 701. m. β., φθονερὸς, cum N., ſed Suid. 1, 422. m. nude βασκανία et βάσκανος, faſcinatio, *invidia*, — invidus, *malignus*, quo Lat. reddit Bg. e P. adi. πον., ap. G. Th. „*malignum* proprie eſt attributum animi non bene cupientis, et ſubtrahentis proinde alteri, quidquid in ſe eſt boni, quin detrahentis etiam, quae habet" quae et cadunt in β.; ut Noſter per copiam iunxerit ſyn., ſed proprium cum tropico, quod hic ſtat poſteriori loco, ut priori alias, nobis *ein* ungünſtiges *und* neidiſches *Geſchick*; non tenente G. Th. epitheta Bg. in ſubſt., ſed tantum *facies* invidioſa *fortunae*, it. *iniqua fortuna*, quae tamen et poteſt eſſe i. q. adverſa.

Tum ob Noſtri alterum locum adiungimus v. βασκαίνειν, quo de cf. Stp. Th., qui ſub *invideo* (ap. G. Th. cum Gr. n.) 1, 1884. D. habet quoque hunc locum ſine Vs., tum L. N. T. (quorum Fi. breviter repetit, quae L. Boſ. ad Gal. 3, 1. dedit, ſed alia notionum ſerie, quam Stp. et L. Schw.) Loesn. p. 329. e. Schm. ad Heliod. p. 94. N. 8. Gottl. ad Pl. Ph. p. 74. i., tum Heſ. 1, 701. m. β., φθονεῖ, non coll. Suid. 1, 422. m., quorum pars ex Harpocr. p. 97. et haec βασκαίνω σοὶ ἀεί· ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ, *tibi* ſemper *invideo*, potius ſic capio, *ſemper* dici *alias* β. σοὶ *cum dat. perſ.*, ſed *Libanium* etiam *cum* acc. *rexiſſe*, ut non ſit χρῆσις quaedam ex alio ſcriptore, ſed praeceptum Suidae, quo de caſuum regimine ac diſcrimine v. Thom. M. p. 148. Ammon. p. 29. cum N., Herodi. Gr. p. 470. b. N. 4., ubi Suidas tentatur cum Tayl. ad Dem. V. 9. p. 282. m., cum acc. rei, (quo de nemo dubitat,) ap. Dem. 94, 19. cum διαλύειν, (pro quo aliud habet Ind. memoriter,) cum σκοπεῖν 207, 4. it. abſolute 327, p., cf. Ind. Ael. V. h. et de notatione Schol. Ariſt. Plut. v. 571. cum G. Th. v. *faſcino*, Heſ. 2, 108. e. Nr. 28. cum N.; abeunte L. Boſ. l. l. ad thema φάω, *dico*, pro quo ſtatim ſumam βάσκω, per litteras convenientius ac notionis eiusdem, cf. Heſ. 1, 702. i., tum Luc. 3, 61. e. ἐβάσκαινε — αὐτοῦ, illo — *invidebat*, ubi nihil in N. de rectione cum gen. rei, quem Gs. exprimit per abl., in Lat. verbo ſolitum, ac parem frequentiori acc., ut locus ſit ſalvus, ſi ſuppleas dativum perſ. ἐμοὶ, *invidebat* mihi *eo* ſ. id, i. privavit me artificio iſto, tacuit hoc, non docuit, cf. Poſſ. Call. p. 8. e. ſine numeris e Luc. et per plenam ſtatim rectionem „β. σοὶ τούτου, cum gen., *hoc* tibi invideo" qualis conſtructio eſt ap. Poſſ. etiam in v. ſyn. φθονεῖν, forte per ellipſin pr. διὰ, λ. ſ. ἕνεκα.

Sed in altero Noſtri loco, ubi β. eſt de ſola τύχῃ πονηρᾷ cum acc. rei πάντα, accipias etiam pro invidere, ſed, tropo remoto, pro corrumpere, perdere, adimere, privare, quocum, ut ap. Dem. ſupra διαλύειν, per copiam ſyn. eſt v. ἀνατρέπειν, quod, non prolatum ex hoc Noſtri primo loco, Stp. Th. tractat negligenter, non ſeparata notione

phyſica et tropica, qua hic eſt de animo; pro animi reliquos motús honeſtos bonosque, ſenſus et cogitationes opprimere, tollere, adimere; in Bg. Lat. e P. tenente G. Th. modo phyſicam notionem, at cum Gr. n. „everto, vertendo perdere, (et tropice) *totam* evertit *dialecticam*, h. e. corrupit“ cf. Foeſ. Oec. p. 34. m. L. N. T. Obſ. Krb. Kypk. 2, 378. e. Loesn. p. 140. e. Bg. ad Alc. 1, 27. p. 110., ad Luc. 2, 608. N. 30. Abr. Dil. Th. p. 777. Heſ. 1, 346. i. cum N., Poll. 1, 12. cum N. it. 1, 114. 167. 3, 155. 4, 35. 5, 79. Ind. Xen. Mor. Hell. et Z. Cyr. cum Dem., cui add. 275, 15.

1, 8, 8. e.

— *καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς.*

In rem de igne praelato, ad melius intelligendam N. Leisn., cf. Grut. Lamp. T. 5. p. 662. ad locum Anton. ed. Gat. 1, 17. p. 32. i., ubi et huc ſpectat a §. 6–8. cum depravatis Noſtri Gr. e P., ſed Gat. ib. in N. non modo ad hunc locum cum Vs. *et ignis* in *pompa* illum *praecedebat*, (fere cum Bg.) ſed etiam ad alia Noſtri, ut Lipſ. ad Tac. Ann. 1, 7. cum Exc. l. 1. A. ubi „Ignis originem neſcio; niſi quod antiquum video, et a temporibus Antoninorum. Herodianus ſane in Comm. ſtatim meminit, ut rei vulgatae, ubi de Lucilla ſorore eius, *οὐδὲν — αὐτῆς*, *nihilo ſecius* Commodus *honores* ſorori *ſuae* ſervavit. *Nam* et *in* theatris *ſella* imperatoria *ſedebat*, et *ignis* eam *praecedebat*, it. de Marcia Commodi concubina, *ἡ οὐδὲν*, inquit, *ἀπεῖχε γαμετῆς γυν., ἀλλὰ π. — πυρὸς*, *quae* nihilo *differebat* a *legitima* uxore, *ſed* omnia *ut* Auguſtae *aderant*, praeter *ignem*, et de Pertin. *κατῆλθεν — ἀρθῆναι*, venit *in* Senatum, *neque* ignem *ſibi* paſſus *praeferri*, neque *aliud* ullum *principatus* inſigne *attolli*. Nec ambigimus de more. Illud tamen mirum, non alium e Graecis Latque exprimere tam inſignitam rem, praeter Herodianum, non Dionem, non Capitol., Spartian., Lamprid., qui eadem ſcripſerunt illi. Nec enim, quod ſciam, meminerunt verbo. Quis tamen iſte ignis? Non e carbonibus aut ligno, nec qualis ille ap. Hor. *prunae batillus*: lampas tantum fuit. Rem adhuc ignotam doceo, firmoque ex M. Anton. in libris ſuae vitae. *ὅτι δυνατόν ἐςι*, inquit, *ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεων χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδέ τινων καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου*, (Vs. ed. Gat. *poſſe in aula ita degi*, *ut* nec *ſatellitio*, nec *veſtitu* inſigniore, *nec* funalibus *ſtatuis* que *iſtiusmodi* atque *apparatu* conſimili *opus ſit*.) Deſcribit recenſetque inſignia omnia principatus, et *poſſe*, ait, *eum*, *qui in aula vivat*, *carere* ſtipatoribus, *carere* veſte *inſigni* purpuraque, it. *lampadibus* et *certis* ſtatuis, *ſimili*que *luxu*. Ut ergo in deorum cultu adhibitae lucernae facesque, ut docui in Elect. 1, 3. (Op. T. 1. p. 356. ſqq.) ſic Imperatorum. Opinor autem, Romam traductum morem e Perſis. Illorum enim regi praelatus ignis, rel.“

Quibus addo, quae Tromlerus meus, orator eximius, excerpſit. „Auszug aus den Betrachtungen über die neueſten hiſtoriſchen Schriften, Altenb. 1769. 8. 1 B. S. 172. Die 15 Abhandlung in den Memoires de l'Acad. des Inſcript. et bell. lettr. Tom. 32. iſt von dem Gebrauche der Alten, Feuer vor den Kaiſern herzutragen. Hr. Bonamy ſuppliret eine Anmerkung des Lipſius zum Tacitus, wo er von dieſem Gebrauche handelt. Er giebt zuerſt noch eine Stelle des Herodians an, wo deſſelben gedacht wird. Dann zeigt er, daſs ſich Lipſius geirrt habe, wenn er ſagt, vor dem Herodian habe kein Schriftſteller etwas davon

geſagt. Lipſius konnte es auch nicht wohl wiſſen, weil Heinrich von Valois erſt Fragmente von Dio Caſſius bekannt gemacht hat, worinnen von dieſem Gebrauche geredet wird. Was aber unter dem Feuer zu verſtehen ſey, ob ein Licht, eine Lampe, eine Fackel, eine Kohlpfanne, oder etwas anders, das weiſs Hr. Bonamy ſo wenig, als Hr. Lipſius auszumachen. Er glaubt übrigens, daſs die Römer dieſe Gewohnheit von den Perſern gelernet haben.“

Dionis quidem loca habet Eſchenbacus in diſſ. §. 4. e. it. 5. e. cf. Nicol. Tract. de phyllob. p. 58. §. 4. Apud G. Th. nihil in v. *ignis* et *praelatus*, et in Stp. Th. v. πῦρ ne ſemel quidem ad Noſtrum reſpicitur, ſed in v. „προπομπεύω, in ſolenni pompa praeeo ſ. praeferor, (quae modo repetit L. Ern.) de animatis pariter et non animatis, (i. e. perſonis et rebus.) — Herodi. l. 1. ἐπὶ τοῦ — καὶ τὸ π. πρ. ὥ. ignis *ei* de more *praeferebatur*“ e P. fere, ut et in aliis deinde Noſtri locis, nihil tamen monens nec de conſtructione verbi cum gen. e praep., nec de Vs., quam ad locum Athen. liberiorem dederat, cf. ap. Luc. 1, 682. l. 86. τινὰ τοῖς προϊοῦσι καὶ προπομπεύουσιν αὐτοῦ, *aliquem* praecedentibus *ipſum* et *deducentibus*, ubi cum ſyn. προϊέναι et ſimpliciter vertitur ſine illo Stp. *in* ſolenni *pompa*, aut Bg. et Gatak. *in pompa*, quae adiuncta, in v. latentia, ſed a P. quoque omiſſa, rectius intelligas, quam Vern. rec. *bey* groſsen *Feſten*, cum ignis praelatus ſit, ut Eſchenbacus recte docet, non modo feſtis diebus, nec iis magnis, ſed etiam quavis alia occaſione, cum in publicum procedebatur e domo, comitantibus aliis, qui praecedunt aut ſequuntur, aut ad latera eunt, quae dr. pompa, coniuncta fere cum tarditate quadam in eundo aut portando, et dicta tum de actione deducendi, tum de re ac perſ., quae ab aliis mittitur, deducitur, praemittitur, quo pertineat praepoſitio in v. Gr. potius, ut in aliis v., veluti προπέμπειν, cf. Ind. Xen. Z. Ἀνβ., quam ut ſit h. l. Lat. *pro*, v. c. in *prodire*, i. foras, extra domum, in publicum, in publico, palam, quod noſtratium ſaltem ad brevitatem commodius fuerit, *gieng* ſ. *zog* vor *ihr* öffentlich *her*.

1, 9, 7. e.

— τῷ — τῆς χειρὸς νεύματι τὸν δῆμον κατασιγάσας.

L. Boſ. ad Act. 12, 17. Ariſtophanem citat, quaſi alicubi ſic locutus eſſet. Sed Herodianum haud dubie citare voluit. Idem interim hanc locutionem comparat cum illa Lucae, κατασείειν λαῷ τῇ χειρὶ, eamque illuſtrat ex Heliodoro. — Indicebant et ſilentium digito ſalutari aut exerto, aut ad os admoto. Hinc κατασιγάζων δάκτυλος eſt ſalutaris ap. Suid. — Apul. Mileſ. 1. p. 6. Plura v. ad h. l. ap. Pric. p. 24. — Dicturi oratores manus extendere ſolebant, teſte Apul. l. 2. Metam. 2. p. 54. Antiquiſſimis vero temporibus iidem manus intra pallium continebant, auctore Aeſchine in Timarchum p. 174. De utroque ritu lege Elsner. p. 478., de poſteriore vero Iac. Dan. Caſellum 2, 5. Var. Lect. Adde Ferrar. de ritu ſacrarum concionum 1, 13. Haec Wolf. ad Act. 26, 1. Apuleii locus eſt Met. 2. p. 123. ſq. ed. Elmenh. — Itaque non ſolum capitis eſt annuere: ſed et manu annuere dicimur, etiam Latine. Quintil. 2, 3. de manibus loquens, *annuendi quoque et renuendi ratione demittuntur aut elevantur*. (Herodianus, etiam in ſilentii argumento, τῷ τ. χ. ν. τ. δημ. κ. Haec Pric. ad Act. 12, 17. Sed Leisn. immutavit leviter prima.) Ioſeph. b. l. 7, 24. de Veſpaſ. τὸ τῆς σιγῆς ἐποιήσατο, — i. e. τῇ χειρὶ κατέσεισε, — καὶ πολλῆς ἐκ πάντων ἡσυχίας γενομένης, etc. Ovid. *Poſtquam voce*

manu que *Murmura* compreſſit: *tenuere ſilentia cuncti.* Claudian. *Et* ſacrum *dextra* ſedare *tumultum.* Tac. An. 1. *ſtabat Druſus, ſilentium* manu *poſcens.* Heliodor. τὴν χεῖρα προτείνας πρὸς ἡσυχίαν. (Adde Herodiani locum, ſupra ad Act. 12, 17 adductum." Etiam haec ap. Pric. l. l.) Luc. Iove Trag. ἄμεινον οἶμαι τῇ χειρὶ σημαίνειν καὶ παρακελεύεσθαι σιωπᾶν. Virg. de Turno, Significat *que* manu, *et magno ſimul incipit ore.* Haec Pric. ad Act. 21, 40. v. Voſſ. Inſt. Or. P. 2. c. 6. p. 535. ſq. et Zeibich. Specimen Obſ. in N. T. ex numismatis n. X. p. 29. *Leisn.*

1, 10, 11. et 1, 11, 8. ſqq.

In utrumque locum ſubiicimus ad comparandum, quos ſuper iſtis rebus conſulere potuimus, primum e Lucret. ex ed. Creech., cuius et Nota ſubiecta eſt, lib. 2. v. 598. ſqq.

Quare *magna* Deum *mater*, materque ferarum,
Et noſtri genetrix Haec dicta 'ſt Corporis una.
Hanc veteres Graium docti cecinere Poëtae
Sublimem in curru biiugos agitare leones:
Aeris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem; neque poſſe in Terra ſiſtere Terram.
Adiunxere Feras, quia quamvis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum.
Muralique caput ſummum cinxere Corona:
Eximiis munita locis quod ſuſtinet Urbeis:
Quo nunc inſigni per magnas praedita terras
Horrifice fertur *divinae Matris* imago.
Hanc variae gentes antiquo more ſacrorum
Idaeam vocitant *matrem*, Phrygiasque catervas
Dant comites, quia primum ex illis finibus edunt
Per terrarum orbes Fruges coepiſſe creari.
Gallos attribuunt, quia numen qui violarint
Matris, et ingrati Genitoribus inventi ſint,
Significare volunt indignos eſſe putandos,
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta tonant palmis, et Cymbala circum
Concava, raucisonoque minantur Cornua cantu,
Et Phrygio ſtimulat numero cava Tibia menteis,
Telaque praeportant violenti ſigna furoris,
Ingratos animos, atque impia pectora volgi
Conterrere metu quae poſſint numine *Divae.*
Ergo cum primum magnas invecta per urbeis
Munificat tacita Mortaleis muta ſalute:
Aere atque Argento ſternunt iter omne viarum
Largifica ſtipe litantes, ninguntque roſarum
Floribus, umbrantes Matrem, comitumque catervas.
Hic armata manus (Curetas nomine Graii
Quos memorant Phrygios) inter ſe forte catenas
Ludunt, in numerumque exſultant ſanguine laeti,

v. 625. Verſus plane admirabilis, et ſcomma acutiſſimum. *Mater* enim illa *Magna* Lapis rudis, nec dum arte elaboratus, non admodum loquax et garrula, beneficia multa haud dubio contulit, at quae dedit tacebat ipſa.*

Terrificas capitum quatientes numine criſtas,
Dictaeos referunt Curetas: qui Iovis illum
Vagitum in Creta quondam occultaſſe feruntur,
Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum pulſarent aeribus aera,
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus,
Aeternumque daret *Matri* ſub pectore volnus;
Propterea *Magnam* armati *Matrem* comitantur:
Aut quia ſignificant Divam praedicere, ut armis
Ac virtute velint Patriam defendere terram,
Praeſidioque parent, decorique Parentibus eſſe.
Quae bene et eximie quamvis diſpoſta ferantur,
Longe ſunt tamen a vera ratione repulſa.

deinde ex Ovid. Faſt. lib. 4. cum Notis quibusdam Cioſ. et Burm., ſed maxime Neapolis, quem propterea non nominamus,

181. Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, et *Idaeae* feſta *Parentis* erunt.
Ibunt ſemimares, et inania tympana tundent;
Aeraque tinnitus aere repulſa dabunt.
Ipſa ſedens molli comitum cervice feretur
Urbis per medias exululata vias.
— — — — —
247. Hoc quoque, dux operis, moneas, precor, unde petita
Venerit. An noſtra ſemper in urbe fuit?
Dindymon et Cybelen, et amoenam fontibus Iden
Semper et Iliacas Mater amavit opes.
Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros:
Eſt Dea ſacriferas paene ſecuta rates.
Sed nondum fatis Latio ſua numina poſci
Senſerat, adſuetis ſubſtiteratque locis.
Poſt, ut Roma potens opibus iam ſaecula quinque
Vidit, et edomito ſuſtulit orbe caput:

vs. 181. Pridie Nonas Apriles erant Megaleſia feſta magnae Matris Idaeae. Vetus Kalendarium notat hunc diem hiſce litteris, LVD. MATRIS MAG. etc.

vs. 183. ſemim.) Velut anteambulones. Igitur quidam e ſacerdotibus ſtatuam Matris Idaeae praeibunt, quidam humeris ſuper impoſitam ferent, neque hi ſolum, ſed, quod in ſupellectile auguſto, ditiſſimum omne lecticam Divae praeibat. Herodi. l. I. ἥρως— μιμούμενον, (ſine Vs.) Iſta vero ſi capias de Hilariis, ut Critici volunt, nullo modo huc attexenda. Nam illa erant menſe Martio VIII Kalendas Apriles, ſi Macrobio credimus. Nulla enim memoria huius feſti in Kalendariis antiquis. — Megaleſia et Hilaria eadem ſuſpicor. —

vs. 250. Il. op.) Nam omnis Phrygia illi ſacra. Ilium in Troade, Troas in Phrygia minore.

vs. 255. ſaec. q.) A. U. C. DXLV. P. Corn. *Scipione* et P. Licin. Craſſo Coſſ., ſecundi autem belli Pun. anno XIV Liv. l. 28. ſq. *Cioſ.* Et inſuper annos XLVIII,

Carminis Euboici fatalia verba ſacerdos
  Inſpicit. Inſpectum tale fuiſſe ferunt:
Mater abeſt: Matrem iubeo, Romane, requiras.
  Cum veniet: caſta eſt accipienda manu.
Obſcurae ſortis Patres ambagibus errant,
  Quaeve Parens abſit, quove petenda loco.
Conſulitur Paean. *Divum* que arceſſite *Matrem*
  Inquit. In Idaeo eſt invenienda iugo.
Mittuntur proceres. Phrygiae tum ſceptra tenebat
  Attalus. Auſoniis rem negat ille viris.
Mira canam. Longo tremuit cum murmure tellus,
  Et ſic eſt adytis Diva locuta ſuis:
Ipſa peti volui. Ne ſit mora. Mitte volentem.
  Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.
Ille ſoni terrore pavens, Proficiſcere, dixit.
  Noſtra eris. In Phrygios Roma refertur avos.
Protinus innumerae caedunt pineta ſecures
  Illa, quibus fugiens Phryx pius uſus erat.
Mille manus coëunt; et picta coloribus uſtis
  Coeleſtum Matrem concava puppis habet.
Illa ſui per aquas fertur tutiſſima nati.
— — — — —
Oſtia contigerat, qua ſe Tiberinus in altum
  Dividit, et campo liberiore natat.
Omnis eques, mixtaque gravis cum plebe ſenatus,
  Obvius ad Thuſci fluminis ora venit.
Procedunt pariter matres, nataeque nurusque,
  Quaeque colunt ſanctos virginitate focos.
Sedula fune viri contento brachia laſſant.
  Vix ſubit adverſas hoſpita navis aquas.
Sicca diu tellus fuerat. Sitis uſſerat herbas,
  Sedit limoſo preſſa carina vado.

vs. 257. fat. v.) Curae fuit hoc per id tempus Decemviris. Invenies Duumviros inſpexiſſe libros Sibyllinos, invenies Quindecimviros, caet.

v. 258. Inſpicit) Cauſam inſpectionis Appianus ſuggerit in Annibalicis. γιγνομένων ἐν Ῥώμῃ σημείων ἐκ Διὸς φοβερῶν, οἱ μὲν τὰ Σιβύλλεια ἐπισκεπτόμενοι δέκα ἄνδρες ἔφασαν, ἐξ οὐρανοῦ τι ἐς Πεσινοῦντα τῆς Φρυγίας, ἔνθα σέβουσιν οἱ Φρύγες θεῶν μητέρα, πεσεῖσθαι τῶνδε τῶν ἡμερῶν, καὶ δεῖν αὐτὸ ἐς τὴν Ῥώμην ἐνεχθῆναι· μετ' οὐ πολὺ δὲ πεσεῖν τε προσηγγέλθη, καὶ ἐς Ῥώμην ἐκομίσθη τὸ βρέτας· καὶ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσι.

v. 263. conſulit.) Mutavit rerum ordinem. Nam prius miſſi legati, poſtea oraculum conſultum Liv. l. 29.

v. 272. In Phryg.) Herodi. l. 1. de Cybeles ſimulacro (1, 11, 9.) ἔτυχον δὲ ῥᾳδίως, συγγ. πρεσβ. λ. Ob hanc forte conſanguinitatem ultimus Attalus, cognomento Philometor, nullo relicto ex ſuis ſuperſtite, heredes nominavit Romanos, caet.

v. 291. Qua ſe Tib.) Hoc tempore uno alveo fluxiſſe, et uno oſtio in mare exiiſſe Tiberim, qui poſtea duobus oſtiis, probat Caſtal. Obſ. Dec. 4. c. 10. *Burm.*

v. 300. limoſo) Naſo tribuit ſiccitati, quod hiſtorici defectui oſtii

Quiſquis adeſt operi, plus, quam pro parte, laborat,
  Adiuvat et fortes voce ſonante manus.
Illa velut medio ſtabilis ſedet inſula ponto.
  Attoniti monſtro, ſtantque paventque viri.
Claudia Quinta genus Clauſo referebat ab alto.
  Nec facies impar nobilitate fuit.
Caſta quidem, ſed non et credita. Rumor iniquus
  Laeſerat; et falſi criminis acta rea eſt.
Cultus et ornatis varie prodiſſe capillis
  Obfuit, ad rigidos promtaque lingua ſenes.
Conſcia mens recti famae mendacia riſit:
  Sed nos in vitium credula turba ſumus.
Haec ubi caſtarum proceſſit ab agmine matrum,
  Et manibus puram fluminis hauſit aquam:
Ter caput irrorat, ter tollit in aethera palmas.
  Quicunque adſpiciunt, mente carere putant.
Submiſſoque genu, vultus in imagine Divae
  Figit, et hos edit, crine iacente, ſonos.
Supplicis, alma, tuae, *genetrix* fecunda *deorum*,
  Accipe ſub certa conditione preces.
Caſta negor. Si tu damnas: meruiſſe fatebor.
  Morte luam poenas, iudice victa dea.
Sed, ſi crimen abeſt: tu noſtrae pignora vitae
  Re dabis, et caſtas caſta ſequere manus.
Dixit, et exiguo funem conamine traxit.
  Mira, ſed et ſcena teſtificata loquar.
Mota dea eſt, ſequiturque ducem, laudatque ſequendo.
  Index laetitiae fertur in aſtra ſonus.
Fluminis ad flexum veniunt, (Tiberina priores
  Oſtia dixerunt,) unde ſiniſter abit.
Nox aderat. Querno feligant a ſtipite funem,
  Dantque levi ſomno corpora, functa cibo.
Lux aderat. Querno ſolvunt a ſtipite funem;
  Ante tamen poſito tura dedere foco;
Ante coronata puppi ſine labe iuvencam
  Mactarunt, operum coniugiique rudem.
Eſt locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo,
  Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
  Almonis dominam ſacraque lavit aquis.
Exululant comites, furioſaque tibia flatur,
  Et feriunt molles taurea terga manus.

Tiberini. Huc omnino adſcribendus Strabonis locus. Ὠστια, inquit l. 5., πόλις ἀλίμενος διὰ τὴν πρόσχωσιν, ἣν ὁ Τίβερις παρασκευάζει, πληρούμενος ἐκ πολλῶν ποταμῶν. παρακινδύνως μὲν οὖν ὁρμίζονται μετέωρα ἐν τῷ σάλῳ τὰ ναυκλήρια.

v. 305. Clauſo) Claudius ille princeps patriciae huius familiae recens a Sabinis Atta clauſus appellatus, priusquam Appius Claudius diceretur.

v. 340. domin.) *Domina* et *ſacra* nihil aliud, quam parvus lapis, ut didiciſti e Liv.; et hunc facit Arnobius coloris furvi atque atri angulis

Claudia praecedit, laeto celeberrima vultu,
  Credita vix tandem teſte pudica dea.
Ipſa ſedens plauſtro porta eſt invecta Capena.
  Sparguntur iunctae flore recente boves.
Naſica accepit. Templi tunc extitit auctor.
  Auguſtus nunc eſt. Ante Metellus erat.
— — — — — —
Cur igitur Gallos, qui ſe excidere, vocamus,
  Cum tanto Phrygia Gallica diſtet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celaenas
  Amnis it inſana, nomine Gallus, aqua.
Qui bibit inde, furit.

Ex Silii Ital. Pun. l. 17. i.

Hoſtis ut Auſoniis diſcederet advena terris,
Fatidicae fuerant oracula priſca Sibyllae,
Coelicolum Phrygia *genetricem* ſede petitam
Laomedonteae ſacrandam moenibus urbis,
Advectum exciperet numen, qui, lectus ab omni
Concilio Patrum, praeſentis degeret aevi
Optimus. Heu nomen melius maiusque triumphis!
Iamque petita aderat, Latia portante Cybelen
Puppe, atque intrepidus, magno cedente ſenatu,
Obvius accitis properabat Scipio ſacris.
— — — — — —
Isque ubi longinquo venientia numina ponto
Accepit ſupplex palmis, Tuſcique ſonora
Thybridis adducit ſublimis ad oſtia puppim:
Femineae tum deinde manus ſubiere, per amnem
Quae traherent celſam religatis funibus alnum.
Circum arguta cavis tinnitibus aera, ſimulque
Certabant rauco reſonantia tympana pulſu,
Semivirique chori, gemino qui Dindyma monte
Caſta colunt, qui Dictaeo bacchantur in antro,
Quique Idaea iugo et lucos novere ſilentes.
Hos inter fremitus ac laeto vota tumultu,
Subſtitit adductis renuens procedere vinclis
Sacra ratis, ſubitisque vadis immobilis haeſit.
Tum puppe e medio magno clamore ſacerdos,
Parcite pollutis contingere vincula palmis,
Et procul hinc, moneo, procul hinc, quaecunque profanae,
Ferte gradus, nec vos caſto miſcete labori,
Dum ſatis eſt monuiſſe Deae. Quod ſi qua pudica
Mente valet, ſi qua illaeſi ſibi corporis aſtat
Conſcia: vel ſola ſubeat pia munera dextra.

prominentibus inaequalem; unde magnes vere creditus. Prudent. hymn. 10. Roman. Paſſion. v. 156. Lapis nigellus evehendus eſſedo, Mulieris oris cluſus argento ſedet, rel.

v. 347. Naſica) A. ab U. C. DXLIX Liv. l. 29. Legendus eſt et Valer. l. 11. c. 15. *Ciof.*

v. 361. Qui ſe excid.) A Gallo, Phrygiae flumine. Auctor Steph. et Herodi. l. 1. ἐν δὲ — Πεσσινοῦντι, — παραῤῥέοντι, — ἱερωμένοι.

Hic, priſca ducens Clauſorum ab origine nomen,
Claudia, non aequa populi mala credita fama,
In puppim verſis palmis oculisque profatur:
Coelicolum genetrix, numen, quod numina nobis
Cuncta creas, cuius proles terramque fretumque
Sideraque et manes regnorum ſorte gubernant,
Si noſtrum nullo violatum eſt crimine corpus,
Teſtis, Diva, veni, et facili me abſolve carina.
Tum ſecura capit funem; fremitusque leonum
Audiri viſus ſubito, et graviora per auras
Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana Divae.
Fertur prona ratis, (ventos impellere credas,)
Contraque adverſas ducentem praevenit undas.
Extemplo maior cunctis ſpes pectora mulcet,
Finem armis tandem, finemque venire periclis.

E Rutil. Itin. 1, 179. ſqq.

Tum demum ad naves gradior, qua fronte bicorni
  Dividuus Tiberis dexteriora ſecat.
Laevus inacceſſis fluvius vitatur arenis:
  Hoſpitis Aeneae gloria ſola manet.

Ex Ovid. ep. ex Ponto 1, 2, 143.

Ipſa ſua melior fama, *laudantibus iſtis*, Claudia *divina non eguiſſet ope*. Et ſic ſimpliciter vocatur ſupra Faſt. 4, 343. ſed v. 305. Claudia Quinta, it. Liv. 29, 14. e. at inverſo ordine Cic. de har. reſp. c. 13. i. Q. Claudia, qua de Cl. Cic. Ind. hiſt. „Claudia, Coel. 14. (e. Q. illa *Claudia*, — non *virgo* illa *Veſtalis* Claudia, *quae patrem rel.*) Har. 13. (*hac igitur vate ſuadente quondam*, *defeſſa Italica Punico bello*, *atque ab Annibale vexata*, *ſacra iſta maiores noſtri aſcita ex Phrygia Romae collocaverunt*, *quae vir is accepit*, *qui eſt optimus populi Rom. iudicatus P. Scipio*, *femina autem*, quae *matronarum* caſtiſſima *putabatur*, Q. Claudia,) Appii Caeci progenies, pudicitiam probat. Filiam non fuiſſe, ſed neptem, docet e temporum ratione Abramius ad Or. p. Coel. 14. Veſtalem non fuiſſe, ut nonnulli tradidere vel exiſtimavere, docet Duk. ad Liv. 29, 14. Dicitur Quinta non praenomine, ſed cognomine, ut aliae Tertiae, Secundae, etc.“ Sed Abram. l. l. „eam autem fuiſſe Virginem Veſtalem, tradit Herodi. l. 1. Quod ſi verum eſt: mirum eſt, id Tullium h. l. tacuiſſe.“ Ibi quam Cicero alteram diſerte nominat Virginem Veſt. Claudiam, eandem memorat Val. Max. 5, 4, 6. et a Suet. l. deinde proferendo innui cenſet Urſinus in N. ed. Burm. 1, 487. b. e., quam Lipſius in Op. T. 3. de Veſt. p. 42. e. quoque Veſtalem vocat, e gemmaque adeo demonſtrat.

E Sidon. Carm. 2, 4, 41. ſqq.

Qualis nec Phrygiae *dicata* Veſte, *Quae* contra *ſatis* Albulam *tumentem* Duxit *virgineo* ratem *capillo*; ad quae ed. Io. Savari ad v. 44.“ duxit) i. e. Claudia Veſtalis. Praeter caeteros Tertull. Apol. — Panegyriſtes in Pan. Conſtant. et D. Hieron. — Dixit autem *capillo virgineo*, ut et Claudian. — ducens *Claudia* virgineo *cunctantem* crine *Cybelem*.

Sequuntur proſaici,

Liv. 29, 10. m. Civitatem eo tempore repens religio invaſerat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de coelo lapidatum inſpectis: Quandoque hoſtis alienigena terrae Italiae bellum intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe, ſi *mater Idaea* a *Peſſinunte*

Romam advecta foret. Id carmen ab Decemviris inventum eo magis Patres movit, quod et legati, qui donum Delphos portaverunt, referebant: et ſacrificantes ipſos Pythio Apollini litaviſſe, et reſponſum oraculo editum, maiorem multo victoriam, quam cuius ex ſpoliis dona portarent, adeſſe populo Rom. In eiusdem ſpei ſummam conferebant P. Scipionis velut praeſagientem animum de fine belli, quod depopoſciſſet provinciam Africam. Itaque quo maturius fatis, ominibus, oraculisque portendentis ſeſe victoriae compotes fierent, id cogitare, quae ratio transportandae Romam Deae eſſet.

ib. 29, 11. Nullasdum in Aſia civitates ſocias habebat populus Rom.: tamen memores, Aeſculapium quoque ex Graecia quondam, haud dum ullo federe ſociata, valetudinis populi cauſa arceſſitum, et iam cum Attalo rege, propter commune adverſus Philippum bellum, coeptam amicitiam eſſe, facturum eum, quae poſſit, populi Rom. cauſa, legatos ad eum decernunt, M. Valer. Laevinum, — M. Caecil. Metellum, rel. — His quinque naves quinqueremes, ut — adirent eas terras, — decernunt. Legati Aſiam petentes protinus Delphos quum eſcendiſſent, oraculum adierunt, conſulentes, ad quod negotium domo miſſi eſſent, perficiendi eius quam ſibi ſpem populoque Rom. portenderet. Reſponſum eſſe ferunt, Per Attalum regem compotes eius fore, quod peterent. quum Romam Deam devexiſſent, tum curarent, ut eam, qui vir optimus Romae eſſet, hoſpitio exciperet. Pergamum ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Peſſinuntem in Phrygiam deduxit, ſacrumque iis lapidem, quam matrem Deum eſſe incolae dicebant, tradidit ac deportare Romam iuſſit. Praemiſſus ab legatis M. Val. Falto nunciavit, Deam adportari. quaerendum virum optimum in civitate eſſe, qui eam rite hoſpitio exciperet.

ib. 29, 14. med. Eo acceſſit conſultatio de matre Idaea accipienda, quam praeterquam quod M. Valerius, unus ex legatis praegreſſus, actutum in Italia fore nunciaverat, recens nuncius aderat, Tarracinae iam eſſe. Haud parvae rei iudicium Senatum tenebat, qui vir optimus in civitate eſſet. — P. Scipionem —, adoleſcentem nondum quaeſtorium, iudicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum eſſe. — P. Cornelius cum omnibus matronis Oſtiam ire iuſſus obviam Deae, isque eam de nave accipere, et in terram elatam tradere ferendam matronis. Poſtquam navis ad oſtium amnis Tiberini acceſſit, ſicut erat iuſſus, in ſalum nave evectus ab ſacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Matronae primores civitatis, inter quas unius Claudiae Quintae inſigne eſt nomen, accepere, cui dubia, ut traditur, antea fama clariorem ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Eae per manus, ſuccedentes deinceps aliae aliis, omni effuſa civitate obviam, thuribulis ante ianuas poſitis, qua praeferebatur, atque accenſo thure, precantibus, ut volens propitiaque urbem Romanam iniret, in aedem Victoriae, quae eſt in Palatio, pertulere Deam pridie Idus Aprilis; isque dies feſtus fuit. Populus frequens dona Deae in Palatium tulit, lectiſterniumque et ludi fuere, Megaleſia adpellata.

ib. 29, 37. i. cenſores — Romae M. Livius et C. Claudius — aedem Matris Magnae in Palatio faciendam locaverunt.

ib. 34, 54. i. Megaleſia, ludos ſcenicos C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo aediles curules primi fecerunt.

ib. 36, 36. m. Per idem tempus aedes Matris Magnae Idaeae dedicata eſt; quam Deam is P. Cornelius, advectam ex Aſia P. Corn. Scipio-

ne, cui poſt Africano cognomen, P. Licinio Conſulibus, in Palatium a mari detulerat. Locaverant aedem faciendam ex Senatusconſultus M. Livius, C. Claudius cenſores, M. Cornelio, P. Sempronio Coſſ. Tredecim annis poſt, quam locata erat, dedicavit eam M. Iunius Brutus, ludique ob dedicationem eius facti, quos primos ſcenicos fuiſſe, Antias Valerius eſt auctor, Megaleſia adpellatos.

Suet. Tib. c. 2. m. gentis eiusdem utraque Claudia fuit. et quae navem cum ſacris matris deum Idaeae, cohaerentem Tiberino vado, extraxit, precata propalam, ut ita demum ſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret, et *quae* rel. Ad quae Torrent. in N. „hiſtoriae huius, praeter alios, meminere Tertull. Apol., Hieron. contra Iovin. et Auguſtin. de civit. l. 10. c. 16. Herodi. 1.“ ſed Caſaub. „Plin. l. 7. c. 25.“ mihi c. 35. ſic. *De pudicitia.* Pudiciſſima femina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia, Paterculi filia, uxor Fulvii Flacci, electa ex centum praecipuis, quae ſimulacrum Veneris ex Sibyll. libris dedicaret, iterum religionis experimento Claudia, inducta Romam *deorum matre.*

His addimus ſtatim certis de cauſis

Amm. Marc. 22, 9. m. p. 256 m. *per Nicaeam* venit (Iulianos) ad Gallograeciae fines; unde dextrorſus itinere declinato, *Peſſinunta* convertit, viſurus vetuſta Matris Magnae delubra; a quo oppido bello Pun. ſecundo, carmine Cumano monente, per Scipionem Naſicam ſimulacrum translatum eſt Romam. Cuius ſuper adventu in Italiam pauca cum aliis huic materiae congruentibus in actibus Commodi principis digeſſimus per exceſſum: quam autem ob rem hoc nomine oppidum ſit adpellatum, variant rerum ſcriptores. Quidam enim figmento deae coelitus lapſo, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, quod *cadere* nos dicimus, urbem adſeruere cognominatam. Alii memorant, Ilum, Trois filium, Dardaniae regem, locum ſic adpellaſſe. Theopompus, non Ilum id egiſſe, ſed Midam adfirmat, Phrygiae quondam *potentiſſimum regem.*

Minuc. Fel. Octav. 7, 3. *Teſtis* Mater Idaea, quae adventu ſuo et probavit matronae caſtitatem, et urbem metu hoſtili *liberavit.* Ad quae N. Cellar. „Claudiae Quintae. Sil. l. 17. v. 34. Lactant. l. 2. c. 7. ſ. 12.“

Aur. Vict. de Vir. Ill. c. 50. *Livia* Claudia *virgo Veſtalis.* Annibale Italiam devaſtante, ex reſponſo librorum Sibyll., Mater Deum e Peſſinunte arceſſita, cum adverſo Tiberi veheretur, repente in alto ſtetit, et cum moveri nullis viribus poſſet, ex libris cognitum, caſtiſſimae demum feminae manu moveri poſſe. Tum Claudia, virgo Veſtalis, falſo inceſtus ſuſpecta, Deam oravit, ut, ſi pudicam ſciret, ſequeretur, et zona impoſita navem movit. Simulacrum Matris Deum, dum templum aedificatur, Naſicae, qui vir optimus iudicabatur, quaſi hoſpiti datum.

Lactant. de orig. error. 2, 7, 12. Claudia quoque proponitur in exemplo miraculi. Nam, cum ex libris Sibyll. Idaea mater eſſet accita, et in vado Tiberini fluminis navis, qua vehebatur, haeſiſſet, nec ulla vi commoveretur: Claudiam, ferunt, quae ſemper impudica eſſet habita ob nimios corporis cultus, deam ſubmiſſis genibus oraſſe, ut, ſi ſe caſtam iudicaret, ſuum cingulum ſequeretur. Ita navim, quae ab omni iuventute non valuit commoveri, ab una muliere eſſe commotam.

ib. 2, 16, 11. m., ubi totum miraculum merito ridet, — *Inde* eſt, quod — Claudiae manum navis *ſecuta eſt.*

Hieronym. l. 1. adverſus Iovin. fol. 22. T. 3. ed. Baſ. 1516 per Er. Rol. *Claudia* virgo Veſtalis cum in ſuſpicionem veniſſet ſtupri, et ſimulacrum matris Idaeae in vado Tiberis haereret, ad comprobandam ſuam

pudicitiam fertur cingulo duxiſſe navem, quam multa milia hominum trahere *nequiverant*. Ad quae in N. Eraſm. laudantur ſuperiores Liv. Ovid. Suet. Plin. et Vict.

Tertull. in apol. c. 22. p. 141. ed. Cerd. *Quid* ergo de caeteris ingeniis vel etiam viribus fallaciae ſpiritualis ediſſeram? Phantasmata Caſtorum, et aquam cribro geſtatam, et navem cingulo *promotam*, — Ad quae extr. Cerda iterum laudat Ovid. Liv. Lact. Minuc. loca duo ſine numeris, (quorum unus ille ſuperior ex 7, 3. ſed alter „ut cingulum matronae navicula ſequeretur" deinde addit, fere cum P. Vs. „Relatum ab Herodi. l. 1. navigium, quo Peſſinuntia Dea Tiberi advehebatur, ſubito divina quadam vi ſubſtitiſſe, nec inde ullis viribus moveri potuiſſe, donec aſtitit ſacerdos Veſtalis, — ipſe non nominat, ſed dictam Claudiam Ovidius in Faſtis canit, et ſcribit Liv. l. 29. — Ea cum argueretur virginitatem polluiſſe, damnationemque metueret, petiit a populo, ut iudicium de ſe Deae Peſſinuntiae committerent. Quo impetrato, clare Deam precata eſt, ut, ſi ſe eſſe intemeratam Dea ſciret, navem progredi iuberet. Quo dicto, zonam recinxit, et navigio illigavit, quod ſtatim ducentem manu virginem conſecutum eſt."

Auguſtin. de civ. dei l. 10. c. 16. ed. Paris. 1586. *Non* ea miracula deorum gentilium dico, quae hiſtoria commendat, quae intervallis temporum occultis ipſius cauſa mundi, verum tamen ſub divina providentia conſtitutis et ordinatis monſtroſa contingunt, — ſed ea *dico*, quae vi ac poteſtate eorum fieri ſatis evidenter apparet, ut eſt, quod effigies deorum penatium, quos de Troia Aeneas fugiens advexit, de loco in locum migraſſe referuntur, — quod navim, qua ſimulacrum matris Phrygiae vehebatur, tantis hominum boumque conatibus immobilem redditam, una muliercula, zona alligata, ad ſuae pudicitiae teſtimonium movit et *traxit*. Ad quae in Commentariis Io. Lud. Vivis quidam e ſuperioribus etiam laudantur.

Claudat locum Diod. S. 2. 605. l. 99. *ὁ δὲ πάππος αὐτοῦ καὶ κατὰ δόγμα τῆς συγκλήτου τῶν πλείστων ἄριστος ἐκρίθη· ἐν μὲν γὰρ ταῖς τῆς Σιβύλλης χρησμοῖς εὑρέθη γεγραμμένον, ὅτι δεῖ τοὺς Ῥωμαίους ἱδρύσασθαι νεὼν τῆς μεγάλης μητρὸς τῶν θεῶν, καὶ τῶν μὲν ἱερῶν τὴν καταγωγὴν ἐκ Πεσινοῦντος τῆς Ἀσίας ποιήσασθαι, τὴν δὲ ἐκδοχὴν αὐτῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, πανδημεὶ τῆς ἀπαντήσεως γενομένης, καὶ τῶν τε ἀνδρῶν τὸν ἄριστον καὶ γυναικῶν ὁμοίως τὴν ἀγαθωτάτην τούτους ἀφηγεῖσθαι τῆς ἀπαντήσεως, καὶ δέξασθαι τὰ ἱερὰ τῆς θεᾶς. τῆς δὲ συγκλήτου πάντα συντελούσης κατὰ τὸν χρησμὸν, ἐκρίθη τῶν μὲν ἀνδρῶν ἄριστος Πόπλιος Νασικᾶς, τῶν δὲ γυναικῶν Οὐαλερία*, *avus* praeterea *vir* optimus *a ſenatu* iudicatus eſt. *Nam* cum *in* Sibyll. *libris* inventum *carmen* eſſet, *quo* praecipiebatur *Romanis*, ut *matri* Idaeae *templum* ponerent, *eius* que *ſimulacrum* Peſſinunte *Aſiae* adveherent, *et* celeberrimo *omnium* ordinum *occurſu* illud *exciperent*, agmen *virorum* praeeunte *viro* optimo, *matronarum* vero *pompam* ducente *optima* femina, *qui* ſimulacrum *deae* acciperent: *ſenatus*, omnia *ex* carminis *praeſcripto* agens, *P. Naſicam* virum *optimum*, Valeriam *vero* optimam *matronam* eſſe *iudicavit*. Ad quae N. Weſſ. „de Valeria alii tacent: Claudiam memorant — Liv. 29, 14. Plin. 7, 35. et quos ibi teſtes produxit Harduin. et ad Sil. 17, 33. Drakb."

1, 12, 16. e.

— ἀποκλείσαντες τὰς τῶν οἰκιῶν εἰσόδους, εἴς τε τὰ δωμάτια ἀναβάντες, λίθοις καὶ κεράμοις ἔβαλλον τοὺς ἱππεῖς.

Huius loci ſententia tantum haec eſſe poteſt, ut cives Romani, clauſis aedium ianuis, in equites coniecerint lapides ac tegulas vel ex aedium diaetis altioribus, et e feneſtris partis ſ. contignationis alicuius ſuperioris, (quae pugna et hodie nota,) vel extra diaetas e tecto, tum temporis plano; quo de v. Caſ. ad Ath. 2, 275. „ſoliti antiqui, non Iudaei tantum, ſed et Graeci et Lat., tecta ſuarum domorum ita confecta habere, ut in ea ſpectandi cauſa adſcenderetur, quoties aut pompa ducebatur, aut alia cauſa ſtimularet. — tum fiebant tecta non e tegulis, ſed habebant aggeſtam ſuper trabes terram, ut ibi etiam cubare aliquis poſſet. — at alia tecta, quamvis erant plana et ſine faſtigio, tamen et tegulas habuerunt" quas adeo, ſi h. l. ſumas tecta talia, evulſerint, item lapides, ſi qui forte cum terra ibi aggeſta olim eo veniſſent, ut contra, ſi diaetas ſuperiores *hic* cogites, aliunde lapides et tegulas ſecum habuerint. Nec opus exiſtimo, ut in λιθ. καὶ κερ. ſtatuatur hendiadys et unum genus modo lapidum coctorum e luto, cum in ſimili loco 7, 12, 12. diſtinguantur diſerte et ſic, ut alio ordine poſita ibi verba non admittant illam figuram, τῷ τε κεράμῳ βάλλοντες αὐτοὺς καὶ λίθων βολαῖς, τῶν τε ἄλλων ὀστράκων. Sicut ob v. adiunctum ἀναβ. τὰ δωμάτια ſ. Cod. Ven. τὰ δώματα hic non de univerſis domibus et pro ſyn. prioris τῶν οἰκιῶν ceperis, ſed tandem redire debeas vel ad diaetas ſuperiores, vel ad tecta illa plana; quorum locorum utrum genus inſit in lectione aut vulg., aut nova Ms., nunc amplius videndum.

Ab initio ſunt, qui utrumque vocabulum Gr. pro eodem accipiant, aut utrique notionem tribuentes eandem, cf. L. Ern. „δῶμα — 3) tectum planum, — δωμάτιον — 2) tectum" aut utrumque ſecum comparantes, alterumque altero explicantes et illuſtrantes, ut L. N. T. Schw. „δῶμα, tectum, ſuperior pars domus, (ad quae in N.) Hanc ſignificationem non ineptam eſſe, docet elegans Herodianus 1, 12, 16. ἀπ. — δωμάτια — ἔβαλον (ſic, non per λλ) τ. ἱπ. *clauſis domibus*, quum *in* culmina *evaſiſſent*, lapidibus *tegulis* que *equites* deſuper *inceſſebant*. Sic vertit Pol. (non plane, ut poſt videbitur) id. 2, 6, 19. μή που καὶ λίθων τις βολὴ ἀπὸ τῶν δωμάτων ἐπὶ τῇ πομπῇ γένοιτο, *ne iacerentur* lapides *e* tectis, *interea dum* imperator *duceretur*, (non e P.) id. 7, 12, 12. ἀναπηδῶντες εἰς τὰ δώματα, τῷ τε κεράμῳ λ. aſcendentes *tecta*, teſtis *et* lapidibus *coniectis* eos *perdebant*, (nec hoc e P.) Ioſeph. XIII. c, 5. ſ. 4. p. 646. τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ δώματος ἐπὶ δῶμα διαπηδώντων, Iudaeis *e* tecto *in* tectum *inſilientibus*, rel." it. L. Krb. „δῶμα, — 2) tectum planum. Matth. 10, 27. 24, 17. Herodi. 1, 12. εἴς τε τὰ δωμάτια — ἱπ. (ſine Vs., tum in Obſ. ad Act. 10, 9. p. 206. e. ad ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα,) eſt ſane is ſignificatus, quo δ. tectum domus denotat, ap. profanos paulo rarior, neque tamen non obvius, (ubi deinde, prolatis e Ioſepho ἐπὶ τοῦ δώματος et παρὰ τὸ δωμάτιον, it. εἰς τὸ δωμάτιον addit.) Quod hic dr. ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ δῶμα, id Ioſeph. l. l. παρελθεῖν εἰς τὸ δωμάτιον, nulla utriusque loquendi rationis diverſitate. Nec ſatis accurate idem Vir doctus in eo, quod ſcribit, τὸ ὑπερῷον a δώματι — diſtingui."

Sed de utroque vocabulo incertus eſſe videtur Stp. Th., qui in „δωμάτιον, dimin. domuncula, (ut et vertitur ad Poll. 1, 78.) it. cubiculum, thalamus, Plut. — Pol. interpretatur etiam *tectum* et *culmen* ap. Herodi. l. 1." hinc, ubi ſane P. duplici Lat., ut alibi, unum τὰ δωμάτια

tecta et *culmina* reddit, ſequente Sch., ſed retinente inde Bg. modo *tecta.* Scilicet δωμάτιον, vi eius principe, qua pertinet ad diminutiva, neglecta, cf. Fiſch. de vit. L. N. T. Prol. 10., poteſt eſſe i. q. δῶμα, it. poeticum δόμος, et ſyn. οἶκος, atque adeo valere tum de toto aedificio aliquo, tum de parte tantum aliqua eius, ſive illa ſit intra aedificium, ſive etiam extra, et in primis ſupra aedificium, atque adeo de tecto. Enimvero cum in notionibus vocum inveniendis non ſufficiat illa philoſophia aliqua: tum accedere debet uſus loquendi, aut ſaltem analogia vocum earumque ſynonymicarum. Ita δωμάτιον eſſe poteſt i. q. tectum, quia ap. Ioſeph. non modo ſyn. eius δῶμα ſic vidimus uſurpatum, ſed et ipſum δωμάτιον, cui add. 2, 212. ſ. 5. i. φθάσαντος εἰς τὸ δωμάτιον, cum *ille* ſemet *in* tectum *iam* ante *recepiſſet.* Verum, an Ioſephi haec auctoritas ſufficiat, quaeritur.

Mihi quidem reperta ſunt modo haec, ap. Suid. 1, 623. m. δῶμα, ὁ οἶκος, καὶ δωμάτιον, οἰκημάτιον, domus, — *cubiculum*, ubi Vs. cepit ſenſu arctiori pro loco intra aedificium, ubi dormitur, de qua notione, ut et pro loco, ubi habitatur, vel viri, vel uxoris, v. Ammon. p. 45. Phryn. in Ind. Plut. Krg., Heſ. in Ind. Fiſch. Theophr. T. 2. p. 296. e., Schol. Ariſt. Lyſ. v. 160. ſ. 159., (ad Ran. v. 100. modo comparans recte οἴκησιν, pro domo et habitatione univerſa, tacens plane cum N. ad v. 313.) Caſ. ad The. Fiſch. p. 154. D'Orv. Ch. p. 441., ad Luc. 2, 570. N. 49. ut principem adeo Atticamque velint notionem pro cubiculo ad Poll. 1, 79. N. 44. cf. Rs. Or. Ind. V. 6., quorum poſtremus de gynaeceo intelligendus fuerit, (in quo et ipſo convenit cum δῶμα, ut infra dicetur,) etſi is Lyſ. locus ad Dion. H. S. T. 2. 89, 30. et in Ind. redditur per *cubiculum*, ut in Ind. T. 1. modo e duobus locis, quibus adde 210, 38., ubi et ſic in Vs. ad latus, ut et ad Luc. 2, 581. l. 16. it. ap. Krb. Obſ. ad Io. 6, 25. in quibus locis δωμάτιον abſolute poſitum eſt, ut aliquoties ap. Noſtr., qui tamen et 3, 11, 12., de Severo loquens patre et filio eius, εἰσιέναι — μέχρι τοῦ δωματίου, ἔνθα ἀναπαύονται, cum adiuncto adhibet aliquo, quale etiam ex Ind. Dion. Caſ. (ubi *conclave* vertitur, ut a Sb. Ind. e Noſtro,) notaram „δ., ἐν ᾧ ἐκάθευδεν" ut ap. Luc. 2, 580. l. 86. δ., ἔνθα ἐκεῖνοι ἐκάθευδον, cubiculi, *ubi* illi *quieſcebant*, it. ap. Dion. H. S. T. 1. 262, 7. δ., ἐν ᾧ τὴν Λουκρητίαν ᾔδει καθεύδουσαν, *in* cubiculum, *in* quo *Lucretiam* dormire *norat*, (ubi mox ſq. abſolute iterum, ut et l. 13.) ſed ap. Noſtr. 1, 17, 1. ἐπανελθὼν εἰς τὸ δ., ὡς δὴ καθευδήσων, per quae adiuncta dixeris vocabulum definiri magis, per ſe latius patens, nec proprie ab initio dictum de iſto loco, ubi dormitur, ſed de domus parte qualicunque, cf. Ind. Dion. Caſ. ex 880, 96. δ., ἐν ᾧ ἠσπάζετο, et Luc. 2, 407. l. 16. πᾶν τὸ δ. tota *domus*, ubi tamen agitur de convivio, cf. l. 2. et 4. et adeo potius videtur eſſe triclinium ſ. coenaculum, quo Lat. poſtr. eſt ad Poll. 4, 129. N. 37., par in eo alteri Gr. ὑπερῷον, (v. Suid. 3, 545. e., non coll. ad Heſ. 2, 1464. m. ſq.) ſed et illis δῶμα et δόμος, ut poſtea patebit.

Sed ſuper ſubſt. δῶμα L. N. T. Fiſch. „ſynecd. tectum, ſ. ſuperius illud planum, quod in ſuprema domus parte eſt, h. e. ſolarium. — Verum haec ſignif. non Graeca, ſed Helleniſtica, eſt. Nam auctores Gr. veteres et probi notionem *tecti* vocabulo δῶμα nusquam ſubiecere, ſed Alexandrini contra Inttp. — Locus ex Aeſopo — itemque loca Xen. Thuc. et Herodiani (cuius nullus ſubiectus) manifeſto ἀπροσδιόνυσα ſunt" cf. Ind. Fab. Aeſ. Hſ. tum ad Matth. 10, 27. Caſ. cum Grot., ſed hic quoque ad Matth. 24, 17., ut Druſ. ad Luc. 5, 19., ubi ille inclinat ad

plana tecta potiſſimum, aut ad tectum univerſum, cum reliquis nihil dicens ſuper adiectis, *διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν αὐτὸν*, quae iuvent ſuperiora e Caſ. ad Athen., ut in plano tecto tegulae fuerint, quibus ſublatis, erutis, remotis, et facto ſic foramine, per id demiſerint lectum cum aegroto in locum, ubi Ieſus docebat. Sed idem Druſ. ad Luc. 12, 3. iterum tecta plana ſumit et ſolarium, it. ib. 5, 19., ut ad Act. 10, 9. Caſ. *δῶμα tectum* intelligit, ſed ſine auctoritate veteris bonaeque Graecitatis, e qua etiam nihil eſt ad Heſ. 1, 1020. e. N. 32. nec 1054. i. nec in N., nec ap. Salm. ad Spart. T. 1. p. 676. a. e. ſqq.

Tum ſuper *δῶμα* ap. ſcriptores profanos reperimus

I) ap. proſaicos, praeter Fab. Aeſ. loca ſuperiora, a) ap. Ariſtaen. ep. 1, 10. e. ed. Abr. p. 28. i. *ἔκαον δὲ κατὰ δώματα δαΐδες* λ. ed. Pav. p. 72. m. *ardere* interea *in* aedibus *taedae ture accenſae*, qui locus ſubiiciebatur ad Heſ. l. l. „*δώματα* de una domo" ut tamen et de gynaeceo intelligi queat, b) ex nobiliſſimo Ael. V. h. 3, 14. p. 224. i. *τῶν οἰκιῶν τῶν ἰδίων καὶ τῶν δωμάτων ἐξοικισθέντας*, *ſuis* aedibus *et* domibus *demigrantes*, ubi, tacente N., tantum Ind. „*δ.* iunguntur *οἰκίαις* λ." ſed Fi. The. Ind. v. *δωμάτιον* „etiam ap. Ael. — *δ.* dicuntur conclavia, cubicula. Diſtinguuntur enim diſerte ab *οἰκίαις*" et Ern. ad Call. h. in Cer. v. 55. „ſic dixit Theocr. Id. 17, 17. *χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ Δέδμηται*, aureum *cubiculum*, et ap. Ael. — *οἰκ. καὶ δ.* iunguntur, ut totum et pars" quibus fortaſſis uſus eſt noviſſimae editionis auctor Kuhnius, non item nuperus Intp. Vernaculus, ponens unum modo ſubſt. *ihre eignen* Wohnungen *verlaſſen*, pro *Häuſer* und *Wohnungen*, quod poſtr. et noſtrates pro ſingulis diaetis capiunt; unde ibi reddiderim Lat. *aedibus* et *domiciliis*, vel inverſo ordine, it. *domibus* et *aedibus*, cf. in hoc poſtr. G. Th. et Cort. ad Cic. ep. 13, 4, 9. e Caeſ. b. G. 1, 31, 14. ut *domo* emigrent, *aliud* domicilium, *alias* ſedes — *petant*, ubi *ſedem* de terra capio, urbe, pago, campo, ſed *domicilium* pro habitatione et peculiari loco in domo tota; non ſufficiente G. Th. in v. *domic.*, nec in v. *ſed.*, ubi cf. Ind. Tac. et Iuſt.

II) ap. poëtas, a) Hom., unde pauca loca nunc quidem praebemus, praeter ea in Stp. Th. et Ind. Ern., quae omnia habent plur. *δώματα*, cum N. Ern. ad 'Οδ. σ', 313. „*δ.* et *μέγαρον* v. 315. cape de *ὑπερώῳ*, gynaeceo" Cl. Vs. *aedes*, quorſum et referas ex h. in Merc. v. 60. *δ. νύμφης*, *domos*, quibus Lat. utitur eadem Vs. per loca rel., praeter 'Οδ. δ', 72. *καδδώματα*, per *domum*, ubi ſit coenaculum, aut latius e v. 44. *κατὰ δῶμα*, et v. pr. *δόμον*, cf. v. 46. et v. 15. ad *ὣς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα*, *domum*, Ern. „*δ.* accipi poteſt de triclinio ſ. oeco, in quo epulae nuptiales factae, rel." pro quo v. 4. *ἐνὶ οἴκῳ*, in *domo*, et diſtinguitur v. 2. *δώματα*, *domum*, it. v. 20. *δόμων*, *aedium*, ut amplioris notionis, ſed v. 24. *δώματα*, *aedes*, iterum pro coenaculo, quo de v. 37. capitur quoque *ἐκ μεγάροιο*, ex *domo*, et v. 238. *ἐν μεγάροισι*, in *aedibus*, ſed v. 97. iterum ampliter *τριτάτην ἔχων ἐν δώμασι μοῖραν*, *tertiam* habens *in* aedibus *partem*, at rurſus de coenac. v. 621. *ἐς δώματ'*, in *domum*, pro quo v. 624. *ἐν μεγάροισι*, in *aedibus*, ſed ampliter rurſum v. 657. *πρὸς δώματα*, ad *domum*, ſed de gynaec. v. 679. *ἀγγελέων διὰ δώματα Πηνελοπείῃ*, *per* domum *Penelopae*, at v. 715. *κατὰ δῶμ' Ὀδυσῆος*, *per* domum *Ulyſſis*, it. v. 674. *δόμον εἰς Ὀδυσῆος*, *in* domum *Ul.*, de diaeta, ante Ulyſſi propria, ut v. 720. *κατὰ δώματ'*, in *domo*, de gynaec. Penelopes, i. q. v. 718. *θαλάμοιο*, *thalami*, quanquam et ampliter ibi valere poteſt, ut v. 799. *πρὸς δώματ' Ὀδ.* *ad do-*

mum *Ul.*, cf. v. 811. δώματα, *domum*, et v. 755. δώματα ὑψερεφέα, domos *excelſas*; quae vel unius libri varietatem produnt magnam, ſed non notionem pro tecto, quam nec poſtea ap. Hom. reperi, ſed ſuperiores notiones quoque ap. b) reliquos, Heſ. ἐργ. v. 8. 81. θεογ. v. 114. 463. 410. Muſ. v. 28 Orph. Λιθ. προοιμ. v. 66. et ſine Ind. Arg. v. 592. Call. h. in Iov. v. 61. δώματα, *ſedes*, pro quo v. 59. οἶκον, *ſedes*, pro habitatione univerſa, ſed h. in Di. v. 68. δώματος ἐκ μυχάτοιο, *ex* interiori *domo*, pro certa domus parte ac diaeta, et h. in Cer. v. 64. τεύχεο δῶμα, ſtrue *triclinium*, cf. Ern. ad v. 55. στεγανὸν δόμον, ᾧ ἔνι δαῖτας — ἀξῶ, ubi δομ. recte intelligit *triclinium*, ſed ut, ob diſerta illa adiuncta ᾧ — ἀξῶ, res ſit eadem, quae ſupra in adiunctis cum δωμάτιον, quanquam hoc certum, δόμον ibi non eſſe totam domum ſed partem eius aliquam modo, tum Aeſch. Ag. v. 616. δωμάτων κύνα ἐσθλήν, *aedium* canem *benignam*, i. q. pr. vs. ἐν δόμοις, *domi*, et Eum. v. 743. δωμάτων, *aedium*, i. q. v. 757. δόμους, *aedes*, Soph. Ai. v. 580. δῶμ' ἀπάκτου, domum *abducito*, Eur. Ph. v. 820. κατὰ δώματα, in *aedibus*, et Andr. v. 990. δῶμα, ad *domum*, cf. Barn. ad Herc. F. v. 825. „niſi familiam per δώματα intelligas, quod raro invenias, (mihi vero plane non repertum,) licet δόμος id aliquando ſignificet" et Lyc. v. 181., ubi non opus, δῶμα capere de nido veſparum, ſed proprie de domo, cuius in pariete aut tecto ſ. tigno intra domum pendent veſpae in nido ſuo, prorepentes e cavernis ſuis, domo impleta fumo.

Quibus corollarii loco addimus Ern. ad Hom. 'Οδ. ά, 333. τέγεος πύκα ποιητοῖο, *domus* affabre *ſtructae* „τέγος non *domum*, ſed triclinium, in quo convivabantur proci, intelligam. Sic et δόμος ap. Call. h. in Cer. v. 55. (et v. 356. εἰς οἶκον ἰοῦσα, *in* domum *profecta*,) οἶκος h. l. eſt gynaeceum, ex quo venerat, ὑπερῷον v. 328. et mox v. 362. (it. θ', 56. Βὰν δ' ἐς μέγα δῶμα. Πλῆντο — δόμοι ἀνδρῶν, *perrexerunt ad magnam* domum. *Implebantur autem* domus *viris*,) δόμοι, triclinia, diaetae, oeci, (qui locus eſt inſignis, quia δῶμα et δόμοι ſimul ſunt cum diſcrimine, per ſe eadem, ut δῶμα ſit tota domus, ſed δόμοι certae tantum iſtius partes, it. χ', 494. εὖ διεθείωσεν μέγαρον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν, *bene* ſuffivit *aedes* et *domum* et *aulam*,) μ. eſt triclinium, δ. eſt πρόθυρον v. 474." cf. ad ύ, 355. tum ad comparationem reliquorum Heinſ. ad Heſ. ἐργ. v. 96. ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισι „locum, in quo ante nuptiarum tempus puellae ſolent παρθενεύεσθαι, Heſ. δόμον et οἶκον vocavit, — Hom. μυχὸν δόμου et μυχὸν θαλάμου poſuit, pro δόμῳ et θαλάμῳ, (immo ut ſupra ad Call. Di. v. 68. pro interiori domus parte ſ. diaeta.) Idem enim illis eſt δόμος et θάλαμος, quia pars intima erat" quae cauſa nulla eſt, ſed noſtra ſuperior, quia δόμος, vocabulum generis, ponitur pro ſpecie ac parte; tacente Ind. Hom. de illis locis, ſed ap. Harl. Chr. Gr. P. p. 115. ad ὑψωρόφοισιν ἐνικνώσσουσα δόμοισι „*dormiens* in *aedibus*, quae *ſub* tecto *ſunt*, i. e. in parte aedium ſuperiore, (N. v. 6.) ὑψ. δ. periphraſis eſt θαλάμου, uti infra v. 22. — θάλαμος enim a veteribus dicebatur cubile mariti et uxoris, quae in editiore aedium parte ſolebat habitare. Apoll. Rh. dicit ὑπωρόφιον θαλάμου" ut Hom. 'Ιλ. γ', 423. ὑψόροφον θάλαμον, Helenae quidem, cui par Telemachi θάλαμος ὑψηλὸς 'Οδ. ά, 425. β', 5. cf. vel Feith. Ant. H. 3, 11, 8. ſq. et de οἶκος praeterea Krb. ad N. T. p. 165. e. ſqq. it. Ind. Xen. Hell. Mor., ut in partem criticam de confuſis δῶμα, σῶμα et ὄμμα Pierſ. Veriſ. p. 146. m. ſq., ubi bene οἶκος cum δῶμα comparatur.

Igitur in Noſtri loco, niſi in Ms. lectione alia ſcribae lapſus inciderit in finibus τια et τα, aliquis Gloſſator ad vulg. δωμάτια comparaverit

δώματα vel aliorum ſcriptorum, vel Noſtri ex aliis locis, et in vulg. lectione nihil novandum, ſive capiatur de tectis planis, ex auctoritate Ioſephi, quem et alibi Noſter novit, ſive de diaetis, ex uſu bonae Graecitatis, ad quam poſtr. notionem fortaſſis et reſpexit Gloſſator Ven., et refero ipſe Noſtri loca illa per δώματα, niſi et haec de tectis illis et Ioſephi exemplo ſupra intelligas.

1, 13, 4.

Οἴχεται δέ σοι ὅ τε δῆμος λ.

Verbum οἴχεσθαι ſatis ampliter quidem tractavit Stp. Th., nec tamen ordine optimo, ſed L. Ern. modo ſic „abeo, diſcedo, proficiſcor, decedo, pereo, diſſipor, ut pecunia" neque adeo cum notione illa, diſerte quidem, qua de in N. dubitatum meminimus, cognita illa tamen iam Stp. Th. 2, 1256. E. „aliquando etiam οἴχεσθαι dicuntur, quae evanuerunt, quae perierunt, de quibus actum eſt. — Herodi. l. 1. οἴχ. — ϛρατ. (non bene huc, ubi de rebus agere coepit, noſtrum referens locum, credo, ob praemiſſam formulam Lat. e P., cum pertineat ad ſq. claſſem de perſ.) Homo etiam aliquis οἴχεσθαι dr., quum ex hac vita diſcedit, quum e vivis excedit, quum moritur, (praeter Euſt., tantum ſubiiciens tria loca haec.) Sic interpretantur nonnulli ap. Hom. Ὀδ. ξ, (144.) οἰχομένοιο, *mortui*, — alii contra *abſentis*, (cf. Cl. N.) it. eodem libro (v. 376.) οἰχομένοιο, i. e. ἀπόντος, (ubi Cl. N. tacet, ſed Vs. *abſente.*) itidemque ap. Plat. διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχομένου, de eo loqui, tanquam qui non adeſſet; ubi etiam reddi poſſet, loqui de eo, velut qui abiiſſet, *niſi malles*, qui mortuus eſſet" quo de loco, abſente libro, non liquet.

Rem ego ſic diſpono, ut principem verbi medii notionem ſumam pro ire ſ. abire, ſenſu phyſico, quo reperitur de perſ., cum adiuncto aliquo,

1) cum praep. ſimpl., ap. Stp. l. l. A. „Xen. Paed. 3. ᾤχετο ἐπὶ τὸν Ἀρμένιον ἄγγελος, *abiit*, ivit, *ad*" (qui locus non eſt in Indd.) it. antea cum εἰς ſ. ἐς, quo de cf. Poſſ. Call. p. 600. m., Rs. Or. V. 5. p. 142. Nr. 21. ſine Ind. ᾠχόμην εἰς Πειραιᾶ, *in* Piraeum *abii*, it. Ind. Xen. Z. Ἀνβ., ubi et cum ἐν, ſed ap. Ariſt. Av. v. 1270. Ind. „παρά τινα, aliquem *adire*" it. ſine Indd. Xen. Cyr. 3, 2, 27. e. ᾤχοντο πρὸς τοὺς πολεμίους, Th. V. 1. p. 171. ſ. 13. *ad* hoſtes *abiiſſe*, it. Hom. Ἰλ. ξ, 371. cum Lat. eodem, at cum praep. dupl. ib. η, 460. et ο, 490. οἴχωνται σὺν νηυσὶν φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, *abierint*, 2) cum adv. Luc. 3, 304. e. ὡς μηδὲ, ὅποι οἴχησθε, ἔχοιτε εἰδέναι, *ut neque*, quorſum *effugiendum* ſit, *reperiatis*, it. ap. Ammon. p. 20. i. οἶδα γὰρ, ὅπου οἴχονται; e Xen. Ἀνβ. 1, 4, 8. Th. V. 2. p. 28. quo *ſeceſſerint*, 3) cum praep. et adv. Call. ep. 43, 3. ἢ ῥά τιν' ἐς παίδων πάλιν ᾤχετο, profecto *ad* puerorum *quempiam* rurſus *abiit*, 4) cum dat. perſ. Ariſt. Plut. v. 619. αὕτη μὲν ἡμῖν — οἴχεται; *abit* haec *anus*, ubi Schol. Cod. D'Orv. ed. Hſth. p. 202. a. m. explicat ἀπῆλθεν per praeter., aeque bene.

Phyſice autem ſic de perſ. reperitur etiam cum participio alterius verbi, cuius generis exempla mera habent Ind. Ael. V. h. et D'Orv. ad Ch. p. 661. v. 17. e., ſed diverſam vertendi rationem Stp. Th. l. l. B., (qui partim omittit, v. c. Hom. Ἰλ. β', 71. ᾤχετ' ἀποπτάμενος, *avolabat*, partim reddit, ut „Xen. Paed. 5. πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβεύων ᾤχετο, legatus *abierat* ad *regem*" ut Vs. ed. Th. V. 1. p. 263. i. ſine Ind. Cyr. Z.

5, 1, 2., ſed alio modo „οἴχομαι φεύγων, aufugio, ſ. *fuga* me *proripio*“ et rurſus alio „Plut. ᾤχετ' ἐξαναστὰς, *ſurrexit* et *abiit*“ ſine Vs. proferens alia loca, ut e Xen. „Hell. 1. τὰς δὲ ναῦς οἱ Ἀθηναῖοι ᾤχοντο ἄγοντες εἰς Προικόννησον“ qui eſt ſine Ind. in ed. Mor. 1, 1, 12. Vs. Th. V. 3. p. 6. naves *univerſas* Athenienſes *ad* Proeconneſum *deducere*, Ind. Tayl. Lyſ. Rs. Or. V. 6. p. 925. m. „exprimit participium quandoque *modum*, ᾤχετο φεύγων, — ἐκπλέων. — Ad quam formam ſaepe *redundare* videtur, ut ἀπιὼν ᾤχετο“ quam poſteriorem rationem ſequi videntur, qui ſine praecepto aliquo formulam reddunt per unum duntaxat verbum Lat., ut Indd. Xen. Ἀνβ. „ᾤχετο — ἀπιὼν, *abiit*, — ἀποδρὰς ᾤχετο, *aufugit*“ praelucente quaſi Suida, qui, quanquam nihil ſuper hoc genere praecipiens 1, 273. e. in ἀποδρὰς, ἀποφυγὼν, tamen p. 267. m. poſt ἀπιὼν ᾤχετο, φεύγων, ἀποδιδράσκων, abiit, *diſceſſit*, Ὁ δὲ τὴν Πελοπόννησον καταλιπὼν, εἰς Ἰταλίαν ᾤχετο ἀπιὼν, *ille* vero, *Peloponneſo* relicta, *in* Italiam *abiit*, diſerte addit, συνήθης ὁ πλεονασμὸς τοῖς Ἀττικοῖς, *hic* pleonasmus *Atticis* eſt *familiaris*, et 2, 774. m. ᾤχετο, ἀπῄει, ἐπορεύετο, diſceſſit, *abiit*, cum ῥήσει eadem, ſed leviter immutata, quo de N. tacuit, Ὁ δὲ τὴν Π. κ., εἰς Αἰτωλίαν ᾤχ. ἀπ., *ille* vero, *relicta* P., *in* Aetoliam *abiit*, mox ſeparatim ᾤχετο ἀπιὼν, diſceſſit, *abiit*, ἐπαγγειλάμενος δὲ, πάλιν ἐπανήξειν, ᾤχετο ἀπιὼν, ἀντὶ τοῦ ἐς τοὐπίσω ἀπεχώρησε, *pollicitus autem*, *ſe reverſurum*, inde *diſceſſit*, melius, quam *retro ivit*, de Grammatici praecepto non vero, qui addit iterum, συνήθης ὁ πλεον. τοῖς Ἀττ. *hic pleon. eſt Att. familiaris*, ſine N., ut de hoc Attico more nihil ap. Greg. Koen., nec ap. alios Grammaticos veteres aliquid habui.

Sed huic quaſi ſectae ac redundantiae repugnant

1) Fi. ad Plat. Phaed. p. 257. a. e. „v. οἰχ., iunctum aliis verbis, indicat celeritatem actionis, (et Ind. Pal.) οἰχ. *abire* 16, 3. (Εὐρώπην Ταῦρος ἔχων ᾤχετο.) — aliis verbis iunctum, indicat fere celeritatem actionis agentisque ſtudium, — ᾤχοντο φεύγοντες εἰς τὴν οἰκείαν, celeriter *ſe* receperunt *domum*, — ᾤχετο ἀπιὼν, continuo *abiit*, — ἐκλιπόντες τὴν Σέριφον ᾤχοντο, *Seriphum* ſtatim *reliquerunt*“

2) Loesn. Ind. Call. „οἰχ., aliis v. iunctum, non, ut quibusdam viſum eſt, merae periphraſi inſervit, ſed celeritatem actionis agentisque ſtudium denotat. Ergo ᾤχετ' ἔχουσα, celeriter *abſtulit*“

3) Harl. Chr. Gr. P. ad Theocr. Id. 11, 23. οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσα, recedis *vero* ſtatim *abiens*, in N. p. 75. e. „*ſtatim* vero, *quam* celerrime *aufugis*. ἰὼν, ἐλθὼν, cum alio v. iunctum, indicat celeritatem actionis et animi promtitudinem“

4) idem ad Dem. p. Cor. p. 139. τοιγαροῦν ἐκ τούτων ᾤχετο ἐκείνους λαβὼν, *ubi* igitur *hoc factum eſt*, cum *primum* eos *aggrederetur*, adeo *ſibi* omnes *ſubiecit*, rel. „pari modo Herodt. 1, 189. (Weſſ. 89, 26.) ὁ δέ μιν συμψήσας ὑποβρύγιον οἰχώκεε φέρων, *hunc* fluvius *contorquens*, ſubmerſum *abripuit*, (et p. 171. ad εἰ μὲν, ὡς ἐκράτησε, Φίλιππος ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιὼν, *ſi Philippus*, *ut primum eſſet victoria potitus*, continuo *abiiſſet*,) ᾤχ. ἀ. *celeriter*, continuo *abiiſſet*. ἰὼν enim et ἐλθὼν, cum alio v. iunctum, animi promtitudinem et celeritatem actionis eleganter indicat“

5) poſt haec Vig. p. 340. „participia quaedam eleganter in oratione παρέλκουσιν, atque uni decoro ſerviunt, ut ἀνύσας, ἀπιὼν, ἔχων, λαβὼν, φέρων, — ᾤχετο ἀπιὼν, abiit *diſcedens*, i. e. diſceſſit. Satis enim eſſet ᾤχετο, ſine particip. „cumque Hoog. in N. repugnaſſet redundantiae,

at in ſq. N. tamen vertiſſet „ῴχ. ἀπ. pro *obiit*, utitur Ariſt. εἰ ἐπεβίω Περικλῆς, καὶ μὴ πρότερον ῴχ. ἀπ. *ſi Pericles ſuperſtes fuiſſet*, *nec* prius *e* vita *deceſſiſſet*" Zeun. „Hoog. non male negat, illa participia abundare. Nam v. c. ἀπιὼν, uti ſimplex ἰὼν et ἐλθὼν, et ſimilia, habent vim celeritatis et impetus, e. g. Ael. V. h. 13, 33. aquila dr. devolaſſe et ancillis — erepto calceo ἀπιὼν οἴχεσθαι, h. e. ſtatim, celeriter abiiſſe. Hinc quoque ap. Dem. p. Cor. εὐθὺς, ut orationi maior concilietur vis, additur, ὡς ἐκρ. Φ., ῴχ. εὐθὺς ἀπιὼν, h. e. *ſimulatque* rerum *potitus eſt* Phil., *confeſtim* ſine *mora* interpoſita *abiit*. Atque pro ἀπιὼν Pauſanias — eidem verbo iungit φεύγων, ut οἴχεται φεύγων, h. e. extemplo aufugit" qui

6) idem Zeun. unus omnium diſerto perſpicuoque praecepto hoc uſus eſt in Xen. Cyr. Ind. „οἴχ. — ſervit periphraſi adverbii *ſtatim*, ut οἴχομαι παραφέρων, ſtatim *ad* alios *fero*, 2, 2, 4. (Th. V. 1. p. 102. m. ᾤχετο περιφέρων, diſcedens *circumferebat*,) — λαβὼν, ſtatim *ſumſi* 5, 5, 32. (cuius de Vs. infra,) — φεύγων, celeriter *aufugio* 6, 2, 19." Th. p. 366. p. φ. ᾤχετο, *fuga* ſe *ſubduceret*, praeced. ἔφυγον, *fugerent*.

Nos quidem nunc, rem formulamque digerendo, facimus claſſem primam hanc, cum verbo οἴχεσθαι adiunctum eſt participium alicuius verbi, quod non habeat notionem, in v. οἰχ. contentam; ubi valebunt modi vulgares in participio tractando vertendoque, ut cognoſcetur per exempla, quae ponimus duplicis generis, primum, ubi v. οἰχ. eſt cum uno tantum eiusmodi participio, eoque

a) praepoſito, ut ap. Dem. ſine Ind. 59, 6. οὐσίαν — πρὸς ἐκεῖνον ἀπάγων ᾤχετο, it. ap. Stp. Th. l. l. πρεσβεύων ῴχ., quod vertebat *legatus abierat*, mutato participio in ſubſt. affine, pro tanquam leg., cui par *ad regem* abierat *legatione fungens* ſ. *functurus*, ſumto praeſ. pro fut., ut ap. Ariſt. Plut. v. 32. ἐπερησόμενος οὖν ᾠχόμην ὡς τὸν θεὸν, interrogaturus *igitur* adivi *hunc deum*, v. οἰχ. eſt cum fut. particip., et cum praep., ut Schol. πρὸς τὸν θ., ſed ap. Poſſ. Call. p. 502. e Dem. „κληθέντες οὗτοι πρὸς Ξενόφρονα, ᾤχοντο, λ. *invitati iſti ad* Xen., *abierunt*" ſine Ind. 402, 15. it. Xen. Cyr. 2, 4, 9. i. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσαντες ᾤχοντο, Th. V. 1. p. 130. i. *his illi* auditis *abierunt*, pro ſeveris, *igitur* illi *quidem* haec *cum* audiſſent, *abierunt*,

b) poſtpoſito, ap. Stp. l. l. e Plut. ᾤχετο ἐξαναστὰς, quod bene reddebat *ſurrexit* et *abiit*, praemiſſo participio et per copulam reſoluto, pro vulgari, *abiit*, poſtquam *ſurrexiſſet*, ſed idem in Soph. illo pleno Ai. v. 754. ἀλλ' οἴχεταί τοι πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς γνώμης, negligenter *converſus eſt*, oppreſſo v. οἰχ., ut in Vs. Scal. poët., pro quo Vs. Iohnſ. *ſed* abit *ſane* converſus *ad optimum conſilium*, (ex ordine Schol. ad vs. ſq. οἰχ. οὖν τρ. πρ. λ. qui adeo cum Schol. Tricl. tacet de Suidae illo pleonasmo,) et Hoer. *ſed* abiit *ſane*, converſus *ad utiliſſimum conſilium*, recte commate facto poſt τοὶ, et v. οἰχ. per perf. reddito, tum ap. Xen. Cyr. ſine Ind. 5, 5, 2. ἄγγελος ᾤχετο ταῦτ' ἀπαγγέλλων, Th. V. 1. p. 323. e. *nuncius*, qui *haec* exponeret, *abibat*, participio reſoluto per pron., it. Luc. 1, 871. l. 55. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτό μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, *ſi vero* (vel) *locutus ſolum fuerit*, ilicet *auribus te* devincto *abibit*, ubi Gs. illud Lat. *ilicet*, cum diſerto *abibit* otioſum, male excuſat in N., quae habet ſimilia cum Rs. illis ad Dem. p. Cor. et Ind. v., porro Xen. Cyr. ſine Ind. 5, 5, 4. e. αὐθήμερον ᾤχετο πρὸς αὐτὸν ἄγων τὸ στράτευμα, Th. V. 1. p. 324. e. *eodem die ad* Cyrum *pergebat*, exercitum

ductitans, quo Lat. *perg.* in v. οἴχ. etiam alii utuntur, me tolerante, maxime pro ſimpl. ire, cf. G. Th., denique Dem. ſine Ind. 49, 27. αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ' ἄγων, et 50, 1. τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ᾤχετ' ἔχων τριήρη, ubi fortaſſis eſt et cum praep.

Alterum huius claſſis genus eſt, ubi v. οἴχ. ſecum habet tale participium multiplex, ut ap. Theocr. Id. 13, 36. 39. Κᾤχεθ' Ὕλας —, ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἴσων, — Χάλκεον ἄγγος ἔχων, et *abiit* Hylas, *aquam* ad *coenam* allaturus, *aereum* vas *ferens*, ubi v. οἴχ. cum particip. fut. et praeſ., pro rei notionisque diverſitate, et Schol. ἐπορεύθη, κομίσων ὕδ. λ. cum Suida noſtrum v. vertens, (cf. ſupra ex 2, 774. m. it. 674. i.) ſed deinde in κρατῶν ξίφος σιδηροῦν, ad v. 39. pertinentibus, recte quidem ἔχων explicans per κρατ., Lat. *tenens*, ſed in ξιφ. habens aliam lect., v. c. ἔγγος, alienam tamen ab h. l., aut corruptam e σκεῦος, cf. v. 46. ubi κρωσσὸν, ap. Schol. τὸ ὑδροφόρον ἀγγεῖον, λ.; quorum uſus erat ad Heſ. 1, 39. e. ἄγγος, ἀγγεῖον, ſine N.

Claſſis ſecunda habet v. οἴχ. cum participio verbi alicuius e ſimili notione, h. e. motum pariter continentis; quae claſſis eſt et ipſa duplicis formae, quarum prima cum v. οἴχ. adiunctum fert tale participium modo unum, idque ut

1) praeponatur, ut Rs. Or. V. 4. Lyc. p. 164. e. ἐκ τῆς πόλεως ἀποδρὰς ᾤχετο, Luc. 3, 33. l. 95. μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν ᾠχόμην, *in* media *eorum* enarratione *diſceſſi*, at Rs. Or. V. 5. Lyſ. p. 127. l. 3. ἀπιὼν ᾤχετο, Vs. p. 12. m. *abiit*, Dem. ſine Ind. 81, 22. σιωπῇ ἀπιόντες ᾤχοντο, cf. Ind. Fi. Pal.

2) poſtponatur, ap. D'Orv. Ch. p. 661. m. ᾤχετο πλέων, ſine Vs. it. Rs. Or. V. 7. Ant. p. 716. e. ſed Dem. 899, 5. ᾤχετο ἐνθένδε ἀποπλέων, Ariſt. Plut. v. 934. οἴχεται φεύγων; arripuit *fugam*, quod nihil quam privum Lat. *fugit*, tacente G. Th., qui modo in ſubſt. habet formulam ſyn. *capere fugam*, Luc. 2, 325. l. 78. ἀγρόνδε ᾠχόμην, ψύτταν κατατείνας, rus *abieram*, cito *percurrens*, cf. Stp. Th. l. l. B. e. ᾤχοντο ἀπιόντες λ.

Sed in altera forma hic cum v. οἴχ. participium eſt eiuſmodi, ſed et ſimul aliud alius notionis, et quidem

1) multiplex, ap. Ael. V. h. 13, 33. p. 902. ἀετὸς καταπτὰς, τὸ ἕτερον τῶν ὑποδημάτων ἁρπάσας, ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἐκόμισεν εἰς Μέμφιν, *aquila* devolans, *alterum calceorum* quum *rapuiſſet*, abiit *et* deportavit *Memphin*, oppreſſo alterutro v., ἀπ. aut ᾤχ.

2) duplex modo, Ael. V. h. 12, 51. e. p. 813. ἐξαναστὰς ἀπιὼν ᾤχετο, conſurgens *diſcedebat*. Sed Rs. Or. V. 4. Lyc. p. 148. l. 5. διὰ τῆς πυλίδος ἐξελθὼν, πρὸς τὴν ναῦν προσέπλευσε, καὶ ᾤχετο φεύγων, referetur adhuc ad priorem formam, quia ἐξελθ. cohaeret cum v. finito προσεπλ. et hoc per copulam cum finito etiam ᾤχ.

Melius vero converſa ſunt haec exempla per easdem claſſes superiores, cum participio verbi e ſimili notione, A) ubi unum adeſt participium

1) praepoſitum, Ariſt. Theſm. v. 660. ὅπως μὴ διαφυγὼν οἴχεται, ne *fugâ* hinc *elabatur*, ubi, praeter libere additum adv. loci, participium mutatur in abl. ſubſt., in quo G. Th. tenet modo formulam parem *fugâ abire*, quae proprie alia eſt Gr. ap. Call. h. in L. P. v. 39. φυγᾷ τεὸν ἱρὸν ἄγαλμα ᾤχετ' ἔχων, fuga *ſacrum tuum ſimulacrum* abiit *ferens*, etiam noſtratibus nota, *mit* der *Flucht*, ſ. *durch* die *Flucht* davon *gehen*, ut Comici illud v. Gr. compoſ. i. q. ſimplex φυγὼν ſ. φεύγων οἴχ., quod

poſtr. ſupra e Xen. bene converſum *fuga ſe ſubducebat*, quae phraſis, ignorata G. Th., par eſt privo v. *abire*, ſed Rs. Or. V. 5. Lyſ. p. 154. l. 6. ἐγὼ δὲ ἑτέραν ἀπελθὼν ὁδὸν ᾠχόμην, Vs. p. 37. m. *ego* (vero) *aliam viam* ingreſſus *abii*, nobis *ich* aber *nahm* einen *andern* Weg, *und* gieng *davon*, ſ. *ich aber* gieng *einen* andern *Weg*, und *machte* mich *davon*, i. q. infra ap. eundem ἑτέραν ὁδὸν ᾠχόμην ἀπιών,

2) poſtpoſitum, ap. Stp. Th. οἴχομαι φεύγων, fuga *me proripio*, quae formula ignota eſt G. Th., tum per interiecta quaedam, ap. Luc. 1, 624. l. 69. κἂν ᾤχετο ἡμᾶς ἀποφυγών, (vel nos) fuga *evaſerat*, nobis *ſo würde er* auch *uns* durch *die* Flucht *entgangen ſeyn*, it. ap. Xen. Ἀνβ. 4, 7, 19. e. ſ. Z. 4, 7, 27. e. ἐπεὶ ἑσπέρα ἐγένετο, ᾤχετο τῆς νυκτὸς ἀπιών, Th. V. 2. p. 243. *ſub* veſperam *diſcedit*, et *noctu* iter *facit*, pro quo malim, *cum* veſpera *adeſſet* ſ. veniſſet, *diſcedens*, nocte *proficiſcebatur*, cf. 3, 3, 5. e. ᾠχ. ἀπ. νυκτός,

B) ubi ſimul adeſt participium non affinis notionis, idque

1) multiplex, ap. Fab. Aeſ. Hſ. 39, 3. διὰ μέσου ἀμφοῖν διαδραμοῦσα, καὶ ἁρπάσασα, φεύγουσα ᾤχετο, Ind. „celeriter *abiit*“ reddito participio per adv., quo de mox,

2) duplex, Rs. Or. V. 5. Lyſ. p. 679. l. 2. οὐκ ἄν ποτε ἐν ὀκτὼ ἡμέραις εἰσελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον, ᾤχετο ἐκπλέων, Vs. p. 331. i. nunquam *profecto* octo *dierum* ſpatio, *quibus ſenatui ſui copiam fecerat*, hinc *enavigaſſet*, ſed melius Rs. in N. „die, *ex* quo *curiam* frequentare *coepiſſet*, octavo *in* nave *abiit*, participio reddito per abl. ſubſt. cum praep., ap. Hom. Ὀδ. θ', 356. εἴ περ γάρ κεν Ἄρης χρεῖος ὑπαλύξας οἴχηται φεύγων, *etiamſi* enim *Mars* debitum *renuens* abierit *fugiens*, ſed ap. Luc. 1, 294. i. μελαγχολᾶν οἰηθέντες με, ᾤχοντο φεύγοντες, *atra me bile percitum putantes*, confeſtim *abierunt*, participio praepoſito mutatoque in ſyn. adv., cum in Lat. *fugere*, ut in Gr. φ., inſit notio celeritatis et celeris motus, cf. G. Th., quae ratio forte melior, quam prior ſevera per Lat. *fugiens*, etſi hoc participio, ut ſubſt. abl. *fuga*, per ſe tantum modus exprimitur, quo quis abeat, et illi abl. (non expoſito a G. Th. e Virg. A. 4, 281. pro per fugam, ſ. cum fuga,) ſubſtitui poteſt adv. celeriter, etc. cf. ad Theocr. Id. 2, 152. ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων, *tandem* fugiens *abierit*, Schol. ἀντὶ τοῦ τρέχων ἀπῆλθε, quod Gr. τρ., ut Lat. *currere*, (cf. G. Th.) quoque vim illam celeritatis habet; unde formulam ſupra ap. Lycurg. ἀποδρὰς ᾤχετο reddiderim, *curſim*, curriculo, *abiit*, ſed ap. Lyſ. Rs. V. 5. p. 143. l. 9. ῥίψας τὸ ἱμάτιον, ᾤχετο φεύγων, Vs. p. 29. m. *reiecto pallio*, fuga *diſceſſit*, ut p. 154. l. 5. τὸ γὰρ μειράκιον ὡς ἔγνω, ῥίψαν θοιμάτιον, φεύγων ᾤχετο, Vs. p. 37. m. *adoleſcens enim*, ut *ipſe* novit, *abiecto* pallio, *fuga* ſe *ſubduxit*, et p. 143. l. 12. ταῦτα δὴ διανοηθεὶς, ἑτέραν ὁδὸν ᾠχόμην ἀπιών, Vs. p. 29. m. *haec*, inquam, (igitur) *animo volvens* (cogitans,) *aliam viam* ingreſſus *abii*.

Separatim ponimus verba, a Gr. λείπω et praep. aliqua compoſita, ubi, per easdem claſſes eundo, deprehendimus v. οἰχ. cum A) participio talis verbi ſolo

1) praepoſito, in Fi. Ind. Pal. ἐκλιπόντες τὴν Σέριφον, ᾤχοντο, quod Vs. Phaſ. ſeverius *Seriphon* relinquentes *abierunt*, quam Velar. *relicta* Seripho, *abierunt*, et Toll. *relicta* Ser., *diſceſſerunt*, nobis reſolvendo, *verließen* Ser. *und* giengen *davon*,

2) poſtpoſito, Theogn. v. 1098. ὅςις — σ' ἐκέλευσεν Οἴχεσθαι προλιπόνθ' ἡμετέρην φιλίην, *quisquis te iuſſit* abire, *relinquentem* noſtram *amicitiam*, ubi Camer. ὑπομν. bene, ὁ συμβουλεύσας σοὶ, ἀπολιπόντα ἐμὲ φοιτᾷν σε πρὸς ἄλλον, et poëtice προλ. i. q. ſimplex, it. Dion. H. S. T. 1. 217, e. τὰ μὲν παιδία οἰχήσεται, τὴν πόλιν ὑμῶν καταλιπόντα, *pueri* quidem *iſti*, relicta *patria*, proficiſcentur *in exſilium*,

B) cum aliis participiis ſimul, Ariſt. Eccl. v. 533. Ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσασ', ἐπιλαβοῦσά τε τοὔγκυκλον, Ὤχου, καταλιποῦσ' ὡσπερεὶ προκείμενον, ſed *poſtquam* me *exueras*, et *veſtem* inſuper *tuam* ſumſeras, *abiiſti*, relinquens *me*, ut *mortuum*, ubi verior coniectura Kuſt. in N. ἐπιβαλοῦσα, de confuſione iſtorum verborum ſolenni, et *iniiciens mibi* tuam *veſtem*, cf. Suid. 2, 774. e. it. Luc. 1, 115. l. 36. γυμνώσαντες — περιτράγοντες — ἐκμυζήσαντες — ᾤχοντο — ἀπολιπόντες, *nudatis* Timonis *oſſibus* et *circumroſis*, ac *medulla* exſucta, *aridum* relinquentes, *abierunt*,

C) cum participio affinis notionis, Xen. Ἀνβ. ſine Ind. 4, 6, 2. Z. 4, 6, 3. ἀπὸ δὲ τούτου ἐκεῖνος τῆς νυκτὸς ἀποδρὰς ᾤχετο, καταλιπὼν τὸν υἱὸν, Th. V. 2. p. 228. tum *ille* noctu, *relicto* filio, *profugit*, pro ſeveris, exinde *vero* ille *nocte* curriculo *abiit*, relicto *filio*, cf. ſupra ap. Suid. τὴν Πελ. καταλιπὼν, εἰς Ἰταλ. ᾤχ. ἀπιών.

Quae quidem verba propterea ſeparavimus, quod in iis notio videretur ambigua, ut in Lat. *relinquere*, quod eſt tum noſtrum *zurück laſſen* ſ. *hinter* ſich *laſſen*, aliquem hominem non ſecum ducere, tum *verlaſſen*, quod de perſ. et re ſ. loco i. q. diſcedere inde, qua in poſtr. notione v. οἰχ. habeat, iterum participium ex affini notione.

Separatim quoque inſerimus illum locum Dion. H. S. T. 1. 674, 7. ſqq. οὐδ' ἂν ἀπολειφθείη τοῦ πατρὸς, τόσῳ δὲ μᾶλλον, ὅσῳ γε ἀποθανούμενος οἴχεται, *et* patrem *tanto* minus *deſerturum*, quanto *certiorem* mortem *peteret*, pro ſeveris, *neque* ſe *relicturum* patrem, *tanto* que *id* magis, *quanto* ſcilicet *certius* abiret *moriturus*, ſ. *in mortem*, ut p. pr. e. ὡς ἐπὶ θάνατον ἐξιόντα μετὰ τοῦ πατρὸς, ubi v. οἰχ. iterum cum particip. fut., ſed et cum v. ἀπολ., ſed finiti temporis ac modi, non infiniti, ut ante ap. Luc. Nr. B).

Aliis vero de cauſis ſeiungemus v. οἰχ. cum participio λαβὼν, quod per claſſes ſuperiores A) ſolum eſt, et

1) praeponitur, ap. Rs. Or. V. 5. Lyſ. p. 142. m. ὥςε ἔδοξέ μοι, κράτιςον εἶναι, ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως. λαβὼν δὴ τὸ μειράκιον, — ᾠχόμην ἐκ τῆς πόλεως, Vs. p. 28. m. adoleſcente *igitur* accepto, *egreſſus* ſum *civitate*, ſed in L. N. T. Schw. p. 828. N. *arrepto* adol., *abibam* ex *urbe*, ubi v. οἰχ. i. q. pr. ἀποδ., ſed λαβ. nihil, quam *mecum ſumens*, it. ap. Xen. Cyr. 5, 5, 33. m. λαβὼν ᾤχου πᾶσαν μοῦ τὴν δύναμιν, reddente Z. modo in N. „*tu* eo *progreſſus* es, *ut* omnes *abduceres* copias *meas*“ tropico adeo ſenſu et pro προχωρεῖν ſ. χωρεῖν μέχρι τοῦ λαβεῖν, manente me in propria notione cum Vs. Th. V. 1. p. 334. m. *diſceſſiſſe* te *ita*, *ut* omnes *meas* copias *acciperes*, reſoluto participio per particulas modi, pro quo et procedit *ſumſiſti tecum* et *abiiſti*, ſ. *duxiſti tecum*, quae reſpiciunt §. 21. e. ſq., ubi τούτους λαβὼν ἐπορευόμην, Th. p. 331. i. eos *accepi* atque *abii*; quomodo et cap. §. 32. εἴ τις τῶν φίλων, φιλοφρόνως σου εἰπόντος, λαμβάνειν ὁπόσα ἐθέλοι, εἶτ' αὐτὸς τοῦτο ἀκούσας οἴχοιτο λαβὼν ἅπαντα λ. ubi, propter pr. inf. λαμβαν., qui proprie phyſiceque ſumitur, etiam ſq. particip. λαβὼν ſic ſumo, cum Vs. Th. V. 1. p.

334. i. ſi, *poſteaquam* id *audiſſet*, iret *atque* omnia *acciperet*, nec cum Ind., quanquam hic locus proprie pertinet ad ſq., ubi v. οἴχ. cum particip. λαβὼν, quod

2) poſtponitur, quo de Stp. Th. l. l. „Eur. οἴχου λαβὼν αὐτὴν, *abiiſti*, ea *abrepta*, ſ. *abripuiſti eam* et *diſceſſiſti*" tum ap. Ioſeph. 1, 109. ſ. 2. m. τὸν Μωϋσῆν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς οἴχεσθαι, τοὺς Ἑβραίους λαβόντα, *Moyſem* cum *Hebraeis* diſcedere, *iubebat rex*, ubi particip. mutatum in praep. Lat. *cum*, ut facimus in v. ἔχων cum v. aliquo, cf. Fi. Ind. Pal. v. ἐχ. b. e., ubi diſerte, quanquam per numeros modo, locus ſuperior 16, 3. Εὐρώπην Ταῦρος ἔχων ᾤχετο, ad quam rationem et locum e Xen. in pr. numero reddas, *cum* omnibus *copiis* meis *abiiſti*, ſicut in Ioſephi loco, praeter liberiora, *Hebraeis* ſumtis, *aſſumtis*, ductis *ſecum*, ſevera ſunt, *poſtquam* ſumſiſſet, *duxiſſet* ſecum *Hebraeos*; ad quam rationem aliquam verſer equidem etiam in illis duobus Dem. 347, 10. εἶχε δὲ τοιούτους λόγους, καὶ τηλικαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔχοντας ἀγαθὰ, ὥσθ' ἅπαντας ὑμᾶς λαβὼν ᾤχετο, hoc ſenſu, *habuit* vero *eiusmodi* orationem, *et* tanta *et* tot *continentem*, promittentem, *bona*, ut, *univerſis* vobis *captis*, occupatis ea oratione, *abiret*, diſcederet e ſuggeſtu et concione; qui locus, planus ut puto, recteque captus a Wolf. Rs. Or. V. 9. p 357. i. „λαβ.) ἀντὶ τοῦ ἔπεισε, ταῦθ' οὕτως ἔχειν" debuit adhiberi ad alterum 239, 16. τοιγαροῦν ἐκ τούτων ᾤχετο ἐκείνους λαβὼν, εἰς τὸ μηδοτιοῦν τῶν μετὰ ταῦτα προορᾷν, μηδ' αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐᾶσαι πάντα τὰ πράγματα ἐκεῖνον ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι, in hanc ſententiam, *abiit* igitur *exinde*, vel *per haec*, per litteras ſcriptas, blanditias, *illis* adeo *captis*, occupatis, *ut* nihil prorſus *eorum*, quae *poſtea* futura eſſent et conſecutura, (ſupplendo γινομένων ſ. γενησομένων,) *praeviderent* ac *ſentirent*, ſed *ſinerent illum* omnia *negotia* ſibi *ſubiicere* atque vindicare; ubi res omnis verſatur non tam in v. οἴχ., quam potius in particip. λαβ., quod neque per aliam lect. tentandum, neque phyſice capiendum, ſed tropice cum Schol. e Cod. Aug. Rs. Or. V. 2. p. 145. m. „λαβ.) ἀντὶ τοῦ καταδουλωσάμενος" quod Gr., cum Lat. *capere* et *occupare*, de animo acceptum, i. e. de intelligentia et voluntate, eſt i. q. quod Wolf. ſupra πείθειν et ἀναπείθειν, in ſuas partes et ſententias pertrahere, et alicui aliquid perſuadere et approbare, et i. q. Gr. κατέχειν et Lat. *tenere*, ex conſequenti, aliquem quaſi occupaſſe, et in ſua poteſtate habere, poſſe agere cum eo pro arbitrio, regere ac ducere, quo velis, et per eum efficere, quae velis; quo et redeunt Rsk. in Dem. Ind. v. λ. p. 480. m. ex h. l., ubi v. οἴχ., ſicut et 416, 25. ᾠχόμην τὸ πρᾶγμα αὐτῶν ὑφελόμενος, ſumo phyſice iterum, et de Aeſchine oratore potius, quam de rege Philippo, quo de tamen et ipſo procedat, ſi cogitetur *ex aliqua* urbe *abiens*, poſt propoſitam ſententiam voluntatemque coram paucis apud ſe, quam iis pro eloquentia ſua approbarit ac perſuaſerit adeo, ut coeci veluti permitterent ei ſua omnia negotia; quanquam fortaſſis utroque loco τὸ πρᾶγμα et τὰ πράγματα capi licet pro rep. et civitate. Sed ap. Theocr. Id. 13, 55. Ἀμφιτρυωνίδας δὲ ταρασσόμενος περὶ παιδὶ Ὤιχετο, Μαιωτιστὶ λαβὼν εὐκαμπέα τόξα, *Hercules* vero, *animo* perturbatus *ob* puerum, *ibat* incurvo *arcu* accepto *Maeotice*, ubi Sch. iterum ἐπορεύθη — λαβὼν τὰ τόξα,

B) cum alio participio ſimul ap. Ariſt. Ran. v. 471. κἀποδρὰς ᾤχου λαβὼν, et *hinc* abduxiſti *Cerberum* fuga *dilapſus*, participio λ. mutato in

tempus finitum, ſed contra Gr. ὠχ. finito tempore in participium, pro ſeverioribus, *capto eo*, fuga *abiiſti*, ſ. curſim ſ. curriculo.

Addimus quaedam ad vertendi rationem, ut priora vel illuſtrentur, vel confirmentur.

1) ſi quis in formula ἀπιὼν ᾤχετο verſetur quoque reſolvendo, v. c. *diſceſſit* et *abiit*, it. in altera φεύγων ᾤχετο, *fugit* et *abiit*: is copulaverit ſynonymica rhetorice, quae aliquo pacto differunt tamen, cum *abire* habeat motum e loco ſimplicem, at *fugere* celeriorem, ut in *diſceſſit* et *abiit* tropus diverſus apparet; unde tautologia inanis non admittatur, ſed modo copia quaedam, qualis eſt et in illis noſtratium, v. c. *er gieng* und *machte* ſich *davon*, ſ. *trug* ſich *davon*; quae potius comparo, quam Cic. illa *abiit*, *exceſſit*, *evaſit*, *erupit*, quod aſyndeton ſevero interpreti non permiſſum, etſi ſibi idem Cic permiſit in Plat. illo ap. Stp. Th. I. I. „οἰχήσεται ἀπιών, hinc *excedam*, hinc *evolabo*" ſi tamen Cicero illuc reſpexit.

2) in illis participiis ἰὼν et ἐλθὼν non ab omnibus ſumitur vis illa celeritatis et impetus, cf. Abr. ad Aeſch. 1, 167. e. ſq., ubi et ᾤχετ' ἰὼν μαντευσόμενος e Pind. 'Ολ. 6, 63. ed. Heyn. Vs. p. 11. *abiit* oraculum *conſulturus*, pro ſeveris *abiit* et *profectus* eſt *conſulturus oraculum*; quia *abire* eſt, ſimpliciter ſe movere ab aliquo loco, ſed *proficiſci* i. q. porro ſe movere, quaſi proficere in itinere, motum continuare, ac fere i. q. *pergere*.

3) copia illa Gr. in copulandis verbis talibus habet aliquid ſimile in Hebraeorum formula *moriendo mori*, it. *ivit* et *crevit*, quarum in prima hodie quidem non quaerunt emphaſin, et alteram reſolvunt per adv. temporis ac modi, v. c. ſemper, continuo crevit, quod et commode fit in Gr. participio cum finito tempore, ut in N. T. 1 Petr. 3, 19. πορευθεὶς ἐκήρυξεν, cf. Lex. Krb., quo et referas Hom. βῆ ἰέναι,

4) quod Fiſch. in Pal. Ind. v. οἰχ., comparans Hom. illud βῆ φεύγων, vertebat: „celeriter *aufugit*": eundem ſenſum nos efficimus ſic reddendo *abiit celeriter*, quaerentes vim hanc celeritatis in v. φευγ., quam per ſe habere poteſt.

5) ſi v. οἰχ. cum alio verbo redditur per adv. *ſtatim*, continuo, *celeriter*: difficultas oritur, cum additur diſerte adverbium eius notionis, ut ſupra ap. Dem. ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιών, et de Zeun. ratione ad Vig., cum, addito εὐθὺς, dicebat, orationi maiorem conciliari vim, et reddebat „confeſtim ſine mora interpoſita" ſic ſine copula interiecta, ſaltem oritur illa figura ἐκ παραλλήλου, quam et Servius ſtatuit ad Virg. A. 3, 548. *haud* mora *continuo*, cf. 5, 368. et Ge. 4, 548. Sed in Harl. ratione ſupra ad Theocr. „οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσα, *ſtatim* vero, *quam* celerrime *aufugis*" eadem dubitatio eſt, niſi *ſtatim* ſumatur de tempore, nobis *ſogleich*, ſed *quam celerrime* de modo, ut v. c., cum quis, ad menſam ſedens, audierit, hoſpitem veniſſe ad fores, *ſtatim* ſurgat, nec maneat amplius ad menſam, ſed deinde ad hoſpitem eat *celeriter*, gradu incitato, nec lente; ad quam rationem expediat ſe fortaſſis aliquis in Hom. adv. poëtico, quod par illi proſaico εὐθὺς, 'Οδ. ά. 410. οἷον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται, ubi, de noſtra ratione, ſenſus eſt, *quam ſurgens* ſtatim *abiit*, ſed Cl. Vs. *ut facto impetu* ſtatim *abiit*, obſcurius, quam *ſurgens* 'Ιλ. ά, 584., quo et ducere potuit Schol. ἀναστὰς, qui locus noſter Hom. addendus in N. ad Heſ. 1, 325. i., e cuius p. 635. e. ἄφαρ, ταχέως, ἢ εὐθέως, (quod extr. modo p. ſq. i.) et e Suidae ſyn. 1, 391. i. ἀφαρεὶ, ἐσπουδασμένως

νως λ., dubites quoque de ſenſu adv. et utrum ibi pertineat ad pr. v. ἀν., an ad ſq. οἰχ., v. c. *wie* ſtand er *ſogleich* auf, *und* gieng *davon*, aut *wie* ſtand er *auf*, und *gieng* ſogleich *davon*, vel *gieng ſchnell*, eilfertig *davon*. In Theocr. quidem loco obſcurior erat Vs. vulgata *recedis* ſtatim *abiens*, ſed melior haec ad Ariſt. Eccl. v. 196. εὐθὺς ἀποδρὰς ᾤχετο, *ſtatim* fugiens *abiit*, i. e. de ſuperiore ratione, poſt illud factum, nullo intervallo temporis interveniente, abiit celeriter, celeri greſſu.

6) qui putant, verbo οἰχ. ineſſe *promtitudinem animi* et *agentis ſtudium*, laborarint, ubi cum eo verbo reperiant participium φέρων, tropico ſenſu poſitum, quo ſenſu alibi reddimus per adv. promte, ſtudioſe, rel., ut Rs. Or. V. 3. p. 242. ς. τὴν ἐκκλησίαν εὐημερήσας ᾠχόμην φέρων, ubi Wolf. in N. „φ.) πλεονάζειν δοκεῖ“ ſecto ſic nodo, non ſoluto, at tacente Rs. ibi et in Ind. v. οἰχ., verum in v. φ. i. diſerte hunc locum ſubiiciente his, ubi participium φ. notat „cito, expedite, alacriter, agiliter, magna cum contentione“ quae et ipſa inſunt in *promtitudine* illa *animi*, et *agentis* illo *ſtudio*; unde exiſtent eaedem in utroque v. οἰχ. et φ. notiones.

Sed in illo Harl. loco ex Herodt. de fluvio, μὶν — ὑποβρύγιον οἰχώκεε φέρων, Vs. ad latus, *hunc* ſubmerſum *abripuit*, nihil exprimit, quam v. φερ. phyſico ſenſu, pro Lat. *rapere*, ubi v. οἰχ. act., pro med. ᾤχετο poſitum, (cf. Lex. Voc. Ion. p. 15. b. m.) hanc potius edat ſententiam, de noſtra ratione, *fluvius* eum *contorquens*, ſubmerſum *ferens* ſecum *abiit*, i. e. defluxit, decurrit, *der Fluſs* gieng *davon*, ſ. *der Strom* floſs *dabin*, und *trug* ſ. *riſs* ihn *mit* ſich *fort*, ubi fluvius ponitur pro aqua in alveo eius, diciturque abire, i. movere ſe ex loco uno in alterum.

Proprie quidem hic locus pertinet ad claſſem illam, cum v. οἰχ. dr. tropice de rebus, ad quam nunc progredimur in medio noſtro, quod ita reperitur vario ſenſu ac modo,

A) cum participio 1) ſimplici, ut in Sep. illo, quod plenum ponimus ex Hom. Ἰλ. ζ΄, 346. Ὥς μ᾽ ὄφελ᾽ ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ, Οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα Εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, ubi primum pron. με traho ad particip. προφ. (hoc ſumens pro ſimpl.) et v. ὀφελ. ad ſubſt. θυελ., ut ſit, *quam* procella *venti* debuit *abire* ferens *me*, ſ. quam debuit abire mecum et ferre me in montem rel. ſ. utinam abiiſſet mecum et tuliſſet me in montem; in quo illud pron. *mecum* libere adiicio ad ſenſum planiorem, cui loco ſimilis eſt hic Ὀδ. ύ, 64. 2) cum participio dupl. Ἄρτεμι, — αἴθε μοι ἤδη Ἰὸν ἐνὶ στήθεσσι βαλοῦσ᾽ ἐκ θυμὸν ἕλοιο Αὐτίκα νῦν, ἢ ἔπειτά μ᾽ ἀναρπάξασα θύελλα Οἴχοιτο προφέρουσα κατ᾽ ἠερόεντα κέλευθα, Ἐν προχοῇς δὲ βάλοι ἀψοῤῥόου Ὠκεανοῖο, Vs. Cl. *Diana*, utinam *mihi iam ſagitta pectoribus* immiſſa *animum* (animam, vitam) eximeres *ſtatim nunc*, vel *poſtea* me *raptam* procella *iverit* portans *per* aëreas *vias* (per aëris vias, i. per aërem, ut Schol. τὸν ἀέρα, cf. Heſ. 1, 1609. e. ſine N.) *fluentis* que *iniiciat* refluj *Oceani*; quae Vs., melior, quam illa ap. Clav. Schauf., propter diſertum participium ἀν. (ut ſupra ap. Ael. V. h. 13, 33. et ap. Palaeph. 30, 3. ſimpl. ἁρπάσας, cui par Hom. compoſ.) exprimit ſevere v. οἰχ., et recte participium προφ. per ſimplex, eadem ſervans bene rectionem Gr. in ἐν προχ. βάλοι, ubi dativus eſt pro acc. cum praep. εἰς προχοὰς, et hoc par illis in priori loco εἰς κῦμα π. θαλ., ſed pro Cl. *iverit* malim iterum in imperf. *abiret* mecum *et* ferret *me*, quo tempore iam coeperat illa in *eximeres*, rectione repetenda a pr. αἴθε, unde et poſt νῦν modo comma dedimus pro

colo ed. Ern., ubi adeo *vento* ſ. turbini tribuitur verbo οἰχ. per tropum, a perſ. ductum, ut *ventus* dicatur *ire*, non modo cum flat, (quo ſenſu alias et noſtrates habent *der* Wind *geht*,) ſed omnino, hicque potiſſimum, cum ſe movet ex uno loco in alium, quod et cadit in locum Hom. Ἰλ. ά, 53., ubi verbum οἰχ. eſt

